BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
H
16
NAPOLI

Digitized by Google

EX BIBLIOTH MARGARITIS

TIT. XVII.
DE
COMITIBUS ET BARONIBUS.

COmes (*a*) ab initio familiaritatis & dignitatis tantum nomen fuit. Qui enim in Provincias Exercitusque proficiſcebantur, Comitum nomine honeſtabant amicos, & clientes honoratiores, quos educebant ſecum; ut, in adminiſtratione ſua, horum ope & conſilio uterentur, (*b*) imò, qui a Republica ſæpius mittebantur, dicebantur Comites.

NOTÆ.

(*a*) COMITES &c. Legi de *Comitibus* merentur: *Andreæ Althameri* Scholia in Libellum *Taciti*, de *Moribus Germanorum*, apud *Schardium*, Tom. I. *Rer. Germ.* p. 13. *Jodocus Willichius*, Comment. in eundem Libellum, Cap. XVIII. & XIX. apud *Schardium* l. c. p. 50. &c. *Chr. Gottl. Riccii Entwurff des Landſæßigen Adels* P. I. c. 2. §. 6. 7. *Petrus Pithœus* dans *ſes Memoires, des Comtes de Champagne & Brie*, Pariſ. 1581. cujus verba, Latino idiomate, *Marquardus Freherus*, parti priori *Originum Palatinarum*, præfixit; *Renatus Choppinus*, de *Domanio Franciæ*, lib. I. Tit. V. §. 12. p. 44. *Sebaſtianus Munſterus*, lib. 3. *Coſmogr.* Cap. XXI. pag. m. 452. *Johannes Jacobus Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 2. Cap. 3. §. 4. pag. m. 117. &c. *Lehmannus Chron. Spirenſ.* lib. 2. Cap. XVII. & XVIII. pag. 86. &c. *Gryphiander, de Weichbildis Saxonicis*, Cap. 61. p. 152. &c. *Tobias Paurmeiſterus*, de *Juriſdict.* Cap. X. §. 2. &c. inprimis Lexicographi, *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Comites*, pag. 1074. &c. *Spelmannus*, Gloſſ. voc. eadem, pag. m. 138. &c. *Wehnerus Obſervat. Pract.* voc. *Graff*, pag. m. 193. &c. *Speidelius, Notabil. Jurid. Hiſtor. Polit.* voc. eadem, p. m. 434. &c. *Beſoldus, de Comitibus & Baronibus Imperii*, in *Opere Politico*, Argent. IV. ann. 1641. & *Theſaur. Pract.* voc. *Grav*, pag. 332. &c. *Limnæus* Lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. IV. §. 1. &c. pag. 21. & ſeqq. *Reinkingius de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. I. Claſſ. IV. Cap. XIV. pag. m. 401. &c. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus Imperii Germanici*, habita, ann. 1643. pag. m. 151. &c. & Comment. in *Lampadium*, Part. 3. Cap. V. §. 29. p. m. 204. &c. Dn. *Thulemarius Octovirat.* Cap. XVIII. p. 237. &c. *Diettericus Wilhelmus Matthiæ*, de *Comitibus S. R. Imperii, eorumque Juribus*, Erford. an. 1677. Juris Publici Romano-Germanici Scriptores omnes; noviſſimè Ampliſſ. Dn. *Burcardus Gotthelf Struvius*, in *Syntagmate Juris Publici Romano-Germanici*, Diſſ. XX de *Comitibus & Baronibus*, p. 409. &c. & Dn. *Conradus Fridericus Reinhardus*, Diſſ. de *Officiis Imperii Saxonicis*, Præſide eodem Viro celeberrimo, 1. Oct. 1712. Jenæ habitæ, Sect. I. §. 1. pag 34. &c.

(*b*) UTERENTUR. *Comites à comitando vocari*, ex *Ulpiani* Libro 77. ad *Edictum*, l. 15. ff. de *Injuriis & Famoſis Libellis*, §. 16. diſcimus, ubi: *Comitem accipere debemus eum, qui comitetur & ſequatur &c.* Quo etiam *Papinianus*, lib. 4. *Reſponſorum*, l. 4. ff. de *Officio Adſeſſorum*, & *Macer*, lib. I. de *Officio Præſidis*, l. 16. ff. de *Officio Præſidis*, reſpiciunt. Hocque ſenſu, *Tacitus, Hiſt.* lib. 2. Cap. 65. §. 4. *Cluvius, comitatu Principis adjectus, non adempta Hiſpania, quam rexit abſens &c.* & Cap. XIII. de *Moribus Germanorum*, §. 4. &c. *Inſignis Nobilitas, aut magna Patrum merita Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant. Ceteris robuſtioribus, ac jam pridem probatis, aggregantur; nec rubor inter Comites aſpici. Gradus quin etiam & ipſe comitatus habet, judicio Ejus, quem ſectantur; magnaque & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem ſuum locus? & Principum, cui plurimi & acerrimi Comites? Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari: in pace Decus; in bello præſidium &c.* & *Ælius Spartianus*, in vita *Adriani* Imp. apud *Fridericum Sylburgium*, Tom. 2. *Hiſtoriæ Auguſtæ*, pag. 131. *Quum judicaret, in conſilio habuit, non Amicos ſuos aut Comites ſolum, ſed Juris conſultos, & præcipuè Julium Celſum &c.* & *Ammianus Marcellinus* ſub fin. Libri XVIII. pag. 142. *Aderat Comitum quoque Sagittariorum pars major; equeſtres videlicet turmæ, ita cognominatæ, ubi merent omnes Ingenui Barbari, armorum viriumque firmitudine inter alios eminentes &c.* Nec male hinc *Matthæus Weſenbecius*, in Cod. Lib. I. Tit. XXXII. de *Officio Comitis Sacrarum largitionum*, §. 1. *Comitem, à comitando, & Comites eos, qui aliquem ſequuntur, & obſervant, dici, palam eſt &c.* & *Reinking, de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. I. Claſſ. IV. Cap. XIV. §. 5. pag. m. 402. *Nomen autem Comitis, à comitando, & ſequendo, deſcendit &c.* & *Du Freſne* l. c. pag. 1074. *Comites à*

comitando primum dicti, Aulæ Romanæ, ac Imperatorii Palatii, Proceres, quod ii Principem ſectarentur, Ejusque lateri adhærerent, ſeu domi maneret, ſeu in expeditionem proficiſceretur &c. & *Spangenbergius*, lib. X. *der Adelſpiegels* Cap. XIV. pag. 274. *Comites waren eigentlich der Kœnige, Kayſer und Fürſten, Mit-Regenten, ſolche Erbahre, redliche, wohlgeübte, und erfahrne Leute, ſo von den Kœnigen, und hohen Potentaten, ihrer Tugenden, ehrlichen Thaten, Verſtand, Geſchicklichkeit und Dapfferkeit halben, in Rath und Regierung gezogen worden; alſo, daſs ſie entweder ſtets bey den Kœnigen ſeyn, bey der Hand bleiben, mit Ihnen, von einem Ort züm andern reiſen, und die gleich alſo* comitiren, *geleiten, und, in fürfallenden ſchweren Reichs Sachen, mit gutem Rath Ihnen beywohnen muſten ... oder, muſten daheim, in einem gewiſſen Ihnen befohlnen Land, und zugetheiltem Ort, oder Refier, an der Kœnige ſtatt alles verwalten &c.* Exinde varia *Comitum* genera; alii enim erant *Comites ærarii*; alii vocabantur *Comites Sacri Conſiſtorii*; alii *Comites Cubiculariorum: Domeſticorum: Equorum Regiorum: Excubitorum: Patrimonii: Sacrarum largitionum: Commerciorum: Aquarum publicarum: Palatini* in ſpecie ſic dicti &c. &c. de quibus *Du Freſne* l. c. pag. 1075. &c. *Spelman*, Gloſſ. voc. *Comites*, p. 138. &c. Reliqui, præced. lit. a. nominati. Formulam *Comitivæ Patrimonii* ſuppeditat *Marcus Aurelius Caſſiodorus*, lib. IV. *Variarum*, §. 3. p. 125. ut & *Militiæ*, lib. VII. §. 28. p. 252. &c. & *Sacrarum largitionum*, lib. V. §. 40. pag. 194. & *Domeſticorum*, lib. VIII §. 12. p. 275. Officia horum *Comitum* complectuntur Tituli Codicis v. g. Lib. I. Tit. XXXII. de *Officio Comitis Sacrarum largitionum*; Lib. I. Tit. XXXIII. de *Officio Comitis Rerum privatarum*; ſequ. Tit. XXXIV. de *Officio Comitis Sacri Palatii*; Tit. XXXVI. de *Officio Comitis Sacri Patrimonii* &c. Add. Lib. XII. Tit. X. XI. XII. XIII. XIV. &c.

(1) Imperatores etiam ex ſuo comitatu probatiſſimos, ad regendas Provincias, *(a)* ablegare ſoliti ſunt, qui, nomine Comitis retento, ſua munia ſusceperunt, & exercuerunt, ita, ut tandem quilibet *(b)* Civitatis Judex, etiamſi fortè in comitatu ſui Principis nunquam fuiſſet, Comitis uteretur titulo, quaſi & ipſe lateri Principis adhæſiſſet, quo nobilior, rebusque tractandis aptior videretur. Atque hæc conſuetudo in tantum poſtea excrevit, ut Comes idem eſſet ac Judex *(c)* Unde etiam, cum, Caroli Magni præſertim & inſequentium quorundam Imperatorum temporibus, Comites non ſolum ad ſingulas Provincias, ſed & Civitates, *(d)* ablegarentur, cœpit Jurisdictio, Territorium, & Diſtrictus, cui præficiebatur, Comitatus dici: & ſic Comites erant Præfecti Terrarum, qui, tam in cauſis Civilibus, quam Criminalibus, jus dicebant. *(e)*

NOTÆ.

(a) PROVINCIAS &c. Locum parallelum, of. fendis apud *Limnæum*, Lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. IV. §. 3. pag. m. 21. (ex *Etienne Paſquier Recherches de la France*, Lib. 2. Cap. XIII. pag. 147.) *Speidelium Nobil. Jurid. Hiſtor. & Polit.* voc. *Graff*, pag. 434. & Dn *Thulemarium*, Cap. XVII. *Octovirat.* §. 5. pag. m. 238. Cæterum orta, occaſione hac, appellatio *Comitum Provinciæ*, de quibus *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Comites* pag. 1075. *Poſtea, cum ex eorum* (Comitum) *numero aſſi merentur, qui ad Provincias regendas mittebantur, Comites illi non amplius Principis, à quo aberant, ſed Provinciæ dicebantur, quam ipſi, cum Comitiva dignitate, gubernabant &c.* Plura tradit, voc. *Comites Provinciales* l. c. Conf. *Spelmanni* Gloſſar. voc. *Comes*, p. 138. ibique locus *Julii Capitolini*, de *Vero* Imp. *Confecto bello, Regna Regibus, Provincias verò Comitibus ſuis regendas dedit &c.* & voc. *Comites Provinciarum*, p. 139. *Webner Obſervat. Pract.* voc. *Graf*, p. 193. Ejusmodi *Comes Provincialis* fuit *Sabinus* ille, cujus *Johannes Heroldus*, de *Romanorum Stationibus in Rhætia littorali*, Cap. 3. apud *Schardium*, T. I. *Rer German.* p. 309. meminit. Formulam *Comitivæ Provinciæ*, ſiſtit *Caſſiodorus*, lib. VII. *Variarum*, §. 1. p. 232. & 233. Pertinent huc Tituli Codicis, Lib. I. Tit. 41. de *Officio Rectoris Provinciæ &c.* & Lib. XII. Tit. XIV. de *Comitibus, qui Provincias regunt &c.*

(b) QUILIBET &c. Rectius, *plerique*. Vid. *Limnæus* l. c. *Speidelius* l. c.

(c) JUDEX &c. *Judicem & Comitem* ſæpius fuiſſe ſynonyma, teſtatur Tit. LV. *Legum Ripuar.* § 1. *Si quis Judicem Fiſcalem, quem Comitem vocant, interfecerit &c.* nec non Conſtitutio *Friderici I.* Imp. de *Tenenda Pace publica*, 2. Feud XXVI. §. 8. *Si Miniſteriales alicujus domini inter ſe guerram habuerint,*

Cu-

Comes, ſive Judex, in cujus regimine eam fecerint, per Leges & judicia, ex ratione proſequatur &c. & Gloſſ. *Speculi Saxonici*, lib. 3. art. 53. *Ein Graf bedeut, nach altem Sachſiſchen Teutſchen, ein Richter, darumb haben dieſen Nahmen viel unterſchiedene Richter &c.* Adhuc hodiè, *Graf und Scheffen*, Colonienſibus ad Rhenum idem eſſe, ac *Judicem* & *Aſſeſſores*, ex *Beſoldo* de *Comitibus* & *Baronibus*, §. 4. ut & *Theſaur. Pract.* voc. *Grav*, p. m. 333. notat *Limnæus* l. c. §. 12. pag. 22. Conf. *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Comes, Judex Civitatis*, p. 1075. *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. *Graf*, p. 193. *Lehmanni Chron. Spirenſ.* Lib. 2. Cap. XVII. pag. 86. *Speidelius* l. c. pag. 435. *Spelman*, Gloſſ. voc. *Comes*, p. 140. *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. LXI. §. 10. 11. & 12. p. 153. Alii; Quandoque verò diverſos fuiſſe *Judices* à *Comitibus*, evincit *L. Bajoar.* Tit. 2. Cap. XV. §. 2. *Comes verò ſecum habeat Judicem, qui ibi conſtitutus eſt judicare, & Librum Legis, ut ſemper rectum judicium judicet &c.* & *Lex Longobardorum* lib. 2. Tit. 52. §. V. apud *Goldaſtum*, in *Collectione Conſuetudinum Imperialium*, pag. 81. ubi *Carolus* Imp. *Ut nullus quilibet Miſſus noſter, neque Comes, neque Judex aut Scabinus, cujuslibet Juſtitiam dilatare præſumat &c.* & *Hincmarus*, Tom. 2. Operum Epiſt. XIV. ad *Proceres Regni*, de *Inſtitutione Carlomanni Regis*, ut & de *Ordine Palatii*, ex *Adalardo*, Cap. X. p. m. 205. *Tales etiam Comites, & ſub ſe Judices, conſtituere debet, qui avaritiam oderint, & Juſtitiam diligant, & ſub hac conditione ſuam adminiſtrationem peragant, & ſub ſe hujusmodi Miniſteriales ſubſtituant &c.* Reliqui; *Du Freſnio*, Gloſſ. voc. *Judices*, pag 129. citati.

(d) CIVITATES &c. Antiquiſſimis ſtatim temporibus, Francorum *Civitatibus* præfuiſſe *Comites*, juſtitiam, Regis nomine, adminiſtrantes, docet *Gregorius Turonenſis*, lib. VI. *Hiſtor.* Cap. XXII apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc* p. 134. *Rex igitur pervaſis Chilpericus Civitatibus Fratris ſui, novos Comites ordinat, & cuncta jubet ſibi Urbium tributa deferri &c.* &, ex eo, *Aimoinus* lib. 3. de *Geſtis Francor.* Cap. 48. p. m. 323. *Chilpericus, his non contentus, aliquas à fratre Civitates auferens, novos eis Comites præfecit: præceptum dans, ut earum tributa ſuo inferrentur theſauro &c.* Idem *Gregorius*, de *Vitis Patrum*: *Vidi ego, quodam tempore, Baſilium Presbyterum, miſſum ab eo, ad Armentarium Comitem, qui Lugdunenſem Urbem his diebus poteſtate judiciaria gubernat &c.* *Firmino, Arvernorum, Comiti*, *à Comitatu Urbis* abacto, ſurrogat Rex *Chramnus Salluſtium*, *Evodii* filium; Id. Lib. IV. *Hiſtor.* c. 13. pag. 74. & Cap. 30. pag. 82. *Eunomius* ſucceſſit *Leudaſti*, in *Comitatu* Urbis *Turonenſis*, regnante *Chilperico*. Vid. Idem, lib. V. c. 48. p. 118. & *Aimoinus*, lib. 3. c. 21. pag. 309. De *Nunnichio*, Comite *Lemovicenſi*, vid. *Aimoinus*, lib. 3. c. 49. p. m. 324. Defuncto *Chilperico*, orto *Aurelianenſes* inter & *Beleſenſes*, ex una, & *Carnotinos* atque *Dunenſes*, parte ex altera, bello, *intervenientibus utriusque partis Comitibus, pax facta eſt.* Vid. Idem, lib. 3. c. 57. pag. 328. *Turonicæ* atque *Pictaviæ Urbium Comites* efflagitant *Childebertum II.* Regem, *Ennodium*, Ducatum harum Urbium tenentem, à ſe removeri. Vid. *Gregor. Turon.* lib. IX. c. 7. pag. 194. Anno 776. interfecto Forojulienſium Duce, *Rodgando*, Italiæ Regnum affectante, *Carolus*, Francorum Rex, *Civitatibus, quæ ad eum defecerant, ſine dilatione receptis, & in eis, Francorum Comitibus conſtitutis, eadem, qua venerat, via velociter reverſus eſt.* Hæc *Adelmus*, *Annal. Francor.* h. a. apud *Freherum* l. c. pag. 390 & 391. Conf. *Annal. Francor. Reuberiani*, ann. eod. pag. 21. In Capitulis *Caroli Magni*, lib. 2. Cap. 25. mentio ſit *Comitum*, *Veſontii*, *Moguntiæ*, *Coloniæ*, &c. qui, una cum Epiſcopis illorum locorum, *Miſſorum Regiorum* munere fungantur; ibi: *In Veſontio, quæ eſt Diœceſis Bernoini Archi Epiſcopi, Herminus Epiſcopus, & Monogoldus Comes. In Moguntia, quæ eſt Diœceſis Heiſtulfi ArchiEpiſcopi, idem Heiſtulphus Epiſcopus, & Adalbertus Comes. In Colonia, Hadaboldus ArchiEpiſcopus, & Ermundus Comes &c.* Ad eandem Claſſem referendus ille *Odo*, *Legatus* Imperatoris in Caſtello *Hobbuochi*, Albiæ flumini adpoſito, quod jam *Hamburgum* vocamus, cujus *Adelmus*, ad ann. 810. p. 412. *Annales Reuberiani* ann. eod p. 38. *Fuldenſes*, ann. eod. p. 11. *Pithœani*, ann. eod. p. 276. *Regino*, ann eod. p 38. aliique, mentionem faciunt. Imperante *LudovicoPio*, obtinuit an. 822. Spoletanum Ducatum, *Suppo*, *Brixiæ Civitatis Comes &c.* Vid. *Adelmus*, h. a. pag 422. *Annal. Reuberiani*, ann. eod. p. 47. Eodem tempore floruit *Hamburgi Comes Bernarius*, teſtibus *Remberto*, in Vita *S. Anſcharii*, apud *Lambecium*, lib. I. *Orig. Hamburg.* Cap. X. V. p. m. 59. & *Gualdone*, Corbejenſi Monacho, in Carmine, quo ejusdem Præſulis vitam deſcribit, Cap. XXX. ibid. p. m. 97. Formulam *Comitivæ Civitatis* ſiſtit *Caſſiodorus* lib. VI. *Variarum*, Cap. XXII. p. 229. & XXIII. p. 230. add. *Marculfus* lib. I Formul. VIII. Theſin ſuffulciunt *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Comes Civitatis*, p. 1078. *Lehman*, *Chron. Spirenſ.* lib. 2. Cap. 18. pag. m. 88. *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. 61. pag. 153. & quos adducit ſecum ſentientes alios; *Obrechtus*, *Prodrom. Rer. Alſat.* Cap. XII. p. 260. cujus verba, præc. Tit. XVI. §. 1. lit. a. pag. 2. exhibui: *Lambecius*, lib. I.

Orig. Hamburgenſ. §. 22. 23. & 24. pag. m. 8. &c. *Conringius,* de *Republ.* Exerc. III. de *Urbibus Germanicis,* θ. 69. pag. 106. & Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus Germaniæ,* θ. XI. pag. 159 & θ. XIV. p. 160.

(c) JUS DICEBANT &c. Erant enim, in Pagis & Urbibus, præcipui Magiſtratus, à Regibus & Imperatoribus conſtituti, ut, ipſorum nomine, Juſtitiam adminiſtrarent; in quem finem etiam quandoque publicos agebant Conventus, cujusmodi fuit, qui in *Traditionibus Fuldenſibus;* lib. 2 §. 149. apud *Piſtorium,* pag. 544. celebratur, ubi: *Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti DCCCXXV. Regni autem Sereniſſimi Imperatoris Ludovici XII. Menſe Februario, decimo Calend. Martii, factus eſt Publicus Conventus Popponis Comitis, & totius Comitatus Ejus, in terminis Villæ, quæ dicitur Geiſmari, factaque eſt exquiſitio magna in eodem Conventu, de Termino Monaſterii, quod nuncupatur Hunnafeld; & quiquis in illo Placito repertus fuerat, aliquid ſibi infra terminos ejusdem Monaſterii, aut ad proprietatem vindicare, aut injuſtè retinere, hoc, ſecundum Legem ipſorum, coram ſupra nominato Comite, & omni Conventu, reſtituit, atque Legatis, Hrabani, Monoſterii S. Bonifacii Abbatis, reddidit &c.* Alius Conventus ann. 828. Regni Imperatoris laudati XIV. in loco, *Strarzeſmuos* nuncupato, habitus à *Poppone* Comite, occurrit l. c §. 155. pag. 545. Conf. *Goldaſtus* Tom. 2. *Antiquit. Alaman.* Part. I. § 99. pag. 58. Non malè *Gryphiander de Weichbildis,* Cap. LXI. §. 5. &c. pag. 153. *Comites autem, & Miſſi, Cæſaris nomine, Jurisdictionem omnem exercebant, mulctas recipiebant, ex iis ſe ſuſtentantes, reſiduum Fiſco inferebant.* Capit. *Caroli,* Tit. *Qualiter præcipit,* §. 5. *Knichen,* in *Encyclop. Cap. I. &c. Eorum poteſtas per diſtrictum extendebatur, qui Pagus dictus, vulgò Gow, Bœrde &c.* & *Lambecius,* Lib. I. *Origin. Hamburg.* §. 22. pag. m 8. *Quod ad Comites attinet, eorum ſtata erat & ordinaria Jurisdictio. Singulis enim Saxoniæ Pagis, ſive partibus, unus aliquis ab Imperatore præficiebatur, isque in Primario Ditionis ſuæ Oppido, Mallum publicum conſtituebat, hoc eſt, tribunal, ſive locum, ubi publicè jus diceret. Nec tamen ſolus Comes jus dicebat, ſed aliquot illi ex Populo, præ cæteris virtute, prudentia & dignitate, conſpicui Viri, adjungebantur, qui unà judicarent; hi vulgò dicebantur Scabini, eorumque eligendorum jus partim penes Legatos erat, partim penes Comitem & univerſum Populum &c.* Quæ diplomate *Caroli Magni,* anno 788. dato, cujusque formulam *Meibomius,* in Notis ad Lib. 2. *Witichindi,* Tom. I. *Rer. German.* pag. 689. exhibet, illuſtrantur, ubi: *Quapropter in illa parte Saxoniæ, Trutmannum, Virum Illuſtrem, ibidem Comitem ordinamus, ut reſideat, in curte, ad campos, in mallo publico, ad univerſorum cauſas audiendas, vel recta judicia terminanda. Isque Advocatum omnium Presbyterorum in Saxonia fideliter agat, ſuperque Vicarios & Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat, & animadvertat, ita, ut officia ſua ſedulo peragant &c.* Quamvis non integra ſit chartæ fides, ob ea, quæ *Gryphiander,* l. c. Cap. XXXIII. pag. 83. §. 5. &c. & Cap. LV. § 8. pag. 137. tradit; Theſin confirmant *Lehmannus, Chron. Spir.* Lib. 2. Cap. XVII pag. 86. & 87. *Spangenberg, Adelſpiegel,* lib. X. Cap. XXXIV. pag. 324. *Conringius,* de *Republ.* Exercit. III. de *Urbibus German.* §. 69 p. 106. & §. 73. pag. 109. &c. & Exerc. IV. de *Ducibus & Comitibus,* θ. XV. pag. m. 160. &c. *Limnæus,* Lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. IV. p. 22. &c. *Schilterus, Inſtit. Juris Publ.* Lib. I. Tit. XXIII. §. 2. p 227. & Dn. *Ockel,* de *Palatio Regio,* θ. 75. p. m. 69. &c.

(2) Id quod Latinis Comes erat, Germanis erat Grave, (a) *Und iſt, bey der Caroliner Regierung, ein Graf, nichts anders geweſen, als ein Land-Richter, der den Kœnigsbann, an ſtatt des Kœnigs, in ſeiner gantzen Grafſchafft, allein geführt, (b) welches in ſolchem Gau und Grafſchafft zu üben, ſonſten Niemanden gebühret. Heider,* in Actis Lindavienſibus, fol. 282.

NOTÆ.

(a) GRAVE &c. Antiquiſſima hæc appellatio. *L. Salica,* Tit. XXXIII. & LII. §. 3 ubi: *Tunc Grafio congreget ſecum ſeptem Rachinburgios &c.* & in Lege *Ripuar.* Tit. LXXXIV. *Si quis Grafionem, ad res alienas injuſtè tollendas, invitaverit &c.* Conf. *Fredegarius* Scholaſticus, in *Chronico,* Cap. 42. apud *Freherum,* T. I. *Rer. Franc.* pag. 133. *Meroveus, ſecretius juſſu Chlotharii in Neptriam perducitur, eundem amplectens amore, quod ipſe de Sancto accepit lavacro, & Ingobodi Grafioni commendatur, ubi plures poſt annos vixit &c.* & Cap. 74. pag. 145. *Magunciam magno cum Exercitu, adgreditur,* (Dagobertus Rex) *diſponens Regnum tranſire, ſcaram* (comitatum) *de electis Viris & Fortibus de Neuſter, & Burgundia, cum Ducibus & Grafionibus, ſecum habens &c.* Chartæ *Theoderici,* Reg. Franc. ap. *Mabillon* Lib. VI. de *Re Diplom.* §. 195. p. 608. *Theodericus, Rex Francorum, Viris Illuſtribus Gravionibus, ſeu & omnibus agentibus*

bus vel junioribus eorum &c. Ita & *Hildericus* l. c. §. 197. pag. 610. *Paulus Warnefridus* Diaconus, lib. V. de *Geſtis Longobardorum*, Cap. XIV. pag. m. 422. *Is* (Alahis) *dum eſſet Dux in Tridentina Civitate, cum Comite Bajoariorum, quem illi Gravionem dicunt, qui Bauzanum, & reliqua Caſtella, regebat, conflixit, eumque mirificè ſuperavit &c.* In Reſcripto *Carolomanni*, de ann. 742, quod *Oblonus* Presbyter in vita *S. Bonifacii* Moguntini, apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 66. ſuppeditat, legimus: *Decrevimus, ut, ſecundum Canones, unusquisque Epiſcopus, in ſua parochia ſolicitudinem gerat, adjuvante Gravione, qui Defenſor Eccleſiæ ejus eſt, ut Populus Dei paganias non faciat, ſed ut omnes ſpurcitias gentilitatis abjiciat &c.* Eadem habentur, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imperial.* pag. 118. add. *Capitul. Caroli Magni*, ann. 769. C. 6. *Adjuvante Graphione, qui defenſor Eccleſiæ eſt &c.* *Anaſtaſius Bibliothecarius*, in Vita *Hadriani* P. R. pag. m. 154. memor *Caroli Magni* itineris Romani, ait: *Abſtollens ſecum diverſos Epiſcopos, Abbates etiam & Judices, Duces nempe & Graphiones, cum plurimis Exercitibus, hic Romam, per Tuſciæ partes, properavit &c.* & pag. 157. mentione facta donationis ejusdem Principis, in Sedem Romanam collatæ: *Chriſtianiſſimus Francorum Rex eam corroborans, univerſos Epiſcopos, Abbates, Duces etiam & Graphiones, in ea ſubſcribi fecit &c.* Charta *Kenulfi*, Regis Merciorum, Tom. I. *Monaſt. Angl.* pag. 100. *Nec Princeps, nec Graffio, hanc levitatem præfatam mutare audeat &c.* Hic quintuplex lectio: *Grafio; Gravio; Graphio; Grapha; & Graffio.* Hinc etymologiæ difficultas, de qua multa *Limnæus* lib. IV. Cap. IV. J. P. §. 14. &c. pag. 23. &c. ex *Johannis Goropii Becani Antiquitatibus Antverpienſibus*, lib. 2. pag. 148. aliisque, congeſſit. Nugantur, qui *Graven*, à *fodiendo*, nomen adeptos exiſtimant; nec æquior ſententia *Rogeri de Hoveden*, Part. poſter. *Annal. Angl.* in vita *Henrici II.* Regis, apud *Savile*, p. m. 607. *Videtur etiam quibusdam, quod Grieve vocabulum, nomen eſt compoſitum ex Anglico Grith, & Va Latino. Grith enim pax eſt; Væ verò miſeria: ipſo teſtante, qui dixit: Væ tibi Corazin. Greve igitur ideò dicitur, quod jure debeat Grith, id eſt, pacem ex illis facere, qui Patriæ inferunt Væ, id eſt, miſeriam, vel malum &c.* *Lipſium, Wendelinum, Jacobum Lydium* Lib. 2. *Chronici Zeelandici*, aliosque, ſono verbi captos, *Graphionem*, à Græco verbo γράφειν, id eſt, à *ſcribendo*, nominatum, arbitrantes, carpit *Spelmann*, Gloſſ. voc. *Grafio*, pag. m. 266. cui ipſi *Grave* dictus videtur, à veteri vocabulo Saxonico *Gerefa*, contractè *Grefa*, *exactorem* denotante; idque probare contendit auctoritate *Suggerii, de Poſſeſſ. B. Dionyſii*, ubi: *Ab oppreſſione Exactorum Regiorum, quos dicunt Grafiones, multo labore, multisque placitis emancipaveram &c.* *Vultejus* Lib. I. de *Feudis* Cap. IV. §. 14. pag. m. 48. appellationem hanc à *gravitate* arceſſendam putat: *Germanis dicuntur Graven, à gravitate, ut quibusdam videtur, quod nimirum gravitate alios anteire debeant &c.* ita quoque *Rulandus*, de *Commiſſariis*, Part. 2. lib. 5. cap. 4. §. 7. & *Wehnerus*, *Obſervat. Pract.* voc. *Graf*, pag. m. 193. Aliis arridet etymon à *canitie* deductum, quaſi *die Grawen*; quæ ſententia Dn. *Hertii*, in Diſſ. *de Origine & Progreſſu ſpecialium Rerumpublicarum Imperii Romano-Germanici*, § 2. pag. 7. *Qui autem per Pagos vicosque jus reddebant, Principes vocitati à Romanis illos Germani vel Vorſten, à præſidendo; vel Graven, unde Barbaro-Latinum Graviones, quaſi Grauen, hoc eſt, canis aſperſos, dixiſſe videntur: quoniam haud dubiè Seniores ex Populo, ad hoc munus delecti &c.* In quam etiam *Stumpfium*, lib. IV. *Chron. Helvet.* f. 296. *Reineccium*, Comment. de *Origine Nobilit.* & *Limnæum*, l. c. §. 15. pag. 23. inclinaſſe, conſtat. *Kirchnerus* de *Republ.* Diſp. VIII. *th.* 1. lit. D. voc. *Graff*, poteſtatem *Comitum* minuere exiſtimat, quaſi *Kraffe*, litera *t.* abjectâ. Alii aliter. Sed, miſſis his, *verius eſt, vocem hanc ab origine ita natam, non verò factam, aut aliunde derivatam, ita, ut originaliter nihil aliud quam Judicem denotet; ſiquidem non ſolum priſcis temporibus, ſed etiam adhuc hodiè, in plurimis Germaniæ locis, vox Graffe, aut Greffe, ſignificat Judicem, unde illæ deſcendunt appellationes; Centgraffe, Gograffe, Freygraffe, Holtzgraffe, cum ſimilibus: atque hinc, apud Feudiſtas, Comites, ſunt Judices ordinarii, qui in pace ac otio jus reddunt; Cap. Un. §. Si Judex, de Pace tenenda &c.* Hæc *Rencklingius* de *Regim. Secul. & Eccleſ.* Lib. I. Claſſ. IV. Cap. XIV. §. 19. & 20. pag. m. 403. & quidem benè; contentientibus *Beſoldo*, *Theſaur. Pract.* voc. *Grav*, pag. m. 332. *Frehero* Lib. I. *Orig. Palat.* Cap. 2. p. 33. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Grafio*, pag. m. 646. *Sagittario*, de *Antiquitat. Ducatus Thuringici*, Lib. IV. Cap. VI. §. 2. & 3. pag 228. & 229. Dn. *Struvio*, Syntagm. *Juris Publ.* Diſſ. XX. §. 1. pag. 409. Dn. *Guilhelmo Tobia Stempelio*, Diſſ. Inaugur. de *Juriſdictionis & Magiſtratuum differentia ſecundum mores Germanorum*, Præſide Illuſtr. Dn. *Thomaſio*, ann. 1703. Halæ ventilata, *th.* 66. pag. 46. & 47. aliisque pluribus; notandum tamen, quandoque *Comites & Grafiones* pro diverſis fuiſſe habitos, v. g *Chlodovæi III*

Placitum, de *Baldana* curte in Pago *Belvacenſi*, Ann. 693. apud *Mabillon*, cit. lib. VI. *Rei Diplomat.* §. XIX. pag. 475. *Chlodovius, Rex Francorum, Vir Inluſter; cum Nos, in Dei nomine, Valencianis, in Palatio Noſtro, una cum - - - - Angliberctho, Ogmirectherio, Chillione, Adreberctho, Adalrico, Ghiſlemaro, Jonatan, Modeghiſleno, COMITEBUS; Chrodmundo, Godino, Sigofrido, Ghiboino, Ermenteo, Madlulfo, Arigio, Auriliano, GRAFIONEBUS - - - ad univerſorum cauſas audiendas, vel recta judicia terminanda, reſidiremus &c:* Sic *Carolus Magnus*, in Præcepto Ann. 775. quo varia Monaſterii Dionyſiani Bona, ſub *Pipina* recuperata, confirmat, ibid §. L. pag. 497. *Carolus, Gratia Dei, Rex Francorum, & Langobardorum, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, COMITIBUS, Domeſticis, GRAFFIONIBUS, Vicariis, Centenariis &c.* & *Ludovicus Pius*, in *Præcepto*, de *Immunitate Cormaricenſis Cœnobii* ann. 816. apud *Sagittarium* l. c. *Notum eſſe volumus cunctis Fidelibus noſtris, Epiſcopis videlicet, Abbatibus, Viriſque illuſtribus, Ducibus, COMITIBUS, Domeſticis, GRAFIONIBUS, Vicariis, Centenariis, eorumque Junioribus &c.* Et hoc caſu, *Grafio*, pro *Vice-Comite* ſumendus, ceu recte docet *Spelmannus* l. c. voc hac, pag. m. 266. *Videant Eruditi, ne malè decernant de Comite & Grafione; nam licet confundantur ſæpiſſimè, re vera tamen diverſi ſunt; propriè enim Comes eſt, qui gladio Comitatus cingitur; Grafio, is qui ejuſmodi Comiti eſt à vice, & à juribus Comitatus exigendis. Sæpe igitur in Conciliis, & antiquis Legibus, ſemper in Wiſigothorum, Vicarius, dicitur; in Normannorum utique Vice-Comes, ut à Duce ſuo, quem illo ævo Comitem æquivocè appellabant, diſtingueretur &c.* & rurſus pag. 267. *Ut diſtinctiores fierent duo iſti in Comitatu Magiſtratus, Comitum nomine appellati, obtinuit quorundam locorum uſus, ut ſuperior, Comitis appellationem retineret, (etiam & Ducis interdum,) inferior verò, Grafio, Vicarius, & Vice-Comes, appellaretur &c.*

Certum interim eſt, *Comites & Miſſos*, ſeu *Legatos Regios*, fuiſſe perſonas omninò invicem diſtinctas; *Miſſi* ſanè plerumque in ipſorum *Comitum*, Epiſcoporum, Abbatum, & Scabinorum, vitam moreſque inquirebant, & officio minus rectè fungentes corrigebant; ſpectat huc *Caroli Magni* Lex, lib. IV. c. XVII. apud *Anſegiſum*: *Ut omnis Epiſcopus, Abbas & Comes, excepta infirmitate, vel Noſtra juſſione, nullam excuſationem habeant, quin ad Placitum Miſſorum noſtrorum veniat, aut talem Vicarium ſuum mittat, qui, in omni cauſa, pro illo, reddere rationem poſſit &c.* & Cap. LXVI. *Ubicunque Miſſi aut Epiſcopum, aut Abbatem, aut alium quemlibet, quocunque honore præditum, invenerint, qui juſtitiam facere vel noluit, vel prohibuit, de ipſius rebus vivant, quamdiu in eo loco juſtitias facere debent.* Et Lib. V. Cap. 183. *Si Comes in ſuo miniſteria juſtitias non fecerit, Miſſis Noſtris de ſua caſa, vel de ſuis xeniis, ſerviat, uſque dum juſtitiæ ibi factæ fuerint. Et ſi Vaſſus noſter juſtitias non fecerit, tunc & Comes, & Miſſus noſter, ad ipſius caſam redeant, & de ſuo curent, quouſque juſtitias faciant &c.* Add. Capitul. *Lotharii* Imp. de Ann. 847. apud *Goldaſtum*, de *Conſuetudinib. Imper.* pag. m. 103. Cap. XXII *Si Comes in ſuo Miniſterio juſtitias non fecerit, Miſſum Noſtrum de ſua cauſa* (caſa) *ſoniare faciat, uſque dum Juſtitiæ ibidem factæ fuerint. Et ſi Waſſus Noſter juſtitias non fecerit, tunc & Comes, & Miſſus, ad ipſius cauſam ſedeant* (caſam redeant) *& de ſuo vivant, quouſque juſtitias fecerint &c.* nec non Cap. *Ludovici* Regis, Lib 2. *Legis Longobard.* Tit. LII. §. 17. ibid. pag. 82. *Legatio Miſſorum Noſtrorum hæc eſt; primum, ut, ſicut jam aliis Miſſis noſtris injunctum eſt, faciant juſtitiam, de rebus & libertatibus injuſtè ablatis. Et ſi Epiſcopus, aut Abbas, aut Vicarius, aut Advocatus, aut quilibet de plebe, hoc feciſſe inventus fuerit, ſtatim reſtituatur. Si verò Comes, vel Actor Dominicus, vel alter Miſſus Palatii Noſtri hoc perpetraverit, & in Noſtra poteſtate redierit, res diligenter inveſtigata & deſcripta ad noſtrum revertatur judicium &c.* & § 19. l. c. *Ut in illius Comitis Miniſterio, qui bonam Juſtitiam factam habent, Miſſi Noſtri diutius non morentur, neque illic multitudinem convenire faciant: ſed ibi moras faciant, ubi Juſtitias vel minus, vel negligenter factas invenerint &c.* jung. ibid. §. 20. 21. 22. 25. &c. Plura ſuppeditant *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Miſſus*, pag. 583. &c. *Spelman*, Gloſſ. voc. ead. pag. 414. *Joachimus Vadianus*, lib. I. de *Collegiis Monaſteriiſque veteribus Germaniæ*, Cap. XXIX. pag. m. 24. *Franci veteres tanti diſciplinam, Majorum exemplis confirmatam, æſtimarunt, ut, quoties viſum eſſet, ad Monaſteria & Collegia graves aliquot & pios Viros perquiſitum mitterent, rectène, an ſecus Clerici & Monachi præſtarent, quod Epiſcopi illis & Abbates injunxiſſent. Ea de re Miſſi Dominici illis ſeculis, præterea Regum & Imperatorum Legati, dicti ſunt, quibus hoc muneris delegatum fuiſſet; atque horum quidem ſententia velut cenſura, notabantur, qui licentius vel à canonum vel Regulæ præſcripto exorbitaſſent. Licebat autem & aliorum ordinum dicta factaque cognoſcere, & ad Principem referre, ſiquid, in Leges & Inſtituta, vel à Duce, vel Comite, vel Epiſcopo, vel Abbate, commiſſum fuiſſet &c.* Quæ ex eodem *Vadiano, Conringius*, de *Republ.* Exercit. VI. de *Judi-*

Digitized by Google

Judiciis Reipubl. Germ. §. 36. pag. m. 245. amplius illuſtrat: *Ad Miſſos provocare, adverſus Comitum vel negligentiam, vel illatam injuriam, etiam plebi licebat: actione hinc data conceſſaque, qui ſe neglectum fraudatumve, aut iniquius à Comite tractatum, quereretur.* Conf. idem l. c. §. 24. pag. 231. & Exercit. IV. de *Ducibus & Comitibus*, §. XIV. pag. 160. & Exerc. VI. de *Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, § 87. pag. 304. &c. non minus *Petrus Pithœus*, de *Comitibus Palatinis*, apud *Freberum*, Part. I. *Originum Palatin.* pag. 2. qui, memor *Miſſorum Dominicalium*, ſeu *Regiorum*, inquit: *Quorum munus erat, viſitando Provincias ſibi attributas, inquirere diligentiſſimè in ſtatum totius Reipublicæ; quomodo agerent Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ; itemque Comites & Judices locorum? curare, ut Eccleſiæ & Monaſteria commendata Vice-Dominis & Advocatis idoneis, & ut Juriſdictiones, tam Regales, quam Eccleſiaſticæ, bono & debito modo adminiſtrentur: ſatisfacere deſideriis & querelis ſingulorum Provincialium, præſertim vero viduarum & pupillorum: denique, procurare & expedire omnia, quæ poſſent: & reliqua, quæ ipſi componere non poſſent, remittere ad ipſum Regem; & coram de ſingulis ex fide referre &c.* & *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. LXI. pag. m. 153. &c. *Hachenberg*, de *Germania Media*, Diſſert. 3. de *Legibus Veterum Germanorum*, §. XXVI. pag. 96. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. 2. §. 27. pag. 50. &c. & de *Palatio Regio* §. 75. pag. 69. & 70.

(*b*) ALLEIN GEFüHRT &c: de Officio *Comitum*, ſcribit *Spangenbergius*, lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XXXIV. fol. 324. ex L. 2. *Leg. Franc.* Cap. VI. *(1) Sollen Sie ſehen, daß das Chriſtenthumb gehandhabt und befœrdert werde; (2) den Biſchoffen zu ihrem Ampt mœgliche Handreichung thun; (2) In Gerichten Gerechtigkeit handhaben; (4) über Kayſerl. Geſetze veſt halten; (5) Kayſern an die Hand geben mit Rath und That; (6) das Volck regieren, gleich als Vætern zuſtehet; (7) Wittwen und Waiſen bey Recht ſchützen; (8) Diebe, Ræuber, und andere Ubelthæter, ernſtlich ſtraffen &c.* & (9) ex Cap. XII. *Auf die Biſchœffe Achtung haben, damit ſie Ihrem Ampt ein Genügen leiſten &c.* Plura Lexicographi, *Du Freſne* voc. *Comes*; *Spelman* voc. ead. pag. 118. &c. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Graf*, pag. m. 332. &c. *Webner, Obſervat.* voc. ead. pag. m. 193. &c. *Speidelius, Notab.* voc. ead. pag. m. 434. &c. *Lehmannus Chronic. Spir.* Lib. 2. Cap. XVII. pag 86. & 87. &c. reliqui præc. §. 1. lit. e. pag. 570. hoc titulo nominati.

(3) Territorium, cui Comes præerat, Comitatus, (*a*) ſeu Pagus, (*b*) dicebatur: ut Pagus Alſaticus; Pagus Pariſienſis; Germanicè *ein Gau*, (*c*) *oder ein Thal*, veluti: *das Craichgau*, (*d*) *oder Wormſgau*, (*e*) *das Speyergau*, (*f*) *das Nordgau*, (*g*) *das Zabergau*, (*h*) *das Rheingau*, (*i*) *das Neckergau*, (*k*) *das Allgau*, (*l*) *das Wiſtgau*. (*m*) Hi Pagi nihil aliud erant, quam certi tractus, qui ſub ſe habebant plures Villas, Caſtella, Oppida, Civitates. Marquardus Freherus de Orig. Palat. lib. 2. c. 4. & 5. *Denn es haben die Franckiſche Kœnige ihre Kœnigreich und Land in Gau abgetheilet, und hat man damalen ein Gau genennet, ein Revier einer Landſchafft, darinnen eine Hauptſtatt, ſampt andern geringern Stædten, Flecken und Dorffſchafften, gelegen, und von einem Graven, oder Landrichter, im Namen des Kœnigs und Reichs, regieret und verwaltet worden. Daraus erſcheinet, daß die Teutſche Franckiſche Kœnige, in Verwaltung der Landſchafft, der Rœmer Exempel vor Augen gehabt; Denn was die Rœmer* Diœceſes, *und* Præfecturas *genennet, und, durch Ihre* Præfectos Militum, *Haupt-Leuthe, oder* Comites, *regieret, das haben die Teutſchen nach ihrem Gebrauch, ein Gau,* Latinè Pagum, *und die Regenten, Gau-Graſen, genennet.* Lehman, in Chron. Spirenſ. lib. 2. Cap 18. princ. Unde poſtea varia genera Comitum orta ſunt, & alii erant Landgravii, alii Pfaltzgravii &c.

NOTÆ.

(*a*) COMITATUS &c. Ut *Comitatus* ad *Comitem*, ita ſe habet *Graſia*, ſeu *Gravia*, ad *Graſionem*, ſeu *Gravionem*. Benè *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Graſia*, pag. m. 643. *Graſia, Diſtrictus Graſionis, Comitatum, Germ. Grafſchafft; Greve, in Legibus Edwardi Confeſſoris, c. 35. &c.* & *Spelman*, Gloſſ. voc. ead. p. m. 267. *Graſia, & Graphia, dignitas & officium Graſionis; etiam Territorium, quo ſe exercet ejus juriſdictio &c.* In appendice *Marculfi*, Form. 7. *Qui eſt in Pago Illo, in Graſia Illa, in loco, qui vocatur Ille &c.* & Form. 40. *Res meas in Pago Illo, in loco nuncupante cujus vocabulum eſt Illo, in Graſia Illa, ſuper fluvium Illum &c.* Inde ſua *Sagittarius*, de *Antiquit. Ducatus Thuringici*, Lib. IV. Cap. VI. §. V. pag. 229. & 230. Synonymon eſt, *Cometia*, quod vocabulum

bulum ſæpius in Diplomate *Friderici I.* Imp. ann. 116. Herbipolenſi Epiſcopatui dato, occurrit apud *Leuckfeldium, Antiquitat. Poeldenſ.* Append. 3. §. 3. p. 255. &c. De *Comitia in Meinefelde* loquitur Diploma *Henrici* Ducis Saxoniæ & C. P. R. anno 1197. apud *Freherum* T. I. *Originum Palat,* Cap. XI. p. 112. *Cometia Terræ Nordalbingorum,* apud *Arnoldum Lubecenſ.* lib. I. *Chron. Slav.* Cap. 49. §. 12. pag. 120. Add. *Albertus Stadenſ.* ann. 1106. pag. 150. ann. 1112. pag. 153. ann. 1139. pag. 161. &c.

(*b*) PAGUS &c. De *Pagis* vid. cumprimis *Chronicon Gottwicenſe,* Lib. IV, de *Pagis Germaniæ Mediæ* p. 527. ſq. ad p. 881. *Meibomius,* Comment. de *utriuſque Saxoniæ, & vicinarum Regionum quarundam, Pagis,* T. 3. *Rer. Germ,* p. 93. &c. *Chriſtiani Franciſci Paullini* Libellus de *Pagis, inprimis Antiquæ Saxoniæ &c.* quem in ipſius *Syntagmate Rerum Germanicarum,* § XVI. p. 571. &c. offendis; Ejuſdem Commentarius *de Pagis, Antiquæ præſertim Germaniæ,* 4to Francofurt. ad Mœnum, 1699. *Chriſtiani Knauthi, Antiquitates Pagorum & Comitatum Principatus Anhaltini,* 4to Francofurt. ad Mœnum, 1699. Huc inſuper pertinent *Andreæ Althameri,* Scholia in *Taciti Germaniam,* apud *Schardium,* Tom. I. *Rer. German.* pag. 29. & 30. *Marquardi Freheri, Origines Palatinæ,* Part. I. Cap. V. pag. m. 56. &c. *Gryphiander,* de *Weichbildis.* Cap. LV. §. 14. &c. pag. 138. & Cap. LXI. §. 7. &c. pag. 153. *Winckelmanni, Notit. Weſtphaliæ,* Cap. 3. §. 13. &c. *Lehmanni Chron. Spirenſ.* lib. 2. Cap. XVIII. pag. 87. &c. *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Pagus,* pag. 88. &c. *Sperdelius, Notabil. Hiſtor. & Polit.* voc. *Gaw,* pag. m. 360. & 361. *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. ead. p. m. 155. &c. *Schottelius von der Teutſchen Sprach,* p. 462. *Nicolaus Mylerus ab Ehrenbach,* de *Principibus & Statibus Imperii,* Part. I. Cap. IX. §. 5. &c. p. 60. &c. *Couringius,* de *Republica,* Exercit. VI. de *Judiciis Reipubl. German.* θ. X. &c. pag. m. 220. &c. & θ. XXV. p. 232. *Sagittarius, Antiquit. Ducat. Thuring.* lib. IV. Cap. 2. pag. 199. &c. & *Hiſtor. Bardewici,* pag. 10. *Joh. Georgii Leuckfeldii, Antiquitates Walckenredenſes,* Cap. I. §. 3. & ſeqq. p. 5. &c. Alii multi. Ut autem *Romani* Imperium in *Provincias,* & has rurſus in *Præfecturas, Territoria, colonias &c.* diſtribuerant; ita *Germani* veteres ſolum ſuum in *Pagos, Comitatus, & Vicos &c.* dividebant; teſtis *Julius Cæſar,* Lib. IV. de *Bello Gallico,* Cap. I. §. 3. p. m. 83. *Suevorum Gens eſt longè maxima, & bellicoſiſſima Germanorum omnium; Ii centum Pagos habere dicuntur &c.* Nolo addere ejuſdem locum Lib. I. Cap. XII, p. m. 9. ubi: *Omnis Civitas Helvetia in quatuor Pagos diviſa eſt &c.* quia *Helvetii* tunc ad *Gallos* referebantur, eodem teſte Lib. I. Cap. I. §. 4. &c. Spectat autem huc *Tacitus,* de *Moribus German.* Cap. XII. *Eliguntur in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per Pagos Vicoſque reddunt &c.* & *Ammianus Marcellinus,* Lib. XV. apud *Sylburgium,* Tom. 2. *Hiſt. Roman.* p. m. 320. *Paulo poſt & Lentienſibus, Alemannicis Pagis indictum eſt bellum &c.* & Lib. XVIII. pag. m. 355. de *Juliano* Cæſare; *Egreſſurus autem ad procinctum urgentem, quum Alemannorum Pagos aliquos eſſe reputaret hoſtiles &c.* & pag. 356. *Alemanni tamen omnes quos petebat Exercitus, confine periculum cogitantes, Suomarium Regem, amicum nobis ex pactione præterita, monuerunt minaciter, ut à tranſitu Romanos arceret. Ejus enim Pagi, Rheni ripis ulterioribus adhærent &c.* Ordine alphabetico, præcipuos *Pagos* recenſet *Sagittarius, Antiq. Ducat. Thuring.* l. c. § 2. pag. 200. & 201. & inprimis *Chronicon Gottwicenſe* l. c. Synonyma fuere: *Provincia; & Regio &c,* ſic *Pagus Grapfelde,* lib. 2. *Antiquitat. Fuldenſ.* §. 154. p. 545. §. 171. 172. & 173. pag. 550. & §. 191. & 192. pag. 556. paſſimque alibi, vocatur *Regio Grapfeldorum* ibid. §. 208. p. 562. & §. 214. p. 564. ut & *Provincia Grapfelde,* Ibid. §. 215. & 216. p. 564. §. 218. p. 565. §. 219. pag. 566. §. 224 p. 567 §. 226. & 227. p. 568. & lib. 3. §. 42. p. 587. Rurſus *Pagus Salagewe,* ibid. lib. I. §. 19. p. 451. §. 26. p. 454. &c. &c. audit ibid. lib. 2. §. 220. p. 566. *Provincia Salagewe,* pariter ac *Pagus Tull felde,* ibid. lib. 2. §. 164. p. 548. § 238. & 239. p 573. &c. *Provincia Tull felde,* ibid. §. 227. p. 568. &c. adde & *Comitatum;* quamvis *Pagum* quandoque *plures Comitatus* complexum, viceque verſa *unum Comitatum* ad *plures* ſe extendiſſe *Pagos,* rectè moneant *Gryphiander* l. c. Cap. 55 §. 14. p. 138. Dn. *Knauthi.* l. c. §. 3. p. 1. Reliqui. Exempla infinita: De *Pago Tuonehgowe, in Comitatu Cuniperti,* vid. Dipl. ann. 888. apud *Gewoldum,* ad T. 2. *Hundii Metropolis.* p. 587. & aliud ann. 890. ibid. p. 19. de eodem, in *Comitatu Paponis,* vid. Dipl. ann. 898. ibid. p. 19. de eodem, in *Comitatu Sarlichonis,* Dipl. ann. 974. ibid. p. 590. de eodem, in *Comitatu Ruotperti,* vid. Dipl. an. 1026. ibid. Tom. 3. p. 345. *Arnolfus* Imp. tranſtulit an. 889. in Corbejenſe Cœnobium, quicquid *Howardus,* Vir Nobilis, *in Pago Huverango, in Comitatibus Ecberti, & Reithardi, & Herimanni,* beneficii tenuit. Vid. *Schaten, Annal. Paderborn.* lib. 3. ad h. a. pag. 216. Ann. 890. jubet idem Princeps Marcham Monaſterii *S. Emmerani* Ratisbonæ, cui res quædam in *Pago Quiringowe, in Comitatu Hunolfi,* injuſtè fuerant ablatæ, circumduci; vid. *Gewoldus* l. c. Tom. I. pag. 248. *Ottonem I.* Imp.

Digitized by Google

Imp. conceſſiſſe *Sigifrido*, Marchionis *Geronis* filio, in proprium, quicquid Parens ejus in *Comitatu ſuo*, *in Pago Suevon* nuncupato, Villis *Oſter-Egulum*, & *Weſter-Egulum*, tenuit beneficii, diſcimus ex Charta *Ottoniana*, ann. 941, præced. Tit. XV, §. 18. lit. b, p. 1310. An. 950, concedit idem Princeps cuidam Fideli ſuo, *Hohſtein* nominato, in proprietatem, res quaſdam proprii Juris ſui, in *Pago Haſſago*, *in Confinio Merſeburgi, in Comitatu cujuſdem Comitis, qui Ieti nuncupatur &c.* Vid. Dn. *Kettner*, *Antiquit. & Diplom. Quedlinburgenſ.* §. VIII, p. 14. A *Ludolfo*, laudati Imperatoris filio, nactum *Geronem* multa Bona, in *Pago Serimunt, in Comitatu Thietmari Comitis*, ſita, docet ejuſdem Principis Diploma ann. 952, præced. Tit XV, l. c. Anno 956, teſtatur idem Cæſar, quod *Ludovicus IV.* Rex Cœnobio *Gandersheim* tradiderit, quicquid in *Tennſtedi*, in *Heriki*, & *Blideruſteti*, *in Pago Suth-Thuringia, in Comitatu Wilhelmi*, habuit. Vid. l. c. lit. g, p. 1320. *Ottonis* II. In p. munificentia, auctum eſt Cœnobium *Quedlinburgenſe*, ann. 974, Curte *Deorfardi*, *in Pago Hartego, & in Comitatu Deommonis Comitis: Braunſtedi, in eodem Pago, in Comitatu autem Friderici Comitis; Sinæbon, in Pago Haslega in Comitatu Sigefridi Comitis; Duderſtedi, in Comitatu Bernhardi Comitis &c.* l. c. lit. a, pag. 1300. *Pagus Wonaulgowe, in Comitatu Ruotberti Comitis*, occurrit in Charta ann. 1009, apud *Gerroldium* l. c. Tom. 2, p. 23; pariter ac *Pagus Cheisgowe, in Comitatu Ottonis Comitis*, ann 1040, ibid. Tom. 3, p. 481; nec non *Pagus Sundergovve, in Comitatu Sigmari Comitis*, ann. 1065, ibid. Tom. 1, p. 152. *Meinwercum*, Paderbornenſem Epiſcopum, interventu *Chunigundae* Imperatricis, aliorumque Imperii Procerum, obtinuiſſe Prædium *Siburgehuſon*, *in Comitatu Udonis Comitis, in Pago Hemmerfeldum* ſitum, patet ex vita *Meinwerci* Cap. LVI, apud *Surium*, 5. Junii, p. m. 96, & Dn. de *Leibnitz*, T. 1. *Rer. Brunſ.* p. 547. an. 1019; interventu ejuſdem Imperatricis, Optimatumque Regni, *Bernhardi Ducis, Sigifridi, Herimanni, Ekkihardi, Comitum, conſilii ventilatione*, dono data eſt laudato Præſuli, Abbatia *Sceldirze*, ſita in *Pago Weſſaga, in Comitatu Fritherici Comitis.* Vid. *Vita Meinwerci*, cap. LIX, apud *Surium*, l. c. & Dn. de *Leibnitz* l. c. *Henricus IV.* Imp. dedit *Adalberto*, Hamburgenſi ArchiEpiſcopo, ann. 1062, in proprium, *Comitatum Bernhardi Comitis in Pagis Emsgoa, Weſtfala & Angeri* ſitum. Vid. *Maderi* Append. ad *Adamum Bremenſem*, Dipl. XXI, p. 227. ann. 1083, conceſſit *Hermannus* Rex Halberſtadenſi Eccleſiæ in proprietatem, Prædium in Villa *Eathisleve, in Pago Suevico, in Comitatu Ottonis, Filii Adalberti Comitis, & in duabus Villis Oskersleve, & Piſakenthorp, in Pago Northuringon, in Comitatu Sigifridi Comitis*, cum omnibus appenditiis ſuis; Vid. Dn. *Becmanni Hiſtor. Anhalt.* Part. 3, lib. 1, Cap. 1, §. 2, p. 72. Innumera exempla alia ut taceam. Obiter notandum, magno licet numero *Comitatus* ſemper fuerint; plures tamen adhuc extitiſſe *Comites*; cum multa omninò adſint indicia, *Ducum* filios, nullius etiam publici muneris adminiſtratione eminentes, *Comitum* dignatione fuiſſe æſtimatos, tituloſque adhibuiſſe ei litantes. Simile de iis ferendum judicium, qui vel neceſſitudine, vel affinitate Regia, præcellentes, charactere hoc, à promiſcua Nobilitate diſcernebantur, cætera dignitatum ampliſſimarum Domini.

(c) GÆU &c. Memor hujus vocis *Sagittarius*, lib. IV. *Antiquit. Ducatus Thuring.* C. p. 2, §. 4, p. 201, & 202, ait: *Welches Wort Wolfgangus Lazius von dem Griechiſchen Wort γαῖα*, Terra, *die Erde; andere, von dem Teutſchen Worte Au, ſo einen mit Gras bewachſenen Grund, oder Thal-Gelænde, bedeutet, herleiten. Es iſt aber glaublich, daß es von dem uhralten Gotiſchen Worte Giö, welches auch ſo viel heiſſet, als die Erde, entſproſſen, und ſoll ſolches, nach Olai Rudbekii Meinung, in ſeiner Atlantica, ſive Manheimio, Cap. XXIX, §. 2. ſeinen Urſprung haben, von dem Wort Gioda, fœcundare, nutrire, ernæhren, mæſten; Wovon Giod, ſaginatus, pinguis, gemæſtet, fett, herſtammet &c. Wehnerus, Obſervat. Pract.* voc. *Gaw*, pag. m. 155, inquit: *Deducitur autem Gaw, à verbo Awe, vel Owe, quod ſignificat Tractum Vallenſem, ein Grund oder Thal-Gelænd &c.* & *Meibomius, Hiſtor. Bardewicenſ.* Tom. 3, *Rer. German.* p. 57: *Gow, antiquis Germanis Pagum, id eſt, Tractum ſeu diſtrictum unius Ditionis, ſeu Regionem, ſignificavit &c.* Sic *Speidelius, Notabil. Jurid. Hiſtor.* voc. *Gograff*, pag. 427: *Gow, ſive G je, ſuperioribus Germaniæ hominibus, Suevis & Helvetiis, Territorium & diſtrictum ſignificabat &c.* Conf. idem voc. *Gaw*, pag 360; nec aliter *Martinus Zeilerus*, in *Topographia Haſſiæ*, voc. *Naſſaw*, pag. 14. *Das Wörtlein Aw, oder Gaw, heiſſet bey den Teutſchen eine* Landſchafft; *als: Battaw, des Batonis Landt; Turgaw, ein dürres Land; Rheingaw, Rheinland; Brisgaw, gelobtes Land; Argaw, geehrtes Land; Oſtergaw und Weſtergaw, ein Oſt- und Weſt-Land;*

Heugavv; Hewland, und ſo fort an &c. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Govv*, pag. 330. ibique *Dietherr*, in Additionibus; ut & in *Continuatione* dicti *Theſauri*, voc. ead. pag. 247; *Paurmeiſter*, de *Juriſdictione* lib. 2. Cap. XI. ſub §. 8. *Andreas Knichen*, de *Jure Territorii*, pag. m. 417, & 418. *Caſpar Lerch à Durmſtein*, Diſcurſ. de *Ordine Equeſtri German.* Fundament. I. fol. 20. §. *Desgleichen*; *Conringius* de *Republica*, Exercit. VI. de *Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, §. XXV. pag. 232; alii. Dn. *Schlœpken*, Part. I. *Chron. Bardevicenſ.* Cap. IV. § 6 & 7. p. 48. & 49, refutando ſententiam vocem *Govv*, à vocabulo *Awe*, derivantium, ex ea ratione, (ut ipſius verbis utar) *weil* (1) *es hin und wieder Gowen gegeben, allwo gar keine Auwen oder angenehme Felder, und Weiden, geweſen &c.* (2) *Die Oerter, wo ein Gow geweſen, von denen, welche von Auwe herkommen, mercklich unterſchieden, indem der Buchſtab G. hinzugeſetzt, welches gewiſslich nicht* euphoniæ gratia, *vielweniger aber vergeblich geſchehen; Denn, wenn zum* Ex Bardengow, Rheingow, Argow, Turgow &c. *mit dem Worte* Awe *ſolten zuſammen geſetzt ſeyn, warumb hætten die Alten nicht ſo wohl* Bardenow, Rheinow, Arow, Turow, &c. *ſagen kœnnen, als Sie, zum* Ex. Libenow, Stoltenow, Guſtrow &c. *geſagt haben &c.* (3) *Wenn* Gow, *von Aw ſeinen Urſprung hette, würde man eben ſo viel* Gowen, *nicht mehr, und auch nicht weniger, vor Alter gezæhlet haben, als viele Wœrter anzutreffen, die ſich auf ein Aw endigen, da doch das Gegentheil ſattſam kan erwieſen werden &c.* impugnat etiam §. 8, p. 50, *Lazii* etymologiam, vel hoc fundamento, quod Lingua Germanica vetuſtior ſit Græca; annectens tandem, §. 9. p. 50. *Giebt man zu bedencken, ob nicht das Wort* Gow, *unter diejenige zu rechnen, welche die Teutſchen von den Rœmern angenommen, nachdem Sie mit Ihnen bekandt geworden &c.* quod §. 10, pag. 51, amplius illuſtrare ſatagit, verb. *Haben alſo die ælteſten Einwohner Ihre Gegend anfænglich vielleicht nur ſchlecht hin Borden-Land genannt; als aber ihre Nachbarn Rheinwærts angefangen, mit den Rœmern gemein und bekandt zu werden, und etwa von ihnen œffters gehœret, wie ihre Lænder von denſelben* Pagi *geheiſſen würden; ingleichen die Rœmer, bey Erwehnung der Teutſchen, von Ihnen geſagt, daſs Sie* ſub hoc vel illo Pago *gehœreten; haben Sie ſolchen Nahmen endlich, durch langwirige Gewohnheit, ſolcher geſtalt angenommen, daſs Sie die erſte Syllabe verſchlungen, und für* Pago, *anfænglich* Go, *und hiernechſt, ſonderlich in Nieder-Sachſen, wegen Breite der Sprach daſelbſt,* Gow, Gaw *oder* Gew, *geſaget &c.* Mihi vox *Gavv originaliter* denotare videtur *Pagum*, ſeu *diſtrictum* certa Oppida, arces, vicos, villasque complectentem; nec aliunde derivanda; dialectus licet varia fuerit; vel enim finiebantur, in

CAS, ut Pagus *Burichincas*, in Charta apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Rer. Alamann.* part. I. §. 87. pag. 54. Vel in

CAUGE, ut *Alpicauge*, in Charta apud eundem loc. cit. §. 93, pag. 56.

CAUH, ut *Thurcauh*, in Charta *Hratberti*, ap. *Goldaſtum* l. c. §. 51, pag. 42.

CAUHINSE, ut *Priſcauhinſe & Thurcauhinſe*, in eadem Charta *Hratberti*.

CHA, ut *Churvvalacha*, i. e. Rhætiæ Curienſis tractus; cujus mentio fit in literis *Henrici* Regis, ap. *Tſchudum*, Cap. 7, notante *Frebero*, P. I. *Origin. Palat.* Cap. 5, p. 58. *Michtorcha*, apud *Meibomium*, T. 3. *Rer. German.* p. 104, voc. *Mitterga*;

Oſtracha, in Friſia Occidentali, ibid. pag. 106. & 107.

CHOU, ut *Buchou*, Pagus Haſſiam inter, Franconiam & Wetteraviam, ab arce *Bucheck* dictus. Vid. *Bruſchius*, de *Monaſteriis Germaniæ*, voc *Fulda*, p. m. 199. *Schlœpken*, *Chron. Bardewicenſ.* Part. I. Cap. 4. §. 5. p. 48, legit: *Buchovv*; *Merian*, in *Topographia Haſſiæ*, pag. 14. & pag. 64 habet: *Buchen*, quæ & lectio *Zeileri*, *von den X. Reichs-Craiſen*, Tit. VIII. voc. *Fulda*, pag. m. 819.

CHOWA, ut *Alberchovva*, in Lotharingia; Vid. diviſio *Regni Lotharii* de an. 870. præc. Tit. 2, § 8, lit. a. pag. 59.

Baſalchovva, Pagus circa *Baſileam*. Vid. ibid.

Bletſitchovva, Ager circa *Blis*, verſus *Trevirorum Auguſtam*; ibid.

Nitachovva, Ager ad *Nidam* fluvium Lotharingiæ; ibid. Confer. infra, *Nitgow*.

Sarachovva, Ager ad *Saram* fl. ibid.

CHOWE, ut *Eliſchowe*, Ager ad *Ellam* fl. Alſatiæ. Vid. cit. diviſio *Regni Lotharii*.

(4) *Præfecti Limitis*, Vid. *Adelmus Benedictinus, Annal. Francor.* ad ann. 799. apud *Freberum*, T. 2. *Rer. Francor.* pag. 404. *Wido, Comes ac Præfectus Britannici Limitis, qui, eodem anno, cum ſociis Comitibus, totam Britonum Provinciam perluſtraverat, arma Ducum, qui ſe dedidere, inſcriptis ſingulorum nominibus, detulit &c.* & *Annal. Francor. Reuberiani* ann. eod. pag. 32. *Guido, Comes ac Præfectus Britannici Limitis, qui, eodem anno, cum ſociis Comitibus, totam Britonum Provinciam perluſtraverat, arma Ducum, qui ſe dediderunt, inſcriptis ſingulorum nominibus, detulit &c.*

(5) *Præſides Marcæ &c.* Auctor Vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 260. inquit: *Wido Comes, qui in Marca Britanniæ præſidebat &c.* Quæ *Regino* ad ann. 799. pag. m. 33. ita exprimit: *Wido Comes, qui Marcam contra Britones tenebat &c.* nec aliter dicti *Annales Reuberiani*, ad ann. 828. pag. 52. *Conventus Aquisgrani Menſe Februario factus eſt, in quo cum de multis aliis cauſis, tum præcipuè de iis, quæ in Marca Hiſpanica contigerunt, ratio eſſet habita, & Legati, qui Exercitui præerant, culpabiles fuisſent inventi, juxta merita, honorum amiſſione multati ſunt. Balderichus, Dux Forojulienſis, eam, propter ejus ignaviam, Bulgari fines Pannoniæ Superioris impunè vaſtaſſent, honoribus privatus, & Marca, quam ſolus tenebat, inter quatuor Comites diviſa eſt &c* Conſentientibus *Adelmo* l. c. ad h. a. pag. 431. & Auctore Vitæ *Ludovicii Pii*, Cap. XI. apud *Freberum* l. c. pag. 459. & *Pithœum* l. c. pag. 388.

(9) *Comites Marchæ*; teſtibus *Annalibus Francorum Adelmi* l. c. ad ann. 822. pag. 423. *Comites Marchæ Hiſpanicæ trans Sicorim fluvium, in Hiſpaniam profecti, vaſtatis agris, & incenſis compluribus villis, & capta non modica præda, regreſſi ſunt. Simili modo, poſt Æquinoctium Autumnale, à Comitibus Marchæ Britannicæ, in poſſeſſionem cujuſdam Britonis, qui tunc rebellis extiterat, nomine Wihomarcus, expeditio facta, & omnia ferro & igni vaſtata ſunt &c.* Quæ totidem verbis *Annales Reuberiani* ann. eodem pag. 47. confirmant.

(7) *Comites Marchiones; teſte Placito Miſſorum Caroli Calvi pro Monaſterio S. Tiberii in Aquitania*, an. 870. apud *Mabillon*, Lib. VI. de *Re Diplom.* §. 101. pag. 541. *Cum, in Dei nomine, reſideret Bernardus, Comes Marchio Miſſus Sereniſſimo Domino noſtro Karolo Rege, in Narbona Civitate &c.* & lib. 2. *Vadiani*, de *Monaſteriis Germaniæ*; apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Antiquit. Alamann.* pag. 65. *Anno Incarnationis* 950. *Comes Saxonicus Marchio contra Sclavos, Vir Religioſus, Kero nomine &c.*

(8) *Limitis Cuſtodes*, v. g. *Adelmus* l. c. ad ann. 826 pag. 428. *Baldricum & Geroldum Comites, & Avarici Limitis Cuſtodes, in Carantanorum Provinciam miſit &c.* ita quoque *Annales Reuberiani*, ann. eod. pag. 51. ſic Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, pag. 378. *Nunciatum eſt eodem tempore Imperatori, quod Cuſtodes Limitis Hiſpanici Sicorim fluvium tranſierint &c. Nec non & hi, qui fines tuebantur Brittannos, Brittanniam ingreſſi, vaſtarunt Regionem, tam ferro, quam igne &c.* Ecce! quos *Adelmus* ad an. 822. pag. 423. *Comites Marchæ Hiſpanicæ* vocat, hic *Cuſtodes Limitis* appellantur, & qui ei ſunt *Comites Marchæ Britannicæ*, hic *Finium Britannorum Tutores* dicuntur. Add. *Annales Fuldenſes*, ad ann. 861. pag. 27. & *Pithœani* an. eod. pag. 61.

(9) *Cuſtodes Finium*; Vid. idem Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, ad ann. 826. l. c. pag. 385. *Quum Baldricus, & Geraldus, cæterique Pannonicarum Cuſtodes Finium, adeſſent &c.* Hic rurſus *Finium Cuſtodes* audiunt, quos *Adelmus* l. c. ann. eod. pag. 428. *Limites Cuſtodes*, compellat.

(10) *Liminarchæ*, Græcis, vid. *Spangenberg, Adelſpiegel*, lib. X. Cap. XIX. pag. 310. *Albinus, Chron. Miſn.* T. 9. pag. 213. *Vulteius* de *Feudis*, lib. I. Cap. IV. §. XIV. pag. 47. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. I. Claſſ. IV. Cap. XIII. §. 6. p. m. 394. *Tabor* de *Metatis*, III. 6. *Dietherr Addit.* ad *Beſoldi Theſaurum*, voc. *Marckgrav*, pag. m. 625. Dn. *Thulemarius Octovirat.* Cap. 17. §. 11. pag. 220. Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. 2. lit. o. pag. 11.

(11) *Comites Territoriales*; ut in Diplomate *Arnulphi* Regis, de ann. 893. apud *Simonem Rettenpacherum* lib. I. *Annal. Cremifanenſium*, Cap. 9. pag. 45. verb. *Quicquid Wilhelmus & Engilſchalcus, germani fratres, Comites videlicet quondam Strenui Terminales, --- habuerunt &c.*

(12) *Marchiones*; vid. Conſtitutio *Caroli Magni* ann. 804. *Aquis* promulgata, apud *Lehmannum, Chron. Spirenſ.* lib. 2. cap XXI. p. 80. & Cap. XXXIX.

Digitized by Google

pag. 150. cujus præced. Tit. XVI. §. XI. lit. a. v. 4. p. 86. memini, ibi: *Ducum, Marchionum*, & rurſus; *Duces, Marchiones &c.* ut & alia, inter reliquas, ex Codice *Thegbernenſis* Monaſterii, cum notis *Viti Amerpachii*, evulgatas, pag. 308. *de illis hominibus non recipiendis, à Marchionibus Noſtris, qui Seniores ſuos fugiunt &c.* Sic Auctor Vitæ *Ludovici Pii*, ad ann. 775. apud *Pithœum* pag. 341. & *Freberum* l. c. Cap. 2. p. 448. *Glorioſus Rex Carolus - - - miſit & accerſivit Filium, jam benè equitantem, cum omni Populo militari, relictis tantum Marchionibus, qui, fines Regni tuentes, omnes, ſi fortè ingruerent, hoſtium arcerent incurſus &c. & Ludovicus Pius*, in Diplomate, ann. 838. quo factum *Banzlegbi* Comitis, Villam Eccleſiæ Cenomanenſis, *Lugdunum* nomine, quam ſub cenſu, permittente Rege, uſufruendam poſſederat, *Aldrico*, laudatæ Eccleſiæ Præſuli, ante obitum reddentis, auctoritate ſua confirmat, apud *Stephanum Baluzium*, lib. 3. *Miſcellaneorum*, in *Geſtis Aldrici*, Cap. XLII. p. 104. *Notum eſſe volumus, quia Banzlegbus, Comes, & Saxoniæ Patriæ Marchio Noſter, Nobis innotuit &c.* Exhibet eandem Chartam *Tenzel*, in *Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Append. 2. §. XII. pag. 59. Auctori translationis corporis S. *Donatiani*, Rhemenſis Archi-Epiſcopi, Cap. I. apud *Surium*, 14. Oct. pag. m. 223. eadem vox cognita: *Anno Domini Octingenteſimo ſexageſimo tertio, cum jam tertio Flandriam Norsbmanni & Dani ferro & igni vaſtarent, Balduinus Ferreus - - - à Rege Francorum, Carolo Calvo, cujus filiam, Juditham, rapuerat, atque Uxorem duxerat, dotis nomine, totam Regionem, Scalde, Somona, atque Oceano, terminatam, accepit, pace inter Regem & ipſum compoſita, interceſſione Pontificis Maximi, Nicolai I. & Rhemorum Archi-Epiſcopi, appellatusque eſt Comes Regni Francorum, & Marchio Flandriæ, idque eo potiſſimum nomine, ut, adverſum Danos, omnemque Aquilonis barbariem, perpetuus foret Regni Francorum propugnator &c.*

(13) *Marchenſes*, v. g. *Annal. Francor. Fuldenſ.* ad ann. 886. p. m. 48. *Occiſo ibi Henrico, Marchenſi Francorum, qui in id tempus Niuſtriam tenuit &c.* & ad ann. 893. p. 51. *Engilſcalchus - - - ad gratiam Regis* (Arnolfi) *non longum veniens, Marchenſis in Oriente effectus eſt, ibi audacter contra Primores Bajoariæ, in rebus ſibi ſummis agens Judicio, eorum Urbe Radaſpona incaute Palatium Regis prolapſus, & Regi præſentatus, obcœcatus eſt &c.* & rurſus, ad an. 895. pag. 52. *Malus rumor Regem, nec non Exercitum, commovit, Prengarium ſcil. Nepotem ejus, à fidelitate ſua defeciſſe, & in Italiam jam pro hoc reverſum eſſe Adalpertum, videlicet Marchenſem Tuſciæ, mutuis colloquiis Perngarii, ne aliquo modo ad Regis fidelitatem intenderet &c.* Conf. *Ado Viennenſ.* ad ann. 799.

(13) *Marchiſii*; vid. *Hincmarus*, Epiſt. XIV. ad *Proceres Regni*, pro *Inſtitutione Carolomanni Regis, & de Ordine Palatii*, ex *Adalardo*, Cap. XXX. Tom. 2. Operum pag. m. 212. *Si inter Marchiſos, in qualibet Regni parte, ad aliud tempus, dextræ datæ fuiſſent &c.* imo ipſi Græci, *Conſtantino Porphyrogenito* teſte, de *Adminiſtrando Imperio*, Cap. XXVI. pag. 60. Καὶ μετὰ τῦτο ἦλθεν ἀπὸ Βεγγονία τρεῖς Μαρκήσιοι πρὸς παπίαν *&c.* Conf. *Nicephorus Gregoras*, lib. VII. *Hiſtor, Roman.* in vita *Imperatricis Irenæ*, pag. m. 166. quamvis inſulſa interpretatione: Μαρκισίω γὰρ ἀπόγονος ἦν αὕτη, ἡ δὲ τῦ μαρκισίου τάξις, ἡ τῶν ἐπισήμων ἐςί, παρὰ λατίνοις; ἀλλ' ὅπερ ἐν τοῖς Ρωμαίων ςρατεύμασιν, ὁ τὴν βασιλικὴν κατέχων σημαίαν; τῦτο παρὰ λατίνοις Μαρκέσιος *&c.* i. e. *Erat enim è Marchionum familia oriunda; Marchiones autem apud Latinos clari non ſunt; quippe qui in Exercitu Romanorum Vexillum Imperatorium geſtat, apud Latinos Marchio appellatur.* Quæ pag. 167. repetit.

Cernimus hinc, *Marchionibus limitum* curam ſemper fuiſſe demandatam; ſimulque hic denominationis ratio ſubeſt; quod enim Romani *marginem*, ſeu *limitem*, vocarunt, Germanis erat *Marck*; ſicut adhuc hodiè *Marckſtein*, lapidem limitaneum denotat; hocque reſpectu veterum *Limitanei Duces*, & ſequioris ætatis *Marchiones*, ſynonyma ſunt, licet non ſemper ejuſdem fuerint auctoritatis, quandoquidem poſt *Carolingorum* tempora, nonnulli in Germania *Ducum* cenſu venire cœperunt. *Albertus Krantz*, lib. III. *Wandal.* Cap. XVI. multum de originatione vocabulorum, *Marchionis, & Marchiæ*, ſolicitus, ait: *In noſtris quoque Annalibus nullam ejus verbi legimus mentionem, ante Henricum Saxonem, Romanorum Regem, qui primus, domitis Danis, ad Opidum Sleswicum, cum eò tranſtuliſſet Saxonum Coloniam, impoſuit Regioni Præſidem, quem appellavit Marchionem, & illi regendos tuendosque Regni limites impoſuit provinciem, quaſi Duci Limitaneo &c.* & paucis interjectis: *Mecum diu reputans, multaque circumſpiciens, nihil reperio, de nominis origine, probabilius, quam ut, ex vulgari Saxonum, ductum eſſe credam. - - - Marchiam autem vocant Saxones, diſtrictum unius villicationis, aut ditionis; inde Veltmarke nomen ducere: ut tum Marchiam dicerent Saxones, eam Provinciam*

vinciam, quam ſui Juris eſſe, per arma ſunt conſequuti. Inde Præſidi nomen inditum, ut Marchio diceretur, qui illi jus diceret &c. & *Andreas Althammer*, in Scholiis, in libellum *Taciti*, de *Germanorum moribus*, apud *Schardium* T. I. *Rer. German.* p. 31. *Marcomannorum* etymologiam expendens: *Marchiam autem, vel Marcam, vocant Germani Diſtrictum unius Ditionis, aut Villicationis, ein Marck, inde Feldmarck, & Marcomannos, Gentes unius Marcæ, h. e. Diſtrictus, vel Ditionis, & Marchionem, Principem Marchiæ, qui eis jus diceret. Hinc & noſtrorum Marchionum appellatio, quod Principes ſint, & Marchiam adminiſtrent; unde etiam Tibi, Illuſtriſſime Princeps! hæreditarium nomen, quod Marcam, i. e. non minimum Germaniæ diſtrictum, & Provinciam, ſanctè gubernes, ut ſæpius optem Germaniæ, multas ejusmodi Marchiones ac Principes, qui æquitate polleant, Legum Divinarum ſint periti, & prudenter vigilent, ut ſuæ Marcæ, h. e. Ditionis, hominibus probè conſultum ſit &c.* nec malè *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Marchio*, p. m. 450. *Marchio, Marchiſus, Marchenſis, Marca vel Marcha, ſeu Provincia limitanea, Præfectus &c.* & pag. 451. *Verùm, à Marcha, ſeu Limite, dictos Marchiones, pridem obſervarunt Albertus Krantzius, in Wandalia, lib. 3. Cap.* XIII. (XVI.) *Hotomannus, in Comment. verb. Feudal. Chopinus lib. I. de Domanio, Tit. V. §. 13. Zaſius ad lib. Feud. part. V. §. 10. &c. - - præ cæteris verò accuratè & doctè de Marchionibus diſſeruit, Johannes Seldenus, libro de Titulis honorariis, part. 2. c. 1. §. 47. ut & Scipio Ammiratus, Tom. I. de Familiis Neapolit. &c.* Add. *Beſoldus*, Theſaur. voc. *Marckgrav*, pag. m. 624. *Marchiones, Marckgraven, Finibus Imperii Præfecti, Limitumque Judices, &, abſque dubio, Præfectis limitaneis, quorum mentio fit in L. Viros ſpectabiles, C. de Diverſis Officiis, Lib. XII.* (Tit. 60.) *ſimiles erant, Marck-Richter, oder Grentz-Fürſten, die über ein ſolch Land Richter ſeynd, das an den Grentzen des Teutſchen Reichs liegt. Menochius, Conſil.* 302. §. 19. *Tom. IV. Marck etenim fines ſignificat, quaſi Gemarck &c.* nec aliter *Spelmannus*, Gloſſ voc. *Marca*, p. 397. *Marca, aliis Marcha, & Marchia, Mercatus, Terminus, Limes, Territorium limitaneum &c.* & voc. *Marchia*, p. 398. *Marchia & Marcha, Saxonicè Meare, Germ. March, Limes, meta, Terminus, finis, vel Confinium Regni, Regia limitanea &c.* & voc. *Marchio* l. c. *Margravii, quaſi Proceres vel Comites limitanei &c.* & *Webner, Obſervat. Pract* voc. *Marck*, p. m. 347. *Marck interdum ſignificat Mercatum - - - interdum Fines, vernacula noſtra, vocantur Marck, inde Marckgrafen, qui inveſtiti ſunt de Marchia, eò quod Marchiones Finibus Imperii Romani tuendis præfecti eſſent, als Marckrichter, und Grentzfürſten &c.* Priori ſenſu, quadrat huc Præceptum *Ottonis I.* Imp. de *Mercato in Wezinloch*, ann. 965. apud *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. XVII. p. 13. verb. *In quadam ejusdem Cœnobii Villa, Wezinlch nominata, in Comitatu Cunradi Comitis, Mercatum, id eſt, Forum, Marche, publicum fieri conceſſimus &c.* Poſteriori, *Speidelius, Notabil. Jurid. Hiſtor.* voc. *Marckgraven*, p. 648. *Quæ dignitas limitanea olim erat Præfectura eorum qui mandatam Provinciam tuebantur ab incurſionibus Barbarorum; hinc Comites limitum, Marckrichter, oder Grentzfürſten dicti: Albinus in Chron. Miſnenſ. Tit. IX. fol.* 100. *Verbum enim Marck, limitem ſignificat; unde Gemarckung, Marckſtein. Sunt itaque Marchiones, Comites Limitanei, qui Imperii Romani finibus tuendis erant Præfecti, & aſſiduè ad Imperii limites excubabant in armis; cumque finium curam agerent, ſimul Populis, quos armis defendebant, adverſus hoſtes, jura dabant &c. Lazius*, de *Migrationibus Gentium* lib. IX. fol. 629 *Cruſius*, de *Præeminentia*, lib. 4. cap. 17. §. 38. p 729. *Angelus de Nuce*, in Not. ad Lib. I. *Leonis Oſtienſis Chronici Caſſinatenſis*, Cap 18. p. m. 148. *Ziegler de Jure Majeſtatico*, lib. I. c. 28. §. 13. *Limnæus* lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. IV. §. 21. p. 25 &c. *Remking.* de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. I. Claſſ. IV. Cap XIII. §. 5. p. m. 394. ſexcenti alii. Falluntur utique Feudalium Legum compilatores, ſcribentes, 2. F. X; *Qui à Principe - - - inveſtitus eſt - - - de Marchia, Marchio dicitur. Dicitur autem Marchia, quia Marcha utplurimum juxta mare ſit poſita &c.* quam opinionem, utut auctoritate plerorumque Interpretum hujus Textus ſuffultam, meritò proſcribunt: *Heigius*, Part. I. *Quæſtion.* 2. §. 57. *Vultejus* de *Feudis*, Lib. I. Cap. IV. §. 14. p. 47. *Reinkingius* l. c. §. 2. pag. 394. *Limnæus* l. c. §. 22. pag. 25. *Rhetius*, Comment. ad Lib. I. *Feud.* Tit. I. §. 18. *Thulemarius*, *Octavirat.* cap. XVII. §. 4. pag. 216. Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. 2. lit. t. pag. 14. alii. Nec ſanior conjectura *Alciati*, cui, lib. I. *Parergorum*, cap. XXVII. pag. 303. ut & Lib. de *Singulari certamine*, Tom. IV. ejus Operum, cap 32. pag. 650. *Marchia* à voce Celtica *March*, h. e. *militari equa*, (unde *Marchare*, idem quod *equitare*) derivanda videtur; cujus aſſeclæ, in ſententiæ falſæ præſidium, vel adhuc hodiè *Equam*, Weſtphalis *eine Mæhre*, & Suevis, *eine Marr*, vocari clamant; hincque *Marchfall*, & *depoſitionem*

de equo, eſſe *Lindenbrogio*, Gloſſ. voc. *Marach*, æquipollentia; vid. *Johannes Oldendorpius*, de *Benefic. Action.* Claſſ. VII; rectè verò errorem hunc reprobant *Valtejus* l. c. p. 47; *Reinkingius*, l. c. §. 3. p. 394; *Beſoldus* l. c. *Du Freſne* l. c. voc. *Marchiſi*, p. 451; *Limnæus* l. c. *Thulemarius* l. c. §. 6. p. 217; *Ludewig* l.c. &c. Sed nec in *Edmundi Legib.* c. 35, *Mergrave*, quaſi *mera* i. e. *major*, & Grave, ſeu *Dominus*, jure nuncupandus, notante *Spelmanno* l. c. voc. *Marchia*, p. 398. *Sabinum*, in *Hiſtoria Hugonis*, p. 72; *Schœnbornerum*, lib. V. *Politic.* Cap. 39, & *Wendelinum*, Lib. 2, *Politic.* Cap. 39. *Marchiam* corruptum eſſe nomen Græcum, natum ex voce *Nomarchia*, *Provinciam* denotante, ablata priori ſyllabâ, exiſtimantes, reprehendunt *Matth. Stephani*, de *Juriſdict.* lib. 2, Part. I, Cap. 6, §. 67. *Reinkingius* l. c. *Helgius*, cit. Part. I, Quæſt. 2, §. 60; *Du Freſne* l. c. *Limnæus* l. c. §. 22. p. 25; *Thulemarius* l. c. §. 5, p. 216. Dn. *Ludewig* l. c. qui poſterior inſuper, poſt *Reinkingium* l. c. §. 4. *Limnæum* l. c. §. 23. p. 25, & Dn. *Thulemarium* l. c. §. 3. p. 216, *Wolfgango Juſto* vitio vertit, quod Cap. I. *Chronici Francofurt.* *Marchiam*, à *Marcomiro*, ſeu *Marcomannis*, appellatam tradat. *B. Rhenanum*, & *Brodeum*, lib. 3. *Miſcellan.* pari errore, dictam vocem, à Celtarum *Marciſia*, ſive *Ala Equitum*, arceſſere, *Du Freſne* l. c. & Dn. *Thulemarius* l. c. §. 3. pag. 216, obſervarunt.

Sive autem à *Marca*, ſive à *Marchia*, nomen *Marchionis* deducas, notandum eſt, hæc duo vocabula non ſemper unam eandemque rem ſignificaſſe, ſed numero plures fuiſſe *Marcas*, uni etiam *Marchiæ*, aut *Marchionatui*, ſubjectas, de quibus ſanè affirmari nequit, quod ſingulis, (ceu de *Marchionatibus* notum,) præfecti fuerint *Marchiones*; vid. *Sagittarius*, in *Hiſtoria Marchiæ Soltwedelenſis*, §. XXV, p. 12; bono inſuper fundamento, de utriusque varia ſignificatione, qua apud mediæ ætatis Scriptores occurrunt, §. XXVI, p. 13. annectens: *Rectius, me Judice, dixeris, Marca & Marchia, vocabulum eſſe* πολύσημον, *& quandoque Vicum, vel Villam; nonnunquam Pagi alicujus, aut Provinciæ, partem; non rarò terminum, ſeu limitem, alicujus Regionis; ſæpius Marchionis Territorium, deſignare &c.* Quod, ex *Reineccii Hiſtoria Julia* Tom. III. Dn. *Meibomius*, in Notis in *Diploma Thaſſilonis*, Tom. 3. *Rer. Germ.* p. 194, & nuperrimè Conſultiſſ. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſ. XX, de *Comitibus & Baronibus*, §. XXV. p. 426, itidem obſervarunt. De *Marca Villa Aſolvvingas*, in Pago *Bertoltibaia*, anno *XXXIV.* Regni *Caroli*, Regis *Francorum*, ac *Patricii Romanorum & Alamannorum*, à *Bertoldo* Comite, ejusque Matre, *Raginſinda*, Monaſterio *S. Galli* dono oblata, legas chartam LXVIII. apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Antiquitatum Alamannicarum*, Part. I, p. 47. An. XVI. *Hludovvici* Imperatoris, & *Hlotharii* Auguſti, VII, tradit quidam *Altirih*, eidem Cœnobio, certis conditionibus, quicquid in Pago *Turgawe*, in locis, *Seheim & Turbatun* nuncupatis, *vel in eadem Marca*, habere viſus eſt; vid. Charta *Cozperti* ib. §. LXV, p. 46. An. XXIV, ejusdem *Hludovvici* Imperatoris, & *Hludovvici* Junioris, *Regis Alamannorum*, *V. Witram* Presbyter, *cum manu Advocati ſui*, *Cundberti*, tradit *Bernwigo*, ejusdem Cœnobii Abbati, *quicquid à Starcholfo, fratris ſui filio, in Rimoltesvvilare, vel in eadem Marcha, cum ſua pecunia, id eſt, pretio attaxato, proprietatis acquiſiviſſe viſus eſt &c.* vid. Charta *Theotbarti*, LXIV, ibid. p. 46. Anno 822. teſtibus *Adelmo*, & *Annalibus Francorum Reuberianis*, (ceu, ſub vocibus *Comites Marchæ*, modò dixi,) *Comites Marchæ Hiſpanicæ, & Britannicæ*, arma hoſtibus inferebant. *Anno* 828. *Godfridi*, Danorum Regis, filios *contractis ſubitò copiis ad Marchiam veniſſe, & Francos, in ripa Egidoræ fluminis ſedentes, ac nihil tale opinantes, adortos*, ex *Annalibus Nuenarianis*, animadvertit *Conringius*, de *Finib. Imper.* lib. I, Cap. IV, § 3, p. m. 15. Conf. *Adelmus*, an. eod. apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* p. 431; & *Annal. Francor. Reuberiani*, an eod. p. 53. &c. Anno eodem, laudatus Imperator, *Ludovicus, Lotharium, filium ſuum, cum magnis Francorum copiis, ad Hiſpanicam Marcham direxit &c.* Ita *Adelmus* l. c. Conf. *Annales Francorum Reuberiani*, l c. & *Fuldenſes*, an. eod. pag. 15; & *Pithœani*, an. eod. p. 32; & Auctor Vitæ *Ludovici Pii*, ap *Pithœum*, pag. 388. Anno XII. Regni *Ludovici* Germanici, concedit *Grimaldus*, S. Galli Abbas, *Burchardo*, *Reodolti* filio, certa lege, tres Hobas in *Marcho Wangon*, prope *Argunam Aquiloniorem, in utraque parte aquæ*; Vid. *Charta Otini, LXXI.* apud *Goldaſtum* l. c. p. 49. Anno XXIV. ejusdem Regis, tradit *Wolfhart* quidam, *Grimaldo*, ſæpe fati Monaſterii *S. Galli* Abbati, *quicquid, in Centipratis marcha, conquiſitionis, vel concambii, habere viſus eſt*; vid. Charta *Albrici*, LIV, apud *Goldaſtum* l. c. p. 42; fuiſſe autem locum *Centiprata*, in Pago *Durgavienſi*, patet ex Charta *Hiringi* Lectoris, LVIII. ibid. p. 44. *Anno* 853, *Ludolphum*, Saxoniæ Ducem, omnem proprietatis ſuæ hæreditatem, quam in *Ganderſemiamarcu, & Aluunggemarcu, & Ruderingemarcu, & Dengdiamarcu, & Lachtiandorpmarcu,*

Digitized by Google

marcu, habuit, donationis titulo, Monaſterio Puellarum, quod in *Brunniſtashuſen* ædificare cœpit, tranſtuliſſe, ipſis fundationis literis, præc. Tit. XV. §. 18. lit. g. v. 2. p. 1319. quæ & apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2. *in der Fünfften Abtheilung*, §. 3. pag. 818. & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Walckenredenſ.* Cap. 13. §. 29. lit. n. p. 245. &c. reperiuntur, probavi. *Ann.* 861. *Karlmannus, Filiorum Regis* (Ludovici Germanici) *maximus res novas molitus eſt. Expulit enim Duces, quibus cuſtodia commiſſa erat Pannonici Limitis & Carantani, atque per ſuos Marcam ordinavit &c.* Sunt verba *Annalium Francorum Fuldenſium* h. a. p. 27. Conf. *Pithœani* ann. eod. pag. 61. *An.* 862. ad *Sanctum Dei Martyrem, Nazarium*, tradit *Ausfrid, D. G. Comes, res proprietatis ſuæ, in Pago Hattuaria, in Odenheimero Marca, in Villa, quæ dicitur Geizefurt &c.* vid. *Freherus Origin. Palat.* Part. I. pag. m. 175. & Dn. *Tolnerus, Codic. Diplom. Palat.* §. IX. pag. 8. & 9. Anno XXXV. Regni *Ludovici Germanici*, notum facit omnibus *Hartmotus*, Monaſterii *S. Galli* Abbas, *qualiter Eclebaldus de Priſicauge, omnes res proprietatis ſuae, quas habebat in Ufhuſan, & in Merishuſa Marcha, & in Witraiho Marca, & in Witunovva Marcha, tam Marchis, quam ædificiis, excepta Domo Salica, ex integro, pro remedio animæ ſuæ, ſibi tradiderit &c.* vid. Charta *Albrici* Presbyteri, LXXIV apud *Goldaſtum* l. c. pag. 50. Regnante *Ludovico* Juniore, reddidit *Emezo* Abbas S. Galli, *Othero* cuidam, quicquid ab eo in *Betenowo Marcho, proprietatis, vel adquiſitionis, in ædificiis, pratis, paſcuis, viis, aquis, aquarumque decurſibus, cæſuris lignorum, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus &c.* erat nactus. Vid. Charta *Abonis* Presbyteri, LXXVI. apud *Goldaſtum* l. c. pag. 50. Ann. 909 teſtatur *Salomon*, S. Galli Antiſtes, *Engitboldum* quendam tradidiſſe ſibi *in Pago Priſigaugenſi, in Marcha, ſeu in Villa, nuncupata Wihereswilare, duas Hobas, cum toto ædificio, & opportunitatibus ad illud pertinentibus &c.* Vid. Charta *Riperti* Presbyteri, LXXV. apud *Goldaſtum* l. c. An. 1011. donat *Heinricus II.* Imp. Eccleſiam Altahenſem, *in Marcha & Comitatu Heinrici Marchionis, decem regalibus manſis* Villæ *Abbatorf.* Vid. *Gretſer, de Divis Bambergenſibus*, Dipl. VII p. m. 73. & *Gewoldus*, addit. ad Tom. 2. *Hundii Metropolis*, p. 24. ann. 1019. confert in eandem alios decem regales manſos Villæ *Abſtorf*, in *Marcha & Comitatu Adalberti Marchionis*. Vid. *Gretſer* l. c. Dipl. VIII. pag. 75. *Gewoldus* l. c. qui Tom. I. pag. 144. aliud documentum exhibet, de ann. 1021. & p. 364. aliud ann. 1025. & pag. 148. aliud ann. 1040. &c. verſa vice, *Otto III.* Imp. in uſum perpetuæ proprietatis, concedit an. 985. *Caræ Amitæ ſuæ, Mathildi, Quitilinburgenſis Eccleſiæ Venerabili Abbatiſſæ, quædam proprietatis ſuæ prædia, h. e. Curtem Bareboi, in Pago Norturingia, & in Comitatu Huodonis Marchionis, ſitam, cum omnibus Villis ac pertinentiis ſuis, Zizovvi atque Niunburg &c.* Vid. Dn. *Kettner Antiquitat. Quedlinburg.* Dipl. XXII. pag. 29. Sic *Conradus Salicus* tradit, an. 1036. eidem Eccleſiæ prædium in *Winediſcunſalebiti*, in Pago *Nortduringun, & in Comitatu Bernhardi Marchionis, ſitum &c.* ibid. inter Diplomata Seculi XI. §. 2. pag. 162. De aliis ut taceam, à *Meibomio* l. c. & in Notis ad *Hermanni de Lerbeke*, *Chronicon Schauenburgicum*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 525. & Dn. D. *Struvio*, loc. cit. hoc titulo jam prolatis. Quis autem non videt, omnes has *Marcas* pari cenſu venire non poſſe, ſed quasdam ſaltem fuiſſe Tractus limitaneos, adeoque veras *Marchias*; alias vero non niſi certos villarum diſtrictus; alias denique limites duntaxat, ſeu terminos. Confer. ſeq. Tit. XVII. §. 13. lit. e. voc. *Bajoariæ*.

Quo tempore verò *Marchiæ*, ſeu *Marchionatus*, & *Marchiones* in Germania innoteſcere cœperint, itidem incertum eſt. Errat minimum *Albertus Crantzius*, lib. III. *Vandal.* Cap. XVI. & Libr. III. *Saxon.* Cap. IX. exiſtimando, vindicandam earum eorumve inſtitutionem *Henrico Aucupi*; adverſari enim thema veterum monumentis, modò dicta probant, diu ante *Henrici* ævum, mentionem factam *Marchionum*, alii, ante me, obſervarunt. Vid. *Bœcleri* Hiſtoria *Rerum IX. & X. Seculorum*, in Vita *Henrici I.* pag. m. 276. Auctor Diſſert. Hiſtor. de *Origine Illuſtrium Germanorum*; *t.* X. pag. 19. Dn. *Struvius*, Syntagm. Jur. Public. Diſſert. XX. §. XXVI pag 426. &c. Dn. *Gundlingius*, de *Statu Germaniæ ſub Conrado I.* §. 2. lit. m. p. 12. &c. nec malè ſuſpicatur Cl. Dn. *Schurtzfleiſchius*, in *Lemmatibus Antiquitatum Francicarum*, ann. 1679. 27. Septembr. Reſpondente M. *Petro Chriſtophoro Scheiblero*, publice ventilatis, *t.* 2. occaſionem *Marchiarum*, ſive *limitum Præfecturarum*, in Germania cœptarum, à temporibus *Valeriani* Imp. repetendam, à quo *Poſthumium*, Transrhenani limitis Ducem, adverſus Francorum impreſſiones in Gallias, conſtitutum, auctoritate *Trebellii Pollionis*, in vita *Poſthumi*, apud *Sylburgium* T. 2. *Hiſtor. Auguſtæ*, p. m. 255. ſub initium hujus v. 5. firmavi. Id verum eſt, varios perpetuosque *Marchionatus* à laudato Rege *Henrico*, in Germaniæ finium tutelam, fuiſſe inſtitutos; de quibus, eorumque differentia, ſeq. §. 17. evolvendus. Sique *Jodoco Willichio*, in Notis in Cap. XIX. *Taciti* de *Germanorum moribus*, apud *Schardium*, T. I. *Rer. German.* pag. 51. fidem adhibeamus

mus

mus, *Marchiæ jus hæreditarium* ſortitæ ſunt ſub *Ottone III.* ita ille: *Apud Principes Germanorum, eodem fuerunt loco & ipſi Comites, quorum Comitatus non erat hæreditarius, ſicut factus, poſt Caroli Magni tempora. Nam antea, uno Comitum demortuo, mox alter huic Præfecturæ aptus eligebatur. - - - Verum, quando ſub Othone* (III.) *Imperium Romanum, Gregoriana Lege, ad Germanos verè translatum erat, mox Comitibus & Principibus in altiorem dignitatis gradum ſubvectis, Ditionum, quibus præfuerant, hæreditas venit &c.* Cui ſententiæ *Ditmarus*, lib. V. pag. m. 53. ubi de laudato Imperatore verba facit, ſuffragari videtur, de *Eccardo* Miſnenſi ſcribens: *Hujus vitæ curſum quam probabiliter egit, hoc etiam teſtificatur, quod apud Dominum* (Ottonem III.) *ſuimet Beneficii maximam partem acquiſivit in proprietatem &c.* Quæ & procul dubio ratio erat, eo usque evectæ ipſius in Imperio auctoritatis, ut, mortuo *Ottone III.* Germaniæ Regnum affectaret. Vid. præc. Tit. 2. §. 8. lit. a. ad an. 1002. p. 95. & Tit. XVI. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 27. p. 218. Conf. *Schurtzfleiſchii* Diſſert. de *Marchia Miſnenſi*, an. 1674. ventilata, *t.* 1. p. 5 & alia, de *Rebus Badenſibus*, eodem anno defenſa, *t.* 2. p. 7. cui tamen rationes hæ nondum ita explicatæ videntur, ut certum confirmatumque animum reddant. *Auſtriæ* Marchionatum, jam ab *Henrici Aucupis* ætate, uni Genti inhæſiſſe, ſeq. §. 13. lit. e. monebo.

(6) Pfaltzgravius, Palatii Comes, *(a)* qui & Major Domus *(b)* & Rector Palatii, dicebatur.

N O T Æ.

(a) PALATII COMES &c. De Comitibus Palatinis egi præced. Tit. XI. §. I. lit. b. pag. 934. &c.

(b) MAJOR DOMUS &c. De Majoribus domus, vid. præced. Tit. XI. §. I. lit. a. pag. 928. &c.

(7) Burggravius, *(a)* Comes arcis & præſidii *(b)*

N O T Æ.

(a) BURGGRAVIUS &c. Etymon conſtituunt voces: *Burg & Grave*, quarum *hanc* denotare *Comitem*, dictum aliquoties. *Illa* Romanis modò *Caſtellum* erat, vel *Arx*, *Vegetio* teſte, lib. IV. de *Re Militari*, Cap. X. pag. m. 118. *Caſtellum parvulum (quem Burgum vocant) inter Civitatem & Fontem, convenit fabricari &c.* Quo ſignificatu verba *Matthæi* XXVI. §. 18. *Ite in Civitatem*, in Verſione Evangelica, *Otfridi* Monachi, ita redduntur: *Faret in thia Burg &c.* & *Wilhelmus Malmesburienſis*, lib. IV. de *Geſtis Pontificum Anglorum*, Cap. de *Epiſcopis Dorceſtrienſibus, ſive Lincolnienſibus*, apud *Savile*, p. m. 291. ſcribit: *In Huntendinenſi Pago ſunt: Burch & Rameſeja, & Croland. Burch, olim Medehamſtede dicebatur; ſed, poſtquam Kenulſus Abbas locum muro erexit, à ſimilitudine Urbis, Burch vocatus eſt &c.* & *Conradus III.* in Dipl. an. 1147. ap. *Paullini*, Diſſ. XI. de *Monaſterio Virginum Keminadenſium*, p. 104. & *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 54. p 48. & 49. *Cellæ Keminadæ damus … eandem libertatem, quam habet Corbejenſe Monaſterium, ſcil. Præfecturam Urbis, quæ vulgò dicitur Burchbahn &c.* & *Nicolaus Burgundus*, lib. I. Hiſtor. *Ludovici, Bavari.* p. m. 2. *Regiis Arcibus Burggravii imponebantur, certis Territoriis ad tutelam inſtructi &c.* Eodemque pertinere videntur, quæ Lib. 2. *Speculi Saxonici*, Art. LXXI. leguntur: *Si verò ad Villas, Civitates, aut Caſtra fugerit violator*, quæ in Germanico Idiomate ita ſonant: *Vlut aver he to Dorpe, oder tho Steden, oder tho Borgen, in en ander Gerichte &c.* & rurſus, Art. LXXII. *Conqueratur quis, quod de alterius Caſtro, ſit per aliquem ſpoliatus, Dominus Caſtri illum, ut Caſtrum excuſet, aut ut ſatisfaciat, producere debet, aut eum, pro eo reſpondere, perſonaliter oportebit. Agatur verò adverſus Caſtrum, quod quis ex eo ſit ſpoliatus, etſi Actor ſpoliatorem ignorabit, Dominus Caſtri, poſt ſex ebdomadas, Caſtrum cum ſuo ſacramento expurget, vel damnum debet, ſecundum quod Juris fuerit, ſine emenda reſarcire &c.* German. *Weme men klaget, dat he van eneme Huſe gerovet hebbe, den mot des Huſes Here vorbringen, dat he betere, edder dat Hus untrede, ne dût he des nicht, he mot ſulven darvor antwerden. Klaghet aver en Man over ene Borch, dat he daraff berovet ſy, und newethe nicht, we yt gedan hevet, dar ſchal de Borch Here vor antwerden, van deme Dage over Seſs Weken, van der Tyd, dat he darumme beklaget wert, ſo, dat he de Borch untſchuldighe met ſynen Eyden, oder, den Schaden gelde uppe Recht &c.* & Lib. III. Art. LXVI. *Non liceat Caſtrum, vel Forum, niſi octo ſtadia diſtat ab alio, ædificari. Non debent etiam Opida, aut Caſtra muniri, aut in prædiis muri conſtitui, niſi de ordi-*

nar;

narit Judicis licentia ſpeciali &c. Germ. *Men ne mot nene Borch, noch Marcket, buwen, deme anderen eyne Mile na. Men ne mot ok nene Borch buwen, noch Stadtveſten met Plancken, noch Muren, noch Berch, noch Werder buwen, noch Torne binnen Dorpe, ane des Landes Richter orloff &c.* & Lib. 3, Artic. 52. *Burggravius, i. e. Perpetuus Caſtellanus, Judex eſt Marchionis &c.* & paſſim alibi. Modò, *crebra habitacula conſtituta, muro non clauſa.* ita vocabantur, teſte Auctore Vitæ *S. Faronis*, Epiſcopi Meldenſis, Cap. VIII, apud *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Burgus*, p. m. 651. (quamvis in Exemplari, quod *Surius*, 28. Oct. p. 395 & 396, ſubminiſtrat, nihil horum offendamus) *Olim à Romanis devicta eſt Germania, quæ, poſt Scythiam Inferiorem, à Danubio inter Rhenum fluvium Oceanumque concluſa cingitur: in qua fuit conſtitutum quoddam Genus, per limites Caſtrorum, à Tiberio Cæſare, pro officio militari; ubicunque enim Caſtra Romanorum cuſtodiam militarem expectabant, hoc genus circa ſe per limites ordinabant, audebant illi animas atque corpora ſua credere, curasque ſecuritatis cum die nocteque partiri, atque in Gentem coaluit magnam & ex locis nomen ſumpſit, quia, pro limitibus, crebra habitacula conſtituta, Burgos vulgò vocant: Unde ſunt Burgundiones vulgo dicti, facto nomine à nomine Burgi. Hi praeterea rebelles Romanis effecti, plusquam octoginta millia armatorum ripae Rheni fluminis inſederunt, & nomen Gentis obtinuerunt &c.* Conf. *Oroſius* lib. VII, Cap. XXII, & *Iſidorus* lib. IX, Cap. XI; inprimis, *Luitprandus*, lib. 3. *Hiſtor. Imperat.* Cap. XII, p. m. 126, ubi: *An Burgundionum voracitatem atque ſuperbiam ignoraris? ipſam enim nominis ſaltem etymologiam diſpicite: Burgundiones ideo dictos, quoniam, dum Romani, Orbe devicto, ex Gente hac captivos ducerent multos, conſtituerent eis, ut extra Urbem domos ſuſtollerent, à quibus & paulò poſt à Romanis, ob ſuperbiam, expulſi: & quoniam ipſi domorum congregationem, quæ muro non clauditur, Burgum vocant, Burgundiones, quod eſt à Burgo expulſi, à Romanis appellati ſunt &c.* Rectè hinc *Daniel Heiderus*, Syndicus Lindavienſis, in Appendice *Deductionis Lindavienſis*, ficto cuidam Diplomati *Ludoviciano* oppoſitæ, docet, vocabulo *Burg*, non ſolùm *Caſtrum* ſeu *Arcem munitam*, ſed etiam *Oppidum* ei annexum, intelligi; quo ſenſu apud *Albericum*, Monachum trium fontium, ad an. 1216, p. m. 493, legimus: *In Terra Albigenſium ſeſſio Catholicorum apud Caſtrum Beaucaire, die Lunae poſt Trinitatem, usque ad S. Bartholomæum, per tredecim hebdomadas. In Burgo erant hoſtes, qui noſtros in Caſtro obſederant &c.* Conf. Gryphiander de *Weichbildis*, Cap. LXII. §. 5. p. 156. *Beſoldi Theſaurus Practicus*, voc. *Burg*, p. 120. ibique *Ditherr*, in Additionib. & voc. *Burggraf*, p. 125. ibique Addit. *Ditherri. Spelmannus*, Gloſſ. voc. *Burghercſth*, p. 92. & voc. *Burgus*, p. 93. *Du Freſne*, Gloſſ. l. c. *Conringius*, de *Republica*, Exercit. 3. de *Urbibus Germanicis*, §. XXII, p. 80. & 81. *Limnæus* Jur. Publ. lib. IV. Cap. IV. §. 80, p. 37. *Renking*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. IV. Cap. XIII, § 42, &c. *Strauchius*, Diſſ. Exoter. III, θ. 1, p. 65, & Diſſ. XI, θ. 7, p. 301. Ill. Dn. *Thomaſius*, Diſſ. de *Differentia Jurisdictionis & Magiſtratuum, ſecundum mores Germanorum*, θ. 98, p. 65. Dn. *Tentzel*, *Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Cap. XII, §. XII, p. 283. Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, θ. 53, p. 46. & 47, & θ. 72, p. 67, Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſert. XX, §. 29, &c. p. 429 &c. *Burggravios Caroli Magni* ævo recentiores eſſe, docet *Albertus Crantz* lib. 2. *Saxon.* Cap. XII, memor Eccleſiæ *S. Stephani Salingſtedenſis, à Carolo Magno* fundatæ: *Bono myſterio vana ſuberat Religio, quam Karolus ſubvertit, inſtaurans in locum Eccleſiam S. Stephani. Arcem autem eo loci fuiſſe comperio, cujus dominum poſtea dixere Burgravium; nam illa ætate incognitum erat hoc nomen &c.* Hinc ſua *Gryphiander* l. c. *Daniel Heider*, Diſcurſ. *von Reichsvogtheyen*, Cap. VIII, p. m. 295. & fortè etiam B. Dn. *Schwartzfleiſchius*, Diſſ. de *Marchia Miſnenſi*, §. 1, p. 4 & 5: *Utcunque eſt Burggraviatus dignitas, tamen aliena eſt ab ævo Regis Henrici Aucupis, & usque à Carolino Imperio ignota fuit, ac prima initia habuit Ottonis I. Auguſti temporibus &c. Magdeburgenſem & Norimbergenſem*, vetuſtiores eſſe, *Spangenbergii* Lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. 20. p. 318. & 319. *Andreæ Hoppenrodii*, p. 57. *des Stammbuchs*, & aſſeclarum, ſententia eſt; Vid. ſeq. §. 14; lit. b. & c. Quo tempore vox *Burggravii* primum innotuerit, non liquet. Auctor Diſſertationis Hiſtoricæ, *de Origine Illuſtrium Germanorum*, θ. XI, p. 20, ait: *Rectè Peucerus exiſtimat, Burggravios ante Saxonum Imperium haud fuiſſe; neque ego Burggravii vocem citius, quam apud Cæſarium Heiſterbacenſem, qui Anno 1222. ſcripſit, in lib. 2. Mirac. Cap. 7. reperio &c.* Mihi tamen viſæ chartæ antiquiores, eandem exhibentes v. g. Donatio Epiſcopatus *Suerinenſis* ab Henrico *Leone*, Duce, Sax. & Bavar. an. 1170. facta, apud *Maderum*, *Antiq. Brunſuic.* §. XVII, p. 234. &c. *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis*, §. 59, p. 165, & Dn. *Lunigium*, Contin. 2. Partis Specialis *des Reichs-Archivs, in der vierten Abtheilung, im Sechſten Abſatz*, §. 1. p. 498, ubi, inter teſtes: *Miniſteriales, Henricus,*

Burgravius de Hetſane, Jordanus Dapifer &c. In decreto *Friderici I.* Imp. ann. 1180, apud *Goldaſtum*, T. I. *Conſtit. Imper.* pag. 285, teſtium numero includuntur: *Fridericus Burggravius*, (fortè Ratisbonenſis,) *Heinricus Burggravius*; fortè de Hetſane, *& Conradus Burggravius de Nurnberg.* Sic Charta permutationis *Wichmanni*, Magdeburgenſis ArchiEpiſcopi, de ann. 1185, apud Dn. *Becmannum, Hiſt. Anhalt.* Tom. I, Part. 3, Lib. IV, Cap. 2, §. 22. p. p. 440, ubi rurſus teſtes: *Conradus, Frater Burgravii, Godofridus, Romarus, Sifridus, aliique Canonici Majoris Eccleſie* .... *Laici verò: Bernhardus D. Saxonie; Dedo, Marchio Orientalis; Burchardus, Burgravius Magdeburgenſis; Rodolfus de Jericho &c.* nec non Transactio Abbatis *Sigfridi* cum Duce *Bernhardo*, ſuper Advocatiam Scawicenſem, de an. 1194, ib. §. 23, p. 441, ibi: *Teſtes: Bernhardus Dux Saxonie & Comes in Aſchersleve, Liberi: Sifridus, Burchgravius Brandenburgenſis, & frater Ejus, Comes Badericus de Thornburg: Albero de Biſenrot: Conradus, Burchgravius de Arneb. Eggehardus de Wigel &c.*

Burgvvardi appellatio minimùm antiquior; qua voce *Otto I.* Imp. in Diplomate ann. 961, Eccleſiæ Magdeburg. dato, apud *Sagittarium*, in *Antiquitatibus ArchiEpiſcopatus Magdeburg.* §. 72, pag. 38, ſæpius eſt uſus: *Illam decimationem Teutonicorum, & Sclavorum, ad illam Civitatem, quae dicitur Calva, pertinentium, illa decima excepta, quæ, usque huc, in præfatis locis, finibusque illorum, Magdeburgo Burgovvarde, & Froſeri Burgovvarde, Barburgeri Burgovvarde, Calveri Burgovvarde, reliquam omnem Decimationem præfatorum locorum, ſicut Wilhelmus, Moguntinenſis Eccleſiae Venerabilis ArchiEpiſcopus, in Noſtri praeſentia, noſtrorumque Fidelium, ad præfatam criptam,* (Mauritii, Valentini, Agapiti & Abundii Martyrum) *determinavit, eidem criptæ in perpetuam dotem conceſſimus &c.* & in alio, de ann 956, quo dictæ Eccleſiæ *omnem rem, Pagumque, vocatum Neledice, omnemque utilitatem, cum omnibus ad eam pertinentibus, aquis ſalſis & inſalſis, terris cultis & incultis, mancipiis Teutonicis & Slavonicis, Munitionem etiam, vel Burgvvardum, Urbis Spuitineburg, in Pago Nudbice ſitæ, cum omnibus pertinentiis,* dono dedit, apud *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 748, & *Sagittarium* l. c. §. 78 pag. 44. Jung. Hiſtoria *erectionis ArchiEpiſcopatus Magdeburgenſis*, per *Johannem* P. R. in Concilio *Ravennatenſi*, decretæ, apud Sagittarium l. c §. XCIII. p. 62. *Sicut in præſenti dedit ipſe Hildivvardus Magdeburgenſi Eccleſiae, hujus ſcripti nexu, ſuo jure habendum, id eſt, parochiam omnem, quae rejacet inter fluvios Albeam ſcil. Salam, Horam, & Bodam, usque ad ea loca, ubi Caſtra Unnesburg, Wantzleva, Hældesleva, cum omnibus pertinentiis, & Villis, quas Burgvvart vocant &c.* Sic *Ditmarus* Merſeburg. lib. V. in fine, pag. m. 59. *Rex autem, quo ſemper eſurivit atque ſitivit, Juſtitiae cibo, geſtiens tunc ſatiari, quia aliter non poſſe fieri apud Arnulphum Praeſulem ſciebat, cum centum concambio manſorum ſuper ſolum Merſeburgenſe Burgvvardum, Epiſcopalem redemit bannum &c.* & lib. VI, pag. m. 72: *Interim Bio, Comes Merſeburgenſis, in Expeditione obiit, & Giſilerus,* Ar*chiPraeſul, hujus Comitatum, qui inter Wipperam, & Salam, & Salsam, ac Willerbizi fluvios jacet, iſti acquiſivit. Inſuper Zurbizi Burgvvardum, quem Anteceſſores ſui in beneficium poſſederunt, ſibi & confratri ſuimet, Friderico, vendicavit &c.* In margine addit *Reineccius*: *Zorbecht Burggraviatus &c.* & lib. ult. pag. m. 110: *Non longè poſt, Ekkihardus juvenis, ac ideò immaturus, in burgvvardo ſuimet Rochelizi dicto, arduas munitiones, ad capiendas ibidem feras, inſtinctu Bolizlavi, Militis ſui, parat &c.* Hic duplex vocabuli Significatio, de qua etiam *Du Freſne*, in Gloſſario, voc. *Burgvvardus*, pag. 652, ait: *Burgvvardus, Burgvvardium, quibusdam; Caſtellania, Burgi Territorium, Ager, dicitur: ex Teutonico Burg, Burgum, & Ward, cuſtodia. Sed ex locis, quos hic deſcribimus, Villa dicitur & Munitio, ſcil. quæ Burgis adjacet, & quae nunc noſtris Boulvard, pro Bourgvvard, vocatur, unde & ipſi Oppido, & agro circumjacenti, nomen poſtea attributum &c.* Hinc *Burghvvare*, pro Cive, in Charta *Wilhelmi* Senioris, Londinenſibus confecta, apud *Spelmannum*, Gloſſ. hac voce, pag. 94.

(*b*) PRÆSIDII &c. De officio *Burggravii* ſcribit *Spangenbergius*, lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. *XX*, pag. 317. *Burggraff hieß ein Kæyſerlicher oder Kœniglicher Hauptmann, dem eine Stadt, Schloß, oder Burg, zu verwalten, und zu erhalten, eingethan und befohlen war* .... *und iſt ein Burggraff unter den Marggraffen geweſen, in Verrichtung gemeiner Landſaſſen, und in Kriegslæufften; aber auſſer dem, iſt der Burggraf, nach Ausſag des Sachſen-Spiegels,* lib. 3. Art. 25. *Richter über einen Marggraffen, in Bürgerlichen Sachen; aber in peinlichen Sachen, hœret er nur die Klage, und ſchreibt dann dieſelbige an das Reich, darüber findet alsdann der Kœnig Urtheil &c.* & rurſus l. c. *Und hieß man die Kæyſerlichen Verordneten Burg-Vœgt, oder Burg-Richter, Burggraffen,* denen

denen die Gerichts-Pflegung, an denen Orten und Herrſchafften befohlen war, welche die Kæyſer und Kœnige denen Biſchœffen, und Stifften, eingegeben hatten, in welchen ihnen die Kæyſer gemeiniglich eine Burg, oder Ort, vorbehielten, darinnen, an ſtat des Kæyſers, ſolche Burggraffen, die Gericht hægen und halten müſten; Dann anfænglich die Biſchœffe, mehr nicht dann geiſtliche Verwaltung zu verſehen, und mit weltlichen Sachen und Gerichten nichts zu thun gehabt, biſs Sie hernach mæchtiger worden, und beyderley Regierung an ſich gezogen &c. ſimili ſtylo utitur *Albinus*, Tit. VIII. *Chronici Miſnenſis*, pag. m. 199. (al. 497.) *Die Burggraffen ſeind von den Kæyſern gemeiniglich nur zu den Biſtumern geſetzt worden, den Stifftern und Kirchen, als Verwaltere der Gerichten, welche die Biſchœffe damahls nicht gehabt, beyzuwohnen, und dieſelben, ſo es von nœthen, auch wider Gewalt, zu vertheitigen &c.* ut & *Johannes Pomarius*, Chron. Saxon. Tit. *Von Nahmen, Ambt und Unterſcheid der Pfaltz-Graffen, Marggraffen, und Burg-Graffen*, pag. 162. *Die Burggraffen ſind mehrentheils an dieſe Ort Landes verordnet geweſen, ſo denen Kirchen, oder Biſthümern, von denen Kæyſern geſchencket und übergeben worden; Denn, nach alter Sæchſiſcher Sprach, wie vorgeſagt, heiſſet der Nahme Grafe, ſo viel als ein Richter, ſo vom Kæyſer, weltliche Gerichte zu beſtellen, an einen Ort geſetzt; daſs demnach Burggraff ſo viel heiſſe als ein Richter auff einer Kæyſerlichen Burg, oder Feſtunge. Was nun dieſe Burggraffen Ambts halber thaten, das geſchahe alles im Nahmen der Kæyſer, deren Statthalter Sie waren, und Befehl hatten, den gemeinen Reichs-Frieden zu halten, die Gerichte zu beſtellen, und was ſonſten, zur weltlichen Regierung, nœthig wære, an den Orten und Landſchafften, welche denen Stifftern und Biſchœffen, von denen Kæyſern, zu Unterhaltung der Kirchen, waren gegeben &c. Carpzovius* de *Lege Regia Germanorum*, Cap. 3, Sect. XIII. §. 39. pag. m. 92. *Sunt namque alii Burg-Graffen, qui olim Juriſdictionem, præſertim in cauſis Capitalibus, nomine Imperatoris, in Urbibus & vicinis Terris, Epiſcoporum Diœceſibus attributis, adminiſtraverunt &c.* add. *Killinger de Ganerbiis*, Diſc. XVIII. §. 1. *Tobias Pfanner*, de *Præcipuis Principum Germaniæ Gentibus*, Cap. 2. p. 98. *Philip Andreas Burgoldenſ. ad Inſtrum. Pacis*, Part. I. Diſcurſ. XX. §. 25. p. 367. *Magerus* de *Advocatia Armata*, Cap. 2. §. 232. *Strauchius*, Diſſert. Exot. XI. de *Juribus quibusdam Saxonicæ Domus in controverſiam adductis*, §. VII. pag. 310. Dn. *Hornius*, de *Burggraviis Magdeburgicis* §. 32. pag. 57. &c. Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. 2. Cap. 7, §. 14. p. m. 828. & 829. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſert. XX. §. 29. pag. 429. & 430. Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 53, pag 46, & §. 72, pag. 67. &c. Habuiſſe itaque *Burggravium Juriſdictionem* pariter *Civilem* ac *Criminalem*, diſcimus quoque ex literis Feudalibus *Rudolphi I.* Imp. ann. 1273, *Friderico Zollerano*, qua recens conſtituto *Norimbergenſi Burggravio*, conceſſis, apud *Wagenſeilium* in Commentat. de *Civitate Norimbergenſi*, Lib. 2, Cap. I, pag. 293, ubi: *Præſentibus publicè proteſtamur, quod Nos, advertentes devotionem & fidelitatem Dilecti Nobis Friderici, Burggravii de Nurmberg, Caſtrum, quod tenet ibidem, cuſtodiam Portæ ſitæ prope idem Caſtrum; Judicium Provinciale in Nurmberg, cui etiam, vice Imperatoris, omne Judicium judicans, præſidebit; Officialis ejusdem Burggravii, unà cum Sculteto Noſtro, in Civitate Nurmberg Judicio præſidebit, & quicquid emolumenti de ipſo Judicio, vel per homicidium, vel quemcunque caſum alium, provenerit, idem Officialis duas partes ejusdem victus per ſe tollet &c.* idem diploma offendis apud Dn. *Lucæ*, im *Uhralten Reichs-Furſten Saal*, Part. 3. c. 7, p. 806. Spectat huc *Weichbild*, Art. 44. pag. m. 74. *Der hœchſte Richter zu Magdeburg, das iſt der Burggraff, der ſitzt drey Vogt-Geding in dem Jahr; eines, an S Agatha Tag; das ander, nach S. Johanns-Tag des Tæuffers; das dritt, am 8. Tag S. Martins &c.* & Art. 45. l. c. *Was alſo ungerichtes geſchicht, vierzehen Næcht vor des Burggraffen Ding, das richtet der Burggraff, und anders niemand. Notzog und Gewaltſam Heimſuchen, das richt auch niemands, denn der Burggraff &c.* nec non Gloſſ. ibid. ad Artic. 47. pag. 75. Notandum tamen, ut *Burggravii* non unius ejusdemque fuerint generis, ita nec omnibus eandem fuiſſe poteſtatem; alii enim conſtituebantur ab ipſis Imperatoribus; alii à Ducibus, ex quo ſcil. Duces omnem Juriſdictionem in Ducatibus exercere cœperunt, pro arbitratu ſuo; alii ab Epiſcopis. Prioribus quin competierit *Juriſdictio Civilis & Criminalis* in *Burgo*, cui præficiebantur, locisque eò pertinentibus, non eſt, de quo dubito; caſibus exceptis, ubi aliter conſtitutum, v. g. in Speculo *Suevico*, Cap. 390, §. 2. & 3. *So iſt etwann Sitt, daſs man Burggraffen hat, der ſoll richten über Meſs und Maſs, da man trincken mit giebt, und über alles Meſs, und uber alle unrechte Gewicht, was man mit der Wag wiegt, und was zu Hut und Haar gabt, und über allen unrechten Kauff, das Lyb-Nahrung heiſſet und iſt, das ſoll alles ein Burggraff richten. So ſoll ein Vogt* (Advocatus) *richten alle Freffel, und Wunden, und Schwertzucken, und umb den Todſchlag, und umb* Heim*ſuchen, und was Frevel und Unzucht iſt, und heiſſet &c.* Reliquis verò non niſi *conceſſa*; Dependiſſe autem nonnunquam *Burggravios* à *Duci-*

Digitized by Google

(3) *Vermœge vorangezogener* ***Wittenbergiſcher Capitulation,*** *des gefangenen Churfürſten Herren Sœhnen einige Aempter, Schlœſſer und Stædte, die zuſammen 50000. Fl. jæhrlich renthen ſolten, ausgeſetzt und zueignet worden* (vid. Hortleder, Tom. 2, Lib. 3, Cap. 72, §. 13, pag. 584.) *darüber auch die Kayſerliche Majeſt.* Carolus V, *bey der* Reſtitution, *Ihn, den gebohrnen Churfürſten, wieder in ſeinen alten Fürſten-Stand, als einen Reichs-Fürſten, wieder aufgenommen, und verordnet, daß Er von Manniglichen vor einen Hertzog zu Sachſen,* ***Landgraf in Thüringen,*** *und*

Marg-

Marggraf zu Meiſſen, genant und gehalten werden, auch Schild und Helm gebrauchen ſolte; Ihm ferner auch einen neuen Lehen-Brief ausfertigen laſſen; Dabey auch,

(4) nicht zu vergeſſen, daß in dem **Naumburgiſchen Vergleich**, Anno 1554, *unter andern mit verabhandelt worden, daß Ihme der* Titul *und Wapen, Hertzog zu Sachſen, Land-Graf in Thüringen, und Marggraf zu Meißen, forthin beſtændig gegeben werden ſolle.*

(5) Und darneben nicht zu læugnen iſt, daß, wegen dieſer von neuem geſchenckten Lande und Leuthe, die Herren Sœhne des gebohrnen Churfürſten, ein votum virile *bey dem Reich erlanget, und ſelbiges, zum erſten mahl, auf dem Reichstag zu Regenſpurg An. 1557. fuhren laſſen, welches hernach auff erfolgte unterſchiedliche Landstheilungen, bis auf die fünffte Zahl hinaus* extendiret *worden, die dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen, wegen ihrer in der Landgraffſchafft zu Thüringen, und jenſeits Thüringer Walds, in Francken, auch in dem Oſterlande, habenden Landen, auch billich zu gœnnen ſind; ſo haben ſie doch nur auff Ihre Stamm-Hæuſer, als Weymar, Eiſenach, und Gotha, als welche in der Landgraffſchafft zu Thüringen gelegen (denn Altenburg vormahls eine Reichs-Statt, und beſonderes Burggraffthumb, liegt im Oſter-Lande, und Coburg in Francken,) und die darzu geſchlagene Aempter, Stætte und Güter, nicht aber auf die Landgraffſchafft in Thüringen, als den alten* Statum, *ihr Abſehen; Allermaſſen denn,*

(6) Churfürſt Johan Friederich, *in vorbenanter* Capitulation, *allen Fürſtenthümern, folglich auch der Landgraffſchafft in Thüringen,* ſolenniter renunciren *müſſen, und ſeinen Sœhnen aufgelegt worden, die, zu Erſtattung der, aus Gnaden, zu Erfüllung 50000 Fl. Einkommens, ausgeworffene Aempter, Schlæſſer und Stætte &c. von neuem in Lehen zu empfangen;* (Hortleder l. c. Müller, Annal. Saxon. ad Ann. 1547;) *daß alſo ein neues Reichs-Fürſtenthum daraus* erigiret, *und hergegen ein regirender Churfürſt, von Hertzogen Moritzen an, bis auf die jetzige Kœnigl. Majeſt. und Churfürſtl. Durchl. in den Reichs-Lehen-Brieffen, mit dem Landgraffthum zu Thüringen, jederzeit, von Fællen zu Fællen, beliehen, denen Hertzogen aber der Weymariſchen Linie, die Mitbelehnſchafft daran erkennet, und, in Krafft des Naumburgiſchen vorangezogenen* Tractats, *ſo wohl dieſer Mitbelehnſchafft halber, der* Titul, *Wapen, und Schild wieder gegeben und verliehen worden.*

*(7) Und dannenhero haben die Herren Hertzoge der Erneſtiniſchen Linie, ſo wenig Theil an dem Landgræflich-Thüringiſchen Reichs-*Voto, *als wenig Sie auff das Sæchſiſch- und Meißniſche* Votum prætendiren *kœnnen, ob Sie wohl,* ex more Gentis, *und vorangeführter Urſachen, auch die Mitbelehnſchafften, ſampt* Titul *und Wapen, davon führen.*

(8) Es iſt auch ſo ferne, daß Sie dagegen de facto *etwas* moviren *werden, als Sie viehmehr, bey gepflogener vertraulichen* Communication, *dabey Ihre Gefælligkeit, und ſich des Wercks, mit* ſecundirung *anzunehmen, bezeuget. Denn wie Churfürſt Moritz, der Erſte* Acquirent *der vœlligen Landgraffſchafft, in das Churfürſtliche* Collegium *an- und aufgenommen worden, hætte Er das Landgræfliche Votum gar wohl* in exercitio *behalten kœnnen; Daß Er es aber unterlaſſen, iſt alles* res meræ facultatis, *nach dem im Reich üblichen* regulativo, *ein unſchædlich Werck, und kan, mit Vorbewuſt der Kæyſerl. Majeſt. und des Reichs, alle Tage* reaſſumirt *werden &c.*

Opponuntur his argumentis: *Reflexiones über die von des Kœnigs Auguſti Majeſtæt heraus gegebene ſo genante Befugnüß, die im Reichs-Fürſten-Rath verlangende 4. Vota betreffend,* apud *Fabrum* l. c. §. V, p. 459 &c. quarum hæc ſumma:

(1) Hertzog Johan Friederich, *Gebohrner Churfürſt zu Sachſen, vor ſich und ſeine Erben, iſt vom Kæyſer* Carolo V, *vermœg der auf dem Reichstag zu Augſpurg,* Ann. 1552, *ausgefertigten Kæyſerl.* Bull, *mit ausgedruckten Worten, als ein Reichs-Furſt, und Hertzog zu Sachſen, Landgraf in Thüringen, und Marggraf zu Meiſſen, ſo wohl in ſeine vorige Gerechtigkeiten, Ehren,* Titul *und Wapen, als Land und Leute,* in ſpecie *auch die Landgraffſchafft Thüringen,* reſtituirt *worden.*

(2) In allen darauff gefolgten Kæyſerl. Belehnungen, ſeind die Hertzoge zu Sachſen, Erneſtiniſcher Linie, mit der reſtituirten *Landgraffſchafft Thüringen* in ſpecie *hauptſæchlich belehnt worden; Denen Churfürſten zu Sachſen iſt die Belehnung von Hertzog* Johan Friederichs, *gebohrnen Churfürſtens, Landen nur ſo weit, als die Hertzogen ſolche* per reſtitutionem *nicht wieder erlanget, angediehen; beſage* Extracts *der Lehen-Briefe.*

(3) Die Hertzoge Erneſtiniſcher Linie, beſitzen den meiſten und vornehmſten Theil der Landgraffſchafft Thüringen, und haben ſolche Lande gegen das Reich, über anderthalb Secula, *nicht als ein neu Fürſtenthum, ſondern als uhralte angeſtammete Lande, und als Landgrafen in Thüringen, worin nur, wie gedacht, Hertzog* Johan Friederich, *gebohrner Churfürſt, und deſſen Erben, in eben ſolcher Maaß* reſtituirt *worden, gegen das Reich bis jetzo vertretten, dahero auch,*

(4) Nach der Reſtitution *obgedachten Hertzog* Johan Friderichs, *gebohrnen Churfürſtens, die Churfürſtliche Albertiniſche Linie, kein Landgræflich Thüringiſches* Votum *mehr geführet hat.*

(5) Würde auch wunderlich heraus kommen, wann der Churfürſt von Sachſen die Landgraffſchafft Thürin-

gen, davon Er den kleinſten Theil beſitzet, in univerſo *vor jezo vertreten wolte, da die Hertzoge ſolche Lande ſchon* ſingulatim, *über anderthalb* Secula, *vertreten haben.*

(c) *Die Hertzoge zu Sachſen, **Erneſtiniſcher Linie**, haben auch nicht nur, wie Churfürſtl. Seits vorgegeben wird, eine bloſſe **Mitbelehnſchafft an Thüringen**; dann in mehrgedachter* Bulla *iſt, auſſer dem, daß darinn* §. 5 & 6, *Hertzogen* Johan Fridrichen, *gebohrnen Churfürſten, als einem Reichsfürſten und Hertzogen zu Sachſen, **Landgrafen in Thüringen**, und **Marggrafen zu Meiſſen**, auch obbemelte Lande und Leute wieder* reſtituiret *worden, in folgenden §. 8 & 9. gantz beſonders* diſponiret, *daß die zwiſchen denen Chur- und Fürſten zu Sachſen, von Alters her, vermæg ihrer Alt-Væterlichen Vertræge, geweſene ſæmtliche Belehnung, oder* Simultanea Inveſtitura, *nach welcher ihre Lande und Leute, von einem Stamm auf den andern, nach dem Recht der Sipzahl, wie im Hauß Sachſen Herkommens, fallen und erben, unverrückt und unverændert bleiben ſollen. Solchem nach ſind die Hertzoge von Sachſen nur Mitbelehnte, in dem Landes-Antheil, welchen der Churfürſt behalten; dahingegen auch der Churfürſt nur die Mitbelehnſchafft an dem Fürſtlich-Erneſtiniſchen Landes-Antheil hat; wie bey der letztern vorgegangenen Weimar- und Eiſenachiſchen Reichs-Lehens-Empfængniß, ein offenbares und Reichskundiges* Exempel *vorhanden, da beyde Hertzoge, zu Weimar und Eiſenach, die Haupt-Lehen geſucht, und erhalten, der Churfürſt aber nur die Mitbelehnſchafft; dergleichen auch, bey jüngſter Churfürſtlicher Hauptbelehnung,* reciprocè *geſchehen, da denen Fürſtlich-Erneſtiniſchen Hæuſern, an denen ſæmptlich Churfürſtlichen Landen, die Mitbelehnſchafft erkennet worden &c.*

Quæ latius deducta ſunt, Scripto, cui Tit: *Urſachen, warumb die von des Kæniges* Auguſti *Majeſtæt als Churfürſten zu Sachſen, auf die Land-Marg- und Burggrafſchafften, Thüringen, Meiſſen, Magdeburg und Meiſſen, im Reichs-Fürſten-Rath geſuchte* Vota, *weder von dem Fürſtlichen* Collegio *insgeſamt* admittiret, *noch von dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen, Erneſtiniſcher Linie, inſonders, darein gewilliget werden mægen; mit Ablehnung derer in der Kænigl. und Churfürſtl. Sæchſiſchen genanten **Befügniß**, zu deren Behauptung, angeführten Urſachen,* apud *Fabram,* Tom. XV. *der Staats-Cantzley,* Cap. 2, §. 5 &c. pag. 114 &c. nec non alio, cui Tit: ***Unmaßgebliche Gedancken**, über die, von verſchiedenen Teutſchen Fürſten, geſuchte* Vota, *in dem Reichs-Fürſten-Stand; inſonderheit aber, über die von Kænigs* Auguſti *Maj. als Churfürſten von Sachſen, geſuchte vier neue* Vota; & quidem *im dritten Abſatz,* ubi Quæſtio ventilatur: *Ob denen, die von Kænigs* Auguſti *Majeſtæt, als Churfürſten von Sachſen, geſuchte vier neue* Vota *Grund haben? §§.* 3, usque ad 9. apud eundem, Tom. cit. Cap. V, p. 289 ad 301.

(d) HASSIÆ. Hiſtoriæ hujus Domus inſerviunt: *Abrahami Saurii Heſſiſche und Thüringiſche* Chronica, Francof. fol. 1589; ***Wilhelmi Schefferi***, dicti *Dillichii, Heſſiſche Chronica*, Francof. 1606, 4to. ***Johannes Juſtus Winckelmannus***, de *Principibus Haſſiæ, & eorum Genealogia*, Gieſſæ. 1636, 8vo. ***Andreas Goldmayer***, *vom Urſprung der Heſſen*, Marpurg 1645, 4. ***Peucerus***, lib. V, *Chronic.* Inprimis huc faciunt Dn. *Jo. Phil. Kuchenbeckeri Analecta Haſſiaca*, XI tomis editis 1728, ſq. 8. *Henr. Chr. Senckenbergii Selecta Jur. & Hiſtoriar.* Tom. VI. Frf. 1734. ſq. 8. ***Spener*** *Syllog. Hiſtor. Geneal.* p. 643 &c. ut & part. ſpec. *Operis Heraldici*, lib. 3, Cap. XXIII, p. 634 &c. ***Im Hoff***, *Notit. Procer. Imperii*, lib. IV, Cap. VII, p. m. 174 &c. ***Layritz***, *Palmwald*, Tab. X, p. m. 502 &c. ***Europeiſcher Herold***, *Erſte Haupt-Handlung, zweyter Abſatz, Achter* Punct, p. m. 467 &c.

Genealogiam peculiari ſtudio enuclearunt ***Magnus Heſſenthalerus***, *Entwerffung der Herkunfft, Standes, Urſprungs beyder Durchl. Hæuſer Würtenberg und Heſſen.* Stutg. 1675. f. Henningeſius, Part. I, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 122 ad 127, & 132 ad 136; *Bucelinus, Notit. Genealogica Germaniæ*, p. m. 49 &c. ***Johannes Piſtorius***, in appendice Tomi I. *Scriptorum Rerum Germanicarum*, p. m. 961 &c. ubi eam pleniſſimam exhibet; ***Rittershuſii*** *Tabb. Geneal.* Tit. *Landgravii Haſſiæ.* ***Micrælius***, *Syntagm. Hiſtor.* lib. 3, Sect. XII, p. m. 616 & 617; ***Limnæus*** lib. V. *Jur. Publ.* Cap. VIII, p. 206 &c. ***Lucæ*** *uhralter Fürſten-Saal*, p. m. 1063. &c. Alii. ***Im Hoff*** *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, Tabb. 63 ad 68; ***Hübner***, *Tabb. Geneal.* Tab. 207 ad 212.

Ad cognitionem *Topographicam*, faciunt ***Münſterus*** *Coſmograph.* Lib. 3, Cap. 415 & ſeqq. p. 954 &c, & *Meriani, Topographia Haſſiæ*, Francof. 1655. fol.

Scriptores rerum particularium, huc ſpectantium, annotavit ***Struvius***, in *Selecta Bibliotheca Hiſtorica*, Cap. XXIV, §. 6, p. 615 & 616.

Deſcendere modernos *Landgravios* à perantiquis *Brabantiæ* Ducibus an. 1355, in *Johanne Pacifico, Henrici Pueri*, primi Gentis hujus Landgravii, ex fratre *Henrico Manſueto*, Brabantiæ Duce, abnepote, extinctis, fatentur omnes. Conf. *Annales Iſenacenſes Paullini*, §. 61, p. 51; *Conringius ad Lampadium*, Part. 3, Cap. V. §. 24, p. m. 190; & quæ præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 42, p. 238. ſcripſi.

Quaternionum Compilatores, quorum præced. §. 9, lit. b, voc. VIERGRAVII, pag. 608. memini, ſemper *Haſſos*, inter quatuor præcipuos Imperii *Landgravios* collocarunt; ita *Goldaſtus*, Tom. unic. *Conſtitutionum Imperialium*, p. 34: *Quatuor Landgravii i. e. Comites Pruinciales:* ***Thuringia, Alſatia, Haſſia,*** *Leuch-*

Digitized by Google

Leuchtenberga &c. reliquique ibidem adducti. Et dubio caret, Eos *Principum cenſu*, à multis retro ſeculis, veniſſe; affirmant id omnes, quibus cognita Imperii Hiſtoria, veluti: *Heigius, Quæſt. Illuſtr.* Quæſt. 2, §. 55, p. 1. *Rulandus* de *Commiſſariis*, part. 2, lib. 5, c. 4, §. 26; *Nolden* de Statu Nobilium, Cap. VIII, §. 160, p. m. 149; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. IV, Cap. XIII, §. 17, p. 396; & §. 28, pag. 397; *Becker Synopſ. Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 5, p. m. 241; *Speidelius*, voc. *Landgraff*, p. m. 605; *Matthias Stephani*, de *Juriſdictione*, lib. 2, Part. 1, cap. 4, §. 11; *Limnæus*, lib. IV. *Jur. Publ.* c. 4, §. 78, p. 373 aliique multi; in tantùm, ut, Judice *Sixtino* lib. 1. de *Regalibus*, c. 5, §. 119, *Landgraviatus & Marchionatus* dignitas non minor ſit dignitate *Ducatus*; Conf. *Reinkingius* l. c. §. 18; Minimùm hodiè *Landgravios Haſſiæ*, alternis vicibus, procedria in Senatu Principum Imperii, cum Regibus Sueciæ & Boruſſiæ, qua *Ducibus Pomeraniæ*, nec non *Megapolitanis & Würtenbergicis*, ut & *Badenſibus* Marchionibus frui, præced. Tit. XVI, §. 10, lit. K, p. 42 & 43. prolata ſchemata teſtantur.

Modernæ lineæ principales ſunt: *Caſſellana & Darmſtadienſis*, ortæ in filiis *Philippi Magnanimi*, *Wilhelmo Sapiente*, Caſſellano, an. 1592, defuncto, & *Georgio Pio*, Darmſtadienſi, an. 1596, mortuo; Illius Nepotes ex filio, *Mauritio*, *Wilhelmus V. & Erneſtus*, in ramos abierunt, quorum alter *Caſſellanum* profecit, alterque *Rheinfelſenſem* inchoavit. Pariter *Georgii Pii* gnati, *Ludovicus VI. & Fridericus*, hæreditatem paternam ita inter ſe ſunt partiti, ut prior *Darmſtadium*, & poſterior *Homburgum* inde acceperint; De quibus ramis *Genealogici* evolvendi.

De lite, inter *Caſſellanum & Rheinfelſenſem*, anno 1700, exorta, legas *Fabri Staats-Cantzley*, Tom. V, Cap. IX, pag. 374 &c. & Tom. VI, Cap. XI, pag. 747 &c.

Juribus *Landgraviorum* annumerandum, quod:

(1) Ratione voti & ſeſſionis, cum dictis Ducibus, & Marchionibus, in Senaculo Principum Imperii, ſolennibus in Comitiis, alternent.

(2) Domus *Caſſellana* duo vota, in eodem Senatu, *Caſſellanum* ſcil. & *Hirſchfeldenſe*; & *Darmſtadienſis* tertium *Darmſtadienſe* nimirum, exponant.

(3) Ob Comitatum *Schaumburgicum*, in Collegio Comitum *Weſtphalicorum*, in Comitiis pariter Imperii, ac Circuli Weſtphalici, voto & ſeſſione fruantur.

(4) Circulo Rhenano Superiori includantur.

(5) *An. 1438.* Directum Dominium Comitatus *Waldeccenſis* ſuſceperint, teſtibus literis oblationis *Henrici & Walraffi* Comitum, ſub dato 1438, *ipſo die Undecim Millium Virginum*, apud Dn. *Lunigium*, Contin. 2. *des Reichs-Archivs, in der VI. Abtheilung, im XXV. Abſatz*, §. 216, pag. 354 &c. inde huc ſpectant: *Wihr Heinrich, und Walraffe ſin Son, Graſen zur Waldegken, bekennen vor Uns, und alle Unſere Erben, offentlich, in dieſen Brieffe, und vor allen Leuten, als der Hochgebohrne Fürſte, Herr* Ludewig, *Landgrafe zue Heſſen, unſer lieber Obeim, Uns mit einer Summa Geldes, umb Unſer anliegende Noid und Schuld-willen, darinn wir itzt ſin, gehulffen haid, nemlich ein Teil derſelben Schuld, da wir die ſchuldig waren, zue ihme genommen, ſich darin geſaſt, und uns der gelediget haid, und uns auch ein Teils an gereidem Golde unſern groſſen virterplichen Schaden damidte zu verbüden, usgerichtet haid, das Uns genuiget, daß Wir dann Siner Ld. bilche dancken ſullen, und alſo han wir ſulche Sine Truwe, und guten Willen, als Er Uns damidte bewuſet haid, angeſehen, und auch anegeborne Sippeſchafft, Rad und Troſt, ſo Uns Sine Liebe thun mag, als Wir Uns des gentzlich zu Ihme verſehen, und han Imè wietterumb Unſere Graveſchafft zue Waldegken, die Unſer frie eygen Erbe iſt, und Unſer obre Aldern noch Wir, von keinem Herrn, nie zu Lehn gehabt, noch getragen han,* gantz und alle, *mit alle ihren Zugehœrungen, als fiele uns der zuſtehet, verpfandt und unterpfandt, und hernach mechtig werden mügen, es ſie an Manſchafften, Schloſſen, Steden, Dœrffern, Lüten, es ſie an Lebin, Gerichten, Frien-Stülen, Renthen, Zinſen, Geſellen, Waſſern, Weiden, an Agkern, Weſſen, Felden, Welden, Wildpann, Fiſcherien, Herrlicheiden, Freyheiden, Rechten und Gewonheiden, und anders, welcherley das ſy, und wie man das genennen mag, nichts davon usgenommen, als Unſer Aldern vor, und wir nach, die ingehabt und herbracht han, demſelben Unſerm lieben Obeim von Heſſen, recht und redelich, ſo wir immer rechtliches ſüllen und mugen, ufgetragen, ufgelaſſen und ufgegeben, uftragen, uflaſſen, ufgeben ihme die auch geinwürtiglich, in und mit Crafft dieſes Brieſes; und derſelb Unſer lieber Oheim hat Uns darnach, mit derſelben Unſer Graveſchafft, und allen ihren Zubehörungen vorgenandt, recht und redelich belehnt, und Uns die zur rechtem Erb-Mann-Lehen geliben, die Wir auch von Ihme, zur rechten Erbe-Mann-Leben alſo empfangen, Ihme darüber gelobt, und geſchworen haben. geloben und ſchweren auch darüber geinwürtiglich, in Crafft dieſes Brieffs, getruwe und hold zu ſinde, als ein Mann ſine Erbe-Herrn ſyn ſall, und ſich in Rechte gebort, ſunder alles Geverde, und ane Argeliſt; Und Wyr, und unſer Lebns-Erben, ſüllen und wüllen nun vorbaſſer dieſelben Graveſchafft, mit allen ihren Zubehœrungen vorgerurd, von dem ehegenannten unſerm lieben Oheimb, Sinen Erben und Nachkommen, Fürſten des Landes zue Heſſen, zue rechten Erben-Mannlehn, haben, tragen, verſtehen, verdienen und entpfahen, Ihre Getruwe edle Mann darumb ſyn,* und

***und verbliben, unufgeſagit, allezyt ihren Schaden warnen, und ihr beſtes thun, als ein Mann ſyme Erbe-Herrn pflichtig iſt, und billiche thun ſall.** Und en ſall nu vorbaſter kein unſer Erben keynerley Huldunge von Mannſchafften, noch Steden nemen, **er en habe die Graveſchafft zu Waldegken vorgerurd, mit allen iren vorgerürten Zugehœrungen, von deme ehgenannten unſerm Oheimb, Synen Erben und Nachkommen, Fürſten des Landes zue Heſſen, erſt endtpfangen, darüber gelobt und geſchworen,** inmaſſen wir gethan, und dieſer Unſer Brief uswüſet &c.* Conf. *Lehenbrieff Rudolphi* Imp. inter Documenta ad Deductionem cauſæ principalis Succeſſionis Marpurgicæ pertinentia, p. 24.

(6) Vigore Privilegii *Ferdinandi II*, de An. 1625, 18. Nov. Landgravii Darmſtadienſes majorennes fiant anno ætatis XVIII. Vid. *Europæiſcher Heroldt* T. I, *Zweyter Abſatz, Achter Punct*, §. 7. pag. m. 477; & Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Part. V, Cap. IX, §. IX, pag. 143.

(7) In utraque Linea *jus Primogenituræ* vigeat, teſte *Inſtrumento Pacis Weſtphal.* Art. XV, §. 15. *Firmum quoque maneat &c.*

(8) Fruantur *Jure de non appellando*, ad 1000 florenos Rheni in auro, *auf ein tauſend Goldgülden*, & quidem vigore Privilegiorum, *Ferdinandi II*, ſub dato *Ebersdorff*, 19. Sept. 1631, *Georgio* Darmſtadienſi; & *Ferdinandi III*, ſub dato Wien, 26. Auguſti 1650, *Wilhelmo VI*, Caſſellano, conceſſorum, quorum poſterius Dn. *Lunigius*, Continuat. 2 *des Reichs-Archivs, in der Vierten Abtheilung, im Achten Abſatz*, §. 52, p. 905 &c. exhibet. Ut adeò ea, quæ *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 9, p. 217, de 600 florenis ſcribit, ſint obſoleta.

(9) Vigore *des Erb-Vertrags*, de An. 1568, 28. Maji, certos habeant Auſtregas, qui ſunt: *Von jeder Seiten, **vier von Adel**, aus denen Ræthen und Rittermæßigen Landſtænden; **vier Raths-Perſohnen** aus denen Stætten; und **ein Gelahrter vom Hofgerichte**; und ferner ſæmtlich, von beyden Theilen, **ein Juriſt aus der Univerſitat zu Marpurg**, zuſammen 19 Perſohnen &c.* ita Ill. Author *des Europæiſchen Heroldts*, l. c. §. 2, p. 476; add. *Limnæus* l. c. §. 6, p. 216.

(10) Participes ſint famoſi *Pacti Confraternitatis, Saxo-Brandenburgo-Haſſiacæ*; de quo ſeq. Lib. 3, Tit. XX, §. 85, plura.

(11) Sibi vindicent *die Schutz-Gerechtigkeit*, *und Reichs-Vogthey in der Stadt Wetzlar*; & quidem in præſentiarum Darmſtadienſis ſolus, vid. *Europ. Heroldt* l. c. §. 5, p. 477.

(12) Eis competat *Begleitungs-Gerechtigkeit* per totam Wetteraviam, & Civitates Fridbergam atque Wetzlariam. Vid. *Europ. Heroldt* l. c. §. 6, p. 477 &c. &c.

Inſignia exponunt Dnn. *Spenerus*, *part. ſpec. Oper. Herald.* lib. 3, Cap. 23, §. 2 &c. p. 634; *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* lib. IV, Cap. VII, §. 33, p. m. 183, *Europ. Heroldt*, l. c. pag. 478; *Bilderbeck* l. c. §. XII, pag. 143 &c. Eſt autem teſſera Haſſiaca *Leo coronatus*, *decem tæniis transverſis, argenteis & rubeis, diſtinctus, in campo cœruleo: Ein mit Gold gekrœnter Silber-weiſſer, zum Grimm geſchickter, und mit 10. rothen und weiſſen Zwerchſtrichen bezierter Lœw, im blauen Feld.* Reliquas illuſtrant Auctores citati. Aſt omnium optime *Ill. Jo. Ge. Eſtor in der Probe einer verbeſſerten Heraldic an den Hochfürſtl. Heſſiſch-und Hochgræflichen Hanauiſchen, &c. Wapen. Gieſſen* 1728. 8.

(e) ALSATIÆ &c. Varia Provinciæ nomina. ***Alſatia***; *Annalib. Franc. Pithœanis*, An. 833, p. 33, & An. 873, p. 86; & *Fuldenſibus* An. 873, p. 37; *Reginoni*; ad An. 923, p. 74, & An. 953, p. 78; *Luitprando*, lib. IV, Cap. 17, apud *Reuberum*, p. m. 138; & Cap. 19, p. 139; *Hermanno Contracto*, ad An. 926, apud *Urſtiſium*, p. 312. ***Aliſatia***; *Annal. Pithœanis*, An. 833, p. 33. ***Eliſatia***; *Chron. Laurishamenſ.* an. 883, p. m. 67; ***Eliſacia***; *Annal. Fuld.* an. 887, p. 48. ***Eliſaza***, apud *Nithardum* lib. 3, pag. m. 471. ***Aleſazium***; *Aimoinus*, lib. 3, cap. 96, p. m. 351. ***Eliſatium***, *Wibertus*, in Vita S. *Leonis IX*, Epiſcopi Romani, cap. I, apud *Surium*, 19. April. p. m. 193. ***Eliſazium***, in Diplomate *Ottonis Magni*, Ann. 968, apud *Freherum*, Part. 2, *Orig. Palat.* Cap. 16, p. 77. ***Heliſatia***, in diviſione Regni *Ludovici Pii*, An. 839, præced. Tit. XVI. *Catal. Ducum Thuring.* v. 18. ***Heliſaze***, *Chronic. Lauriſham.* an. 997, p. m. 72 &c. Cæterùm, Landgravios hos, inter *principali* charactere præditos referunt omnes, quos de Haſſis, præced. lit. d, teſtes adduxi. De origine, inquit *Spangenbergius*, lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XVIII, fol. 308: *Sonſt lieſet man, daß Kayſer* Otto *der III*, *einen*, ***Dieterich*** *genandt*, ***zum erſten Landgrafen in Elſaß*** *gemacht, nach deſſen Sohns Abſterben, die Landgrafſchafft an die Grafen zu* ***Egesheim*** *kommen, und darnach* Ann. 1200, *an Graf* ***Albrechten von Habſpurg***, *Keyſer* Rudolphs *Vatter gekommen. Als* An 1238, ***Landgraf Heinrich*** *im Obern Elſaß, ohne Kinder abgienge, und die Grafen* ***von Oettingen*** *etwas Anſpruchs am Lande haben wolten, weiſete ſie der Biſchoff zu Strasburg, mit einer Summa Geldes, ab. Gleicher geſtalt, kauffte auch hernach* An. 1358, *Herr* ***Johann von Liechtenberg***, *der LXVIIIſte Biſchoff zu Strasburg, dem letzten* ***Landgraf Hanſen, die Unter-Landgrafſchafft*** *ab, und alſo iſt nunmehr, und ſchreibt ſich auch ein Biſchoff zu Strasburg,* ***Landgraven im Elſaß &c.*** Seriem eorundem, à temporibus *Ottonis III*, exhibet *Lazius*, lib.

Digitized by Google

lib. 3. de *Migratione Gentium*, p. 92 &c. Conf. *Chronicon Conſtantienſe Piſtorii*, p. 671 &c. *Bernhardi Hertzogii, Chron. Alſat.* lib. 2, c. 17 & 24: De Statu Alſatiæ antiquiſſimo, ſub *Alamanniæ* Ducibus, legas, præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Alamanniæ*, v. 10. & ſeqq.

Quo tempore *Landgraviatus* cœperit, non ſatis liquidum eſt. Ad *Carolingorum* ætatem usque aſcendit *Job. Jacobus Chifletius, Stemmat. Auſtriac.* p. 28, ſcribens: *Si demiretur quiſpiam, tot in Alſatia olim Comites & Principes fuiſſe, ſciat, in Ducatu Alſacenſi geminos fuiſſe Comitatus Provinciales, qui, ſequioribus Seculis, dicti ſunt Landgraviatus, Superiorem ſcilicet & Inferiorem* &c. Profert autem hæc, occaſione tabularum, quibus *Ludovicus Germanicus*, & *Carolus Calvus*, An. 870, *Lotharingicam* hæreditatem inter ſe ſunt partiti, unde *Ludovico*, *duo Comitatus in Eliſatio*, obvenerant; (vid. Ill. Dn. *Obrechtus*, Vol. I. *Prodromi Rerum Alſatic.* Cap. VI, p. 68.) Qui idem tamen Cap. 1. *Vindic. Alſat.* primordia *Landgraviatus* hujus, à *Ducatus* cognominis interitu, repetenda eſſe arbitratur. Parumque abeſt, quin *Blondellus*, in *præfatione Apologiæ Examinis Vindicatæ Alſatiæ*, eandem ſit amplexus ſententiam, inquiens: *Landgravios Ducibus cum tempore ſucceſſiſſe, & Habſpurgi Comites ante Rudolphum, qui ad Regnum Anno Domini 1273. evectus eſt, duos, vel fortè tres, Landgraviatum tenuiſſe, facile conceſſerim, quorum Auſtriaci omnes, ut Nepotes, ſucceſſivè ad Annum Domini 1648, Landgravii fuerint &c.* & poſtea: *Landgraviatum illum, nec Alſatiæ totius, nec forté hereditarium fuiſſe, evincit fragmentum vetus, Alberto Argentinenſi præfixum, quo docente, Anno 1236, Henricum, Comitem Provincialem Alſatiæ, ſine hærede denatum diſcimus, quo tempore Albertus, Rudolphi Regis Parens, vivebat &c.* Hæc autem propriis *Chifletii* & *Blondelli* hypotheſibus ſubverti poſſe, ſufficienter probat *Obrechtus* l. c. Cap. XII, pag. 152 &c. quandoquidem tempore, quo *Henricus* Landgravius ad plures abiit, *Alamannicus Alſatiæ Ducatus* nondum occiderat, *adeoque nec dum*, (ut ipſius verbis utar,) *vacuus erat locus Ducum, ut in eum Landgravii ſuccedere potuerint. Et Egesbemiorum certè Landgraviatus, quem Henricus ille, Blondello commemoratus, tenuit, quique in Comites Oetingenſes & Werdanos poſtea propagatus eſt, ex Alſatiæ Ducatu, nulla vel probabili ratione, poteſt exortus dici, Habſpurgiorum verò, ex eodem, non originem quidem, ſed dignationem tamen Principatus, traxiſſe videtur, Nam Rudolphum Imperatorem conſtat Ducatum Sueviæ, Conradini nece vacuum, ſuæ Familiæ aſſeruiſſe, eumque, in Comitiis Auguſtanis, Ann. 1282, filio ſuo, Rudolpho, contuliſſe in Feudum, quem Scriptores ejus ætatis Alſatiæ Ducem nominant: Annales Colmarienſes ad An. 1290: Dux Alſatiæ, Rudolfus, filius Regis Rudolfi, obiit, & in Praga Bohemorum, ſepelitur, magno argumento connexæ, cum Landgraviatu, Ducalis dignitatis &c.* Diſcuſſis etiam *Lazii*, l. c. lib. VIII, p. 412, inter *Habſpurgicos, Albertum, Rudolphi* Imp. Patrem, *Landgravium Alſatiæ* ab Imperio conſtituuin, tradentis, aliorumque opinionibus, concludit tandem, p. 255: *Itaque ante Albertum, quem Rudolphi Imp. Proavum indigitavimus, Familiæ Habſpurgenſi Titulum Landgraviatus Alſatiæ, hactenus nullo idoneo teſtimonio aſſertum vidi. De hoc verò tradit Guilimannus, adfirmaſſe Gotfridum à Ramminge, Antiquitatis obſervantiſſimum, vidiſſe, apud S. Trutbertum, Inſtrumentum, datum in Clauſtro Majoris Eccleſiæ Argentinenſis, Anno Dominicæ Incarnationis 1186, cum ſigillo Adelberti, cujus circumſcriptio erat: Sigillum Adelberti, Comitis de Habeſpurch, & Landgravii Alſatiæ &c.* Suffulcit nonnihil theſin hanc, documentum An. 1259, apud *Goldaſtum*, Tom. 2, *Antiquitatum Alamannicarum*, Part. I, §. 10, p. 28, ſic ſe habens: *Nos Comites de Habisburg, videlicet Ruodolfus* (poſtea Imperator) *Lantgravius Alſatiæ; Ruodolfus, Canonicus Eccleſiæ Baſilienſis, Gothefridus & Eberhardus, fratres, ejusdem Lantgravii Patrueles, univerſis &c. Noverint igitur, quos noſſe fuerit oportunum, quod, cum Nos curtes, & prædia noſtra, in Dietigkon, & Slieron, ſita, jure proprietatis, ad Nos, & Noſtros genitores, pertinentia, à prædilecta Domina, & Matre mea, videlicet prædicti Lantgravii, Heilwiga Comitiſſa, cui ipſæ curtes & prædia, in recompenſationem* donationis propter nuptias, titulo pignoris, *fuerant obligata &c. Quicquid juris habemus in ſæpe dictis univerſis & ſingulis bonis, & hominibus, tam Nos, quam bonæ recordationis Progenitores Noſtri, Comites, videlicet: Albertus, mihi Lantgravio Pater, Nobis tribus fratribus Patruus: Ruodolfus avus, Albertus Proavus, ratione proprietatis, vel infeudationis ab Imperio, usque in præſentiarum, diviſum vel conjunctum, & communiter habuiſſe, & poſſediſſe, dignoſcuntur &c. data Anno Domini 1259, XVI. Kalend. Novemb. Indict. 3 &c.* quæ in Genealogiam, quam Dn. *Obrechtus* l. c. Cap. XII, pag. 273, ſubminiſtrat, ad amuſſim quadrant, ex qua ſimul *Habſpurgiorum & Egisheimenſium* Landgraviorum ſanguinis nexus diſtinctè apparet:

Digitized by Google

Nexus Egensheimenſis & Habsburgicæ familiarum.

Hugo I.

Eberhardus III. | *Hugo II*, a quo Comites Dagsburgii, interque eos *Leo IX.* Pontifex. | *Guntrannus.*

Gerardus I, Comes Metenſis. — *Landelinus.*

Adelbertus. — *Radeboto.* *Wernerus*, Argent. Epiſc.

Gerardus II. — *Wernerus I.*

Gerardus III, Dux Superioris Lotharingiæ de Alſatia. — *Otto.*

Theodericus, D. Lotharingiæ & Alſatiæ — *Wernerus II.*

Gerardus, Comes Egenshemii. — *Wernerus III.*

Udalricus, Comes Egenshemii. — *Adalbertus*, Alſatiæ Landgravius.

Henricus I, Comes Egenshemii. — *Rudolphus*, Alſatiæ Landgravius.

Simon, Comes Egenshemii. — *Albertus*, Alſatiæ Landgravius.

Henricus II, Comes Egenshemii. — *Rudolphus* Imperator.

Henricus III, Comes Egenshemii, denatus 1238, quem Fragmentum *Urſtiſianum*, (Tom. 2. Rer. German. p. 91. An. 1238.) *Comitem Provincialem Alſatiæ* vocat, & ſine hærede deceſſiſſe ait. — *Albertus*, D. Auſtriæ. *Rudolphus*, D. Suevorum. *Hermannus*, Alſatiæ Landgravius.

Verba Fragmenti, modò citati ſunt: *Anno Domini 1238, Henricus, Comes Provincialis Alſatiæ, decedens ſine hærede, Feoda plurima, quæ tenebat ab Imperio, & Epiſcopatu, & ab aliis, ad Dominium ſuæ proprietatis ſunt revocata, quia frater ejus in ipſis feodis nihil juris habebat, & Uxori ejus nihil aliud remanſit, niſi pauca prædia, quæ ejusdem erant: quæ, pauco tempore poſt, enixa eſt Filium &c.* Corrigendus hinc ante omnia *Limnæus*, lib. V. Jur. Publ. Cap. 2, §. 11, pag. 22, & Auctor *Phoſphori Auſtriaci*, Part. 2, Cap. 14, malè vel propterea olens *Schurtzfleiſchio*, Diſſ. de *Principio Moſellæ Auſonii*, c. XVI, pag. m. 13, *Egensheimenſem* proſapiam circa annum 1218. jam defeciſſe exiſtimantes; licet & *Conradus Decius*, *(Dietz,) Gerhardi de Roo* Secretarius, ex *Annalibus*, quibus laudatus *Gerhardus*, Res *Auſtriacorum Principum*, Gentis Habſpurgicæ, à *Rudolpho* Imp. usque ad *Carolum V*, geſtas, complectitur. Ann. 1592. *Oeniponti*, Latinè, & Ann. 1621, *Auguſtæ*, Germanicè, editas, lib. I, ad Ann. 1218, pag. 7, relatis *Rudolphi* Imp. initiis ſubdat: *Circa idem tempus, cum Egensheimenſis proſapia defeciſſet, tres ſimul competitores Provincialem Alſatiæ Comitatum ad ſe trahere nitebantur: Albertus Habsburgicus; Albertus Hohenbergicus, ad Neccarum; & Ludovicus Ottingenſis, qui Henrici Egensheimenſis Sororem in matrimonio habebat. Hohenbergicum facilè induxit Albertus Habsburgicus, uti ſuam ipſi partem cederet, pacto inter Rudolphum filium, & Annam, illius natam, matrimonio. Ita potior Alſatiæ pars ad Habsburgicos pervenit; reliquam Ottingenſis Argentoratenſi Præſuli vendidit, cujus ſucceſſores Landgraviatus titulum hodieque uſurpant &c.* (Verſionem Germanicam ſiſtit *Speidelius*, voc. *Landgraff*, pag. m. 605 & 606.) Errat deinde & *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 41, ad ann. 1238, pag. 930. (omnesque, qui eum, & *Gerhardum de Roo* l. c. ſequuntur, Recentiores, *Henricum* pro ultimo Landgravio venditantes;) verb: *Anno Domini 1238. Henricus, ultimus Alſatiæ Lantgravius, ſine hæredibus obiit, cujus quidem titulus, cum Feudis, Beneficiis & Miniſterialibus ad Epiſcopum Argentinenſem devolvitur, atque hodiè manet &c.* quem errorem, ſine dubio, intellectus malè præfati *fragmenti Urſtiſiani* tenor, peperit, quandoquidem ibi legitur: *Henricus, Comes Provincialis Alſatiæ, decedens ſine hærede &c. Henricum* improlem deceſſiſſe, certum eſt; viduam vero ejus *poſthumum* in lucem edidiſſe, ejusdem Fragmenti auctoritate conſtat; *Quæ*, (Uxor defuncti Henrici) *pauco tempore poſt, enixa eſt Filium &c.* Concedamus etiam poſthumam illam prolem, Feudorum, Judiciariæ poteſtatis per Alſatiam adminiſtrationi connexorum, incapacem fuiſſe judicatam; nulla tamen ſubeſt ratio, cur propterea paterno ſimul *Landgravii* titulo dejecta cenſeri debeat. Ne dicam, Eidem *Henrico*, teſte citato Fragmento, ſuperſtitem fuiſſe Fratrem, utut Feu-

Digitized by Google

Feudorum, *Henrici* obitu vacantium, itidem exſortem, compotem tamen haud dubie *aviti tituli*, partæque à Majoribus, & in Familiam illatæ *Landgraviatus dignitatis*; ceu rectè judicat Illuſtr. *Obrechtus* l. c. pag. 277; addens, pag. 279; *poſt Henricum, memorantur, 1259, Sigebertus, Landgravius Alſatiæ; 1280 & 1282: Johannes, Sigebertus, Henricus, Ulricus, Fratres, Landgravii Alſatiæ; Mater eorum, Bertha Rappolſteinia Landgravia Alſatiæ, 1301 & 1308. Johannes, Landgravius Alſatiæ, & Sigismundus, Filius ejus, ſepulti Seleſtadii, apud Franciſcanos, 1312 & 1318. Ulricus, Landgravius Inferioris Alſatiæ, 1332. Philippus, cujus ſepulchro, hoc Epitaphium, in D. Wilhelmi æde, Argentorati, inſcriptum extat:*

Anno Domini 1332, 2. Cal. Julii, obiit Dn. Philippus,
Landgravius Alſatiæ, Canonicus Majoris Eccleſiæ Argentinenſis.

1344, Ulricus, Landgravius Alſatiæ, eodem loco ſepultus, hac inſcriptione:

Anno Dn. 1343, 16. Cal. Octobr. obiit Honorabilis
Dn. Ulricus, Landgravius Alſatiæ. Orate pro Eo.

1370, Johannes, Landgravius Alſatiæ, Civis Argentinenſis; uti teſtatur Inſtrumentum, hoc initio ſcriptum: Nos Berchtoldus Zorn, Prætor, & Senatus Argentinenſis, notum facimus omnibus, quod coram Nobis comparuerit Nobilis Domicellus, Johannes Landgravius, Civis noſter. Obitum ejus refert Albertus Argentinenſis in Ann. 1376, his verbis: Item, eodem Anno, IX. Cal. Auguſti, obiit Domicellus, Joannes, Landgravius Alſatiæ, in quo ceſſavit progenies Landgraviorum Alſatiæ &c. Quibus in medium prolatis annectit, pag. 281: *Si quis hoſce omnes ab Henrici Landgravii fratre, vel ejusdem Poſthumo, deſcendiſſe neget; cernere ſanè geſtiam, quo loco, quove ordine, in Oetingenſi Familia recenſendos putet; undeque congruam interpretationem mutuaturus ſit Alberti verbis, cum ait, in Johanne ceſſaſſe progeniem Landgraviorum Alſatiæ. Certè Ludovicus Senior Comes Oetingenſis, qui Epiſcopo Dominium utile Feudorum, quæ ab Epiſcopatu tenebat, vendidit, meminit, in Inſtrumento venditionis, Johannis Landgravii, ſed nullum cognationis cum Oetingenſi Familia ſignum edit, quin potius ab eadem evidenter ſatis ſegregat, quod ſi, inquit, aliqua Bona, redditus, ſeu Jura ad ſubſcripta Bona ſpectantia, à tempore, ſeu per tempora, quibus nos, ipſos & ipſa tenuimus, per nos, venditores præfatos & quondam Fridericum de Oettingen, mei, Ludovici, Comitis Senioris præfati, Fratrem, aut aliquem, vel aliquos, ex nobis, una cum Johanne, Landgravio in Alſatia, conjunctim, vel per nos, jam dictos venditores, & ipſum quondam Fridericum de Oettingen, conjunctim vel diviſim, invenirentur aliquibus eſſe obligata; hujusmodi Bona nos, præfati Comites de Oettingen, venditores, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris univerſis, liberare & abſolvere promittimus &c.* Hæc omnia Illuſtr. *Obrechtus*, interponens tandem, de prædicta quoque lite, circa ſucceſſionem in Landgraviatum quæſtionis, judicium ſuum: *Tota lis illa, quam de ſucceſſione Henrici Landgravii, inter Albertum Hohenburgicum, Albertum Habsburgicum, & Conradum, vel Ludovicum, Oetingenſem, agitatam ferunt, merum Genealogorum commentum eſt, qui, ſi Veterum monumentorum teſtimonia potius, quam ſuas conjecturas, ſequi maluiſſent, aliam longè ſeriem rerum erant producturi &c.* Sanè, ſi nec poſthumus *Henrici*, nec Ejus frater, jus in Feudis habuerint, non video, qua ratione *Ottingenſis*, vel *Albertus Hohenbergicus*, qui, (*Gerhardo* de *Roo* l. c. & *Chifletio, Lum. prærogat.* pag. 338, teſtibus) defuncti duntaxat ſorores matrimonii ſocias ſibi elegerant, ea prætendere potuerint! remotior adhuc cenſendus hoc titulo *Rudolphus*, utpote Gener ſaltem *Alberti Hohenbergici*, præſertim, cum ex *Alberto Argentinenſi*, apud *Urſtiſium*, pag. m. 106. conſtet, non à Socero, ſed ab Affine, conſtitutam ipſi dotem, & quidem, non ex hæreditate *Egensheimenſi*, ſed ex vetuſto *Hurmingenſium* Comitum patrimonio; verba hæc ſunt: *Albertus, Comes de Hohenberg, & de Haigerloch, frater prædictæ Reginæ, Dominæ Annæ, duos Comitatus habuit antiquos valdè, ſcilicet Haigerloch & Hohenberg: & ſiti ſunt in corde Sueviæ, & dicebantur Comites de Hurmingen, & illi Comites fuerunt potentes in Suevia & Alſatia. In Elſatia habuerunt Caſtrum, quod dicitur Ortenberg, & magnas Villas, & totam vallem, quæ dicitur Albrechtsthal, cum omnibus pertinentiis. In qua valle duo Domini & Fratres de Hurmingen, quorum unus fuit Laicus, conſtruxerunt Clauſtrum ſolenne Ordinis S. Benedicti, in honorem S. Michaëlis ---- prædicti verò duo Domini ambo mortui ſunt, & in dicto Clauſtro ſepulti, ubi corpora eorum hodierna die requieſcunt. Quod Dominium Albertus*

bertus Comes poſtea dedit Rudolfo de Habſpurg, in dotem Dominæ Annæ, prædictæ Sororis ſuæ &c.

Nec firmiori ſtat palo, quod *Guillimannus*, lib. VI. *Rerum Habſpurgicarum*, Cap. 2. pag. 246. tradit: *Alſatiæ Landgraviatum Inferiorem, Argentinenſem Epiſcopum, quatenus Epiſcopatus beneficium erat, ab Henrici obitu, recepiſſe, neque alteri commiſiſſe, ſed deinceps titulo ejus uſum eſſe:* quoniam *Landgraviatus* nunquam Epiſcopatus beneficium fuit, licet in *Landgravios* Feuda quædam ab Epiſcopis ſint collata, quæ Præſul, extincto *Henrico*, Directi Dominii titulo, ad ſe recepit, & poſtea, ex quo *Oettingenſes* Comites, ab Imperatore, de *Landgraviatu Inferioris Alſatiæ* inveſtiebantur, iis iterum conceſſit; Anno tamen 1359, *Johanni Lichtenbergico*, Argentoratenſium Epiſcopo, qui à *Johanne*, ultimo *Landgravio*, cæteras quoque *Landgraviatus Inferioris Alſatiæ* reliquias, Eccleſiæ ſuæ comparaverat, rurſus vendita, quorum omnium bonorum intuitu, *Landgravii* tandem titulo Præſul uti cœpit. Præcipua Inſtrumenti emptionis venditionis capita ſuppeditat Illuſtr. *Obrechtus* l. c. pag 286. & 287, verb: *Noverint univerſi ---- quod nos, Ludovicus Senior, & Ludovicus Junior, Comites de Oettingen, Auguſtenſis Diœceſis, Landgravii Alſatiæ, Argentinenſis Diœceſis --- vendidimus --- Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Johanni, Epiſcopo Argentinenſi --- ac ipſi Eccleſiæ Argentinenſi, Dominia, bona, & reditus, ab eadem Eccleſia in Feudum dependentes, cum attinentiis univerſis --- pro pretio viginti millium florenorum auri de Florentia ---- datum in die Converſionis S. Pauli Apoſtoli, Anno Domini 1359.* Vendidiſſe autem ultimum *Landgravium, Johannem*, eidem Epiſcopo, *Landgraviatus* reliquias, teſtantur: *Jacobus* de *Kœnigshoven*, in *Chronico Alſatico*, Cap. IV, §. 73, pag. m. 260; *Johans von Liechtenberg dem wart das Biſtum, und Stette, und Veſten, ingegeben, do Biſchof Bechtolt ſiech was --- davon war er, noch deſſelben Biſchoves Tode, einhellecliche zu Biſchove erwelet, an dem nebeſten Tage noch S. Andreas Tage, noch Gotz Geburte 1353. Jor --- Er koufte ouch an das Biſtum die Lantgroveſchaft zu Elſas, in dem Jore noch Gotz Geburte 1358. Jor; Zu derſelben Landgroveſchaft und Herſchaft geborte: Sant Pulte, Frankenheim, Erſtheim und Werde, und vil andere Dœrfere und Veſten &c.* quæ in Supplementis, pag. 430, repetuntur: & *Albertus Argentinenſis*, in *Chronico*, apud *Urſtiſium*, p. 166: *Eodem anno (1376.) nono Cal. Auguſti, obiit Domicellus, Joannes, Landtgravius Alſatiæ, in quo ceſſavit progenies Landgraviorum Alſatiæ. Licet idem Joannes ipſum Dominium Prius vendiderit Joanni de Liechtenberg, Epiſcopo Argentinenſi, ſub Anno Domini 1358 &c.* Non ſatis igitur diſtinctè *Jacobus Wimphelingus*, in *Catalogo Epiſcoporum Argentoratenſium*, pag. 89; *Comitatum Alſatiæ Provincialem Joannes Epiſcopus à Comitibus Oetingenſibus comparavit: quamvis prius ab ultimo Landgravio, Joanne, in quo ſtirps illa extincta eſt, Comitatum illum emiſſet &c.* cum dictus Antiſtes alia bona à *Ludovicis Oetingenſibus*, & alia ab ultimo, ejusdem licet ſtirpis, *Landgravio, Johanne*, nec una eademque, ceu hic dicitur, emerit. Conf. Dn. *Spenerus Part. ſpec. Oper. Herald.* lib. I, Cap. LXVII. p. 275, & lib. 3, Cap. XXI, §. 13, p. 627.

Communis adhuc hodiè Auſtriacæ Domui, & Argentoratenſibus Præſulibus *Landgravii Alſatiæ* titulus eſt. Operosè debellat *Schurtzfleiſchius* cit. Diſſert. de *Principio Moſellæ Auſonii*, c. XV. & ſeqq. pag. 11 &c. *Davidem Blondellum*, in Præfat. *Apologetici*, contra *Johannis Jacobi Chiffletii Alſatiam vindicatam*, *Landgraviatum Alſatiæ* Patrimoniali *Habsburgenſium Comitum* Dominio vel propterea, eliminantem, quod principalis eorum titulus *Comitatus Habsburgi* fuerit, cui *Landgraviatus* ſubjunxerint, quaſi *acceſſorium*; reſpondendo: *Titulorum ſtructuram ad libera Gentium inſtituta pertinere, & ſic integrum fuiſſe Habsburgiis, eo tempore, quo primum Landgraviatus titulum ſibi aſciverunt, eum præ- vel poſtponere: quod autem eum ſemper poſtpoſuerint, non aliam ſubeſſe rationem, quam quod Landgraviatus Alſatiæ, definito hoc principalis dignitatis nomine charactereque, ſumtus, ad patrimonium Comitatus Habsburgici, jam diu ante conſtituti, adjunctus, atque ex diverſa cauſa, & longo poſt tempore acquiſitus fuit; proinde ad acquirendi ordinem, temporisque notationem, ſpectare, quod Landgraviatus Alſatiæ, jam antiquiſſimo inde more, inſtitutoque titulo Comitatus Habsburgici ſubjungatur, non ſecus, atque apud ceteros Germanos ſoleat, quod exemplis Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgici, declarandum; utriſque enim poſtponi nomina dignitatum officialium Imperii atque Electoratuum, nec propterea tamen hæc illis inferiora eſſe, aut pro acceſſionibus non patrimonialibus horum Principum Electorum haberi &c.* de *Anhaltinis Principibus*, quondam prius *Comites Aſcanios* ſe ſcribentibus, legas præced. Tit. XVI, §. 13, lit. a. v. 6, p. 525. Hæcque, dubio procul, ratio, cur Sereniſſima Domus Auſtriaca adhuc inpræſentiarum hunc ordinem ſervet, prius: *Principes Comites Habsburgi, Tyrolis, Pfiretarum, Kyburgi & Goritiæ*; & deinde modò: *Landgravios Alſatiæ, Dominos Vinidorum Marchiæ &c.* ſe nominando; quamvis *Fridericum III.* Imp. alium ordinem ſervaſſe deprehendamus, teſte Ejus Privilegio, ſub dato *Wien, am Erich Tage,*

nach

Digitized by Google

nach dem H. Pfingſttag, An. 1440, vigore cujus *die von Nürnberg für kein frembd Gericht* citirt *werden ſollen,* apud *Schilterum,* inter Diplomata & Documenta, Hiſtoriam Ejus illuſtrantia, pag. m. 258, ubi: *Wir Friderich, von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kœnig, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyr, zu Kerndten und zu Crain, Herr auf der Windiſchen Marck, und zu Portenaw, Graff zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Pfirdt und zu Kyburg, Marggraf zu Burgaw, und Landgraf im Elſaß.* Ecce! *Landgravii Alſatiæ* titulus ultimum occupat locum; pariter ac in aliis Ejusdem diplomatis, v. g. An. eod. ibid. p. 139; Ann. 1442, pag. 162, 251 & 259; Ann. 1448, p. 165; Ann. 1449, pag. 114; Ann. 1452, pag. 37, 314, 317, 319, 321; Ann. 1453, pag. 7; Ann. 1454, pag. 122; Ann. 1456, p. 115, 124 & 125; Ann. 1457, pag. 77; An. 1458, pag. 18, Ann. 1459, p. 143, 170, 267 & 268, An. 1460, pag. 134; An. 1462, p. 159, 161; Ann. 1463, p. 92; An. 1464, p. 273; An. 1465, p. 174; An. 1467, p. 290; Ann. 1468, p. 79; Ann. 1470, pag. 194; An. 1471, pag. 33, 94, 296, 297, 322, 324; Ann. 1476, p. 145 & 306; Ann. 1479, pag. 309; Ann. 1480, p. 311; Ann. 1483, pag. 21 & 96; Ann. 1485, p. 20 & 23; Ann. 1486, pag. 150; An. 1489, pag. 117 & 119, & Ann. 1490, pag. 325. Aſt ***Maximilianus I.*** præpoſuit titulum ***Landgravii Alſatiæ,*** *Vinidorum Marchiæ,* teſte *der Kœniglichen Satzung zu Wormbs, von den Gottslæſtern,* de An. 1495, in Corpore Receſſuum Imperii, ibi: *Wir Maximilian ---- Marggraf des H. R. Reichs, und zu Burgaw,* ***Landgraf in Elſaß,*** *Herr zu Frieſsland, auf der Wendiſchen Marck, zu Portenaw, zu Salins, zu Mecheln &c.* Quem ordinem etiam retinuit *in der Reformation zu Wormbs, die Freyſchœpffen, und das Heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffend, de Ann. 1495;* It. R. J. *Trevir. & Colon.* An. 1512; *Ordinat. Coloniens.* ann. eod. *die offene Notarios betreffend &c.* ***Carolum V.*** iterum novi quid induxiſſe, diſcimus *aus dem Kayſerlichen Landfrieden zu Wormbs, Ann. 1521,* ubi: *Wir Carl der V. -----* ***Landgraff in Elſaß,*** *Marggraff zu Burggau, zu Oriſtani, zu Gotiani, und des H. R. Reichs Fürſt zu Schwaben, zu Catalonia, Aſturia &c. Herr in Frieſsland, auf der Wendiſchen Marck &c. &c.* hic Titulus *Landgravii Alſatiæ,* præponitur *Marchionatui Burggovienſi,* nec non *Principatui Sueviæ.* Idem docent R. J. *Wormat.* Ann. 1521; R. J. *Norimberg.* 1522, & 1524. R. J. *Auguſtan. 1530; Reformation guter Policey, zu Augſpurg,* Ann. eod. R. J. *Ratisbon.* An. 1532; Ejusdem *Peinliche Halßgerichts-Ordnung,* An. eod. R. J. *Ratisbon.* An. 1541; R. J. *Spirenſ.* 1544; R. J. *Wormat.* Ann. 1545; R. J. *Ratisbon.* 1546; R. J. *Auguſtan.* 1548; & 1551 &c. ***Ferdinandus I,*** qua etiam Rex Romanorum, iterum alio ordine Provincias collocavit, v. g. in R. J. *Spirenſ.* An. 1542, verb: *Wir Ferdinandus, von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kœnig ---- Fürſt zu Schwaben, Marggraff des H. R. Reichs, zu Burggaw, Mæhren, Ober- und Nieder-Lauſsnitz, Graf zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Pfierd, zu Kyburg und zu Gœrtz &c.* ***Landgraf in Elſaß,*** *Herr auff der Wendiſchen Marck &c.* ubi Tituli *Principatus Sueviæ,* & *Marchionatus Burggoviæ, Landgraviatui Alſatiæ* præfiguntur; quo ſtylo etiam utitur, in R. J. *Norimberg.* 1542; nec non *Norimberg.* An. 1543; & *Auguſt.* Ann. 1555. ubi ſimul ſe vocat: *Gefürſteten Grafen zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Pfierd, zu Kyburg und zu Gœrtz &c.* æque ac *in der Kayſerl. Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg, Ann. 1555;* & R. J. *Ratisb.* An. 1557; & qua Imperator, R. J. *Auguſt.* An. 1559; *Neue Müntz-Ordnung zu Augſpurg,* An. eod. R. J. *Wormat.* An. 1564 &c. Exemplum Ejus ſecutus ***Maximilianus II.*** Imp. teſte R. J. *Auguſt.* Ann. 1566; *Ratisbon.* An. 1567; *Erfurt.* An. eod. *Francofurt.* An. 1569; *Spirenſ.* Ann. 1570; *Ratisbon.* 1576 &c. ut & ***Rudolphus II.*** Imp. argum. *der Policey-Ordnung zu Francfurt,* Ann. 1577; R. J. *Auguſt. 1582; Ratisbon.* Ann. 1594; *Ratisbon. 1598; Spirenſ.* 1600; *Ratisbon.* 1603; & ***Matthias,*** teſte R. J. *Ratisb.* 1613, reliquique Imperatores omnes, ad modernum usque Sacratiſſimum *Carolum VI:* quæ *Schurtzfleiſchii* ſententiam ſufficienter confirmant.

Argentoratenſes contrà Præſules prius ſe *Landgravios* ſcribunt *Alſatiæ,* & deinceps titulos adhibent avitos, v. g. ***Guilielmus Ego,*** *S. R. E. Cardinalis Epiſcopatus Argentinenſis, Adminiſtrator Stabulenſis,* ***Landgravius Alſatiæ, Princeps in Fürſtenberg &c.*** Vid. Dn. *Im Hoff Notit. Proc. Imper.* lib. 3, Cap. VIII, §. 1, pag. 76; ſic ***Armandus Gaſto de Rohan,*** *Epiſcopus Argentoratenſis, Abbas Malmundurienſis,* ***Landgravius Alſatiæ, S. R. J. & Subiſii Princeps &c.*** Vid. *Europ. Heroldt,* T. I. *Erſter Abſatz, neunter Punct,* p. m. 351.

Utut hæc omnia ita ſe habeant, genuinus tamen Provinciæ ſtatus ex Formula Inſtrumenti *Pacis Weſtphalicæ,* Imperatorem & Imperium inter Galloſque, An. 1648, contractæ, cognoſcendus eſt, & quidem Art. 73: *Imperator, pro ſe, totaque Sereniſſima domo Auſtriaca, itemque Imperium, cedunt omnibus Juribus, proprietatibus, Dominiis, poſſeſſionibus ac Jurisdictionibus, quæ hactenus ſibi, Imperio, & Familiæ Auſtriacæ, competebant in Oppidum Briſacum,* ***Landgraviatum Superioris & Inferioris Alſatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque Provincialem decem Civitatum Imperialium, in Alſatia ſitarum,*** *ſcil.* ***Hagenaw, Colmar, Schlettſtatt, Weiſſenburg, Landaw, Obernheim, Rosheim, Münſter in Valle S. Georgii, Keiſersberg, Turingheim,*** *omnesque Pa-*

gos, & alia quæcunque Jura, quæ à dicta Præfectura dependent, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum, Regnumque Galliarum, transferunt &c. & Art. 74: *Itemque dictus* **Landgraviatus utriusque Alſatiæ & Suntgoviæ**, *tum etiam* **Præfectura Provincialis in dictas decem Civitates**, *& loca dependentia, itemque omnes Vaſalli, Landſaſſii, Subditi, Homines, Oppida, Caſtra, Villæ, Arces, Sylvæ, Foreſtæ, Auri, argenti, aliorumque mineralium Fodinæ, Flumina, Rivi, paſcua, omniaque Jura, Regalia & appertinentiæ, absque ulla reſervatione, cum omnimoda Jurisdictione, & Superioritate, Supremoque Dominio, à modò in perpetuum, ad Regem Chriſtianiſſimum, Coronamque Galliæ, pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, absque Cæſaris, Imperii, Domusque Auſtriacæ, vel cujuscunque alterius contradictione; adeò, ut nullus omnino Imperator, aut Familiæ Auſtriacæ Princeps, quicquam Juris aut poteſtatis, in eis præmemoratis partibus, cis & ultra Rhenum ſitis, ullo unquam tempore, prætendere, vel uſurpare poſſit, aut debeat &c.* Ceſſio hæc adeò permoleſta fuit Hiſpaniarum Regi, qua Principi Auſtriaco, & cui invito, naſcendi ſorte ſanguinisque jure acquiſita auferri non poterant, ut, per *Petrum Weimium*, ad Conventum Monaſterienſem Legatum, publicam contradictionem interponeret, declarationemque iſtam Monaſterienſibus deciſis è diametro oppoſitam, per *Weimii* ſucceſſores, *Johannem Cuyermannum* & *Johannem Jacobum Chiffletium*, hac occaſione *Alſatiam vindicatam* componentem, ſummo ardore urgeret. Controverſia tamen hæc, multi ſanguinis impendio, agitata, *Pacis Pyrenææ*, utrosque inter Reges inſtauratæ, Ann. 1659, finiebatur, cujus Art. LXI, cautum: *Sua Majeſtas Catholica renunciat, tam ſuo, quam Hæredum Succeſſorumque & cauſam habentium, nomine, omnibus Juribus, & Prætenſionibus, ſine reſervatione & exceptione ullius, quæ illi competunt, aut inpoſterum competere poterunt, in* **Superiorem & Inferiorem Alſatiam, Suntgoviam**, *Comitatum* **Ferretenſem, Briſacum**, *& ſuas dependentias, ut & in omnes Regiones, loca & jura, quæ ſuæ Majeſtati Chriſtianiſſimæ, per Tractatum Monaſterienſem de die 24. Octobr. Anni 1648, ſic, ut cum Corona Franciæ coaduniantur, illique incorporentur, relicta ceſſaque fuerunt &c.* Quæ omnia, Art. 2 Pacificationis *Noviomagenſis* Ann. 1679, & Art. 3. *Ryswicenſis* An. 1697, confirmata, magisque in poſterioribus Tabulis Art. XVI. &c. quoad ceſſam in perpetuum Regibus Coronæque Galliæ *Argentoratenſem* Civitatem, aucta & dilatata; *Briſacum* licet & *Friburgum* ad domum Auſtriacam & Imperium redierint; Vid. Pacificatio *Badenſis* Ann. 1714, Art. IV, V, VII. &c. Conf. Dn. *Hornii Jus Publicum*, Cap. 4, §. 17, p. 48.

De *Landgraviatus* Inſigni inquit Ill. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, l. c. pag. 351, δῆγμα Argentoratenſis Epiſcopi depingens: *Im andern und dritten Quartier ſiehet man, im rothen Felde, eine breite, ſchrægwerts gezogene, und auf beyden Seiten mit Spitzenwerck, auf Kleeblætter Art beziehrte Straſſe, oder Binde,* **wegen des Landgraffthums Elſaß &c.** Conf. *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 295; Dn. *Spener* l. c. lib. I, Cap. IX, §. 63, p. 61, & lib. 3, Cap. XXI, §. 13. p. 627; Dn. *Im-Hoff* l. c. §. 2, p. m. 76; Dn. *Bilderbeck* T. 2. *des Reichs-ſtaats*, Part. V, Cap. 10, §. 8, p. 47; Dn. *Zſchackwitz, Einleitung zum* Jure Publico, lib. 3. Cap. 3, Q. 79, p. 490.

(f) LEUCHTENBERGENSIS &c. *Spangenbergius* lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XVIII, f. 309, ait: *Die Vierte des Reichs Landgraffſchafft im* Nortgow *gelegen; Bey Zeiten Kayſer* Henrich *des* IV, *wird Landgrafen Henrichs gedacht, und darneben gemeldet, daß dieſe Landgraffen ihre Ankunfft anfænglich her von den Graffen zu Bogen haben, die auch* **Burggraffen zu Regenſpurg** *geweſen &c.* Conf. *Lazius*, de *Migratione Gentium*, lib. VII, reliquique præced. lit. d, de *Haſſis* adducti teſtes.

Seriem Landgraviorum à dicto *Henrico*, Imperatori *Henrico IV.* coævo, usque ad *Georgium Ludovicum*, ſtruit *Henningeſius* l. c. p. 347 & 348. Benè verò notat Dn. *Spenerus*, part. ſpec. *Operis Heraldici*, lib. I, Cap. 50, §. 2, p. 215; *Cum* **Leuchtenbergios** *enumerat* (Henningeſius) *plures per errorem inſerit, qui non* **Leuchtenbergica** *proſapiæ, ſed* **Liechtenbergicæ** *in Alſatia Gentis, fuere, quales in primis tres Argentoratenſes Epiſcopi,* **Conradus, Fridericus & Joannes**, *emtor Landgraviatus Alſatiæ, quem, alio errore, Henninges* **Fridericum V.** *appellat. Unde in reliquis etiam non ſatis diſcerno, qui verè ad* **Leuchtenbergenſem** *Familiam ſpectent, vel* **Liechtenbergica** *debeantur &c.* & § 1, pag. 214: *Primum, à quo certa ſucceſſio, memorari vidi* **Gebhardum**, *qui Anno 1223 defunctus eſſe perhibetur &c.* In Diplomate *Philippi* Imperatoris An. 1199, *Alderſpacenſi* Abbati dato, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 64, teſtis: *Diepoldus, Lantgravius de Leuckenberg &c.* In alia ejusdem Imperatoris chartarum, qua An. 1207 Patavienſi Eccleſiæ bene fecit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, pag. 379, rurſus teſtium numero habetur: *Dietpoldus, Landgravius de Luggenberge &c.* In Concambio *Friderici II.* Imp. An. 1215 cum *Conrado*, Epiſcopo Ratisbonenſi, facto, apud eundem, l. c. Tom. 3, pag. 5, teſtes celebrantur: *Conradus, Burggravius de Nurenberg; Poppo Comes de Hennenberch; Comes Albertus de Eberſteinc; Marchio de Baden; Gebhardus, Landgravius de Luickenberge; Henricus de Nyffen &c.* Ex hujus Gebhardi,

poſte-

poſteris fuit *Ulricus* ille, anno 1334 extinctus, à quo Landgraviorum ſtemma *Rittershuſius*, *Tab. Geneal. Leuchtenberg.* orditur. An. 1358, in Diplomate, quo *Carolus IV.* Imp. Abbati *Altahæ Inferioris* proſpexit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 1. pag. 45, teſtes: *Ulricus & Johannes, Fratres de Lüttenberg, Comites &c.* In alio, ejuſdem Imperatoris, quo Ann. 1361, 3. Cal. Auguſti, Venditionem *Ulrici* Comitis *Helfenſteinii* Cœnobio *Kœnigsbrunnenſi* factam, confirmat, inter teſtes occurrit: *Johannes, Lantgravius Lucembergenſis*; vid. *Documenta Würtenbergica*, Part. I, pag. 646. In ejuſdem Diplomate confirmationis Privilegiorum Eccleſiæ Patavinæ Ann. 1366, 12 Cal. April. apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, p. 404, inter teſtes conſpicuus: *Ulricus Landgravius in Lukenberg &c.* Aliud Diploma An. 1382. Straubingæ datum, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, pag. 383. ſic inchoatur: *Wir Johans, Landgrave zum Leuchtenberg, Grave zu Halſe, des Hochgebohrnen Fürſten, Hertzog Albrecht, Pfleger in Nieder-Bayern, bekennen &c.* De eodem extat charta alia de An. 1396, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3, pag. 57. ubi: *Johannes von Gottes Gnaden, Landgrave zu Leichtenperg, und Grave zu Hals &c.* Sæpius etiam mentio eorum fit in Receſſibus Imperii, v. g. *Ordinationem Regimenti Wormatienſis* An. 1521, ſubſcripſit: *Landgraf Johan zu Leuchtenberg*; æquè ac R. J. Wormatienſem an. eod. & quidem poſt *Wilhelmum* & *Berchtoldum*, Comites *Hennenbergicos*; *Spirenſem* verò An. 1526, ante *Wilhelmum Hennenbergicum*. Ejuſdem nomine ſignavit R. J. *Ratisbon.* An. 1527, *Georgius Boheymb.* Receſſui *Ratisbonenſi* Ann. 1532, nomen appoſuit: *Georgius, Landgraff zu Leuchtenberg*; pariter ac *Ratisbonenſi* Ann. 1541, & quidem ante *Hans & Joachim Gebrüder, Fürſten von Anhalt*; & *Norimbergenſi* Ann. 1542, ante *Wolfgangum Fürſten zu Anhalt*; & *Norimbergenſi* An. 1543. licet poſt Anhaltinos; add. R. J. *Spirenſ.* Ann. 1544; & *Auguſt. 1548*. Pro eodem, ſubſcripſit *R. J. Auguſtanum* An. 1551, *Hans Sigmund von Lochaw*, ante Anhaltinos. R. J. *Ratisbonenſem* Ann. 1557. ſubſcripſit ipſe *Ludwig Heinrich, Landgraf zum Leuchtenberg, und Graf zu Hals*; ejuſque vice R. J. *Auguſt.* Ann. 1566, *Ulrich Mileus*, Doctor, *Cantzler*, ut & *Auguſtanum* An. 1567, ante Anhaltinos; &, pro *Georgio Ludovico*, *Spirenſem* An. 1570, *Wiguleus Hund von Sultzenmoß*, rurſus ante Anhaltinos; de reliquis ne dicam. Tota tandem progenies defecit Ann. 1646, 4. Novembr. in *Maximiliano Adamo*, cujus Amitam, *Mechtildem*, *Albertus*, Bojorum Dux, Ann. 1612, 26. Februar. tori ſociam ſelegerat, qui etiam hoc titulo ſucceſſionem impetrabat, acceptis licet bonis aliis in Bavaria, ea iterum *Maximiliano* Electori Fratri ceſſerit, qui viciſſim eandem *Maximiliano Philippo* natorum juniori reliquit. Vid. *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. I. Diſcurſ. 20, Membr. 2, §. 24, p. m. 367; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXII, §. 26, pag. 765; Dn. *Spenerus* l. c. §. 1, pag. 214, & §. XI, p. 215, & lib. 3, c. 8, §. 12, pag. 595; ejuſdem *Sylloge Hiſtorico-Genealogica*, pag. 253 & 285; ejuſdemque Concio funebris, in memoriam *Mariæ Johannæ* Com. *Helfenſteiniæ*, laudati *Maximiliani Adami*, ultimi Landgravii, & ab ipſius obitu, *Chriſtiani I*, C. P. R. Birckenfeldenſis, Conjugis, An. 1665, 10. Auguſt. defunctæ, *Buxovillæ* (Büſchweiler) ann. eod. 17. Octobr. habita, pag. 31; *Rittershuſius* l. c. *Hornius*, *Orb. Polit.* pag. m. 282; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imp.* lib. 2, Cap. VI, §. 13. p. m. 35, *Europ. Heroldt*, Tom. I, *zweyter Punct des 2. Abſatzes*, pag. 229 & 230; Dn. *Schewart*, *Obſervat. Hiſtor. Geneal.* Cap. VII, §. 22, pag. 219.

Mortuo ſine hærede dicto *Maximiliano Philippo* Ann. 1705, menſe Martio (ceu Dn. *Lehmannus*, *in den Hiſtoriſchen Remarques* hujus Anni, pag. 149, rectè contra eos, qui An. 1689, jam mortales exuvias Eum depoſuiſſe ſcribunt, defendit,) obvenit *Landgraviatus* Ipſius ex fratre Nepoti, Sereniſſimo Bojorum Electori, *Maximiliano Emanueli*; Quo, ob fœdus cum Gallis, tunc Imperii hoſtibus, ictum, Ann. 1706, 29. April. ſolenni cerimonia proſcripto, & Beneficiis Imperii, quibus hactenus gaviſus erat, exuto, collatus tandem eſt *Landgraviatus*, ab Imperatore *Joſepho*, Ann. 1708. 30 Novemb. feudali lege, in Sereniſſimum *Leopoldum Matthiam*, Principem *Lambergicum*, Sacratiſſimo Imperatori à Conſiliis ſanctioribus, ſummaque Stabuli præfectura, lata prius, 26. Novembr. immediate præcedente, in *Judicio Imperiali* Aulico ſententia, Sereniſſimi Ducis Megapolitani, *Friderici Guilielmi*, prætenſiones in ejuſdem dimidiam partem, Diplomate *Expectantiæ Maximiliani I.* Imp. Ann. 1502, *Henrico*, Megapolitano Duci, dato fundatas, nullius eſſe roboris. Quamvis Inveſtitura ſolennis Anno demum 1709, 10. Maji, in Legatis Ejus, Dnn. *Adamo Henrico Kellero* de *Schleitheim*, Barone de *Iſenburg*; & *Adamo Ignatio* de *Heiniſch*, ad hoc inſtructis, Viennæ proceſſerit. Formulam præfati Diplomatis *Maximiliani* exhibet Dn. *Lunigius*, Contin. 2. *des Reichs-Archivs, IV. Abtheilung, VI. Abſatz*, §. 4, pag. 500, annectendo l. c. *im XXIX. Abſatz*, §. 14, 15, pag. 674, Sereniſſimum *Landgravium* Seſſionem quoque ſibi competentem, An. 1709, 7. Auguſt. in Collegio Principum, in Comitiis Imperii occupaſſe, ſalvis tamen cujuslibet juribus. Conf. *Fabri Staats-Cantzley* Tom. XIII, cap. XII, pag. 464 &c. & Tom. XIV, cap. IV, p. 444 &c. Inveſtiturarum literæ Sereniſſimo

mo Principi *Leopoldo Mathiæ Lambergio* indultæ, tales fuere:

Wir Joſeph von Gottes Gnaden, erwehlter Ræmiſcher Kaiſer &c. &c. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff, und thun kund allermænniglich: Wiewol Wir aus Kæiſerlicher Hæhe und Würdigkeit, darinn uns der allmæchtige Gott nach ſeiner Gættlichen Vorſehung geſetzet hat, auch angebohrner Milde und Güte, in Gnaden ſonderiſt geneigt ſeyn, aller und jeglicher Unſerer und des Heyligen Ræmiſchen Reichs Fürſten und Getreuen, Ehre, Würde, Auffnehmen und Wolſtand zu betrachten und zu befærdern; So ſeynd Wir doch mehrers und begierlicher, deren Nahmen, Stammen und Geſchlechter in hæhere Ehre und Würde zu ſetzen, deren Vor-Eltern und ſie in Unſeren und des Heyligen Ræmiſchen Reichs obliegenden wichtigen Geſchæfften mit treuen gehorſamſten Dienſten ſich ſtandhafftig erzeigen, auch je und allewege zu Krieges-und Friedens-Zeiten, ungeſpahrt Leibes, Gutes und Blutes, in anſehnlichen Aembtern und Befehlen unverdroſſen ſich gebrauchet, auch gebrauchen laſſen wollen und kænnen.

Wan Wir nun gnædiglich angeſehen, wahrgenommen und betrachtet, die treu-gehorſamſte Dienſte, welche der Hochgebohrne Unſer würcklicher Geheimer Rath und Obriſter Stallmeiſter, Leopold Mathias, Fürſt von Lamberg, auch lieber Oheim und Fürſt, uns von Jugend auff erwieſen, auch die hæchſt-anſehnliche Dienſte, auch hierdurch erworbene vortreffliche Meriten, welche der Hochwürdige in Gott Vatter, Herr Johann Philipp, der Heyligen Ræmiſchen Kirche Cardinal von Lamberg und Biſchoff zu Paſſau, Unſer Geheimbter Rath, lieber Freund und Fürſt, Uns und dem H. Reich in vielfæltige Wege erwieſen und noch tæglich ſtandhafftig erzeiget;

Alſo haben Wir, zu gnædigſter Erkentniß, vorgedachten des Fürſten von Lamberg Lden und deſſen ehliche mænnliche Leibes-Erben, ſo dan ſæmtliche mænnliche Deſcendenten der Græfflichen Maximilian-Lambergiſchen Linie, nach Recht und Ordnung der bey ſelbiger eingeführter primogenitur, in die Ehre, Würde und Hoheit, der vormahls in H. Reich florirten, nunmehro aber abgeſtorbenen Landgraven von Leuchtenberg geſetzet, erhæhet und gewürdiget, ſie auch der Schaar, Geſellſchafft und Gemeinſchafft anderer Unſerer und des H. Reichs Gefürſteter Landgraven zugefüget, zugeſellet und vergleichet; Meynen, ſetzen und wollen, daß mehrgedachten des Fürſten von Lamberg Lden und ſeine eheliche mænnliche Leibes Erben, auch nachfolgende Graven von Lamberg Maximilianiſcher Linie, wie obgedacht, Unſere und des H. Ræm. Reichs Landgraven von Leuchtenberg ſeyen, ſich alſo vor allen anderen ihren anererbten Tituln nennen und ſchreiben, von Uns und Unſeren Nachkommen am H. Reich, Ræmiſchen Kaiſern und Kænigen, auch ſonſt jedermænniglich, hohen und niederen Standes, davor geachtet, gehalten, geehret, genennet und geſchrieben werden, auch alle und jegliche Gnade, Freyheit, Ehre, Würde, Præeminentz, Vorſtand, Recht und Gerechtigkeit, auch das Leuchtenbergiſche Wapen zu führen und Müntzen, von allen Sorten zu ſchlagen, in Verſammlungen, Reichs-und Craiß-Tægen, auch ſonſten in allen anderen Sachen, haben, deren theilhafftig und empfænglich ſeyn und ſich deß allen frey gebrauchen und genieſſen ſollen und mægen, immaſſen die abgeſtorbene Graven von Leuchtenberg deren ſich gebrauchet und genoſſen haben, von Rechts und Gewonheits wegen.

Nachdem auch, nach Abſterben Hertzogs Maximilians in Baiern und der beſchehenen Achts-Erklærung des geweſenen Churfürſten, Maximilian Emanuels, die Land-Graffſchafft Leuchtenberg erlediget worden, und Uns und dem H. Reich heimgefallen; ſo haben Wir, zu noch mehrer Bezeugung Unſerer allerhæchſten Kaiſerl. Gnade, mit wohlbedachtem Muth, guten Rath, reiffer Uberlegung und umbſtændigen Vorwiſſen und Beyſtimmung der geſamten Churfürſten, aus Kaiſerlicher Macht und Vollenkommenheit, dem vorgenannten Unſerm lieben Oheim und Fürſten, Leopold Mathias, Landgraven zu Leuchtenberg und Fürſten von Lamberg, und Dero Mænnlichen ehelichen Leibes-Lehns-Erben und Deſcendenten nach der Ordnung und dem Recht ob-beſagter Græfflicher Lambergiſcher Primogenitur, dan auch, in Ermangelung beſagter des Landgravens Lden ehelicher Mænnlicher Leibes-Erben und Deſcendenten, Sr. Lden Vatter, Brüdern und Vettern der Maximilian-Lambergiſchen Linie, nach offtbeſagten Recht der Erſt-Gebuhrt, und Dero allerſeits mænnlichen Leibes-Lehns-Erben, ſo viel und lang Dieſelbe vorhanden, die Land-Graffſchafft Leuchtenberg, ſamt Deren Fürſtl. Regalien, Ehren, Würden, Sitz, Stimme, Recht und Gerechtigkeiten, auch allen Ihren Mannſchafften, Eigen-und Lehnſchafften, die dazu und anderen Ihren Schlæſſern gehæren; It. Bergwerck und Ertz, ober und unter der Erde; It. Wildbahn, Jagten, Fiſchereyen, Gericht, Stock und Galgen; It. Zoll, Maut, freyem Geleit, Statt-Recht und Vogt-Recht auff Clæſtern und Kirchen; It. den Ban über das Blut zu richten in allen bemeldter Landgraffſchafft, Gerichten und Herrſchafften, und denſelben fürters denen Ambt-Leuten zu leihen; It. Juden zu halten in denen Dærffern und Herrſchafften, ſo von Uns und dem H. Reich zu Lehn rühren; zu Lehn verliehen, auch in ſpecie alle diejenige Güter, ſo von denen vorgeweſenen Churfürſten aus Baiern, Zeit ihrer Innhabung dieſer Landgraffſchafft zu ſolcher ſub qualitate allodii gebracht, und nach Abſterben des letzten Hertzogs Maximilian Philips, als Land-Graven zu Leuchtenberg, intuitu des letzhin in die Reichs-Acht declarirten Churfürſten in Baiern Unſerm Kaiſerl. Fiſco heim gefallen, gleichmæſſig nach Arth und Form, wie kurtz vorhero gedacht, zu einem wahren Reichs-Mann-Lehen verliehen; Anbey auch alle und jegliche Brieffe, Privilegia und Handfeſten über alle obbeſchrie-

bene

Digitized by Google

bene articuln *und andere Gnaden und Freyheiten, ſo die Land-Graven von Leuchtenberg von Rœmiſchen Kaiſern und Kœnigen, auch Kœnigen zu Bœheim und anderen Fürſten und Herren, oder anderen, redlich erworben und lœblich hergebracht haben, mit ſamt ihren guten Gewonheiten und Herkommen, in allen ihren Inhaltungen, Mein-und Begreiffungen, gnædiglich* confirmiret *und beſtættiget;*

Leihen, confirmiren *und beſtætigen ſolches alles von Rœmiſcher Kaiſerlicher Macht, wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffes, was wir daran von Rechts-und Billichkeit wegen zu verleihen,* zu confirmiren *und zu beſtætigen haben, alſo daß vielgedachten Leopold Mathiæ, Landgravens zu Leuchtenberg, Fürſten zu Lamberg, Lbden nun hinführo ſolche obbeſchriebene Lehen von Uns und dem H. Rœmiſchen Reich Lehns-weiſe innhaben, nutzen, nieſſen und ungeirret bey denen ob-gemeldten Gnaden, Freyheiten und* Privilegien *feſtiglich bleiben, ſich deren allen gebrauchen ſollen und mœgen, von allermænniglich ungehindert; doch uns und dem H. Reich an Unſeren und ſonſt mænniglich an ſeinen Rechten unvorgreiffen und unſchædlich;*

Der vor-beſagte Unſer lieber Oheim und Fürſt hat uns auch darauff anheute in Perſon gewœhnliche Gelübde und Aid gethan, Uns und dem Reich davon getreu, gehorſam und gewærtig zu ſeyn, als ſich ſolches gegen ſeinen Lehn-Herrn zu thun gebühret.

Und gebieten endlich allen und jeden, Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prælaten, Graven, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Land-Vœgten, Hauptleuten, Vice-domen, *Vœgten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuten, Land-Richtern, Schultheiſſen, Bürger-Meiſtern, Richtern, Ræthen, Bürgern, Gemeinden und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Stand oder Weſen die ſind, ernſt- und feſtiglich, daß Sie mehrgedachten Land-Gravens zu Leuchtenberg und Fürſten von Lamberg Lbden, deſſen eheliche mænnliche Leibes-Erben und andere Nachfolger in der* primogenitur *vor Unſern und des H. Rœm. Reichs Landgraven von Leuchtenberg annehmen, halten, achten, zulaſſen, würdigen und erkennen und ſie ſonſt aller und jeder Gnaden, Freyheiten, Ehren, Würden, Vortheile, Rechte und Gerechtigkeiten geruhiglich freuen, gebrauchen und genieſſen laſſen, daran nicht hindern noch irren, ſondern ſie bey dem allen, wie bievor erzehlet worden, von Unſer und des H. Reichs wegen handhaben, ſchützen, beſchirmen und gæntzlich dabey bleiben laſſen, hierwieder nicht thuen, noch das jemand zu thuen geſtatten, in keine Weiſe noch Wege, alſ lieb einem jeden ſeye, unſere und des Reichs ſchwere Ungnade und Straffe, und dazu eine* pœn, *nemlichen fünff hundert Marck lœthiges Goldes, zu vermeiden, die ein jeder, ſo offt er freventlich hierwieder thæte, Uns halb in Unſere und des Reichs-Cammer und den andern halben Theil viel genanten Land-Gravens von Leuchtenberg und Fürſten von Lamberg Lbden, oder ihren ehelichen mænnlichen Leibes-Erben, ſo hierwieder beleidiget würden, unnachlæſſig zu bezahlen verfallen ſeyn ſollen. Das meinen wir ernſtlich.*

Mit Uhrkund dieſes Brieffs, beſiegelt mit unſerer anhangender güldener Bull, der geben iſt in unſerer Stadt Wien, den zehenden Tag Monats May nach Chriſti Unſers lieben Herrn und Seeligmachers gnadenreicher Geburth in ſiebenzehen hundert und neunten, unſerer Reiche des Rœmiſchen im zwantzigſten, des Hungariſchen im zwey-und zwantzigſten und des Bœheimiſchen im fünfften Jahr.

JOSEPH

Vt. Fried. Carl G. v. Schœnborn.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.

C. F. Consbruck.

Enimverò, Sereniſſimo Electore, *Maximiliano Emanuele*, vigore Tabularum Pacis *Badenſis*, Anno 1714, Art. XV. & ſeqq. per omnia in integrum reſtituto, Landgraviatum quoque hunc ad Eum rediiſſe, palam eſt.

De Scuto, inquit Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, l. c. pag. 210: *Das Wapen iſt ein Silberweiſſer Schild, dadurch eine Himmelblaue breite Zwerch-Straſſe gehet. Auf dem Helm erſcheinet ein Mannskopf und Rumpff, in einem langen weiſſen Kleide, mit güldenen Knœpffen, einem blauen Halſſkragen, zugeſpitzten weiſſen Hute, welcher oben mit Gold gekrœnet, und mit zwo weiſſen, und einer blauen Strauſſfeder bezieret iſt. Die Helmdecken ſind Silber und blau &c.* Conf. Henninges, l. c. pag. 347; Dn. *Spener* l. c. lib. I, cap. 50, §. 3. &c. p. 215; Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. I, Cap. VI, §. XI, p. 497;

(13) Marggravius, ſeu Marchio, eſt Comes, ſeu Princeps Imperii, qui ab Imperatore de Marchionatu rite inveſtitus eſt, *(a)* ut Brandenburgenſis, *(b)* Misnenſis, *(c)* Badenſis, *(d)* & Moraviæ, *(e)*.

NOTÆ.

(a) INVESTITUS EST &c. Eandem definitionem, (ex 2 F. X, *Quis dicatur Dux?* deſumptam, verb: *Qui à Principe --- inveſtitus eſt --- de Marchia, Marchio dicitur;*) ſuppeditant: *Reinkingius de Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. IV, Cap. 13, §. 11, p. m. 395; *Beſoldus, Theſ. Pract.* voc. *Marckgrav.* pag. m. 624;

Digitized by Google

m. 624; *Webner, Obſervat. Pract.* voc. *Marck*, p. m. 347; *Rudinger, Singular. Obſervat.* Cent. III, Obſervat. 53, pag. m. 657; *Burgoldenſis*, ad *Inſtrumentum Pacis*, Part. I, Diſcurſ. XX. Membr. 2, §. 23, pag. m. 365; Dn. *Thulemarius, Octovirat.* Cap. XVII, §. 16, p. m. 222; ſexcenti alii; quamquam Dn. *Ludewig*, de *Formula Brandenburgici Ducatus*, §. 2, lit. a, pag. 4, ineptam eam vocat, verb: *Quæſo, quam puerile eſt, dicere: Marchio eſt, qui inveſtitus eſt de Marchionatu &c.* *Speidelius* in *Speculo*, voc. *Marckgrav*, p. m. 648, ait: *Marchio dicitur, qui de Marchia, hoc eſt, Feudo, cum Regali dignitate, ab Imperatore eſt inveſtitus eſt &c.* Si de *Marchionibus*, qui *Principum Imperii* charactere inclareſcunt, loquamur, &, per *Marchiam* intelligamus Provinciam Imperii vel olim limitaneam, cui in præſentiarum jus ſedendi inter præcipuos Reipublicæ Proceres, exponendique in Comitiis peculiaris voti, cæteraque Regalia, quibus reliqui Principes in Terris ſuis fruuntur, inhærent; non video, quid abſurdi ſit, ſi *Marchionem* vocemus *Principem Imperii, ab Imperatore de Marchia ritè inveſtitum, vel inveſtiendum*; nec contrarius huic ſententiæ Dn. *Ludovicus Petrus Giovanni*, in *Germania Principe*, lib. 2, Cap. 2, pag. 534, ubi: *Marchionis voce Principem notari, limiti, ſeu Marchiæ cuſtodiendæ præfectum, certo ſatis conſtat.* Cæterùm, ſine numero eſſe Marchiones alios, Marchionatibus carentes, quis iverit inficias?

(b) BRANDENBURGENSIS &c. (1) Scriptores huc facientes, ſunt: *Georgius Sabinus*, *de adpellatione, ſitu, moribus ac Populis Marchiæ Brandenburgicæ*, Helmſtad. 1597: *Georgii Seyfridi*, *Genealogia Marchionum Brandenburgenſium*, Wittebergæ, 1555, 4. *Reineri Reineccii*, *Origines Stirpis Brandenburgicæ, & Commentarius, de Familia Marchionum & Electorum Brandenburgicorum, & Burggraviorum Norimbergenſium*, Francof. 1581, fol. *Laurentii Peccenſteinii Enarratio hiſtorica Marchionum Brandenburgenſium, ex ſtirpe Burggraviorum Noribergenſium*; Jenæ, 1597, fol. *Balthaſari Mencii*, *Stambuch des Churfürſtlichen Hauſes Brandenburg*, Witteberg. 1598, 8, *Chriſtophori Theodori Schoſſeri Beſchreibung der Churfürſtlichen Marck zu Brandenburg*; Magdeburg. 1617, 4 *Johannis Cernitii, decem Electorum è Familia Burggraviorum Norimbergenſium, icones & res geſtæ, cum Genealogiis*, Berolini, 1628, fol. Quem Tractatum Dn. *Antoine Teiſſier, Conſeiller des Ambaſſades, & Hiſtoriographe de ſa Majeſté, le Roi de Pruſſe*, ann. 1707, Berolini, Gallico idiomate donavit; *Georgii Chriſtophori Renſchelii*, *Stammbaum des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Brandenburg*; Berolin. 1668. 4; *Caſpari Sagittarii Hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandenburgenſium*, Jenæ, 1684, 4; Ejuſdem *Hiſtoria Marchiæ Soltwedelenſis*, Jenæ, 1685, 4; *Chriſtophori Henrici*, *Entwurff derer die Marck zu Brandenburg betreffenden Sachen*; Berolin. 1682, 8; *Johannis Wolfgangi Renſchii Brandenburgiſcher Ceder-Hayn*, cum iconibus Marchionum; Bareuth, 1682, 8; *Melchioris Wildeiſen Brandenburgiſcher Genealogiſcher Luſtwald*, *Anſpach* 1682, fol. Dn. *Speneri* Part. ſpec. *Operis Heraldici*, lib. 1, Cap. 13, p. 75 &c. Dn. *Im Hoff*, *Notitia Procerum Imperii*, lib. IV, Cap. 3, p. m. 144 &c. *Limnæus*, Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. V, pag. 127 &c. *Joh. Georgii Lairizii Hiſtoriſcher Genealogiſcher Palmwald*; Nürnberg. 1686, Tab. VI. pag. m. 294 &c. Dn. *Friderici Lucæ, uhralter Fürſten-Saal des H. R. Reichs*; Francofurti ad Mœnum, 1705, pag. m. 742 &c. Dn. *Ludovici Petri Giovanni* (Johannis Petri Ludovici) *Germania Princeps*, Edit. Hallenſ. 1711, lib. 2, p. 473, ad 660; Ejuſdem Viri Celeberrimi *Formula Ducatus Brandenburgici*, Hall. 1706, 4. Dn. *Joh. Ulrici Pregitzeri*, *Teutſcher Regierungs-und Ehren-Spiegel*; Berol. 1703, fol. Part. 2, qua *Familiæ Hohenzolleranæ ortum & incrementa* illuſtrat; Dn. *Johannis Michaëlis Heineccii*, *Diatribe Genealogica, de Domus Auguſtæ Pruſſico-Brandenburgicæ, ex ſtirpe Carolina, originibus*, Quedlinburgi, 1707, Fol. Alii. *Chriſtophori Entzelii*, *Paſtoris Oſterburgici, Chronicon der alten Marck Brandenburg*, Magdeb. 1577, 4; & *Andreæ Angeli Annales Marchici*, ab An. 416, ad An. 1596, Francoſ. 1598, fol. ob aniles fabulas, nugasque, quas complectuntur, recenſeri non merentur. *Marchiones*, ſtirpis *Wettinenſis*, enarrat *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 10, 11 & 197, & *Ballenſtedienſis proſapiæ*, l. c. p. 167 &c. 180 &c. Largiorem recenſionem Scriptorum Rerum Brandeburgenſium nobis cum communicat Ill. *Chriſt. Gottl. Buderi elegantiſſima Bibliotheca Selecta Hiſtor.* Cap. XXII. §. 2. 3 & 4. p. 1184-1190.

(2) De Etymologia, ſcribit *Erneſtus Brotuffus*, lib. 2. *Chronici Anhaltini* Cap. 3, p. 33: Brandenburgk *iſt genant von* Brandone, *welche Schloß und Statt zu Brandenburg ſolle gebauet haben &c.* Aſt quo fundamento hæc? antiquiſſima lectio *Witichindi* Corbejenſ. lib. 2. *Annal.* pag. m. 647, eſt *Brennaburg*, vid. præced. Tit. XVI, Catal. *Ducum Venedicorum*, v. 13, pag. 464.

(3) *Henricum Aucupem* conſtituiſſe Conjugis ſuæ *Mathildæ*, fratrem, *Sigfridum*, an. 927, vel 928, contra *Henetos*, primum *Marchionem Brandenburgicum*, conſtans doctorum ſententia eſt. Vid. *Crantzius*, lib. 3. *Vandal.* Cap. 16; *Georgius Fabricius*, lib. 2. *Originum Saxonicarum*, pag. 115, memor Expeditionis *Henrici Aucupis* in Slavos, an. 931, inquit: *Tunc Præfectos certis locis conſtituit, qui limites defenderent, quos*

Mar-

Digitized by Google

*Marchiones appellavit: **Sleswicenſem**, Oppoſitum Danis; **Brandenburgium**, Vandalis; **Miſnenſem & Luſatium** Boëmis & Polonis; nam hi Populi omnes Saxonibus erant infenſi, propter potentiam, cum ſubita incrementa eos ad ſuam perniciem capere cernerent. Præficiebat autem ſpectatiſſimum quemque de Nobilitate &c.* Henningeſius l. c. pag. 3, in vita laudati Regis, ait: ***Brandenburgum** obſidione cinxit, Caſtris ſuper glaciem collocatis, expugnavit, & Obotritos inde ejecit, Anno Chriſti 927, reliquos Slavos, Henetos & Sorabos Imperio ſubjecit; **Marchias**, ut vocant, conſtituit: **Brandenburgenſem**, contra Obotritos; **Luſatienſem & Miſnenſem**, contra Polonos, Bohemos, Sorabos Sileſios; **Sleſvicenſem**, contra Danos, devicto ipſorum Rege, **Chnuba**, vel **Gormone** &c.* & pag. 2, Genealogiam *Ringelheimenſium* Comitum delineans: ***Siffridus**, **Marchio Brandenburgenſis primus**, & Procurator Saxoniæ conſtitutus, ab **Henrico Aucupe** Imperatore, Anno Chriſti 927 &c.* Conf. *Chytræi Saxonia*, lib. I, fol. 37; *Albinus, Chron. Miſnic.* Tit. VIII, ad An. 928. pag. 197; & Tit. IX, an. eod. pag. 220: *Im (Jahr) 928, hat Er die Marck zu Brandenburg geordnet &c.* *Jodocus Coccius*, in *Dagoberto*, Cap. 11, cujus verba *Schurtzfleiſchius*, de *Rebus Badenſibus*, c. 2, p. 6, repetit; *Chronicon Carionis*, lib. 4, f. 542 & 545; *Brotuff* l.c. *Spangenberg Adelſpiegel*, lib. X, Cap. XIX, pag. 311, cujus verba præc. Tit. V, in vita *Henrici Aucupis*, pag. 489, extant, & *Manſsfeldiſche Chronick*, Cap. 122, ad An. 925, pag. 112; *Münſterus* lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 455, pag. m. 1084; *Speidelius* voc. *Marckgraven*, pag. m. 649; *Limnæus*, Jur. Publ. lib. 4, Cap. 4, §. 25, pag. 26, & quos præced. Tit. V, in vita *Henrici Aucupis*, v. 4, ad An. 927, pag. 489, hoc titulo produxi; Factum comprobante *Conrado Bothone*, in *Chronico Picturato Brunſuicenſi*, ad Ann. 928, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuicenſ.* pag. 306.

Defuncto *Sigfrido*, invaſit Marchiam ***Tanquardus***, *Henrici Aucupis*, ex priori toro, filius, à fratre, *Ottone I* Rege, inde iterum pulſus; cujus etiam beneficio, eam ***Gero***, qui, (ut præced. Tit. XV, §. 18, lit. b, pag. 1309, dixi,) *Gernrodenſe* Cœnobium condidit, nactus eſt. Vid. ibid. pag. 1310, *Witichindi* teſtimonium, add. *Chronicon Carionis* l. c. pag. 542; & vetus documentum lib. 2. *Vadiani*, de *Monaſteriis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Antiquit. Alamann.* pag. 65.

Geronem excepiſſe filium, ***Brumitonem***, ſeu ***Bruniconem***, (quem Dn. *Lucæ* l. e. pag. 747, & Dn. *Ludovicus Petrus Giovanni*, lib. 2. *Germaniæ Principis*, Cap. 2. pag. m. 538, Comitibus *Wettinenſibus*; aliique, *Zerbicenſibus*, oriundum, arbitrantur) hunceque viciſſim ſecutum ***Hugonem*** gnatum, ab *Ottone III.* Imp. Hetruriæ præfectum, ex *Chytræo* l. c. docet Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 3. Sect. V, §. 72, pag. 72, idem aſſerente *Chronico Carionis* l. c. Monachi opus eſt Epitaphium, quod, in Abbatia S. Benedicti, Florentiæ cernitur, cujusque copiam *Nathanael Chytræus*, ſuis *deliciis variorum in Europa itinerum*, p. 149, inſeruit: ***Hugoni**, **Ottonis III.** Imperatoris Affini, ac Comiti **Marchioni Brandenburgenſi**, Hetruriæque Præfecto, qui D. Benedicto hoc olim, & ſex alia cœnobia, condidit, pii hujus loci Monachi de ſe bene merito ſepulcrum, vetuſtate attritum, inſtaurarunt, Anno ſalutis M. CCCC. LXXXI. H. M. H. N. S. Obiit Anno ſalutis M. LXII. Cal. Jan.*

Id certum eſt, An. 982, adeoque imperante *Ottone II*, Marchiam rexiſſe ***Theodoricum***, (juxta *Chytræum* l. c. pag. 38, & *Chronicon Carionis* l. c. eorumque aſſeclas, dicti ***Brumitonis***, ex filio, ***Sighardo***, nepotem,) de quo, præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Venedicorum*, v. 15, ad An. 982, pag. 467. Verba *Ditmari* evolvenda; Hoc, à Slavis, Marchiam hinc inde infeſtantibus, variis modis vexato, (eodem teſte ad h. a. ibid. ad An. 983,) confugit ad arma *Otto III.* Imp. auxilioque Saxonum, & *Miſeconis*, Polonorum Principis, potitur an. 986, ***Brandeburgo***, à *Kizone* licet Saxone, opem ferentibus ***Liutizis***, adhuc eodem anno, ad deditionem iterum adacto. Vid. ibid. ad an. 986, pag. 468. Hinc, altera vice, militem Oppido admovit Cæſar, An. 992, quod, anno ſequenti, *Kizo*, ſpontanea ſubmiſſione, ditioni Ejus ſubdidit. Vid. l. c. ad Ann. 992 & 993, pag. 469. ſuccedente tempore, in deterius ruens ***Theodoricus***, omnia ſocordiæ tribuere cœpit, in tantum, ut perverſo ipſius Regimine allecti, Albiam inter Oderamque habitantes Slavi, Anteſignano ***Miſtiwoi***, Obotritorum Regulo, Imperii habenas moderante *Henrico Sancto*, An. 1013, armata manu in libertatem ſe vindicarent; quare & ab honore ſimul & hereditate paterna depulſus fuit, apud *Magdeburgum* Præbendarius mala morte vitam finiens. Vid. *Adamus Bremenſ.* lib. 2, Cap. XXXI, p. m. 63, & præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Saxoniæ*, v. XI, Vita *Bernhardi II*, §. 4, p. 118.

Hac occaſione recuperantes Slavi ***Brandenburgum***, totam ſimul Marchiam ſub jugum rapuerunt, ſuſque deque habendo ***Sigfridum***, ***Sigfridi I***, Stadenſium Comitis, filium, nec extorris ***Theodorici***, ut *Chytræo* l. c. aliisque videtur, Fratrem, cui Cæſar laudatus Mârchiam interim crediderat, quique, malo aliter conſulere neſciens, ***Stadam*** ſe recepit, à quo tempore Principibus iſtis ***Septentrionalium Marchionum*** nomen impoſitum. Vid. Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Introduct. in Tomum II. *Collectionis Scriptorum* Re-

Rerum Brunſuicenſium, §. XXV. pag. 26. Veritati contrariatur, quod *Henningeſius* l. c. Part. 2. pag. 198. narrat, ***Sigfridum*** jam anno 1010, à dicto Imperatore, de ***Marchia Brandenburgica*** fuiſſe inveſtitum, cum ***Theodoricus*** tunc nondum inde fuerit deturbatus; craſſiori errore ſubnectens, eum ex *Berthæ, Rudolphi.* quem rebelles, an. 1077. *Henrico IV.* Imp. oppoſuerant, filia, ſuſcepiſſe ***Udonem I,*** qui, Magdeburgenſium Antiſtitis, *Werneri*, auxilio, an. 1085, Slavis Marchia pulſis, ***Brandenburgum*** iterum occupaverit, eodem tamen anno vivis ereptus, filio, ***Udone II,*** ſuperſtite; quandoquidem ipſe, Part. I. p. 269, *Bertham* prius *Ulrico III*, Brigantino Comiti, nuptam fuiſſe tradit, &, pag. 304. *Ulricum* hunc, adhuc an. 1098. floruiſſe, juxta quem calculum *Udo* obiiſſet, nuptiis ***Sigfridi*** nondum celebratis; quod abſurdum.

Mira hic geſtarum rerum confuſio, tam in *Chronic. Carionis*, pag. m. 542 &c. quam apud *Chytræum* l. c. p. 38, & ſequaces. Ecce, quomodo cuncta verè ſe habeant! ***Miſtiwoi***, Obotritorum Princeps, in ordinem redactis ***Brandenburgo,*** & Marchia, ann. 1013, reliquerat filium hæredem, ***Udonem***, *Conrado Salico*, Imperatori coævum; Quo natus Patre pius Princeps, ***Godeſchalcus,*** an. 1066, Paganorum inſidiis periit; cujus filiis, ***Henrico*** & ***Buthuc,*** Dominationem latè per Marchiam extendentibus, arripuit ***Ludegerus,*** ſeu ***Luidgerus***, cognom. ***Udo,*** Marchio *Stadenſis*, (***Udonis I.*** filius, ***Ludegeri*** nepos, & ***Sigfridi II,*** Marchionis Brandenburgici, à Slavis ***Stadam*** fugati, pronepos, cujus mentio fit in Charta *Liemari* Bremenſis, An. 1088, apud *Lindenbrogium*, inter Privilegia Hamburgenſia, §. 33, p. m. 146,) arma, expugnatoque An. 1101. ***Brandenburgo,*** Marchiam à Slavis rurſus purgavit. Vid. præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o. pag. 61. ***Udone*** hoc, cæca feducto fortuna, Caſtra *Henrici IV.* Imp. in quem tot malè feriati Principes, *Henrico Juniori* placere cupientes, conſpiraverant, deferente, data ***Henrico, Buthue*** filio, obducendi ***Marchiæ,*** milites, anſa; cui etiam Marchia in prædam ceſſit, ***Udone*** inde ejecto, ac anno 1106. mortuo. Filius ejus, ***Henricus,*** eximiæ licet ætatis flore Adoleſcens eſſet, curæ tamen defuncti fratris Germani, ***Rudolfi,*** ad octo annos, demandata, ab Imperatore, ***Stadenſis Marchia,*** quibus demum præteritis, ***Henricus*** Regimen An. 1115. adiit, anno 1128. ſepulchra Patrum ingreſſus. Vid. l. c. Biennio poſt ſurrogatus *Helperici*, Plötzcoviæ Comitis, filius ***Conradus,*** (cujus amita, ***Ermengard,*** nupta erat ſæpe fato ***Udoni II,*** Marchioni Brandenburgico & Stadenſi) in expeditione Italica, quam, Cæſaris gratiâ, an. 1132. erat aggreſſus, ultima habuit fata, An. 1133, ***Marchia Septentrionali,*** ſeu ***Stadenſi,*** ipſius Patruo, ***Alberto Urſo,*** Saliſquellenſium Marchioni, obveniente. Vid. *Chronograph. Saxo*, ad An. 1130. pag. 288. & An. 1134. pag. 290; *Albertus Stadenſ.* An. 1130. pag. m. 156; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1134, pag. m. 12, verbis præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, pag. 61. extantibus.

(4) Novus hic Princeps prætenderat ſimul, ab exceſſu *Lotharii* Imperatoris, *Saxoniæ Ducatum*, utut ſolenni more in *Henricum*, Bojorum Ducem, jam collatum; cujus litis ſummam ibid. ad An. 1137, pag. 62. notavi. Extincto ſæpe dicto *Henrico, Buthue* filio, ***Albertum Marchia*** quoque ***Meridionali Brandenburgica,*** circa an. 1142, ab Imperatore, *Conrado III*, fuiſſe auctum, annoque 1157, ***Brandenburgo,*** pulſis Slavis, potitum, ibidem monitum. Hæcque eſt Epocha adſcriptæ Saliſquellenſium Marchionum Genti ***Brandenburgenſis Marchia***, quam continua etiam ſerie moderati ſunt, ad Annum usque 1322, quo Imperator *Ludovicus Bavarus*, ***Woldemaro II,*** &, quatuordecim diebus poſt, fratre ejus, ***Johanne IV,*** ramum terminantibus, Filio ſuo, ***Ludovico,*** vacantem An. 1323, in beneficium conceſſit; Surgente poſthac funeſto admodum Imperio Schiſmate, ubi, *Clementis VI.* P. R. vibrato in *Ludovicum* Auguſtum fulmine, perterriti *Gerlacus* Moguntinus, *Balduinus* Trevirenſis & *Walderamus* Colonienſis Archi-Epiſcopi, aſſentientibus ipſis *Johanne* Bohemo, & *Rudolfo* Saxone, *Carolum IV.* Moraviæ Marchionem, *Johannis*, Bohemiæ Regis, gnatum, An. 1346. Imperatorem proclamaſſent, Illeque, ab exceſſu *Ludovici*, An. 1347. adminiſtrationem Imperii totis viribus uſurpaſſet, *Henricus* Moguntinus contrà, ***Ludovicus Brandenburgicus***, *Rupertus* C. P. R. & *Ericus* D. Lauenburgicus, electionem ejus Imperii Legibus contrariam declaraſſent, ſceptra *Eduardo* Anglo, An. 1348. Eoque delatis ſibi honoribus ſponte renunciante, *Friderico*, Miſnenſium Marchioni, offerentes, factum eſt, ut *Caroli*, Bavaricæ Domus hoſtis infenſiſſimi, artibus, impoſtor quidam, (*Spangenbergio*, Cap. 286, *Chronici Mansfeldici*, pag. 336. ***Meincke Müller***, *Henningeſio* verò l. c. Part. I, pag 199, & Part. 2, pag. 201, aliisque multis, ***Johannes Rhebock***, molitoris *Hundeluftenſis* filius, Dn. *Ludovico Petro Giovanni* l. c. pag. 541. aliisque, ***Jacobus Rhebock,*** dictus) pro ***Woldemaro I,*** Elect. Brandenb. dictorum ***Woldemari II,*** & ***Johannis IV,*** Patruo, quem forma moribusque optime retulerat, ſe gerere cœperit, peregrinatione longinqua, ab anno 1319. (quo 7. Septembr. deceſſerat) hucusque, quaſi

quaſi ſubtracto. Pangitur ſtatim fœdus; agnoſcens *Woldemarum Carolus IV.* Imp. literis feudalibus, die Sabbati poſt feſtum Michaëlis, 1348, in Caſtris *Heinersdorfenſibus*, datis, reſtituit non ſolùm Ei Marchiam, ſed &, in Caſtcis *Francofurtenſibus*, die Sabbati poſt feſtum Dionyſii, an. eod. mandat, ſub pœna Banni, Provinciæ Ordinibus, juſſa ejus excipere, reſpuendo *Ludovico Bavaro*; Vid. Dn. *Becmannus*, *Hiſtor. Francofurt.* Cap. 13, f. 106 & 107; Utque cuncta eò tutius agerentur, largiebatur *Carolus*, ſub dato *Heinrichsdorf, bei Münchſperch, am nehеſten Dornſtage nach S. Michaels-Tag*, an. eod. *Rudolpho* Jun. & *Ottoni*, Ducibus Saxoniæ, nec non *Alberto* & *Woldemaro*, Principibus Anhaltinis, proximum ſuccedendi jus, quod *expectantiam* vocant, in Marchiam, ab obitu *Woldemari*, occupandam, inſtrumentum ſuppeditante Dn. *Becmanno*, Part. V. *Hiſtor. Anhalt.* Cap. VI, §. VIII, v. 2. pag. 33 & 34; Hinc etiam motæ XXXVI. Civitates Marchicæ, ſolennibus literis, die Lunæ poſt Palmarum 1349. ſcriptis, *Alberto* & *Woldemaro* Anhaltinis, in eventum, ſubjectionem pollicebantur, viciſſim ab iis in tutelam ſuſceptæ; vid. Inſtrumenta publica ibid. §. IX, p. 34 & 35. Enimverò, cedente Marchiâ *Ludovico*, Fratri, *Ludovico* cognom. *Romano*, hocque ſtatim *Carolo* decenter ſe ſubjiciente, imò, An. 1350. Inſignia Imperii Ei reſtituente, *Carolus* vice verſa *Woldemari* partes deſeruit, & *Ludovicum Romanum* verum Eelectorem *Brandenburgicum* eſſe, edixit, quatuordecim prædictarum Civitatum, ſcil. *Brandenburgo Veteri*, *Prentzlavia*, *Paſewalco*, *Templino*, *Bernavia*, *Navena*, *Angermunda*, *Eberswalda*, *Strausberga*, *Gortzoa*, *Ratenavia*, *Cæpenico*, *Berolino* & *Colonia ad Spream*, ſub dato, *des negſten Mandages nach* Palmen, 1349. fruſtra ad priora mandata Cæſarea provocantibus, (tenorem literarum exhibente Dn. *Becmanno*, l. c. pag. 35.) fatente Auguſto, ſe ab aliis, falſo juramento ficti *Woldemari* cauſam tuentibus, ſeductum. Vid. *Joh. Iſac. Pontanus* lib. VII. *Rer. Danic.* p. 477. & Dn. *Fridericus Lucæ*, *Fürſten-Saal.* pag. 782. Ex reliquis *Woldemaro* fœdere junctis Principibus, totam ſibi *Marchiam Veterem*, in compenſationem ſumptuum, promitti poſtulabat *Otto*, Magdeburgicus Præſul, Oppidis *Jericho*, *Sandow*, *Plauen* & *Plote* jam potitus; *Johannes* & *Albertus*, recens creati Duces Megapolitani, auxilia promiſerant, ſi, cum Saxoniæ Ducibus & Principibus Anhaltinis, in æquas portiones cooptarentuc; *Borislao*, *Barnimo* & *Vratislao*, Pomecaniæ Ducibus, præter *Paſewalcum*, & Præfecturam *Jagow*, dimidiam itidem Tecrarum partem, quas hoſtibus eſſent ecepturi, ſibi relinqui paciſcentibus; accedente poſtea inter ipſosmet Saxones & Anhaltinos ſimultate, res abiit in fumum, *Woldemaro* proſcripto, & Bavaro Macchiam retinente. Conf. *Henricus Rebdorfienſis* Annal. an. 1348, apud *Freherum*, T. I. *Rer. German.* p. m. 444; *Nicolaus Burgundus*, *Hiſtor. Ludovici Bavari*, lib. 2. ad An. 1323. p. m. 59; *Chronicon Magdeburgenſe*, apud *Meibomium* Tom. 2, *Rer. German.* in vita *Ottonis* ArchiEpiſcopi, pag. 341; *Albertus Crantz*, lib. IX. *Saxon.* Cap. 34. & lib. VIII. *Vandal.* Cap. XVIII, & lib. IX. Cap. XXXI; *Chronicon Carionis*, in Vita *Ludovici Bavari*, lib. V. pag. m. 941; *Chytræus* l. c. pag. 38. ad An. 1319. (qui omnes *Woldemarum II*, pro ultimo Marchione habent, vid. præced. Tit. V. in vita *Ludovici Bavari*, ad An. 1323. pag. 659.) *Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 455. pag. m. 1084; *Dubravius*, *Hiſt. Bohem.* lib. XXII. p. m. 180; *Aventinus*, lib. VII. *Annal.* Cap. XX, §. 10. pag. m. 756; *Henningeſius* l. c. Part. I, pag. 199, & Pact. 2, pag. 200 & 201; Dn. *Sagittarii Hiſtor. Brandenb.* §. 38. &c. pag. 32. &c. Dn. *Becmannus* l. c. pag. 35 & 36. &c. Alii. Traditionem Inſignium Imperialium factam eſſe An. 1350, præced. Tit. VIII, §. 2. lit. b. pag. 872, probavi; add. *Dubravius* l. c. p. 180 & 181. Hinc novos adhibuit *Ludovicus* titulos, teſte Diplomate, quo, ſub dato *Minichen*, *1350*, *des nechſten Freytags vor dem Sontag ſo man ſingt*: Miſericordias Domini, Cœnobium *Raitenbuch* in ſpecialem tutelam ſuſcepit, apud *Gewoldum* T. 3. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 166. ibi: *Wir Ludweig von Gottes Gnaden*, ***Margraff ze Brandenburg und ze Luſwitz***, *Pfaltzgrave bey Rhein; Hertzog in Bayern und in Khærndten*, *des **H. R. Reichs Oberſter Camerer***, *Graf zu Tyrol, zu Gœrtz, und Vogt der Gottsheuſer Agley, Trient und Brixen &c.* Quomodo Fratres intec Bavaros tandem convenerit, docet *Albertus Argentinenſis*, ad An. 1351, apud *Urſtiſium*, T. 2. *Rer. German.* p. m. 156: *Anno LXI. in Februario, actum eſt inter Marchionem* (Ludovicum Romanum) *& Fratres ſuos, quod **Romanus, Marchio efficitur**, & Fratri ſuo, **Alberto, pars Marchia datur**, & filia Comitis de Mechelberg copulatur: **Ludovico** autem, **olim Marchioni**, cedit tota Superior Bavaria, attingens ad Comitatum Tyrolis, & tertia pars Inferioris Bavariæ; **Wilhelmo** autem remanerent Comitatus Holandiæ, Sclandiæ, & Hennegojæ, quæ nolebant dividi, conſtituto Matri annuo reditu multorum millium florenorum, pro tempore vitæ ſuæ &c.* paucisque interjectis, Cæſareo-Bavaricæ Transactionis memor: *Convenerant autem Rex **Carolus**, & **Ludovicus Marchio**, in* Nurenberg, *de menſe Aprili concordantes omninò; & cum Rex non poſſet concordare occupatores Marchionatus cum Marchione, quod cederent, Ipſe, Marchioni adhærens, alios coram ſe citavit, **fictumque Marchionem** cum ſuis bannivit. Marchio quoque Lanceam, Clavos, partem Crucis Chriſti, & alia inſignia, quæ Imperio dicuntur, per **Ludovi-***

Digitized by Google

cum Imperatorem, Patrem ſuum, relicta, Regi præſentavit, recepta cautione, de reducendis, infra triduum, vel in Nurenberg, vel in Franckfurt, per Regem &c. De ſolenni Inveſtitura Ludovici Romani, inquit Henricus Rebdorfienſis l. c. ad annum 1356. pag. 449: Menſe Januario, idem Imperator (Carolus IV) convocat Curiam in Nurenberg, in qua ArchiEpiſcopi, Moguntinenſis, Colonienſis, Treverenſis, & alii Principes conveniunt, Electores, & quamplures alii, ſed Filii Ludovici (quondam Cæſaris) duo, Ludwicus, Marchio Brandenburgenſis, & Dux Stephanus, ad hanc Curiam non conveniunt, timentes potentiam Imperatoris prædicti. Ludovicus verò, dictus Romanus, etiam filius Ludwici (Imperatoris) benè interfuit huic Curiæ, cum magno apparatu, & de Marchionatu Brandenburgenſi, per Imperatorem, eſt inveſtitus ibidem &c. add. Aventinus l. c. §. 23, pag. m. 758, ad eundem annum 1356: Carolus tum Normbergam, ad Conventus agendos, proficiſcitur. Ludovicus Romanus, magnificè inſtructus, apparet, in verbaque Auguſti jurat, ab Eo Brandenburgium in fidem atque tutelam accipit &c. Crantzius, lib. IX. Saxon. Cap. XXVII; & lib. IX. Vandal. Cap. XXXI; Chronicon Carionis l. c. Chytræus l. c.

(5) Mortuo Ann. 1359. (teſte Aventino, lib. VII. Annal. Boicor. Cap. XXI. p. 760. & non 1369, ut Henningeſio l. c. Part. 2. pag. 201. videtur) Ludovico Romano, ſucceſſit in Marchia filius Mainhardus, ex Margaretha Maultaſchia natus, cujus diploma, quo ſub dato Landtſperg, am S. Valteins Tag, an. 1362, privilegia Cœnobii Raitenbuech confirmat, apud Gewoldum, Tom. 3. Addit. Hundii Metropolis, pag. 167, occurrit, ſic inchoatum: Wir Menhart von Gottes Gnaden, Margraff zur Brandenburg, und zu Luſitz, Pfaltzgraff bey Rhein, Hertzog in Bayrn und Khærenden, Graff zu Tiroll und zu Gœrtz, Vogt der Gottes-Hæuſer Agley, Triendt und Brichſen &c. Aſt terminante vitam Principe hoc ſine liberis, an. 1363, obvenit Marchia Ottoni, Ipſius Patruo, qui eandem, ann. 1373, Socero, Carolo IV. Imperatori, vendidit, viciſſim ab Eo in filium Sigismundum, collatam, de quo Contractu, Andreas, Presbyter Ratisbonenſis, in Chronico Bavarico, à B. Dn. Schiltero edito, ad p. m. 38. hæc ſuppeditat: Anno Domini 1373. Marchionatus Brandenburgenſis, à Ducibus Bavariæ, prædicto Karolo Imperatori, Regi Bohemiæ, prô ducentis millibus florenorum, venditur, ubi centum millia florenorum in promptu perſolvuntur; pro altero verò centenario mille florenorum, quædam Oppida, ſive Caſtra, quæ modò prius tacto ſubjecta erant Regi Bohemiæ, iterum Ducibus Bavariæ, cum conditione redemtionis, ſubjiciuntur, ſcilicet: Lauf, Herſpruck, Reicheneck, Sultzbach, Roſenberg, Hirſchaw & cætera. Quædam verò apud Regnum Bohemiæ manſerunt, ut: Pernaw & cætera. Hinc ſua Münſterus l. c. lib. 3. Cap. 455. pag. m. 1084; & Dn. Lucæ, im Fürſten Saal, pag. 785; ſummam majorem exprimit Aventinus l. c. lib. VII, Cap. XXI. §. 13. pag. m. 762: Auguſtus, ex Italia rediens --- Brandenburgium ab Ottone Bojo, aureolorum millibus ducentis emit, Ottoque curiati Principis dignitatem, prærogativamque ſuffragii retinet, in Bojariamque migrat &c. cujus ſententiam amplecti videtur Henningeſius l. c. pag. 201: Otto, Marchio Brandenburgenſis, Elector poſt fratrem (Ludovicum Romanum) qui Socero ſuo, Carolo IV. Imp. vendidit Marchiam Brandenburgenſem, 200000. aureis Ungaricis, Anno Chriſti 1373. &, accepta Ditione exigua, in confinibus Bohemiæ, mortuus eſt Anno Chriſti 1379. in Oppido Bavarico Soldenthal &c. eadem proferens l. c. Part. I. p. 199; nec non Dn. Ludovicus Petrus Giovanni, in Germania Principe, lib. 2. Cap. 2. pag. m. 542. de facto teſtantur Crantzius, lib. IX. Vandal. Cap. X. & lib. IX. Saxon. Cap. XXXIV; Chytræus, lib. I. Saxon. pag 38; Pantaleon, Part. 2. der Teutſchen Helden, in vita Sigismundi Imp. pag. 455; aliique multi; ut adeo Spangenbergius, Chron. Mansfeld. Cap. 294. pag. 145. non ſatis accuratè ſcribat: Anno 1373. zog Kayſer Carl in die Alte Marck, mit ſeinen 3. Sœhnen, Wentzel, Sigismund und Johanneſen, und entſatzte ſeinen Eydam, Marggraffen Otten, Kayſer Ludwigs Sohn, etlicher Span halben, ſo zwiſchen Ihnen beyden entſtanden; gab Ihm ſechs Schlœſſer, darauf er ſich die Zeit ſeines Lebens enthalten mœchte, und machete ſeinen Sohn, Sigmunden, zum Marggraffen und Churfürſten zu Brandenburg; bawete auch das alte Kœnigliche Schloß und Hofflager zu Tangermunde &c. nec melius Chronicon Carionis, lib. V. in vita Caroli IV. pag. 960: Ottoni, Hertzogen von Bayren, dem Er ſeine Tochter verheuratbet, hat Er die Marck genommen, ungefehrlich um das Jahr Chriſti 1373 &c. Ex quo Carolus Marchiam acquiſivit, Wenceslaum, Ejus filiorum natu majorem, titulos inde aſſumſiſſe, documento ſunt literæ Caroli IV. ſub dato Straußberg, am S. Johannis Tag decollati, 1373. quibus Privilegia & bona Ordini Johannitico per Marchiam confirmavit, apud Dn. Fridericum Lucæ, im Fürſten-Saal des H. R. Reichs, pag. m. 786, ibi: Wir Carl, von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs; Und Wir Wentzel, von denſelben Gnaden, Kœnig zu Bœheim, Marggraff zu Brandenburg, und Hertzog in Schleſien &c. bekennen &c. Conf. Dn. Becmanni Anmerckungen von dem Ritterlichen Johanniter-Orden,

den, Cap. IV, §. 6, pag. 123, & Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Continuat. I. *dritte Abtheilung; im Anhang vom Johanniter Orden*, §. IV, p. 86; Anno vero eodem, tranſlatam in *Sigismundum* Marchiam, docent, quos præced. Tit. V, in vita *Caroli IV*, §. 4, h. a. pag. 677. adduxi.

(6) Non multo poſt, pignori oppoſita fuit Marchia *Jodoco*, Moraviæ Marchioni, *Sigismundi* fratrueli, de qua re *Albertus Crantzius*, lib. IX, *Vandal.* Cap. X: *Moriente per hæc tempora*, (An. 1382, 13 Sept. ſi vel marginalibus *Thomæ Jordani* ad librum XXV, *Hiſtoriæ Bohemicæ Dubravii*, pag. m. 206, fidem adhibeamus, annum comprobante *Antonio Bonfinio, Hiſtor. Pannonicæ* Decad. 2, lib. X, in fine, pag. m. 252;) *Ludovico, Ungariæ Rege devotiſſimo, cum filias tantùm duas relinqueret, & nullum marem hæredem, Sigismundo permiſit primam* (Mariam) *conjugio, Eumque poſt ſe deſignavit Ungariæ Regem. Sed maximo interim labore, cruentisque præliis, ad eam poſſidendam, pervenit. Objecerant ſe ex Regni Proceribus non pauci, dedignati Bohemum Regem, evocaruntque Italia Karolum Neapolitanum, cui ſceptra deferebant: ſed Sigismundus, invicto per omnia animo, hoſtibus colluctatur, pervicitque, ut Regem illum ſuum Ungari agnoſcerent, ſed ea res tantum laboris & impenſarum habuit, ut cogeretur Marchiam Brandenburgenſem Jodoco, Marchioni Moraviæ, propinquo ſuo* (Jodoci namque Pater, *Johannes Henricus*, Marchio Moraviæ, germanus frater erat *Caroli IV.* Imp.) *in pignus & hypothecam, pro accepta ab illo grandi pecunia, tradere, apud quem memoratus Principatus aliquamdiu permanſit &c.* & rurſus, l. c. Cap. XXIV: *Erat, per id tempus, magno bello implicita Brandenburgenſis Marchia: nam Sigismundus Rex cum, pulſus Ungaria, multis rebus ad recuperationem Regni indigeret, eam, accepta pecunia, permiſit Marchionibus Moraviæ, Jodoco atque Procopio, fratribus &c.* add. idem l. c. Cap. XXXI; Annum exprimit *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 159: *Jodocus Barbatus, Marchio Moraviæ & Brandenburgenſis; hanc enim oppignoravit ipſi Sigismundus Imperator patruèlis, recuperaturus Regnum Ungariæ, Anno Chriſti 1388 &c.* Factum comprobat *Munſterus*, lib. 3, *Coſmograph.* Cap. 455, pag. 1084. Auctori *Chron. Luneburgic.* apud Ill. Dn. *Leibnizium*, Tom. 3, *Rer. Brunſuic. & Luneb.* pag. 200, vitio vertendum, quod *Marchiam Jodoco* venditam, & quidem à *Carolo IV.* ipſo, tradat, verb: *Anno 1390. Jar, do quemen in de Marcke van Brandenborch de Marckgreven van Mehern, Joſt und Procob. Deſſe Marckgreve Joſt hadde de Marcke to Brandenborg gekofft, van Keiſer Carol; alſe ſe do in der Marcke weren &c.* Marchiam autem viciſſim à *Jodoco* Marchionibus Miſniæ fuiſſe oppignoratam, docet *Crantzius* l. c. Cap. XXXI: *Ille* (Carolus IV.) *eum* (Principatum) *permiſit Filio Sigismundo, à quo pervenit ad Jodocum, Moraviæ Marchionem. Hic, jam ejus dominio exſaturatus, tradidit illum, ut ferunt, in pignus, Wilhelmo Misnenſi Marchioni, acceptis ab eo quadraginta millibus ſexagenarum ex groſſis Bohemiæ &c.* conſentiente *Münſtero* l. c.

(7) Tandem recuperavit Marchiam *Sigismundus*, *Crantzio* teſte l. c. *Sigismundus, poſtea quam ad Romanum pervenit Imperium, eam* (Marchiam) *vel ære redemptam, vel quovis jure revocatam, permiſit Friderico, Burggravio Nurenbergenſi &c.* & eodem lib. IX. *Vandaliæ*, Cap. XXXVIII: *Albertus jam, inani titulo, Rex Sueciæ, Dux Magnopolenſis, Conventum celebrem habuit, in Opido Perleberg, cum Wilhelmo Misniæ, & jam Brandenburgenſi Marchione. Is enim, data pecunia, pro rei magnitudine, non magna, coëmit à Jodoco, Moraviæ Principe, hunc Brandenburgenſem Marchionatum; ſed cum interea vacaret, ut aſſerunt, Imperio, Ducatus Superioris Saxoniæ, Sigismundus Imperator illum permiſit Wilhelmo Misnenſi, ea lege, ut ille viciſſim dimitteret Marchiam Brandenburgenſem, quam dictus Imperator tum contulit Friderico, Nurenbergenſi Burggravio &c.* aſt minus accurate, *Friderico* Burggravio longè prius de Marchia inveſtito, quam Miſniæ Marchio, *Fridericus Bellicoſus*, (non *Wilhelmus*, ejus Frater,) Ducatu Saxoniæ fuerit auctus, utpote quod anno demum 1423, eveniſſe, præced. Tit. V, in vita *Sigismundi*, ad h. a. pag. 694. probavi, translatione Marchiæ in *Fridericum* Burggravium jam an. 1417, ecu mox pluribus demonſtrabo, facta; ne dicam, Marchiam *Misnenſibus* nunquam fuiſſe venditam, licet quoque *Samuel Reyherus* in *Monumentis Landgraviorum Thuringiæ, cum figuris æneis*, ſub lit. y, cujus verba Dn. *Fridericus Lucæ im Fürſten-Saal*, pag. 788, ſiſtit, idem affirmet; ſed ſaltem hypothecario titulo ceſſam; ut rectè *Münſterus* l. c: *Demnach kam dieſe Marck von dieſem Geſchlecht, nit ohn groß Geld, an die Marggraven von Mæhren, nemblich an Marggraven* Joſen, *und* Procopium, *die verſetzten ſie bald hernach, umb eine groſſe Summa Gelds, Marggraven Wilhelmen von Meiſſen &c.* & Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imperii*, lib. 2, Cap. VIII, §. 1. pag. m. 44: *Qui* (Sigismundus) *inter varios & incertos Dominos pervagatam* (Marchiam) *à Wilhelmo, Misniæ Marchione, cui, à Moraviæ Marchionibus, arrhaboni relicta erat, redemit, & fidei ac curatelæ Friderici Burggravii Norimbergenſis commiſit &c.* &, poſt utrumque, Dn. *Johannes Sebaſtianus Müller*, Annal.

des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Sachſen, ad An. 1410, p. 6: *Gleicher geſtalt hat, in dieſem Jahre, nur erwehnter Marggraff Wilhelm II, und Reiche, zu Meiſſen von Marggraf Jobſten zu Mæhren, die Chur-und Marck Brandenburg, umb viertzig tauſend Bœhmiſche Schock, Pfandsweiſe an ſich gebracht, welche aber nachgehends Kayſer* Sigismund *eingelœſet, und Burggraf* Friderichen IV. *zu Nürnberg, der jetzigen annoch lebenden Churfürſten und Marggrafen Stamm-Vatter, damit belieben &c.* Quo jure etiam, quæſo, Marchiones Moraviæ creditum ſibi pignus alteri, invito Domino, vendere potuiſſent? Quamvis *Jodocum* ipſum Marchiam reluiſſe, *Aventinus* lib. VII, Annal. Cap. XXIII. §. 16, pag. m. 774, ſtatuere videatur: *Judocus, dum Francofordiam petere parat, absque liberis moritur, Brunnæ, in Templo Auguſtinianorum ſepelitur, Brandoburgium ad Sigismundum, Moravia ad Wentzeslaum, redit &c.*

Certiſſimum omninò eſt, *Fridericum* Burggravium Marchiam à *Sigismundo* conſecutum; vel ipſomet Imperatore teſte, in literis ad *Reimannum de Guntersberg*, Ordinis Johannitici Magiſtrum, ſub dato *Coſtnitz, an Unſers Herrn Auffahrts-Tag 1415*, apud Dn. *Becmannum* l. c. Cap. IV, pag. 142, & Dn. *Fridericum Lucæ* l. c. pag. 789, verb: *Wann Wir dem Hochgebohrnen Friederichen, Burggraffen zu Nürnberg, unſern lieben Oheimden, und Fürſten, und ſeinen Erben, die Marck zu Brandenburg, mit ſambt ihrer Chure, Ertz-Kammer-Meiſter-Ampt, und allen andern ihren Würdigkeiten, Rechten und Zugehœrungen, gegeben, verſchrieben, und Sie auch zu Marggraffen zu Brandenburg gemacht haben, nach Anweiſſung Unſer Kœnigl. Majeſtæt Brieffe, darüber gemacht &c.* ſed qua via? & quibus legibus? *Afinque la Marche jouit d'une parfaite tranquillité, cet Empereur* (Sigismond) *qui etoit en même tems Roi de Hongrie, & Electeur de Brandenbourg, donna le Gouvernement abſolu de cette Province à Frederic V, Burgrave de Nurenberg, & cela du conſentement de Wenceslas, Roi des Romains, & de Boëme, qui ratifia cette conceſſion. Frederic, en ſe chargeant de l' adminiſtration de la Marche, ſ' engagea auſſi d' en pacifier les deſordres, à ſes depens; & il fut convenu en meme tems: qu' il remettroit cette Province entre les mains de Sigismond, & de Wenceslas, toutes les fois qu'on rendroit à Frederic, où à ſes heritiers, cent mille écus d'or de Hongrie, pour le rembourſer de ſes frais. Outre cette ſomme, l' Empereur Sigismond dans le Contract de Mariage, paſſé entre Jean, fils aine de Frederic, & Barbe, Fille de Rodolphe, Duc & Electeur de Saxe, fit préſent à l Epoux de vingt cinq mille Ducats de Hongrie, & il en donna autant à l' Epouſe, ayant promis, que cette liberalité ne derogeroit point à celle des autres cent mille écus d'or, dont je viens de faire mention; & que, ſi l' Epouſe mouroit avant l' Epoux, toute cette ſomme lui reviendroit: &, en cas que l' Epouſe ſurvecut à Jean, il vouloit, que les deux cent mille écus d' or âpartinſſent entiérement à cette Princeſſe, & que, pour ſa ſûreté, le Gouverneur de la Marche lui cedât l' uſufruit de Poſtdam, de Trebbin, de Sarmunde, de Plaue, de Mittenwald, de Brize, & de Beliz, villes de ce Pais là &c.* Hæc *Johannes Cernitius*, de *rebus geſtis Electorum Brandenburgenſium*, in vita *Friderici I.* Electoris, ad An. 1411, Interprete Dn. *Antonio Teiſſier*, cujus ab initio hujus lit. b. memini, pag. 8, quique immediatè, ad Annum 1415, l. c. & pag. 9, pergit: *Quatre ans aprés, du conſentement de Jean, Electeur de Mayence: de Werner, Electeur de Treve; de Theodoric, Electeur de Cologne; de Loüis, Electeur Palatin; de Rodolphe, qui étoit alors & Palatin & Duc de Saxe, & de Landsberg, Comte de Pirne, & Burgrave de Magdebourg, & de quelques autres Princes & Etats, de l' Empire, l' Empereur Sigismond declara, à Conſtance, Frederic, Burgrave de Nurenberg, Margrave & Electeur de Brandenbourg, & ceda à ce Prince, & à ſes heritiers mâles, la Marche du meme nom, avec les dignitez de l' Electorat, & d Archichambellan de l' Empire, & touts leurs Droits, & leurs apartenances. Les raiſons, qui y obligerent l' Empereur, étoient les ſuivantes: Afin, dit Il, que (1) par ce moyen, le nombre des Electeurs, dont il en étoit un, & Wenceslas, Roi de Bohéme, ſon Frere, l' autre, ſoit rempli, & que la Dignité Electorale ne ſoit pas obſcurcie, ni entierement anéantie. (2) Afinque Frederic ſoit recompenſé des ſervices, qu' il a rendus à l' Empereur, des grands depends qu' il a faits, & des ſoins qu' il a pris, pendant quatre ans, pour pacifier les troubles de la Marche; & afinque (3) cette Province ſoit dans une plus grande ſureté, joüiſſant de la préſence de ſon Prince, & qu' elle oublie ſes maux paſſez. Cependant il ſe fit ladeſſus un Traité, entre l' Empereur & ſon Frere, Wenceslas, d' un coté, & Fréderic de l' autre; les Conditions en étoient: (1) Que les Rois Sigismond, & Wenceslas, & leurs heritiers Mâles, outes les fois qu' ils conteroient à Fréderic quatre cent mille écus d'or de Hongrie, (dans lesquels étoit compriſe la premiere ſomme, dont il à été fait mention deſſus) ils pourroient recouvrer cette Province, & cette Dignité; (2) que, ſi Frederic décedoit ſans laiſ-*

Digitized by Google

laiſſer d' Enfants, & même ayant des enfants Mâles, qui mouruſſent auſſi ſans Lignée, la Marche & l' Electorat reviendroient à Sigismond, & aprés celui cy, & héritiers, à Wenceslas. Par *lettres Patentes du Roi, les Etats de la Marche furent degagez du ferment de Fidelité, qu'ils avoient fait à Sigismond, & à Wenceslas, & ils eurent ordre de prêter le même ferment à Frederic.* De ipſa Inveſtitura, annectit, ad annum 1417, pag. 9: *Deux ans aprés, Frederic fut proclamé ſolemnellement Electeur, & Margrave de Brandenbourg, dant le Concile de Conſtance* (in margine exprimitur dies, 18. April.) *ſuivant les cérémonies, qu'on obſerve dans l' Empire en de ſemblables occaſions &c.* Quibus ceremonias ipſas, ex *Nauclero*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 49, pag. m. 1064, ſubjungit; plures Auctores, eandem Inveſtituram confirmantes, produxi præced. Tit. V, in vita *Sigiſmundi* Imp. v. 4, ad ann. 1417, p. 693 & 694, quibus addas *Chytræi Saxoniam*, lib. 1, pag. 38; *Münſterum*, lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 455, pag. m. 1084; *Layriz, Palmwald*, Tab. VI, Cap. 3, pag. 317 &c. Hinc ſimul docemur, quousque vera ſint, quæ *Limnæus*, lib. V, *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 82, pag 188 & 189, tradit: *Marchiam, unà cum Electorali dignitate, Friderico V, Burggravio Sigismundus Imperator, anno 1415, conceſſit, ob fidelem & ſtrenuam operam, in Ungaricis, Bohemicis, & Imperii motibus, præſtitam, additis conditionibus, ut is quadraginta aureorum millia exſolveret; quod ſi Imperatori filius naſceretur, ad eundem Provincia dignitasque rediret; ſin minus, Fridericus utrumque retineret. Hujus confirmatio poſtea facta fuit in Concilio Conſtantienſi, An. 1417, 18. April. ſumma ſolennitate &c.* & Dn. *ImHoff* l. c. *Sigismundi* Imp. memor: *Eidemque* (Burggravio Friderico) *deinceps, ob præclara merita, & ſumptus in adminiſtrationem factos, tum Marchiam, tum Electoralem dignitatem, cum annexo ArchiCamerarii officio, jure hæreditario poſſidendam, pretio quadringenties mille florenorum, tradidit, atque, anno 1417, in Concilio Conſtantienſi, impetrato reliquorum Electorum aſſenſu, ſolenni Inveſtitura, confirmavit &c.* & Dn. *Lairitz* l. c. perhibens, laudatum Imperatorem, in compenſationem præſtitorum ſibi mutuo centum mille florenorum Ungaricorum, *Budæ*, Præſidem dediſſe Marchiæ Brandenburgicæ ſæpe fatum, Burggravium, An. 1411; Eundemque poſtea, An. 1415, in Concilio Conſtantienſi, declaraſſe Electorem dictæ Provinciæ, (annexis legibus (1) renunciandi prætenſioni ſuæ, quoad *centum mille florenos Ungaricos*, (2) ſolvendi inſuper Auguſto alia *trecenta Ducatorum Ungaricorum millia*, (3) ſi vel ipſi *Sigismundo*, Ejusve fratri, *Wenceslao*, hæredes maſculi naſcerentur, Provincia, annexisque Juribus & prærogativis, pro ſumma *quadringentorum millium Ducatorum*, iterum cedendi, (4) ſi, viventibus adhuc Cæſare, ejusve Fratre, *Wenceslao*, ſine prole maſcula abiret ad plures, rediturae Marchiæ ad ſuperſtitem *Sigismundum*, vel *Wenceslaum &c.*) ſolenniter tandem an. 1417, 8 April. Conſtantiæ inveſtitum. Ampliſſ. Dn. *Ludovicus Petrus Giovanni* (Ludovicus) in *Germania Principe*, lib. 2, Cap. 1, §. 12, pag. m. 493. cauſas collati Marchionatus Brandenburgici in Norimbergenſem Burggravium fuiſſe docet, nummos *quingentorum millium ducatorum*, quos *Fridericus* in bellis Huſſiticis, Hungaricis, Marchicis, aliisque, pro *Sigismundo* impenderit; alia inſuper ejusdem & avorum merita in Bohemiæ Reges; quodque toties Burggravii præfecturam in Marchia ſtrenuè geſſerint &c. Dn. *Fridericus Lucæ, im Fürſten-Saal des H. R. Reichs*, pag. 814, Dn. *Layrizio* aſſentitur.

(8) Deſcendere Sereniſſimos Marchiones *Brandenburgicos*, laudati ſæpius *Friderici* Burggravii poſteros, non ſolum adhuc florentes, ſed &, in Potentiſſimo Electore *Friderico*, 25. Febr. 1713, ad Superos migrante, Regio Poruſſiæ (hæc lectio probatur laudato Dn. *Ludovico Petro Giovanni*, l. c. lib. 2, Cap. 1, §. 1, pag. m. 473, quod *Po*, Venedis idem ſit ac Germanis *bey*, Lat. *prope*, & *Poruſſia* nihil aliud denotet, quam Provinciam *Ruſſiæ vicinam*;) einctos diademate, 18. Januar. 1701, à perantiquis Comitibus *Zolleranis*, eſt in confeſſio. Mira verò diſcordia, quæ ipſis *Zolleranis* ſit origo? *Henningeſius*, Part. 2, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 207, aliique multi, eos à *Petro Columna*, Nobili Romano, prognatos arbitrantur; aſt horum ſententiam ridiculi erroris arguunt *Brombachius*, de Familia Zollerana non minimum meritus, & *Bucelinus*, *Notit, German. Geneal.* p. 57; vice verſa ſeriem *Bucelini*, l. c. pag. 55, *Zolleranos*, continuo naſcendi ordine ab *Attico*, Alſatiæ & Alemanniæ Duce, derivantis, non ſine litibus eſſe, *Rentſchius, im Brandenburgiſchen Ceder-Hain*, pag. 31 &c. oſtendit. Alii eundem eis cum *Habsburgo-Auſtriacis* eſſe ortum putant; vid. Dn. *Kirchmajer*, in *originibus Habsburgo-Zollerenſibus*. Revera, omnia hæc incerta, cum neque Comitatus, neque Principatus fuerint antiquitus hæreditarii, ac ideò Parentum tituli, quibus, ratione officiorum, ab aliis diſtinguebantur, in liberos non ſemper redundaverint; neque ulla Familia ſtemma ſuum, authenticis documentis, ad *Caroli Magni* ævum usque, multo minus altius, evehere queat. Apud Continuatorem *Hermanni Contracti*, offendimus ad An. 1061, pag. m. 338, verba: *Burkardus & Wezil de Zolorin occiduntur &c.* cujus Parentes & Avos *Bucelinus* nominat l. c. neſcio autem qua auctoritate; Filium itidem *Burkardo* adſcribit, ex *Anaſtaſia* Com. Reinfeldenſi, natum &c. *Fridericum*

 cogn.

Digitized by Google

mo Principi *Leopoldo Mathia Lambergio* indultæ, tales fuere:

Wir Joſeph von Gottes Gnaden, erwehlter Ræmiſcher Kaiſer &c. &c. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff, und thun kund allermænniglich: Wiewol Wir aus Kaiſerlicher Hæhe und Würdigkeit, darinn uns der allmæchtige Gott nach ſeiner Gættlichen Vorſehung geſetzet hat, auch angebohrner Milde und Güte, in Gnaden ſonderiſt geneigt ſeyn, aller und jeglicher Unſerer und des Heyligen Ræmiſchen Reichs Fürſten und Getreuen, Ehre, Würde, Auffnehmen und Wolſtand zu betrachten und zu beſærdern; So ſeynd Wir doch mehrers und begierlicher, deren Nahmen, Stammen und Geſchlechter in hæhere Ehre und Würde zu ſetzen, deren Vor-Eltern und ſie in Unſeren und des Heyligen Ræmiſchen Reichs obliegenden wichtigen Geſchæfften mit treuen gehorſamſten Dienſten ſich ſtandhafftig erzeigen, auch je und allewege zu Krieges-und Friedens-Zeiten, ungeſpahrt Leibes, Gutes und Blutes, in anſehnlichen Aembtern und Befehlen unverdroſſen ſich gebrauchet, auch gebrauchen laſſen wollen und kænnen.

Wan Wir nun gnædiglich angeſehen, wahrgenommen und betrachtet, die treu-gehorſamſte Dienſte, welche der Hochgebohrne Unſer würcklicher Geheimer Rath und Obriſter Stallmeiſter, Leopold Mathias, Fürſt von Lamberg, auch lieber Oheim und Fürſt, uns von Jugend auff erwieſen, auch die hæchſt-anſehnliche Dienſte, auch hierdurch erworbene vortreffliche Meriten, *welche der Hochwürdige in Gott Vatter, Herr Johann Philipp, der Heyligen Ræmiſchen Kirche Cardinal von Lamberg und Biſchoff zu Paſſau, Unſer Geheimbter Rath, lieber Freund und Fürſt, Uns und dem H. Reich in vielfæltige Wege erwieſen und noch tæglich ſtandhafftig erzeiget;*

Alſo haben Wir, zu gnædigſter Erkentniß, vorgedachten des Fürſten von Lamberg Lden und deſſen ehliche mænnliche Leibes-Erben, ſo dan ſæmtliche mænnliche Deſcendenten *der Græfflichen* Maximilian-*Lambergiſchen* Linie, *nach Recht und Ordnung der bey ſelbiger eingeführter* primogenitur, *in die Ehre, Würde und Hoheit, der vormahls in H. Reich* florirten, *numnehro aber abgeſtorbenen Landgraven von Leuchtenberg geſetzet, erhæhet und gewürdiget, ſie auch der Schaar, Geſellſchafft und Gemeinſchafft anderer Unſerer und des H. Reichs Gefürſteter Landgraven zugefüget, zugeſellet und vergleichet; Meynen, ſetzen und wollen, daß mehrgedachten des Fürſten von Lamberg Lden und ſeine eheliche mænnliche Leibes Erben, auch nachfolgende Graven von Lamberg* Maximilian*iſcher* Linie, *wie obgedacht, Unſere und des H. Ræm. Reichs Landgraven von Leuchtenberg ſeyen, ſich alſo vor allen anderen ihren anererbten* Tituln *nennen und ſchreiben, von Uns und Unſeren Nachkommen am H. Reich, Ræmiſchen Kaiſern und Kænigen, auch ſonſt jedermænniglich, hohen und niederen Standes, davor geachtet, gehalten, geehret, genennet und geſchrieben werden, auch alle und jegliche Gnade, Freyheit, Ehre, Würde,* Præeminentz, *Vorſtand, Recht und Gerechtigkeit, auch das Leuchtenbergiſche Wapen zu führen und Müntzen, von allen Sorten zu ſchlagen, in Verſammlungen, Reichs-und Craiß-Tægen, auch ſonſten in allen anderen Sachen, haben, deren theilhafftig und empfænglich ſeyn und ſich deß allen frey gebrauchen und genieſſen ſollen und mægen, immaſſen die abgeſtorbene Graven von Leuchtenberg deren ſich gebrauchet und genoſſen haben, von Rechts und Gewonheits wegen.*

Nachdem auch, nach Abſterben Hertzogs Maximilians *in Baiern und der beſchehenen Achts-Erklærung des geweſenen Churfürſten,* Maximilian Emanuels, *die Land-Grafſſchafft Leuchtenberg erlediget worden, und Uns und dem H. Reich heimgefallen; ſo haben Wir, zu noch mehrer Bezeugung Unſerer allerhæheſten Kaiſerl. Gnade, mit wohlbedachtem Muth, guten Rath, reiffer Uberlegung und umbſtændigen Vorwiſſen und Beyſtimmung der geſamten Churfürſten, aus Kaiſerlicher Macht und Vollenkommenheit, dem vorgenannten Unſerm lieben Oheim und Fürſten, Leopold Mathias, Landgraven zu Leuchtenberg und Fürſten von Lamberg, und Dero Mænnlichen ehelichen Leibes-Lehns-Erben und* Deſcendenten *nach der Ordnung und dem Recht ob-beſagter Græfflicher Lambergiſcher* Primogenitur, *dan auch, in Ermangelung beſagter des Landgravens Lden ehelicher Mænnlicher Leibes-Erben und* Deſcendenten, *Sr. Lden Vatter, Brüdern und Vettern der* Maximilian-*Lambergiſchen* Linie, *nach offtbeſagten Recht der Erſt-Gebuhrt, und Dero allerſeits mænnlichen Leibes-Lehns-Erben, ſo viel und lang Dieſelbe vorhanden, die Land-Grafſchafft Leuchtenberg, ſamt Deren Fürſtl.* Regalien, *Ehren, Würden, Sitz, Stimme, Recht und Gerechtigkeiten, auch allen Ihren Mannſchafften, Eigen-und Lehnſchafften, die dazu und anderen Ihren Schlæſſern gehæren;* It. *Bergwerck und Ertz, ober und unter der Erde;* It. *Wildbahn, Jagten, Fiſchereyen, Gericht, Stock und Galgen;* It. *Zoll, Maut, freyem Geleit, Statt-Recht und Vogt-Recht auff Clæſtern und Kirchen;* It. *den Ban über das Blut zu richten in allen bemeldter Landgrafſſchafft, Gerichten und Herrſchafften, und denſelben fürters denen Ambt-Leuten zu leihen;* It. *Juden zu halten in denen Dærffern und Herrſchafften, ſo von Uns und dem H. Reich zu Lehn rühren; zu Lehn verliehen, auch* in ſpecie *alle diejenige Güter, ſo von denen vorgeweſenen Churfürſten aus Baiern, Zeit ihrer Innhabung dieſer Landgrafſſchafft zu ſolcher* ſub qualitate allodii *gebracht, und nach Abſterben des letzten Hertzogs* Maximilian Philips, *als Land-Graven zu Leuchtenberg,* intuitu *des letzhin in die Reichs-Acht* declarirten *Churfürſten in Baiern Unſerm Kaiſerl.* Fiſco *beim gefallen, gleichmæſſig nach Arth und Form, wie kurtz vorhero gedacht, zu einem wahren Reichs-Mann-Lehen verliehen; Anbey auch alle und jegliche Brieffe,* Privilegia *und Handfeſten über alle obbeſchrie-*

bene

bene articuln und andere Gnaden und Freyheiten, ſo die Land-Graven von Leuchtenberg von Rœmiſchen Kaiſern und Kœnigen, auch Kœnigen zu Bœheim und anderen Fürſten und Herren, oder anderen, redlich erworben und lœblich hergebracht haben, mit ſamt ihren guten Gewonheiten und Herkommen, in allen ihren Inhaltungen, Mein-und Begreiffungen, gnædiglich confirmiret und beſtættiget;

Leihen, confirmiren und beſtætigen ſolches alles von Rœmiſcher Kaiſerlicher Macht, wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffes, was wir daran von Rechts-und Billichkeit wegen zu verleihen, zu confirmiren und zu beſtættigen haben, alſo daß vielgedachten Leopold Mathiæ, Landgravens zu Leuchtenberg, Fürſten zu Lamberg, Lhden nun hinführo ſolche obbeſchriebene Lehen von Uns und dem H. Rœmiſchen Reich Lehns-weiſe innhaben, nutzen, nieſſen und ungeirret bey denen ob-gemeldten Gnaden, Freyheiten und Privilegien feſtiglich bleiben, ſich deren allen gebrauchen ſollen und mœgen, von allermænniglich ungehindert; doch uns und dem H. Reich an Unſeren und ſonſt mænniglich an ſeinen Rechten unvorgreiffen und unſchædlich;

Der vor-beſagte Unſer lieber Oheim und Fürſt hat uns auch darauff anheute in Perſon gewœhnliche Gelübde und Aid gethan, Uns und dem Reich davon getreu, gehorſam und gewærtig zu ſeyn, als ſich ſolches gegen ſeinen Lehn-Herrn zu thun gebühret.

Und gebieten endlich allen und jeden, Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prælaten, Graven, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Land-Vœgten, Hauptleuten, Vice-domen, Vœgten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuten, Land-Richtern, Schultheiſſen, Bürger-Meiſtern, Richtern, Ræthen, Bürgern, Gemeinden und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Stand oder Weſen die ſind, ernſt-und feſtiglich, daß Sie mehrgedachten Land-Gravens zu Leuchtenberg und Fürſten von Lamberg Lhden, deſſen eheliche mænnliche Leibes-Erben und andere Nachfolger in der primogenitur vor Unſern und des H. Rœm. Reichs Landgraven von Leuchtenberg annehmen, halten, achten, zulaſſen, würdigen und erkennen und ſie ſonſt aller und jeder Gnaden, Freyheiten, Ehren, Würden, Vortheile, Rechte und Gerechtigkeiten geruhiglich freuen, gebrauchen und genieſſen laſſen, daran nicht hindern noch irren, ſondern ſie bey dem allen, wie hievor erzehlet worden, von Unſer und des H. Reichs wegen handhaben, ſchützen, beſchirmen und gæntzlich dabey bleiben laſſen, hierwieder nicht thuen, noch das jemand zu thuen geſtatten, in keine Weiſe noch Wege, als lieb einem jeden ſeye, unſere und des Reichs ſchwere Ungnade und Straffe, und dazu eine pœn, nemlichen fünff hundert Marck lœthiges Goldes, zu vermeiden, die ein jeder, ſo offt er freventlich hierwieder thæte, Uns halb in Unſere und des Reichs-Cammer und den andern halben Theil viel genanten Land-Gravens von Leuchtenberg und Fürſten von Lamberg Lhden, oder ihren ehelichen mænnlichen Leibes-Erben, ſo hierwieder beleidiget würden, unnachlæſſig zu bezahlen verfallen ſeyn ſollen. Das meinen wir ernſtlich.

Mit Uhrkund dieſes Brieffs, beſiegelt mit unſerer anhangender güldener Bull, der geben iſt in unſerer Stadt Wien, den zehenden Tag Monats May nach Chriſti Unſers lieben Herrn und Seeligmachers gnadenreicher Geburth in ſiebenzehen hundert und neunten, unſerer Reiche des Rœmiſchen im zwantzigſten, des Hungariſchen im zwey-und zwantzigſten und des Bœheimiſchen im fünfften Jahr.

JOSEPH

Vt. Fried. Carl G. v. Schœnborn.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.

C. F. Consbruck.

Enimverò, Sereniſſimo Electore, *Maximiliano Emanuele*, vigore Tabularum Pacis *Badenſis*, Anno 1714, Art. XV. & ſeqq. per omnia in integrum reſtituto, Landgraviatum quoque hunc ad Eum rediiſſe, palam eſt.

De Scuto, inquit Ill. Auctor *des Europ. Herolds*, l. c. pag. 230: *Das Wapen iſt ein Silberweiſſer Schild, dadurch eine Himmelblaue breite Zwerch-Straſſe gehet. Auf dem Helm erſcheinet ein Mannskopf und Rumpff, in einem langen weiſſen Kleide, mit güldenen Knœpffen, einem blauen Halſskragen, zugeſpitzten weiſſen Hute, welcher oben mit Gold gekrœnet, und mit zwo weiſſen, und einer blauen Strauſsfeder gezieret iſt. Die Helmdecken ſind Silber und blau &c.* Conf. *Henninges*, l. c. pag. 347; Dn. *Spener* l. c. lib. I, cap. 50, §. 3. &c. p. 215; Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. I, cap. VI, §. XI, p. 497;

(13) Marggravius, ſeu Marchio, eſt Comes, ſeu Princeps Imperii, qui ab Imperatore de Marchionatu rite inveſtitus eſt, *(a)* ut Brandenburgenſis, *(b)* Misnenſis, *(c)* Badenſis, *(d)* & Moraviæ, *(e)*.

NOTÆ.

(a) INVESTITUS EST &c. Eandem definitionem, (ex 2 F. X, *Quis dicatur Dux?* deſumptam, verb: *Qui à Principe --- inveſtitus eſt --- de Marchia, Marchio dicitur;*) ſuppeditant: *Reinkingius de Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. IV, Cap. 13, §. 11, p. m. 395; *Beſoldus, Theſ. Pract.* voc. *Marckgrav.* pag. m. 624;

m. 624; *Webner, Obſervat. Pract.* voc. *Marck*, p. m. 347; *Rudinger, Singular. Obſervat.* Cent. III, Obſervat. 53, pag. m. 657; *Burgoldenſis*, ad *Inſtrumentum Pacis*, Part. I, Diſcurſ. XX. Membr. 2, §. 23, pag. m. 365; Dn. *Thulemarius, Octovirat.* Cap. XVII, §. 16, p. m. 222; ſexcenti alii; quamquam Dn. *Ludewig*, de *Formula Brandenburgici Ducatus*, §. 2, lit. a, pag. 4, ineptam eam vocat, verb: *Quæſo, quam puerile eſt, dicere: Marchio eſt, qui inveſtitus eſt de Marchionatu &c.* *Speidelius* in *Speculo*, voc. *Marckgrav*, p. m. 648, ait: *Marchio dicitur, qui de Marchia, hoc eſt, Feudo, cum Regali dignitate, ab Imperatore eſt inveſtitus eſt &c.* Si de *Marchionibus*, qui *Principum Imperii* charactere inclareſcunt, loquamur, &, per *Marchiam* intelligamus Provinciam Imperii vel olim limitaneam, cui in præſentiarum jus ſedendi inter præcipuos Reipublicæ Proceres, exponendique in Comitiis peculiaris voti, cæteraque Regalia, quibus reliqui Principes in Terris ſuis fruuntur, inhærent; non video, quid abſurdi ſit, ſi *Marchionem* vocemus *Principem Imperii, ab Imperatore de Marchia ritè inveſtitum, vel inveſtiendum*; nec contrarius huic ſententiæ Dn. *Ludovicus Petrus Giovanni*, in *Germania Principe*, lib. 2, Cap. 2, pag. 534, ubi: *Marchionis voce Principem notari, limiti, ſeu Marchiæ cuſtodiendæ præfectum, certo ſatis conſtat.* Cæterùm, ſine numero eſſe Marchiones alios, Marchionatibus carentes, quis iverit inficias?

(b) BRANDENBURGENSIS &c. (1) Scriptores huc facientes, ſunt: *Georgius Sabinus, de adpellatione, ſitu, moribus ac Populis Marchiæ Brandenburgicæ*, Helmſtad. 1597: *Georgii Seyfridi, Genealogia Marchionum Brandenburgenſium*, Wittebergæ, 1555, 4. *Reineri Reineccii, Origines Stirpis Brandenburgicæ, & Commentarius, de Familia Marchionum & Electorum Brandenburgicorum, & Burggraviorum Norimbergenſium*, Francof. 1581, fol. *Laurentii Peccenſteinii Enarratio hiſtorica Marchionum Brandenburgenſium, ex ſtirpe Burggraviorum Noribergenſium*; Jenæ, 1597, fol. *Balthaſari Mencii, Stambuch des Churfürſtlichen Hauſes Brandenburg*, Witteberg. 1598, 8, *Chriſtophori Theodori Schoſſeri Beſchreibung der Churfürſtlichen Marck zu Brandenburg*; Magdeburg. 1617, 4 *Johannis Cernitii, decem Electorum è Familia Burggraviorum Norimbergenſium, icones & res geſtæ, cum Genealogiis*, Berolini, 1628, fol. Quem Tractatum Dn. *Antoine Teiſſier, Conſeiller des Ambaſſades, & Hiſtoriographe de ſa Majeſté, le Roi de Pruſſe*, ann. 1707, Berolini, Gallico idiomate donavit; *Georgii Chriſtophori Renſchelii, Stammbaum des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Brandenburg*; Berolin. 1668. 4; *Caſpari Sagittarii Hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandenburgenſium*, Jenæ, 1684, 4; Ejusdem *Hiſtoria Marchiæ Soltwedelenſis*, Jenæ, 1685, 4; *Chriſtophori Henrici, Entwurff derer die Marck zu Brandenburg betreffenden Sachen*; Berolin. 1682, 8; *Johannis Wolfgangi Renſchii Brandenburgiſcher Ceder-Hayn*, cum iconibus Marchionum; Bareuth, 1682, 8; *Melchioris Wildeiſen Brandenburgiſcher Genealogiſcher Luſtwald*, *Anſpach* 1682, fol. Dn. *Speneri* Part. ſpec. *Operis Heraldici*, lib. 1, Cap. 13, p. 75 &c. Dn. *ImHoff, Notitia Procerum Imperii*, lib. IV, Cap. 3, p. m. 144 &c. *Limnæus*, Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. V, pag. 127 &c. *Joh. Georgii Lairizii Hiſtoriſcher Genealogiſcher Palmwald*; Nürnberg. 1686, Tab. VI. pag. m. 294 &c. Dn. *Friderici Lucæ, uhralter Fürſten-Saal des H. R. Reichs*; Francofurti ad Mœnum, 1705, pag. m. 742 &c. Dn. *Ludovici Petri Giovanni* (Johannis Petri Ludovici) *Germania Princeps*, Edit. Hallenſ. 1711, lib. 2, p. 473, ad 660; Ejusdem Viri Celeberrimi *Formula Ducatus Brandenburgici*, Hall. 1706, 4. Dn. *Joh. Ulrici Pregitzeri, Teutſcher Regierungs-und Ehren-Spiegel*; Berol. 1703, fol. Part. 2, qua *Familiæ Hohenzolleranæ ortum & incrementa* illuſtrat; Dn. *Johannis Michaëlis Heineccii, Diatribe Genealogica, de Domus Auguſtæ Pruſſico-Brandenburgicæ, ex ſtirpe Carolina, originibus*, Quedlinburgi, 1707, Fol. Alii. *Chriſtophori Entzelii, Paſtoris Oſterburgici, Chronicon der alten Marck Brandenburg*, Magdeb. 1577, 4; & *Andreæ Angeli Annales Marchici*, ab An. 416, ad An. 1596, Francof. 1598, fol. ob aniles fabulas, nugasque, quas complectuntur, recenſeri non merentur. *Marchiones*, ſtirpis *Wettinenſis*, enarrat *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 10, 11 & 197, & *Ballenſtedienſis proſapiæ*, l. c. p. 167 &c. 180 &c. Largiorem recenſionem Scriptorum Rerum Brandeburgenſium nobis cum communicat Ill. *Chriſt. Gottl. Buderi elegantiſſima Bibliotheca Selecta Hiſtor.* Cap. XXII. §. 2. 3 & 4. p. 1184-1190.

(2) De Etymologia, ſcribit *Erneſtus Brotuffus*, lib. 2. *Chronici Anhaltini* Cap. 3, p. 33: Brandenburgk *iſt genant von* Brandone, *welche Schloß und Statt zu Brandenburg ſolle gebauet haben &c.* Aſt quo fundamento hæc? antiquiſſima lectio *Witichindi* Corbejenſ. lib. 2. *Annal.* pag. m. 647, eſt *Brennaburg*, vid. præced. Tit. XVI, Catal. *Ducum Venedicorum*, v. 13, pag. 464.

(3) Henricum Aucupem conſtituiſſe Conjugis ſuæ *Mathildæ*, fratrem, *Sigfridum*, an. 927, vel 928, contra *Henetos*, primum *Marchionem Brandenburgicum*, conſtans doctorum ſententia eſt. Vid. *Crantzius*, lib. 3. *Vandal.* Cap. 16; *Georgius Fabricius*, lib. 2. *Originum Saxonicarum*, pag. 115, memor Expeditionis *Henrici Aucupis* in Slavos, an. 931, inquit: *Tunc Præfectos certis locis conſtituit, qui limites defenderent, quos*

Mar-

Digitized by Google

Marchiones appellavit: Sleſwicenſem, Oppoſitum Danis; Brandenburgium, Vandalis; Miſnenſem & Luſatium Boëmis & Polonis; *nam hi Populi omnes Saxonibus erant infenſi, propter potentiam, cum ſubita incrementa eos ad ſuam perniciem capere cernerent. Præficiebat autem ſpectatiſſimum quemque de Nobilitate &c.* *Henningeſius* l. c. pag. 3, in vita laudati Regis, ait: *Brandenburgum obſidione cinxit, Caſtris ſuper glaciem collocatis, expugnavit, & Obotritos inde ejecit, Anno Chriſti 927, reliquos Slavos, Henetos & Sorabos Imperio ſubjecit; Marchias, ut vocant, conſtituit: Brandenburgenſem, contra Obotritos; Luſatienſem & Miſnenſem, contra Polonos, Bohemos, Sorabos Sileſios; Sleſvicenſem, contra Danos, devicto ipſorum Rege, Chnuba, vel Gormone &c.* & pag. 2, Genealogiam *Ringelheimenſium* Comitum delineans: *Siffridus, Marchio Brandenburgenſis primus, & Procurator Saxoniæ conſtitutus, ab Henrico Aucupe Imperatore, Anno Chriſti 927 &c.* Conf. *Chytræi Saxonia,* lib. I, fol. 37; *Albinus, Chron. Miſnic.* Tit. VIII, ad An. 928. pag. 197; & Tit. IX, an. eod. pag. 220: *Im (Jahr) 928, hat Er die Marck zu Brandenburg geordnet &c.* *Jodocus Coccius,* in *Dagoberto,* Cap. 11, cujus verba *Schurtzfleiſchius,* de *Rebus Badenſibus,* t. 2, p. 6, repetit; *Chronicon Carionis,* lib. 4, f. 542 & 545; *Brotuff* l. c. *Spangenberg Adelſpiegel,* lib. X, Cap. XIX, pag. 311, cujus verba præc. Tit. V, in vita *Henrici Aucupis,* pag. 489, extant, & *Manſſfeldiſche Chronick,* Cap. 122, ad An. 925, pag. 112; *Münſterus* lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 455, pag. m. 1084; *Speidelius* voc. *Marckgraven,* pag. m. 649; *Limnæus,* Jur. Publ. lib. 4, Cap. 4, §. 25, pag. 26, & quos præced. Tit. V, in vita *Henrici Aucupis,* v. 4, ad An. 927, pag. 489, hoc titulo produxi; Factum comprobante *Conrado Bothone,* in *Chronico Picturato Brunſuicenſi,* ad Ann. 928, apud Ill. Dn. de *Leibnitz,* T. 3. *Rer. Brunſuicenſ.* pag. 306.

Defuncto *Sigfrido,* invaſit Marchiam *Tanquardus, Henrici Aucupis,* ex priori toro, filius, à fratre, *Ottone I* Rege, inde iterum pulſus; cujus etiam beneficio, eam *Gero,* qui, (ut præced. Tit. XV, §. 18, lit. b, pag. 1309, dixi,) *Gernrodenſe* Cœnobium condidit, nactus eſt. Vid. ibid. pag. 1310, *Witichindi* teſtimonium, add. *Chronicon Carionis* l. c. pag. 542; & vetus documentum lib. 2. *Vadiani,* de *Monaſteriis Germaniæ,* apud *Goldaſtum,* Tom. 3. *Antiquit. Alamann.* pag. 65.

Geronem excepiſſe filium, *Brumitonem,* ſeu *Brumiconem,* (quem Dn. *Luca* l. c. pag. 747, & Dn. *Ludovicus Petrus Giovanni,* lib. 2. *Germaniæ Principis,* Cap. 2. pag. m. 538, Comitibus *Wettinenſibus;* aliique, *Zerbicenſibus,* oriundum, arbitrantur) huncque viciſſim ſecutum *Hugonem* gnatum, ab *Ottone III.* Imp. Hetruriæ præfectum, ex *Chytræo* l. c. docet Ill. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* Cap. 3. Sect. V, §. 72, pag. 72, idem aſſerente *Chronico Carionis* l. c. Monachi opus eſt Epitaphium, quod, in Abbatia S. Benedicti, Florentiæ cernitur, cujusque copiam *Nathanael Chytræus,* ſuis *deliciis variorum in Europa itinerum,* p. 149, inſeruit: *Hugoni, Ottonis III. Imperatoris Affini, ac Comiti Marchioni Brandenburgenſi, Hetruriæque Præfecto, qui D. Benedicto hoc olim, & ſex alia cœnobia, condidit, pii hujus loci Monachi de ſe bene merito ſepulcrum, vetuſtate attritum, inſtaurarunt, Anno ſalutis M. CCCC. LXXXI. H. M. H. N. S. Obiit Anno ſalutis M. LXII. Cal. Jan.*

Id certum eſt, An. 982, adeoque imperante *Ottone II,* Marchiam rexiſſe *Theodoricum,* (juxta *Chytræum* l. c. pag. 38, & *Chronicon Carionis* l. c. eorumque aſſeclas, dicti *Brumitonis,* ex filio, *Sighardo,* nepotem,) de quo, præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Venedicorum,* v. 15, ad An. 982, pag. 467. Verba *Ditmari* evolvenda; Hoc, à Slavis, Marchiam hinc inde infeſtantibus, variis modis vexato, (eodem teſte ad h. a. ibid. ad An. 983,) confugit ad arma *Otto III.* Imp. auxilioque Saxonum, & *Miſeconis,* Polonorum Principis, potitur an. 986, *Brandeburgo,* à *Kizone* licet Saxone, opem ferentibus *Liutizis,* adhuc eodem anno, ad deditionem iterum adacto. Vid. ibid. ad an. 986, pag. 468. Hinc, altera vice, militem Oppido admovit Cæſar, An. 992, quod, anno ſequenti, *Kizo,* ſpontanea ſubmiſſione, ditioni Ejus ſubdidit. Vid. l. c. ad Ann. 992 & 993, pag. 469. ſuccedente tempore, in deterius ruens *Theodoricus,* omnia ſocordiæ tribuere cœpit, in tantum, ut perverſo ipſius Regimine allecti, Albiam inter Oderamque habitantes Slavi, Anteſignano *Miſtiwoi,* Obotritorum Regulo, Imperii habenas moderante *Henrico Sancto,* An. 1013, armata manu in libertatem ſe vindicarent; quare & ab honore ſimul & hereditate paterna depulſus fuit, apud *Magdeburgum* Præbendarius mala morte vitam finiens. Vid. *Adamus Bremenſ.* lib. 2, Cap. XXXI, p. m. 63, & præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Saxoniæ,* v. XI, Vita *Bernhardi II,* §. 4, p. 118.

Hac occaſione recuperantes Slavi *Brandenburgum,* totam ſimul Marchiam ſub jugum rapuerunt, ſuſque deque habendo *Sigfridum, Sigfridi I,* Stadenſium Comitis, filium, nec extorris *Theodorici,* ut *Chytræo* l. c. aliisque videtur, Fratrem, cui Cæſar laudatus Marchiam interim crediderat, quique, malo aliter conſulere neſciens, *Stadam* ſe recepit, à quo tempore Principibus iſtis *Septentrionalium Marchionum* nomen impoſitum. Vid. Illuſtr. Dn. de *Leibnitz,* Introduct. in Tomum II. *Collectionis Scriptorum*

Re-

Digitized by Google

Rerum Brunſuicenſium, §. XXV. pag. 25. Veritati contrariatur, quod *Henningeſius* l. c. Part. 2. pag. 198. narrat, ***Sigfridum*** jam anno 1010, à dicto Imperatore, de ***Marchia Brandenburgica*** fuiſſe inveſtitum, cum ***Theodoricus*** tunc nondum inde fuerit deturbatus; craſſiori errore ſubnectens, eum ex *Bertha*, *Rudolphi*. quem rebelles, an. 1077. *Henrico IV.* Imp. oppoſuerant, filia, ſuſcepiſſe ***Udonem I***, qui, Magdeburgenſium Antiſtitis, *Werneri*, auxilio, an. 1085, Slavis Marchia pulſis, ***Brandenburgum*** iterum occupaverit, eodem tamen anno vivis ereptus, filio, ***Udone II***, ſuperſtite; quandoquidem ipſe, Part. I. p. 269, *Bertham* prius *Ulrico III*, Brigantino Comiti, nuptam fuiſſe tradit, &, pag. 304. *Ulricum* hunc, adhuc an. 1098. floruiſſe, juxta quem calculum *Udo* obiiſſet, nuptiis ***Sigfridi*** nondum celebratis; quod abſurdum.

Mira hic geſtarum rerum confuſio, tam in *Chronic. Carionis*, pag. m. 542 &c. quam apud *Chytræum* l. c. p. 38, & ſequaces. Ecce, quomodo cuncta verè ſe habeant! ***Miſtiwoi***, Obotritorum Princeps, in ordinem redactis ***Brandenburgo***, & Marchia, ann. 1013, reliquerat filium hæredem, ***Udonem***, *Conrado Salico*, Imperatori coævum; Quo natus Patre pius Princeps, ***Godeſcbalcus***, an. 1066, Paganorum inſidiis periit; cujus filiis, ***Henrico*** & ***Buthue***, Dominationem latè per Marchiam extendentibus, arripuit ***Ludegerus***, ſeu ***Luidgerus***, cognom. ***Udo***, Marchio *Stadenſis*, (***Udonis I.*** filius, ***Ludegeri*** nepos, & ***Sigfridi II***, Marchionis Brandenburgici, à Slavis ***Stadam*** fugati, pronepos, cujus mentio fit in Charta *Liemari* Bremenſis, An. 1088, apud *Lindenbrogium*, inter Privilegia Hamburgenſia, §. 33, p. m. 146,) arma, expugnatoque An. 1101. ***Brandenburgo***, Marchiam à Slavis rurſus purgavit. Vid. præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o. pag. 61. ***Udone*** hoc, cæca ſeducto fortuna, Caſtra *Henrici IV.* Imp. in quem tot malè feriati Principes, *Henrico Juniori* placere cupientes, conſpiraverant, deſerente, data ***Henrico***, ***Buthue*** filio, obducendi ***Marchiæ***, milites, anſa; cui etiam Marchia in prædam ceſſit, ***Udone*** inde ejecto, ac anno 1106. mortuo. Filius ejus, ***Henricus***, eximiæ licet ætatis flore Adoleſcens eſſet, curæ tamen defuncti fratris Germani, ***Rudolfi***, ad octo annos, demandata, ab Imperatore, ***Stadenſis Marchia***, quibus demum præteritis, ***Henricus*** Regimen An. 1115. adiit, anno 1128. ſepulchra Patrum ingreſſus. Vid. l. c. Biennio poſt ſurrogatus *Helperici*, Plötzcoviæ Comitis, filius ***Conradus***, (cujus amita, ***Ermengard***, nupta erat ſæpe fato ***Udoni II***, Marchioni Brandenburgico & Stadenſi) in expeditione Italica, quam, Cæſaris gratiâ, an. 1132. erat aggreſſus, ultima habuit fata, An. 1133, ***Marchia Septentrionali***, ſeu ***Stadenſi***, ipſius Patruo, ***Alberto Urſo***, Saliſquellenſium Marchioni, obveniente. Vid. *Chronograph. Saxo*, ad An. 1130. pag. 288. & An. 1134. pag. 290; *Albertus Stadenſ.* An. 1130. pag. m. 156; *Chronicon Montis Sereni*, an. 1134, pag. m. 12, verbis præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, pag. 61. extantibus.

(4) Novus hic Princeps prætenderat ſimul, ab exceſſu *Lotharii* Imperatoris, *Saxoniæ Ducatum*, utut ſolenni more in *Henricum*, Bojorum Ducem, jam collatum; cujus litis ſummam ibid. ad An. 1137, pag. 62. notavi. Extincto ſæpe dicto *Henrico*, *Buthue* filio, ***Albertum Marchia*** quoque ***Meridionali Brandenburgica***, circa an. 1142, ab Imperatore, *Conrado III*, fuiſſe auctum, annoque 1157, ***Brandenburgo***, pulſis Slavis, potitum, ibidem monitum. Hæcque eſt Epocha adſcriptæ Saliſquellenſium Marchionum Genti ***Brandenburgenſis Marchiæ***, quam continua etiam ſerie moderati ſunt, ad Annum usque 1322, quo Imperator *Ludovicus Bavarus*, ***Woldemaro II***, &, quatuordecim diebus poſt, fratre ejus, ***Johanne IV***, ramum terminantibus, Filio ſuo, ***Ludovico***, vacantem An. 1323, in beneficium conceſſit; Surgente poſthac funeſto admodum Imperio Schiſmate, ubi, *Clementis VI.* P. R. vibrato in *Ludovicum* Auguſtum fulmine, perterriti *Gerlacus* Moguntinus, *Balduinus* Trevirenſis & *Walderamus* Colonienſis Archi-Epiſcopi, aſſentientibus ipſis *Johanne* Bohemo, & *Rudolfo* Saxone, *Carolum IV.* Moraviæ Marchionem, *Johannis*, Bohemiæ Regis, gnatum, An. 1346. Imperatorem proclamaſſent, illeque, ab exceſſu *Ludovici*, An. 1347. adminiſtrationem Imperii totis viribus uſurpaſſet, *Henricus* Moguntinus contrà, ***Ludovicus Brandenburgicus***, *Rupertus* C. P. R. & *Ericus* D. Lauenburgicus, electionem ejus Imperii Legibus contrariam declaraſſent, ſceptra *Eduardo* Anglo, An. 1348. Eoque delatis ſibi honoribus ſpontè renunciante, *Friderico*, Miſnenſium Marchioni, offerentes, factum eſt, ut *Caroli*, Bavaricæ Domus hoſtis infenſiſſimi, artibus, impoſtor quidam, (*Spangenbergio*, Cap. 286. *Chronici Mansfeldici*, pag. 336. ***Meincke Müller***, *Henningeſio* verò l. c. Part. I, pag 199, & Part. 2, pag. 201, aliisque multis, ***Johannes Rhebock***, molitoris *Hundeluftenſis* filius, Dn. *Ludovico Petro Giovanni* l. c. pag. 541. aliisque, ***Jacobus Rhebock***, dictus) pro ***Woldemaro I***, Elect. Brandenb. dictorum ***Woldemari II***, & ***Johannis IV***, Patruo, quem forma moribusque optime retulerat, ſe gerere cœperit, peregrinatione longinqua, ab anno 1319. (quo 7. Septembr. deceſſerat) hucusque, quaſi

quaſi ſubtracto. Pangitur ſtatim fœdus; agnoſcens *Woldemarum Carolus IV.* Imp. literis feudalibus, die Sabbati poſt feſtum Michaëlis, 1348, in Caſtris *Heinersdorfenſibus*, datis, reſtituit non ſolùm Ei Marchiam, ſed &, in Caſtris *Francofurtenſibus*, die Sabbati poſt feſtum Dionyſii, an. eod. mandat, ſub pœna Banni, Provinciæ Ordinibus, juſſa ejus excipere, reſpuendo *Ludovico Bavaro*; Vid. Dn. *Becmannus*, *Hiſtor. Francofurt.* Cap. 13, ſ. 106 & 107; Utque cuncta eò tutius agerentur, largiebatur *Carolus*, ſub dato *Heinrichsdorf, bei Münchſperch, am nebeſten Dornſtagenach S. Michaels-Tag*, an. eod. *Rudolpho* Jun. & *Ottoni*, Ducibus Saxoniæ, nec non *Alberto* & *Woldemaro*, Principibus Anhaltinis, proximum ſuccedendi jus, quod *expectantiam* vocant, in Marchiam, ab obitu *Woldemari*, occupandam, inſtrumentum ſuppeditante Dn. *Becmanno*, Part. V. *Hiſtor. Anhalt.* Cap. VI, §. VIII, v. 2. pag. 33 & 34; Hinc etiam motæ XXXVI. Civitates Marchicæ, ſolennibus literis, die Lunæ poſt Palmarum 1349. ſcriptis, *Alberto* & *Woldemaro* Anhaltinis, in eventum, ſubjectionem pollicebantur, viciſſim ab iis in tutelam ſuſceptæ; vid. Inſtrumenta publica ibid. §. IX, p. 34 & 35. Enimverò, cedente Marchiâ *Ludovico*, Fratri, *Ludovico* cognom. *Romano*, hocque ſtatim *Carolo* decenter ſe ſubjiciente, imò, An. 1350. Inſignia Imperii Ei reſtituente, *Carolus* vice verſa *Woldemari* partes deſeruit, & *Ludovicum Romanum* verum Electorem *Brandenburgicum* eſſe, edixit, quatuordecim prædictarum Civitatum, ſcil. *Brandenburgo Veteri*, *Prentzlavia*, *Paſewalco*, *Templino*, *Bernavia*, *Navena*, *Angermunda*, *Eberswalda*, *Strausberga*, *Gortzoa*, *Ratenavia*, *Copenico*, *Berolino* & *Colonia ad Spream*, ſub dato, *des negſten Mandages nach* Palmen, 1349. fruſtra ad priora mandata Cæſarea provocantibus, (tenorem literarum exhibente Dn. *Becmanno*, l. c. pag. 35.) fatente Auguſto, ſe ab aliis, falſo juramento ficti *Woldemari* cauſam tuentibus, seductum. Vid. *Joh. Iſac. Pontanus* lib. VII. *Rer. Danic.* p. 477. & Dn. *Fridericus Lucæ*, *Fürſten-Saal.* pag. 782. Ex reliquis *Woldemaro* fœdere junctis Principibus, totam ſibi *Marchiam Veterem*, in compenſationem ſumptuum, promitti poſtulabat *Otto*, Magdeburgicus Præſul, Oppidis *Jericho*, *Sandow*, *Plauen* & *Plote* jam potitus; *Johannes* & *Albertus*, recens creati Duces Megapolitani, auxilia promiſerant, ſi, cum Saxoniæ Ducibus & Principibus Anhaltinis, in æquas portiones cooptarentur; *Borislao*, *Barnimo* & *Vratislao*, Pomeraniæ Ducibus, præter *Paſewalcum*, & Præfecturam *Jagow*, dimidiam itidem Terrarum partem, quas hoſtibus eſſent erepturi, ſibi relinqui paciſcentibus; accedente poſtea inter ipſosmet Saxones & Anhaltinos ſimultate, res abiit in fumum, *Woldemaro* proſcripto, & Bavaro Marchiam retinente. Conf. *Henricus Rebdorfienſis* Annal. an. 1348, apud *Freherum*, T. I. *Rer. German.* p. m. 444; *Nicolaus Burgundus*, *Hiſtor. Ludovici Bavari*, lib. 2. ad An. 1313. p. m. 59; *Chronicon Magdeburgenſe*, apud *Meibomium* Tom. 2, *Rer. German.* in vita *Ottonis* ArchiEpiſcopi, pag. 341; *Albertus Crantz*, lib. IX. *Saxon.* Cap. 34. & lib. VIII. *Vandal.* Cap. XVIII, & lib. IX, Cap. XXXI; *Chronicon Carionis*, in Vita *Ludovici Bavari*, lib. V. pag. m. 941; *Chytræus* l. c. pag. 38. ad An. 1319. (qui omnes *Woldemarum II*, pro ultimo Marchione habent, vid. præced. Tit. V. in vita *Ludovici Bavari*, ad An. 1323. pag. 659.) *Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 455. pag. m. 1084; *Dubravius*, *Hiſt. Bohem.* lib. XXII. p. m. 180; *Aventinus*, lib. VII. *Annal.* Cap. XX, §. 10. pag. m. 756; *Henningeſius* l. c. Part. I, pag. 199, & Part. 2, pag. 200 & 201; Dn. *Sagittarii Hiſtor. Brandenb.* §. 38. &c. pag. 32. &c. Dn. *Becmannus* l. c. pag. 35 & 36. &c. Alii. Traditionem Inſignium Imperialium factam eſſe An. 1350, præced. Tit. VIII, §. 2. lit. b. pag. 872, probavi; add. *Dubravius* l. c. p. 180 & 181. Hinc novos adhibuit *Ludovicus* titulos, teſte Diplomate, quo, ſub dato *Minichen*, *1350*, *des nechſten Freytags vor dem Sontag ſo man ſingt:* Miſericordias Domini, Cœnobium *Raitenbuch* in ſpecialem tutelam ſuſcepit, apud *Gewoldum* T. 3. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 166. ibi: *Wir Ludweig von Gottes Gnaden, Marggraff ze Brandenburg und ze Luſwitz, Pfaltzgrave bey Rhein; Hertzog in Bayern und in Khærndten, des H. R. Reichs Oberſter Camerer, Graf zu Tyrol, zu Gœrtz, und Vogt der Gottsheuſer Agley, Trient und Brixen &c.* Quomodo Fratres inter Bavaros tandem convenerit, docet *Albertus Argentinenſis*, ad An. 1351, apud *Urſtiſium*, T. 2. *Rer. German.* p. m. 156: *Anno LII. in Februario, actum eſt inter Marchionem* (Ludovicum Romanum) *& Fratres ſuos, quod Romanus, Marchio efficitur, & Fratri ſuo, Alberto, pars Marchiæ datur, & filia Comitis de Mechelberg copulatur: Ludovico autem, olim Marchioni, cedit tota Superior Bavaria, attingens ad Comitatum Tyrolis, & tertia pars Inferioris Bavariæ: Wilhelmo autem remanerent Comitatus Holandiæ, Selandiæ, & Hennegojæ, quæ nolebant dividi, conſtituto Matri annuo reditu multorum millium florenorum, pro tempore vitæ ſuæ &c.* paucisque interjectis, Cæſareo-Bavaricæ Transactionis memor: *Convenerant autem Rex Carolus, & Ludovicus Marchio, in Nurenberg, de menſe Aprili concordantes omninò; & cum Rex non poſſet concordare occupatores Marchionatus cum Marchione, quod cederent, Ipſe, Marchioni adhærens, alios coram ſe citavit, fictumque Marchionem cum ſuis bannivit. Marchio quoque Lanceam, Clavos, partem Crucis Chriſti, & alia inſignia, quæ Imperio dicuntur, per Ludovicum*

cum Imperatorem, Patrem ſuum, relicta, Regi præſentavit, recepta cautione, de reducendis, infra triduum, vel in Nurenberg, vel in Franckfurt, per Regem &c. De ſolenni Inveſtitura Ludovici Romani, inquit Henricus Rebdorfienſis l. c. ad annum 1356. pag. 449: Menſe Januario, idem Imperator (Carolus IV) convocat Curiam in Nurenberg, in qua Archi Epiſcopi, Moguntinenſis, Colonienſis, Treverenſis, & alii Principes conveniunt, Electores, & quamplures alii, ſed Filii Ludovici (quondam Cæſaris) duo, Ludwicus, Marchio Brandenburgenſis, & Dux Stephanus, ad hanc Curiam non conveniunt, timentes potentiam Imperatoris prædicti. Ludovicus verò, dictus Romanus, etiam filius Ludwici (Imperatoris) benè interfuit huic Curiæ, cum magno apparatu, & de Marchionatu Brandenburgenſi, per Imperatorem, eſt inveſtitus ibidem &c. add. Aventinus l. c. §. 23, pag. m. 758, ad eundem annum 1356: Carolus tum Nortmbergam, ad Conventus agendos, proficiſcitur. Ludovicus Romanus, magnificè inſtructus, apparet, in verbaque Auguſti jurat, ab Eo Brandenburgium in fidem atque tutelam accipit &c. Crantzius, lib. IX. Saxon. Cap. XXVII; & lib. IX. Vandal. Cap. XXXI; Chronicon Carionis l. c. Chytræus l. c.

(5) Mortuo Ann. 1359. (teſte Aventino, lib. VII. Annal. Boicor. Cap. XXI. p. 760. & non 1369, ut Henningeſio l. c. Part. 2. pag. 201. videtur) Ludovico Romano, ſucceſſit in Marchia filius Mainhardus, ex Margaretha Maultaſchia natus, cujus diploma, quo ſub dato Landtſperg, am S. Valteins Tag, an. 1362, privilegia Cœnobii Raitenbuech confirmat, apud Gewoldum, Tom. 3. Addit. Hundii Metropolis, pag. 167, occurrit, ſic inchoatum: Wir Menhart von Gottes Gnaden, Margraff zur Brandenburg, und zu Luſitz, Pfaltzgraff bey Rhein, Hertzog in Bayrn und Kærenden, Graff zu Tiroll und zu Gœrtz, Vogt der Gottes-Hæuſer Agley, Triendt und Brichſen &c. Aſt terminante vitam Principe hoc ſine liberis, an. 1363, obvenit Marchia Ottoni, Ipſius Patruo, qui eandem, ann. 1373, Socero, Carolo IV. Imperatori, vendidit, viciſſim ab Eo in filium Sigiſmundum, collatam, de quo Contractu, Andreas, Presbyter Ratisbonenſis, in Chronico Bavarico, à B. Dn. Schiltero edito, ad p. m. 38. hæc ſuppeditat: Anno Domini 1373. Marchionatus Brandenburgenſis, à Ducibus Bavariæ, prædicto Karolo Imperatori, Regi Bohemiæ, pro ducentis millibus florenorum, venditur, ubi centum millia florenorum in promptu perſolvuntur; pro altero verò centenario mille florenorum, quædam Oppida, ſive Caſtra, quæ modò prius tacto ſubjecta erant Regi Bohemiæ, iterum Ducibus Bavariæ, cum conditione redemtionis, ſubjiciuntur, ſcilicet: Lauf, Herſpruck, Reicheneck, Sultzbach, Roſenberg, Hirſchaw & cætera. Quædam verò apud Regnum Bohemiæ manſerunt, ut: Pernaw & cætera. Hinc ſua Münſterus l. c. lib. 3. Cap. 455. pag. m. 1084; & Dn. Lucæ, im Fürſten Saal, pag. 785; ſummam majorem exprimit Aventinus l. c. lib. VII, Cap. XXI. §. 13. pag. m. 762: Auguſtus, ex Italia rediens --- Brandenburgium ab Ottone Bojo, aureolorum millibus ducentis emit, Ottoque curiati Principis dignitatem, prærogativamque ſuffragii retinet, in Bojariamque migrat &c. cujus ſententiam amplecti videtur Henningeſius l. c. pag. 201: Otto, Marchio Brandenburgenſis, Elector poſt fratrem (Ludovicum Romanum) qui Socero ſuo, Carolo IV. Imp. vendidit Marchiam Brandenburgenſem, 200000. aureis Ungaricis, Anno Chriſti 1373. &, accepta Ditione exigua, in confinibus Bohemiæ, mortuus eſt Anno Chriſti 1379. in Oppido Bavarico Soldenthal &c. eadem proferens l. c. Part. I. p. 199; nec non Dn. Ludovicus Petrus Giovanni, in Germania Principe, lib. 2. Cap. 2. pag. m. 542. de facto teſtantur Crantzius, lib. IX. Vandal. Cap. X. & lib. IX. Saxon. Cap. XXXIV; Chytræus, lib. I. Saxon. pag 38; Pantaleon, Part. 2. der Teutſchen Helden, in vita Sigiſmundi Imp. pag. 455; aliique multi; ut adeo Spangenbergius, Chron. Mansfeld. Cap. 294. pag. 145. non ſatis accuratè ſcribat: Anno 1373. zog Kayſer Carl in die Alte Marck, mit ſeinen 3. Sœhnen, Wentzel, Sigiſmund und Johanneſen, und entſatzte ſeinen Eydam, Marggraffen Otten, Kayſer Ludwigs Sohn, etlicher Span halben, ſo zwiſchen Ihnen beyden entſtanden; gab Ihm ſechs Schlœſſer, darauf er ſich die Zeit ſeines Lebens enthalten mœchte, und machete ſeinen Sohn, Sigmunden, zum Marggraffen und Churfürſten zu Brandenburg; bawete auch das alte Kœnigliche Schloß und Hofflager zu Tangermunde &c. nec melius Chronicon Carionis, lib. V. in vita Caroli IV. pag. 960: Ottoni, Hertzogen von Bayren, dem Er ſeine Tochter verheurathet, hat Er die Marck genommen, ungefehrlich um das Jahr Chriſti 1373 &c. Ex quo Carolus Marchiam acquiſivit, Wenceslaum, Ejus filiorum natu majorem, titulos inde aſſumſiſſe, documento ſunt literæ Caroli IV. ſub dato Straußberg, am S. Johannis Tag decollati, 1373. quibus Privilegia & bona Ordini Johannitico per Marchiam confirmavit, apud Dn. Fridericum Lucæ, im Fürſten-Saal des H. R. Reichs, pag. m. 786, ibi: Wir Carl, von Gottes Gnaden, Rœmiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs; Und Wir Wentzel, von denſelben Gnaden, Kœnig zu Bœheim, Marggraff zu Brandenburg, und Hertzog in Schleſien &c. bekennen &c. Conf. Dn. Becmanni Anmerckungen von dem Ritterlichen Johanniter-Orden,

Digitized by Google

den, Cap. IV, §. 6, pag. 123, & Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Continuat. I. *dritte Abtheilung; im Anhang vom Johanniter Orden*, §. IV, p. 86; Anno vero eodem, tranſlatam in *Sigismundum* Marchiam, docent, quos præced. Tit. V, in vita *Caroli IV*, §. 4, h. a. pag. 677. adduxi.

(6) Non multo poſt, pignori oppoſita fuit Marchia *Jodoco*, Moraviæ Marchioni, *Sigismundi* fratrueli, de qua re *Albertus Crantzius*, lib. IX, *Vandal.* Cap. X: *Moriente per hæc tempora*, (An. 1382, 13 Sept. ſi vel marginalibus *Thomæ Jordani* ad librum XXV, *Hiſtoriæ Bohemicæ Dubravii*, pag. m. 206, fidem adhibeamus, annum comprobante *Antonio Bonfinio, Hiſtor. Pannonicæ* Decad. 2, lib. X, in fine, pag. m. 252;) *Ludovico, Ungariæ Rege devotiſſimo, cum filias tantùm duas relinqueret, & nullum marem hæredem, Sigismundo permiſit primam* (Mariam) *conjugio, Eumque poſt ſe deſignavit Ungariæ Regem. Sed maximo interim labore, cruentisque præliis, ad eam poſſidendam, pervenit. Objecerant ſe ex Regni Proceribus non pauci, dedignati Bohemum Regem, evoçaruntque Italia* **Karolum** *Neapolitanum, cui ſceptra deferebant: ſed* **Sigismundus**, *invicto per omnia animo, hoſtibus colluctatur, pervicitque, ut Regem illum ſuum Ungari agnoſcerent, ſed ea res tantum laboris & impenſarum habuit, ut cogeretur* **Marchiam Brandenburgenſem** *Jodoco, Marchioni Moraviæ, propinquo ſuo* (Jodoci namque Pater, *Johannes Henricus*, Marchio Moraviæ, germanus frater erat *Caroli IV.* Imp.) *in pignus & hypothecam, pro accepta ab illo grandi pecunia, tradere, apud quem memoratus Principatus aliquamdiu permanſit &c.* & rurſus, l. c. Cap. XXIV: *Erat, per id tempus, magno bello implicita Brandenburgenſis Marchia: nam* **Sigismundus** *Rex cum, pulſus Ungaria, multis rebus ad recuperationem Regni indigeret, eam, accepta pecunia, permiſit Marchionibus Moraviæ,* **Jodoco** *atque* **Procopio**, *fratribus &c.* add. idem l. c. Cap. XXXI; Annum exprimit *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 159: **Jodocus** *Barbatus, Marchio Moraviæ & Brandenburgenſis; hanc enim oppignoravit ipſi* **Sigismundus** *Imperator patruëlis, recuperaturus Regnum Ungariæ, Anno Chriſti 1388 &c.* Factum comprobat *Munſterus*, lib. 3, *Coſmograph.* Cap. 455, pag. 1084. Auctori *Chron. Luneburgic.* apud Ill. Dn. *Leibnizium*, Tom. 3, *Rer. Brunſuic. & Luneb.* pag. 200, vitio vertendum, quod *Marchiam Jodoco* venditam, & quidem à *Carolo IV.* ipſo, tradat, verb: *Anno 1390. Jar, do quemen in de* **Marcke van Brandenborch** *de Marckgreven van Mehern,* **Joſt** *und* **Procob.** *Deſſe Marckgreve Joſt hadde de Marcke to Brandenborg gekofft, van Keiſer* **Carol**; *alſe ſe do in der Marcke weren &c.* Marchiam autem viciſſim à **Jodoco** Marchionibus Miſniæ fuiſſe oppignoratam, docet *Crantzius* l. c. Cap. XXXI: *Ille* (Carolus IV.) *eum* (Principatum) *permiſit Filio* **Sigismundo**, *à quo pervenit ad* **Jodocum**, *Moraviæ Marchionem. Hic, jam ejus dominio exſaturatus, tradidit illum, ut ferunt, in pignus,* **Wilhelmo** *Miſnenſi Marchioni, acceptis ab eo quadraginta millibus ſexagenarum ex groſſis Bohemiæ &c.* conſentiente *Münſtero* l. c.

(7) Tandem recuperavit Marchiam **Sigismundus**, *Crantzio* teſte l. c. **Sigismundus**, *poſtea quam ad Romanum pervenit Imperium, eam* (Marchiam) *vel ære redemptam, vel quovis jure revocatam, permiſit* **Friderico, Burggravio Nurenbergenſi** *&c.* & eodem lib. IX. *Vandaliæ*, Cap. XXXVIII: **Albertus** *jam, inani titulo, Rex Sueciæ, Dux Magnopolenſis, Conventum celebrem habuit, in Opido* **Perleberg**, *cum* **Wilhelmo Miſniæ**, *& jam* **Brandenburgenſi** *Marchione. Is enim, data pecunia, pro rei magnitudine, non magna, coëmit à* **Jodoco**, *Moraviæ Principe, hunc Brandenburgenſem Marchionatum; ſed cum interea vacaret, ut aſſerunt, Imperio, Ducatus Superioris Saxoniæ,* **Sigismundus** *Imperator illum permiſit* **Wilhelmo** *Miſnenſi, ea lege, ut ille viciſſim dimitteret Marchiam Brandenburgenſem, quam dictus Imperator tum contulit* **Friderico, Nurenbergenſi** *Burggravio &c.* aſt minus accurate, *Friderico* Burggravio longè prius de Marchia inveſtito, quam Miſniæ Marchio, *Fridericus Bellicoſus*, (non *Wilhelmus*, ejus Frater,) Ducatu Saxoniæ fuerit auctus, utpote quod anno demum 1423, eveniſſe, præced. Tit. V, in vita *Sigismundi*, ad h. a. pag. 694. probavi, tranſlatione Marchiæ in *Fridericum* Burggravium jam an. 1417, ceu mox pluribus demonſtrabo, facta; ne dicam, Marchiam *Miſnenſibus* nunquam fuiſſe venditam, licet quoque *Samuel Reyherus* in *Monumentis Landgraviorum Thuringiæ, cum figuris æneis*, ſub lit. y, cujus verba Dn. *Fridericus Lucæ im Fürſten-Saal*, pag. 788, ſiſtit, idem affirmet; ſed ſaltem hypothecario titulo ceſſam; ut rectè *Münſterus* l. c: *Demnach kam dieſe Marck von dieſem Geſchlecht, nit ohne groß Geld, an die Marggraven von Mæhren, nemblich an Marggraven* Joſen, *und* Procopium, *die verſetzten ſie bald hernach, umb eine groſſe Summa Gelds, Marggraven Wilhelmen von Meiſſen &c.* & Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imperii*, lib. 2, Cap. VIII, §. 1. pag. m. 44: *Qui* (Sigismundus) *inter varios & incertos Dominos pervagatam* (Marchiam) *à* **Wilhelmo**, *Miſniæ Marchione, cui, à Moraviæ Marchionibus, arrhaboni relicta erat, redemit, & fidei ac curatelæ* **Friderici Burggravii** *Norimbergenſis commiſit &c.* &, poſt utrumque, Dn. *Johannes Sebaſtianus Muller*, Annal.

des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Sachſen, ad An. 1410, p. 6: *Gleicher geſtalt hat, in dieſem Jahre, nur erwehnter Marggraff Wilhelm II, und Reiche, zu Meiſſen von Marggraf Jobſten zu Mæhren, die Chur-und Marck Brandenburg, umb viertzig tauſend Bœhmiſche Schock, Pfands-Weiſe an ſich gebracht, welche aber nachgehends Kayſer* Sigismund *eingelœſet, und Burggraf* Friderichen IV. *zu Nürnberg, der jetzigen annochlebenden Churfürſten und Marggrafen Stamm-Vatter, damit belieben &c.* Quo jure etiam, quæſo, Marchiones Moraviæ creditum ſibi pignus alteri, invito Domino, vendere potuiſſent? Quamvis *Jodocum* ipſum Marchiam reluiſſe, *Aventinus* lib. VII. Annal. Cap. XXIII. §. 16, pag. m. 774, ſtatuere videatur: *Judocus, dum Francofordiam petere parat, absque liberis moritur, Brunnæ, in Templo Auguſtinianorum ſepelitur, Brandoburgium ad Sigismundum, Moravia ad Wentzeslaum, redit &c.*

Certiſſimum omninò eſt, *Fridericum* Burggravium Marchiam à *Sigismundo* conſecutum; vel ipſomet Imperatore teſte, in literis ad *Reimannum de Guntersberg*, Ordinis Johannitici Magiſtrum, ſub dato *Coſtnitz, an Unſers Herrn Auffahrts-Tag 1415*, apud Dn. *Becmannum* l. c. Cap. IV, pag. 142, & Dn. *Fridericum Lucæ* l. c. pag. 789, verb: *Wann Wir dem Hochgebohrnen Friederichen, Burggraffen zu Nürnberg, unſern lieben Oheimden, und Fürſten, und ſeinen Erben, die Marck zu Brandenburg, mit ſambt ihrer Chure, Ertz-Kammer-Meiſter-Ampt, und allen andern ihren Würdigkeiten, Rechten und Zugehœrungen, gegeben, verſchrieben, und Sie auch zu Marggraffen zu Brandenburg gemacht haben, nach Anweiſſung Unſer Kœnigl. Majeſtæt Brieffe, dar über gemacht &c.* ſed qua via? & quibus legibus? *Afinque la Marche jouit d'une parfaite tranquillité, cet Empereur* (Sigismond) *qui etoit en même tems Roi de Hongrie, & Electeur de Brandenbourg, donna le Gouvernement abſolu de cette Province à Frederic V, Burgrave de Nurenberg, & cela du conſentement de Wenceslas, Roi des Romains, & de Boëme, qui ratifia cette conceſſion. Frederic, en ſe chargeant de l'adminiſtration de la Marche, ſ'engagea auſſi d'en pacifier les deſordres, à ſes depens; & il fut convenu en meme tems: qu'il remettroit cette Province entre les mains de Sigismond, & de Wenceslas, toutes les fois qu'on rendroit à Frederic, où à ſes heritiers, cent mille écus d'or de Hongrie, pour le rembourſer de ſes frais. Outre cette ſomme, l'Empereur Sigismond dans le Contract de Mariage, paſſé entre Jean, fils aine de Frederic, & Barbe, Fille de Rodolphe, Duc & Electeur de Saxe, fit préſent à l'Epoux de vingt cinq mille Ducats de Hongrie, & il en donna autant à l'Epouſe, ayant promis, que cette liberalité ne derogeroit point à celle des autres cent mille écus d'or, dont je viens de faire mention; & que, ſi l'Epouſe mouroit avant l'Epoux, toute cette ſomme lui reviendroit: &, en cas que l'Epouſe ſurvecut à Jean, il vouloit, que les deux cent mille écus d'or âpartinſſent entiérement à cette Princeſſe, & que, pour ſa ſûreté, le Gouverneur de la Marche lui cedât l'uſufruit de Poſtdam, de Trebbin, de Sarmunde, de Plaue, de Mittenwald, de Brize, & de Beliz, villes de ce Pais là &c.* Hæc *Johannes Cernitius*, de *rebus geſtis Electorum Brandenburgenſium*, in vita *Friderici I.* Electoris, ad An. 1411, Interprete Dn. *Antonio Teiſſier*, cujus ab initio hujus lit. b. memini, pag. 8, quique immediatè, ad Annum 1415, l. c. & pag. 9, pergit: *Quatre ans aprés, du conſentement de Jean, Electeur de Mayence; de Werner, Electeur de Treve; de Theodoric, Electeur de Cologne; de Loüis, Electeur Palatin; de Rodolphe, qui étoit alors & Palatin & Duc de Saxe, & de Landsberg, Comte de Pirne, & Burgrave de Magdebourg, & de quelques autres Princes & Etats, de l'Empire, l'Empereur Sigismond declara, à Conſtance, Frederic, Burgrave de Nurenberg, Margrave & Electeur de Brandenbourg, & ceda à ce Prince, & à ſes heritiers mâles, la Marche du meme nom, avec les dignitez de l'Electorat, & d'Archichambellan de l'Empire, & touts leurs Droits, & leurs apartenances. Les raiſons, qui y obligerent l'Empereur, étoient les ſuivantes: Afin, dit Il, que (1) par ce moyen, le nombre des Electeurs, dont il en étoit un, & Wenceslas, Roi de Bohéme, ſon Frere, l'autre, ſoit rempli, & que la Dignité Electorale ne ſoit pas obſcurcie, ni entierement anéantie. (2) Afinque Frederic ſoit recompenſé des ſervices, qu'il a rendus à l'Empereur, des grands depends qu'il a faits, & des ſoins qu'il a pris, pendant quatre ans, pour pacifier les troubles de la Marche; & afinque (3) cette Province ſoit dans une plus grande ſureté, joüiſſant de la préſence de ſon Prince, & qu'elle oublie ſes maux paſſez. Cependant il ſe fit ladeſſus un Traité, entre l'Empereur & ſon Frere, Wenceslas, d'un coté, & Fréderic de l'autre; les Conditions en étoient: (1) Que les Rois Sigismond, & Wenceslas, & leurs heritiers Mâles, outes les fois qu'ils conteroient à Fréderic quatre cent mille écus d'or de Hongrie, (dans lesquels étoit compriſe la premiere ſomme, dont il à été fait mention deſſus) ils pourroient recouvrer cette Province, & cette Dignité; (2) que, ſi Frederic décedoit ſans laiſ-*

laiſſer d' Enfants, & même ayant des enfants Mâles, qui mouruſſent auſſi ſans Ligneé, la Marche & l' Electorat reviendroient à Sigismond, & aprés celui cy, & héritiers, à Wenceslas. *Par lettres Patentes du Roi, les Etats de la Marche furent degagez du ferment de Fidélité, qu'ils avoient fait à Sigismond, & à Wenceslas, & ils eurent ordre de prêter le même ferment à Frederic.* De ipſa Inveſtitura, annectit, ad annum 1417, pag. 9: *Deux ans aprés, Frederic fut proclamé ſolemnellement Electeur, & Margrave de Brandenbourg, dant le Concile de Conſtance* (in margine exprimitur dies, 18. April.) *ſuivant les cérémonies, qu'on obſerve dans l' Empire en de ſemblables occaſions &c.* Quibus ceremonias ipſas, ex *Nauclero*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 49, pag. m. 1064, ſubjungit; plures Auctores, eandem Inveſtituram confirmantes, produxi præced. Tit. V, in vita *Sigismundi* Imp. v. 4, ad ann. 1417, p. 693 & 694, quibus addas *Chytræi Saxoniam*, lib. 1, pag. 38; *Münſterum*, lib. 3. *Cosmograph.* Cap. 455, pag. m. 1084; *Layriz, Palmwald*, Tab. VI, Cap. 3, pag. 317 &c. Hinc ſimul docemur, quousque vera ſint, quæ *Limnæus*, lib. V, *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 82, pag 188 & 189, tradit: *Marchiam, unà cum Electorali dignitate, Friderico V. Burggravio Sigismundus Imperator, anno 1415, conceſſit, ob fidelem & ſtrenuam operam, in Ungaricis, Bohemicis, & Imperii motibus, præſtitam, additis conditionibus, ut is quadraginta aureorum millia exſolveret; quod ſi Imperatori filius naſceretur, ad eundem Provincia dignitasque rediret; ſin minus, Fridericus utrumque retineret. Hujus confirmatio poſtea facta fuit in Concilio Conſtantienſi, An. 1417, 18. April. ſumma ſolennitate &c.* & Dn. *ImHoff* l. c. *Sigismundi* Imp. memor: *Eidemque* (Burggravio Friderico) *deinceps, ob præclara merita, & ſumptus in adminiſtrationem factos, tum Marchiam, tum Electoralem dignitatem, cum annexo ArchiCamerarii officio, jure hæreditario poſſidendam, pretio quadringenties mille florenorum, tradidit, atque, anno 1417, in Concilio Conſtantienſi, impetrato reliquorum Electorum aſſenſu, ſolenni Inveſtitura, confirmavit &c.* & Dn. *Lairitz* l. c. perhibens, laudatum Imperatorem, in compenſationem præſtitorum ſibi mutuo centum mille florenorum Ungaricorum, *Budæ*, Præſidem dediſſe Marchiæ Brandenburgicæ ſæpe ſatum, Burggravium, An. 1411; Eundemque poſtea, An. 1415, in Concilio Conſtantienſi, declaraſſe Electorem dictæ Provinciæ, (annexis legibus (1) renunciandi prætenſioni ſuæ, quoad *centum mille florenos Ungaricos*, (2) ſolvendi inſuper Auguſto alia *trecenta Ducatorum Ungaricorum millia*, (3) ſi vel ipſi *Sigismundo*, Ejusve fratri, *Wenceslao*, hæredes maſculi naſcerentur, Provincia, annexisque Juribus & prærogativis, pro ſumma *quadringentorum millium Ducatorum*, iterum cedendi, (4) ſi, viventibus adhuc Cæſare, ejusve Fratre, *Wenceslao*, ſine prole maſcula abiret ad plures, rediture Marchiæ ad ſuperſtitem *Sigismundum*, vel *Wenceslaum &c.*) ſolenniter tandem an. 1417, 8 April. Conſtantiæ inveſtitum. Ampliſſ. Dn. *Ludovicus Petrus Giovanni* (Ludovicus) in *Germania Principe*, lib. 2, Cap. 1, §. 12, pag. m. 493. cauſas collati Marchionatus Brandenburgici in Norimbergenſem Burggravium fuiſſe docet, nummos *quingentorum millium ducatorum*, quos *Fridericus* in bellis Huſſiticis, Hungaricis, Marchicis, aliisque, pro *Sigismundo* impenderit; alia inſuper ejusdem & avorum merita in Bohemiæ Reges; quodque toties Burggravii præfecturam in Marchia ſtrenuè geſſerint &c. Dn. *Fridericus Lucæ, im Fürſten-Saal des H. R. Reichs*, pag. 814, Dn. *Layrizio* aſſentitur.

(8) Deſcendere Sereniſſimos Marchiones *Brandenburgicos*, laudati ſæpius *Friderici* Burggravii poſteros, non ſolum adhuc florentes, ſed &, in Potentiſſimo Electore *Friderico*, 25. Febr. 1713, ad Superos migrante, Regio Poruſſiæ (hæc lectio probatur laudato Dn. *Ludovico Petro Giovanni*, l. c. lib. 2, Cap. 1, §. 1, pag. m. 473, quod *Po*, Venedis idem ſit ac Germanis *bey*, Lat. *prope*, & *Poruſſia* nihil aliud denotet, quam Provinciam *Ruſſiæ vicinam*;) cinctos diademate, 18. Januar. 1701, à perantiquis Comitibus *Zolleranis*, eſt in confeſſio. Mira verò diſcordia, quæ ipſis *Zolleranis* ſit origo? *Henningeſius*, Part. 2, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 207, aliique multi, eos à *Petro Columna*, Nobili Romano, prognatos arbitrantur; aſt horum ſententiam ridiculi erroris arguunt *Brombachius*, de Familia Zollerana non minimum meritus, & *Bucelinus*, *Notit, German. Geneal.* p. 57; vice verſa ſeriem *Bucelini*, l. c. pag. 55, *Zolleranos*, continuo naſcendi ordine ab *Attico*, Alſatiæ & Alemanniæ Duce, derivantis, non ſine litibus eſſe, *Rentſchius, im Brandenburgiſchen Ceder-Hain*, pag. 31 &c. oſtendit. Alii eundem eis cum *Habsburgo-Auſtriacis* eſſe ortum putant; vid. Dn. *Kirchmajer*, in *originibus Habsburgo-Zollerenſibus*. Revera, omnia hæc incerta, cum neque Comitatus, neque Principatus fuerint antiquitus hæreditarii, ac ideò Parentum tituli, quibus, ratione officiorum, ab aliis diſtinguebantur, in liberos non ſemper redundaverint; neque ulla Familia ſtemma ſuum, authenticis documentis, ad *Caroli Magni* ævum usque, multo minus altius, evehere queat. Apud Continuatorem *Hermanni Contracti*, offendimus ad An. 1061, pag. m. 338, verba: *Burkardus & Wezil de Zolorin occiduntur &c.* cujus Parentes & Avos *Bucelinus* nominat l. c. neſcio autem qua auctoritate; Filium itidem *Burkardo* adſcribit, ex *Anaſtaſia* Com. Reinſeldenſi, natum &c. *Fridericum*

Digitized by Google

cogn. *Maute*, Patrem *Rudolphi*, ab *Adelheida* Com. Kyburgia in lucem editi, à quo *Ampliſſ.* Dn. *Im Hoff*, Tabulam Genealogicam Gentis hujus, quam publici juris fecit, orditur.

(9) Dividitur in præſentiarum tota Domus *Brandenburgica*, in Lineam *Electoralem & Franconicam.* Quæ diviſio cœpit in tribus *Alberti Achillis* Electoris, 11 Mart. 1486, extincti, Filiis: *Johanne* Electore, cui *Ciceronis Germaniæ* nomen fuit; *Friderico, Seniore,* qui Marchionatum *Onoldinum* in Franconia ſortitus eſt, & *Sigismundo,* cui Marchionatus *Barutinus* ceſſit; terminata rurſus in laudati *Friderici Senioris* tribus nepotibus, *Alberto Alcibiade*, *Culmbacenſi*, qui an. 1557, 8 Januar. *Pfortzhemii*, extorris obiit; *Georgio Friderico*, *Anſpacenſi*, & ab obitu Fratris, *Culmbacenſi* quoque, an. 1603, 26 April. denato; atque *Alberto Friderico,* Duce Poruſſiæ, an. 1618, 8 Aug. ſine prole maſcula, defuncto. Recentior verò diviſio repetenda à tribus *Johannis Georgii* Electoris, præfati *Johannis, Ciceronis Germaniæ*, pronepotis, anno 1598, 8 Januar. mortales exuvias deponentis, Filiis: *Joachimo Friderico*, *Electoralis*, *Chriſtiano*, *Barutini* ſeu *Culmbacenſis*; & *Joachimo Erneſto*, *Onoldini* ſeu *Anſpacenſis*, ramorum auctoribus, de quibus Tabulæ Genealogicæ evolvantur.

(10) Juribus Marggraviorum (exceptis Electoralibus, de quibus ſeq. Lib. III, Tit. XII, §. 43, 44 & 45,) annumerandum, quod (1) ſint Burggravii *Norimbergenſes*, vid. ſeq. §. 14, lit. b. (2) Domus *Beruthina*, in Comitiis pariter Imperii, ac Circuli Franconici, peculiari voto & ſeſſione, inter Principes fruatur; ſimiliter & Domus *Onoldina*; (3) Una cum Epiſcopo *Bambergenſi*, *Directorium* in dicto Circulo exerceant. (4) In cauſis injuriarum, *ſo Frevel, Schmach, Leibſchæden, Læmbdung, und ſlieſſende Wunden betreffen*, vigore Diplomatis *Caroli V*, Imp. 23. Julii, 1541, Ratisbonæ, dati, ab Illis non liceat appellare; nec in cauſis reliquis, infra ſummam 400. florenorum Rheni; exhibet Diploma *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 7, pag. 103 &c. Quod privilegium *Ferdinandus II*, an. 1627, 29. Decemb. Pragæ, ad 800. florenos Rhenanos extendit, teſte Diplomate, apud *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad lib. V, Cap. VII, §. 132, pag. 834 &c. (5) Sint Patroni & protectores fabrorum & ahenariorum *(deß Keßler Handwercks) In und von Ihren Landen, biß gen Rothenburg an der Tauber; Von dannen, gen Uffenheim; von Uffenheim, gen Bibert, das geweſt iſt auf der Straß; Von der Neuſtatt gen Würtzburg; Von dannen gen Geiſſelwind, auff die Steig von Haßfurt, bis gen Künigsberg; Von dannen, an den Thüringer Wald; und vom Thüringer, an den Bæheimer Wald; Und von dem Bæheimer Wald hinümb, biß gen Dürſenreut; Von dannen, an den Regen; Von dem Regen, an die Thonau; Und an der Thonau auf, biß gen Kehlheim, und an die Altmühl; Und die Altmühl auf, biß gen Pappenheim; Von dannen, gen Ried; Von Ried, gen Leuttershauſen; Und darnach auf Oſtheimer Steig; Von dannen wiederumb biß gen Rothenburg &c.* vigore Privilegii *Friderici III, am Montag nach Fronniſſen Tag, 1444,* Norimbergæ, *Johanni & Alberto*, Marchionibus conceſſi, atque à *Rudolfo II*, 26 Aug. 1582, Auguſtæ Vindelicorum, rogante *Georgio Friderico*, confirmati; diplomata ſiſtente *Limnæo* l. c. §. 141, pag. 848 &c. quibus ſimul Marchionum privilegia, dictis fabris indulta, interque alia, *daß, wer ſolche Arbeit anders arbeit, und treibt, dann als ſie gefreyet ſind, und durch Recht thun ſollen, und ſonderlich die darein nicht gehæren, wo ſie der, oder dieſelben, ankommen, und begreiffen, die da arbeiten Keſſelwerck, Pfannwerck, oder feil haben, wieder der obgenanten Zunfft und Geſellſchafft Wiſſen, Willen und Worten, dieſelben Ihn und Ihrer Herrſchafft, ihr jeglicher beſonder, als offt er an ſolcher Arbeit befunden und begriffen wird zu pæn und Buß, funffzehen Pfund neuer Heller verfallen ſeyn ſolle &c.* rata habentur &c. (6) Participes ſint Fœderis hæreditarii & ſucceſſorii, cum Familiis Ducum Saxoniæ, & Landgraviis Haſſiæ, initi, de quo ſeq. Lib. 3, Tit. XX, §. 85, plura. (7) Gaudeant, una cum Electoribus Agnatis, Privilegio *Friderici III*, An. 1473, vi cujus *die Chur-und Fürſten dieſes Hauſes eine freye Hand haben ſollen, von Ihren Leben, Schlæſſern und Stætten zu* diſponiren, *und ſolche einander zu übergeben*; vid. *Limnæus* l. c. §. 139, p. 846; (8) Simultaneè de Electoratu & Marchia Brandenburgica, nec non Provinciis aliis Electori, qua tali, competentibus, inveſtiantur; (9) Extincta Linea Electorali, ſpem habeant certiſſimam, imò jus radicatum, ſuccedendi in Ducatum Poruſſiæ, feudali tamen Lege à Rege & Corona Poloniæ tenendum, & quidem partim vigore Artic. VI. Pactorum *Velavienſium*, An. 1657, inter Polonos & Sereniſſimum *Fridericum Wilhelmum*, Electorem, 19 Sept. contractorum, ubi: *Promittit etiam ſua Regia Majeſtas*, (Johannes Caſimirus) *tam pro ſe, quam Succeſſoribus ſuis, ſe, in caſu non exiſtentium Deſcendentium* (Lineæ Electoralis) *ſpecialem habituros rationem Agnatorum Serenitatis ſuæ Electoralis, nimirum Domus Culmbacenſis & Onolsbacenſis, & officia collaturos, apud Regni Comitia, ut, caſu caducitatis exiſtente, Illi aliis præferantur, & ad ſuccaſſionem præfati Ducatus admittantur, ſub iisdem Feudi conditionibus & obligationibus, quibus antehac Sereniſſimus Elector, Ejusque Anteceſſores, illum, vigore Inveſtituræ, poſſederunt &c.* Extat Inſtrumentum apud *Thuldenum*, Part. IV. *Hiſtor. Univerſ.* p. 273 &c. ut & in *Theatro Europæo*, Tom. VIII, ad An. 1657, pag.

Digitized by Google

pag. 605 &c. & *Chronicc Ungarico Norimbergenſi*, §. 55. pag. 68 &c. nec non apud *Lundorpium* Tom. VIII. lib. VIII. Cap. 101, pag. 170 &c. & *Gaſtelium*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XIX, §. 159, pag. 735 &c. partim Conventionis hujus executionis de Ann. 1663, qua ſupremum jus in Ducatum Boruſſiæ Sereniſſimo Electori realiter demum traditum, addita Lege, *daß, wenn die Chur-Linie, nach Gottes Willen, gæntzlich ausſterben ſolte, ſodann das Land an die Krohn Polen zurück fallen, jedoch denen Fürſtlichen Brandenburgiſchen Hæuſern zu Bayreut und Onolsbach, als Lehen, bekennet und gereichet, und Ihnen immittelſt Titul und Wapen zu führen, zugelaſſen werden ſolte &c.* Vid. *Europ. Herold*, Edit. prior: An. 1688, pag. m. 1126; & poſter. An. 1705. Tom 2, cap. X, p. 465; de hoc licet pacto nihil in *Theatro Europæo*, Tom. IX, ad An. 1663, p. 996, ubi ſolennia præſtiti 8-18. Octobr. 1663, Regiomonti, præſentibus Poloniæ Oratoribus, Epiſcopo *Ermelandiæ*, & Sub-Cancellario Coronæ *Leßzinskio*; in pegmate throno inſidenti Sereniſſimo Electori, qua *Supremo Poruſſiæ Domino*, prima vice homagii, deſcribuntur, occurrat, ibi: *Als Seine Churfürſtl. Durchlaucht. zu Brandenburg an Ihrem, und die Kænigliche Herren* Commiſſarien *auch an Ihrem Orte, den Gottes-Dienſt Vormittage verrichtet hatten, kamen Sie, gegen 12. Uhr, auf das hierzu auferbauete, und mit etlich hundert Ehlen rothem Scharlach bedeckte Theatrum; S. Churfürſtl. Durchl. ließ Sich daſelbſt auf den zubereiteten Thron nieder, und die Kænigliche Herren* Commiſſarien, *wie auch die Vier Herren Regiments-Ræthe, mit den Chur-Zeichen, als dem Chur-Huthe, Schwerdt, Zepter und Stabe, ſtellten ſich derſelben zur Seiten; der Herr Kron Unter-Cantzler, hielt dann eine lange* Oration, *in Teutſcher Sprache, welche einer aus der daher beſchriebenen Ritterſchafft, von unten auf, beantwortete; und darauf ward Sr. Churfürſtl. Durchl. für Sie, und Dero Nachkommende Mænnliche Leibes-Erben, der Eyd geleiſtet. Darnach that auch der Herr Biſchoff eine lange, aber Lateiniſche*, Oration, *welche gleicher geſtalt, von unten auf, beantwortet ward, auf welche der zweyte Eyd, den ein geiſtlicher* Prælat *verlaß, erfolgte, daß nemblich, nach Abſterben der Churfürſtl. Mænnlichen Leibes-Erben, die Kænigl. Majeſtæt, und Cron Polen, alsdann die nachſten Folger wieder ſeyn ſolten &c.* quæ totidem verbis in *Diario Europæo* Tom. IX, an. eod. ſub d. 8. Octobr. p. 753, repetuntur. (10.) *Judicium Provinciale, das Kayſerliche Land-Gericht in Francken*, quod Onoldini etiam nunc celebratur, magnæ auctoritatis, & ampliſſimæ Juriſdictionis ſit; vid. *Ludovicus Petrus Giovanni*, l. c. lib. 1, Cap. 4, p. 609, §. 28. (11) Facultate fruantur, una cum Electoribus Agnatis, Caſtra & arces prædonibus quibusque, nulla dignitatis habita ratione, per univerſam Germaniam, eripiendi, ſibique vindicandi. Vid. Dn. *Giovanni* l. c. p. 613, §. 37; &c. &c.

(11) Inſignia depingunt: *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 127. pag. 193, ajens: *Inſignia Illuſtriſſimæ domus Brandenburgicæ, propter diſtrictuum abundantiam, varia ſunt; inter hæc, Columna eſt, Burggraviorum hujus Familiæ primum Inſigne, ſed commune cum Columniis --- quatenus autem Marchiones Brandenburgenſes ſunt, Inſigne habent, quod huic Marchiæ Henricus Auceps olim conceſſiſſe dicitur, Rubram ſcil. ſeu ſanguineam Aquilam, roſtro inauratam, in campo albo, cujus pectori inhærens eſt falcata Luna &c. Erneſtus Brotuffus*, lib. 4. *Chron. Anhalt.* c. I; *Spangenberg Adelſpiegel*, P. 2. lib. 12. c. XXIX. pag. 311; *Hœping*, de *Jure Inſignium*, Cap. 6. Part. 5. §. 4, m. 1. n. 732. pag. 342; quorum verba *Spener, Op. Herald.* Part. ſpec. lib. I. c. 13. §. 6. pag. 78. recitat; ſimul reliqua Inſignia illuſtrans, in primis §. 25. pag. 89, ubi *Zollerana* deſcribuntur; *Hennigeſius*, Part. 2, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 205; *ImHoff*, *Notit. Proc. Imperii*, lib. IV. Cap. III. §. 19. pag. m. 149; *Europ. Heroldt* Tom. I. *des zweyten Abſatzes Sechſter Punct*, pag 454; *Bilderbeck*, *Reichs-Staat*, Part. I. *Andere Abtheilung*, Cap. VIII. §. 8. p. m. 536 & 537.

(c) MISNENSIS &c. Præcipua Scripta huc ſpectantia ſunt: *Petri* Albini *Neue Meiſſniſche Chronica*, *1580.* Witteberg. 4to, Ejusdem *Meiſſniſche Land- und Berg-Chronica*, Dresd. 1589. fol. *Wolfgangi Krauſii*, *Meiſſniſche Chronica, nebſt Michael Beuthers Bericht, wovon die Marggrafen von Meiſſen herkommen*; Lipſ. *1576. 4. Georgii Fabricii*, *Rerum Miſnicarum* libri VII. Lipſ. 1560. 4; Ejusdem *Origines Saxonicæ*, recognitione *Nicolai Reusneri*, Jenæ, 1598. fol. & rurſus, recognitione ipſius filii, *Jacobi Fabricii* Lipſ 1606. fol. *Cyriaci Spangenbergii*, *Manßfeldiſche Chronick*, Eisleben, 1572. fol. Ejusdem *Hennebergiſche Chronica*, Francf. 1586. fol. *Matthæi Dreſſeri*, *Sæchſiſches Chronicon*, *1596.* Witteberg. fol. *David Chytræi Saxonia*, *1599.* Lipſ. fol. *Laurentii Pekenſteinii*, *Proſapia Familiæ Wittikindeæ*, Jen. 1597. Ejusdem *Theatrum Saxonicum*, Jen. 1607. fol. *Eliæ Reusneri Stemma Wittekindeum*, Jen. 1598. fol. *Johannes Weigelius*, de *Hodierno ſtatu Miſniæ*, Jan. 1597. 4to. *Reineri Reineccii* Comment. de *Miſnorum Originibus*, Hanov. *1612*, 4. *Samuel Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Marchia Miſnenſi*, Ann. 1674. quæ inter Diſſertationes Ejus Academicas, XVI. eſt. *Sigismundi von Bircken Sæchſiſcher Helden-Saal*, *Norimberg*, *1677. 12.* Dn. *Antonii Wecken*, Conſiliarii & Archivarii Saxonici, *Beſchreibung der Stadt Dresden*, Fol. Nürnberg 1679. cujus labor ſolidus; *Johannis Sebaſtiani Mülleri, des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen Annales*, ab An. 1400. ad An. 1700. Vinar. 1700. fol. Maximam Scriptorum rerum Miſnicarum farraginem ſiſtit *Ge. Chriſtoph. Kreyſig, in der Hiſtoriſchen Bibliothec von Ober-Sachſen, und einigen angræntzenden Lændern, Dreſd. 1732. 8.* cui addatur *Ludovici Petri Giovanni*,

Digitized by Google

ni, Germaniæ Princeps, An. 1711. Halæ, 8. lib. 3. His addantur: *Münſteri Coſmographia* lib. 3, Cap. 422. & ſeqq. p. 964 &c. *Henningeſius,* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 11 &c. ubi Genealogia *Miſniæ Marchionum*, Gentis Wethinenſis, *Bucelini Notitia Genealogica Germaniæ*, pag. 60 &c. *Spenert* Prolegomena Part. ſpec. *Operis Heraldici*, § 4. p. 6; Illuſtr. *Author des Europæiſchen Herolds*, Tom. I. *des zweyten Abſatzes dritter Punct*, p. m. 233 &c. Ampliſſ. Dn. *ImHoff*, *Notit. Procerum Imperii*, lib. IV, Cap. 2. p. m. 134 &c. &c.

(2) De origine Marchionatus hujus, inquit *Spangenberg*, lib. X. *des Adelſpiegels*, fol. 310: Anno 930. *hat Kayſer Henrich der Erſte an die Elbe, des Orts, ſo zuvor Lupffurt geheiſſen, eine Statt und darein eine Burg gebauet, die Er, vom Wæſſerlein daſelbſt, Meiſſen genennet, und einen Marggraffen, als einen Schutz-Herrn, dahin geſetzt, dem Er einen gewiſſen Ort Landes, Leut und Einkommen zugeordnet: Und iſt der Erſte Marggraf zu Meiſſen, Rigdag, ein Graf von Wettin geweſen, des Kayſers Vetter, dem Er auch einen Burggrafen zugeordnet, die neue Burg inſondert zu verhüten &c.* *Fabricius* lib. 2. *Origin. Saxon.* p. m. 115. profert hoc titulo Annum 931; verba præced. lit. b. pag. 618. extant. Ejusdem ſententiæ eſt *Albinus*, Tit. IX. *der Neuen Meiſsniſchen Chronick*, pag. m. 220: *Im (Jahr) 931. hat Er* (Henricus Auceps) *die Marck zu Meiſſen geſtifftet, &c.* mox addens: *Wiewohl Wolfgangus Juſtus, in Beſchreibung der Marck zu Brandeburg*, Cap. 2. *aus Nachleſſigkeit, dieſes Marggraffthumb viel jünger macht, und ſchreibet, es ſey von* Henrico IV. *allererſt geſtifftet, und Marggrafen Thimoni untergeben worden, da es doch deſſelben Marggraffen Vettern længſt zuvor beſeſſen &c.* *Reineccius*, in expoſitione de *Primis Miſniæ Marchionibus*, *è Ditmaro ſummatim repetita*, quæque, appendicis loco, annexa reperitur *Ditmari Chronico*, pag. m. 116; ut & præfixa *Chronico Montis Sereni*, Edit. Maderianæ, pag. 39, Marchionatus erecti tempus quidem non exprimit, vindicat tamen non minus id gloriæ *Henrico Aucupi*, primumque Marchionem ***Fridericum*** vocandum arbitratur, ibi: ***Fridericus****, quem nobis ita appellare libuit,* ***primus Myſnæ Marchio****, ab* ***Henrico Aucupe****, Cæſare,* ***creatus****, primam itidem, quæ noſtra ſententia eſt, Marchionum familiam propagavit. Nati ergò fortè illi ſunt* ***Ridacus & Guntherus*** *--- **Ridacus**, **Myſnæ Marchio alter**, abeſt Merſeburgi, quo tempore* ***Henricus Hezelo****, Dux Bavariæ, Imperio, quod contra* ***Othonem III.*** *invaſerat, abdicato, a* ***Wagone****, præfecto* ***Boleslai Bojemi****, cum Exercitu, per fines ejus duceretur &c.* Ad quæ *Henningeſius* l. c. pag. 11. provocat, verb: *quem Reineccius putat nominatum Fridericum.* ***Marchio Miſniæ primus*** *inveſtitus, ab* ***Henrico Aucupe*** *Imperatore &c. cui ſucceſſit* ***Riddag****, vel* ***Redigam****, Dives cognomento. Ex Comite Merſeburgenſi, electus in Marchionem Miſniæ ſecundum, Anno Chriſti 930. primo jam defuncto &c.* In *Carionis Chronico*, lib. IV. pag. m. 543, legitur: *Die Marckt Meiſſen hat Er,* (Henricus Auceps) *einem aus Widekindi des Jüngern Nachkommen eingeben, welche ohne des, aus Kæyſers Henrici Begnadung, auch der Soraben Grentz, oder Marcktpflege an der Sale, Elſter, Pleyß und Elbe innen gehabt &c.* & apud *Jodocum Coccium*, in *Dagoberto*, Cap. 11: *Plerasque Marchias, præcipuè Saxonicas, condidit* ***Henricus Auceps: Miſnenſem & Luſaticam****, contra Bojohemos & Polonos;* ***Holſaticam Sleſvicenſem****, quæ hoc nomen amiſit, contra Danos; quorum nomini incrementisque Holſati cum primis omni tempore adverſati ſunt;* ***Brandenburgicam****, contra Henetos atque Obotritos &c.* Ab his deflectit *Georgius Sabinus*, in Tract. *de Adpellatione, ſitu, moribus ac Populis Marchiæ Brandenburgicæ*, pag. 77. initia Miſnenſis Marchionatus, ab *Ottone II.* Imp. repetenda eſſe, cenſens; benè autem reſpondet ei Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. *θ.* 1. pag. 4. nil tale Hiſtoriis fide dignis contineri, niſi quod *Reineccius*, *von der Meißner Herkommen*, pag. 87. & *Reusnerus* de eorundem origine, pag. 215. laudatum Imperatorem Marchiæ noſtræ hæreditariam dignitatem addidiſſe tradant. Ad *Henrici Sancti* tempora deſcendere videtur *Conringius*, ad *Lampadium*, Part. 3. Cap. V. §. 18, p. m. 183. ſcribens: *Eorum* (Ducum Saxoniæ) *Majores jam tum ab* ***Henrico II****, ſive* ***Sancto****, Cæſare, facti ſunt Marchiones Miſnenſes, primo omnium ad illam dignitatem evecto* ***Dedone &c.*** Calculum adjiciente Dn. *Schurtzfleiſchio* l. c. *Illud tamen, nec temerè, affirmabo, ante* ***Henrici V. & Lotharii*** *Imp. tempora, Marchiam non legi Ditionis Miſnenſis adjectione denotatam: ſi maxime multò ante inſtituta, & beneficio* ***Henrici II****, collata fuerat Dedoni, cujus hodieque ſuperſunt poſteri, & magna præcedentium ab hujus Seculi felicitate in Saxoniæ Electoribus Ducibusque continuantur &c.* Enimvero, debellante duntaxat *Conringio* eos, qui, cum *Lampadio*, Sereniſſimos Saxoniæ Duces à *Witikindo Magno* confidenter arceſſunt, nec ad Marchiæ primam erectionem reflectente, eadem mens planè *Schurtzfleiſchio* eſt, propterea l. c. annectenti: *Nec verò ſiverint hiſtoriæ Leges, ut verba, quibus ad demonſtrandam priſcam illam* ***Miſenorum Marchiam*** *uſi ſimus, fortè de* ***Burggraviatu****, illic condito, intelligantur. Nam is multo tempore fuit* ***Marchia*** *poſterior, & auſpicia ſua accepta fert* ***Ottoni Magno****. Nam utcunque eſt* ***Burggraviatus*** *dignitas, tamen aliena eſt ab ævo Regis* ***Henrici Aucupis****, & usque à Carolino Imperio ignota fuit, ac prima initia*

Digitized by Google

tia habuit **Ottonis** *I. Auguſti temporibus &c.* Quamvis *Dedo* non ab *Henrico Sancto*, ſed *Henrico III*, Marchiæ fuerit propoſitus. Certiſſimum interim eſt, condidiſſe *Henricum Aucupem* Urbem ***Miſenam***, ſi vel *Ditmaro*, *Henrico* S. Imp. coævo, fidem tribuamus, lib. I. (Edit. Reinecc. 1580) p. 11. docenti: *Montem unum juxta Albim poſitum, & arborum denſitate tunc occupatum, excoluit, ibi Urbem faciens, cui, de rivo quodam, qui in ſeptentrionali parte ejusdem fluit, nomen Miſni impoſuit, quam, ut hodiè in uſu habetur, præſidiis & impoſitionibus cæteris munivit. Ex ea* ***Milzenos***, *ſuæ ſubactos Ditioni, cenſum perſolvere coëgit &c.* nec minus liquet, deſcribi ſimul hiſce verbis Marchiam Miſnenſem, cum non niſi Marchionibus tuendi fines Imperii crederentur, quos hinc inde ab *Henrico Aucupe* conſtituios, præter citatos Auctores, *Crantzius* quoque lib. 3. *Vandal.* Cap XVI, commemorat. Notanda inſuper *Ditmari* phraſis: *Ut hodie in uſu habetur;* ſanè, ſi *Henricus Auceps* eodem modo *Miſnam* præſidio & munitionibus firmavit, ut *Henrici Sancti* ætate, qua Marchiones ejusmodi præſidiis & munitionibus præficiebantur, erat in uſu, quid obſtat, quo minus idem de *Miſnenſi* affirmemus, præſertim, cum ſciamus, Slavos longe lateque ab *Henrico* priori redactos in ordinem, ſolvendive tributi vinculo conſtrictos, limitaneis Regni provinciis fortiſſimorum Belli Ducum, quos *Marchiones* vocarunt, curæ fideique relictis.

(3) Primi *Marchionis Miſniæ* nomen nullo ſolemni documento hactenus expreſſum offendi. Quod enim *Reineccius* l. c. eum ***Fridericum*** appellet, caret fundamento. Antiquiſſimus vel mihi viſus, eſt ***Rigdagus*** ille, qui *Ditmaro* teſte, lib. IV, pag. m. 35 & 36, verbis præced. Tit. XVI. Catal. *Ducum Venedic.* v. 16. extantibus, an. 984. doloſè interfectus eſt, cujus filiam *Boleslaus* Polonus in Uxorem duxerat; vid. idem l. c. p. 46: ***Bolizlavus***, *novercâ, & fratribus, expulſâ, excæcatisque familiaribus ſuis,* ***Odilieno*** *atque* ***Pribwojo***, *vulpina calliditate contraxit in unum. Hic ut tantum ſolus dominaretur, jus ac omne fas poſtpoſuit. Duxit hic Rigdagi Marchionis filiam, poſtmodum dimittens eam, & tunc ab Ungaria ſumpſit Uxorem &c.* Licet filium poſt ſe reliquerit, ***Carolum***, (ut *Albinus*, l. c. Tit. X. p. 231. & 232. tradit,) ab *Ottone II.* Imperatore verò ſucceſſorem nactus videtur.

(4) *Ekkardum I*, *Güntheri*, ex Nobiliſſimis Thuringiæ Auſtralis ortum ducentis, filium, qui *Suanhildim*, *Hermanni Billingi* Saxonum Ducis, gnatam, viduamque *Ditmari*, Orientalis Marchiæ, id eſt, Luſatiæ, Præfecti, in matrimonio habuerat, An. 1002. *Poldæ* occiſus, cujus vitam præced. Tit. XVI. Catal. *Ducum Thuringiæ*, v. 27. p. 218. delineavi. Hunc ſecutus eſt,

Guncelinus frater, qui, ob bellum, *Hermanno & Eccardo II*, nepotibus ex dicto *Ekkardo I*, injuſtè illatum, circa annum 1008, ab *Henrico Sancto* Imp. non ſolum Marchiâ mulctatus fuit, ſed & *Arnolfo*, Halberſtadienſium Præſuli, cuſtodiendus traditus, *Miſnenſis* Oppidi præfecturâ ad tempus *Friderico*, Ileburgenſium Comiti, commiſſa. Vid. *Ditmarus*, lib. VI, pag. 72 & 73: ***Hermannus*** *Comes &* ***Guncelinus Marchio***, *invicem certantes, inuſitato in his Regionibus more, conflixere; namque* ***Guncelinus Strelam*** *Civitatem, à militibus* ***Hermanni*** *cuſtoditam, expugnare tentans, & nil proficiens,* ***Rochlitz*** *Urbem, juxta Mildam flumen poſitam, & non benè proviſam, incendio conſumere præcepit; inſuper quicquid incommoditatis prædicto Comiti, (quia ſemper Patrui in Fratrum filios ſeveri) facere potuit, id nullatenus diſtulit.* ***Hermannus & Ekkihardus*** *confratres, caſtellum quoddam, juxta Salam ſitum, quod* ***Guncelinus***, *unicè ſibi dilectum, muris & præſidio firmavit, bonisque innumerabilibus implevit, ex improviſo, manu valida circumdantes, expugnant, & diviſa omni congerie, radicitus illud dejiciunt, ac incendio conſumunt. Pervenit hoc ad aures Regis & confeſtim idem ad* ***Merſeburg***, *hæc ad diſcutienda, properavit; ſed cum ibidem prædictorum ſententias Comitum animadvertiſſet, culpam omnem* ***Guncelino*** *imputat &c.* quo criminis L. M. accuſato, *Principum communiter conſilium à Rege quæritur, & ab his diu hoc ſecretè volventibus, taliter reſpondetur:* ***Scimus, hunc erga Vos inexcuſabilem non eſſe, & ut Veſtra pietati ſe, omni reluctatione remota, tradat, nobis bonum videtur. Admoneat Vos Miſericors Dominus, ut, non qualitate ſuimet meriti, ſed pro quantitate ineffabilis Clementia Veſtrimet, ad exemplum omnibus ad vos converſis, in eo faciatis***, *Horum conſilio Rex aſpirans, ſuſcepit eundem, &* ***Arnulpho*** *Antiſtiti firmiter cuſtodiendum tradidit, præſidii continuatione ab hoſtibus Miſni muniens, eamque, ad tempus, providendum* ***Friderico*** *committens &c.* Conf. *Albinus* l. c. p. 246 & 247.

Hermannum autem, *Eccardi I.* filium, brevi poſt, Marchiam iſtam fuiſſe conſecutum, docet *Ditmarus* l. c. pag. 73, immediatè ſequentibus: *Proxima verò meſſe, interventu Reginæ, & inſtinctu cari* ***Tagmonis*** (Magdeburgenſium Præſulis) ***Hermanno Comiti Marchiam dedit***, *& conſilio & laude Principum eorundem &c.* mox annectens: *Interea prædictam Urbem*

hem Bruno Comes, Frater Guncelini, ordine vicis ſuæ cuſtodiebat, & ecce, priori die quam Hermannus adventaret, magna Poleniorum caterva, in primo diei crepuſculo Albim transgreſſa, usque ad portam Civitatis, ſibi promiſſæ, ſilenter veniebat; ſed, cum poſitis ibidem militibus facilis ei non pateret introitus, reverſa triſtis, proh dolor, illæſa & nemini nocens - - - - poſt hæc Hermannus Comes, per Regalem Nuncium introducitur, ac debitoribus ſuis, quicquid in eum deliquerant, dextera hoc affirmante, ab eo remittitur &c. Quo tempore *Hermannus* diem obierit ſupremum, non ſatis liquet. Certum interim eſt, Eum anno 1029. adhuc fuiſſe in vivis, quod ex Bulla *Johannis XX.* P. R. qua, hoc anno, Epiſcopalis Sedes *Cizâ Numburgum* transferebatur, eruendum, apud *Sagittarium*, Diſſ. de *Eccardo II, Marchione Miſniæ*, Sect. XI, §. VI, p. 16. verbis præced. Tit. XV, §. 13. lit. ee, pag. 1228. occurrentibus, ibi: *Inclinati precibus - - - - hæredum dicti Wichardi* (Ichardi, ſeu Echardi) *videlicet: Hermanni Marchionis, & Germani ſui, Eccardi &c.* Imò, adhuc anno 1032, teſte ejusdem Pontificis Bulla confirmatoria factæ translationis, verb: *Rogatu - - - illorum, qui hæreditatem ſuam Eccleſiæ contulerunt, videlicet: Hermanni Marchionis, & germani ſui, Ekkihardi &c.* vid. ſupra l. c. Plura de eo recenſet *Albinus* l. c. p. 248. &c. attamen dicto anno 1032, Eum, deceſſiſſe, vel inde ſuſpicor, quod *Conradus II.* Imperator, in Diplomate, hoc anno, 16. Kal. Januar. Quedlinburgi, in confirmationem dictæ translationis, dato, apud *Sagittarium* l. c. §. 9. pag. 22. ejus nullam amplius faciat mentionem, dicens ſaltem: *Ob piam petitionem Hunfridi, Magdeburgenſis Archi Epiſcopi, Fidelisque Noſtri Ekkardi Marchionis - - - - Eccleſiæ S. Petri in Nuwenburg - - - - Balchſted, noſtram Regalem cortem in Pago Thuringiæ - - - - in proprium tradidimus &c.* Magno ſimul argumento, ab ejus exceſſu, obveniſſe Marchiam.

Ekkardo II, ipſius fratri, anno 1046. ſubitanea morte ſublato, cujus vitam præced. Tit. XVI. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 27. l. c. deſcripſi. Omni prole cum Princeps hic eſſet orbatus, *prædiorum ſuorum Regem* (Henricum III.) *reliquit hæredem, ut Hermanni Contracti*, ad an. 1046. pag. m. 326. verbis utar; cujus etiam Regis beneficio, Marchiam Miſniæ ſortiebatur,

(5) *Dedo* Comes, cujus mater, *Machtildis*, ſoror erat laudati *Ekkardi II*, & Pater *Thidericus*, & Avus *Dedo* ille, qui *Thiedburgam* tori ſociam ſibi elegerat, à *Werinhario* Marchione tandem trucidatus, Patre itidem *Thiderico, Ottoni I.* Imper. æquali, prognatus, de quo ita *Ditmarus*, lib. VI. p. m. 71 & 71; *Si te Lectorem audire delectat, unde is* (Dedo) *fuerit, de Tribu, quæ Buzici dicitur, & de Patre Thiedrico originem duxiſſe accipies. Hic Rigdago Marchioni, agnato ſuimet, ab infantia ſerviebat, & gemina cordis ac corporis virtute pollebat, & Bojemos, adverſum nos inſurgentes, ad Cicenſem perduxit Eccleſiam, ubi cum his vaſtando circumquaque perluſtrans, ad ultimum captivam matrem ſuam hoſtis, non filius, cum cætera abduxerat præda. Poſt hæc, reconciliatus Regis efficitur Tertii Ottonis, & in parvo tempore gratiam ejus & familiaritatem promeruit. Interim Bio, Comes Merſeburgenſis, in expeditione obiit, & Giſilerus Archi-Præſul hujus Comitatum, qui inter Wipperam & Salam & Saltam ac Willerbizi fluvios jacet, iſti acquiſivit. Inſuper Zurbizi Burgwardum, quem Anteceſſores ſui in beneficium poſſederunt, ſibi & confratri ſuimet, Friderico, vendicavit. Inſuper Thiedburgam, Thietrici Marchionis filiam, duxit, & ob hoc omne adeo intumuit, ut Regi moleſtiam in occulto, & multis offerret in aperto. Proximum Natale Domini Rex in Polithi celebravit, & ibidem Thiedrico, prædicti Comitis filio, Comitatum, ac omne beneficium, jure, & hortatu Reginæ ac principum ſuimet, dedit &c.* Quem exitum habuerit *Dedo*, verbis, hiſce præmiſſis, innuit *Dismarus* l. c. p. 71: *Interim Dedi Comes magnum dedecus, in verbis & in operibus, prædicto nepoti meo,* (VVerinhario Marchioni) *inferens, excitavit malum, quod fore putavit oblitum. Conſilio enim ejus & auxilio, Urbs Patris ejus & noſtra, Wolmerſtidi, (Slavonice autem Uſtuice, eò quod Ara & Albis fluvii hic conveniant, vocata) combuſta eſt, & depopulata. Commovit hoc omne animoſum juvenis egregii pectus, & cum hoſtem de Civitate, Tongeramunda, dicta, (quia Tongera fluvius ibidem in Albim cadit) equitare veraciter comperiret, fratrem meum, Fridericum, cum viginti tantum militibus armatis, ſumens ſecum, à ſummitate unius campi, ad Moſum Villam pertingentis, quod eminus aſpici potuit, viriliter aggreditur, & eundem, fugientibus mox plus quam quadraginta ſociis, fortiter reſiſtentem, cum Egilhardo, ſuimet milite, occidit, & poſt hoc juſte perdidit, quod prius penè irrationabiliter, ejus perſuaſu, amiſit &c.* Illuſtrat locum hunc *Chronicon Montis Sereni*, Edit. Maderi, pag. m. 201. ubi: *In diebus Primi Ottonis Imperatoris, fuit quidam Tidericus*, egregiæ libertatis Vir; *Hic genuit duos Filios: Dedonem, & Fridericum, Comites. In diebus autem Tertii Ottonis Imperatoris, mortuo Bione quodam, Merſenburgenſi Comite, Giſlerus Archi-Epiſcopus Comitatum ejus, qui inter Wipperam & Salam & Saltam &*

Wille-

Digitized by Google

Willebecke fluvios, ſitus eſt, Dedoni acquiſivit. Duxit præterea (Dedo) *Uxorem Thiebergam, filiam Tiderici Marchionis, genuitque ex ea filium, nomine Tidericum. Interfecit autem eundem Dedonem Wernizo* (Werinharius) *Marchio: Filius autem Tidericus, Comitatum Patris, & omne Beneficium, dono Regis obtinuit; Marchia verò Wernizonis, & quicquid à Rege tenebat, Bernhardo Comiti, avunculo Tiderici Marchionis, conceſſum eſt. Accepit itaque Tidericus Comes* (Dedonis & Thiebergæ filius) *Uxorem, filiam Ekkehardi Marchionis, qui in Regia Curte, quæ Police* (Polite) *dicitur, interfectus eſt, Machtilden nomine, ſororem Hermanni & Ekkehardi Marchionis, &, ex Matre, Geronis Marchionis* (Luſatiæ) & paucis interjectis, p. 202: *Fridericus vero Comes, Friderici Comitis Patruus, frater Dedonis, cum non haberet mares filios, ſed tres filias, Hileburg, Civitatem ſuam, eidem Tiderico moriturus dedit, ut, de conſenſu ſuo, quia hæres ejus fuit, prædium omne, quod remanſerat, filiabus ſuis traderet. Obiit autem in eadem Civitate, in ſacra nocte Epiphaniæ Domini. Hujus Comitatum, & ſuper Pagum Suſelitz poteſtatem, prædictus Comes Tidericus, Imperatoris munere, poſt ſuſcepit. Genuit itaque Tidericus Comes hos filios: Fridericum, Dedonem, Thiemonem, Geronem, Conradum, Riddagum, & filiam Hiddam &c.* Conf. *Fabricii Origines Saxonicæ*, lib. V, pag. 517 & 518: *Albinus* l. c. pag. 254 &c. *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 12. En Schema:

Thidericus, ſub *Ottone I.* Imp. clarus.

Dedo I, ab obitu *Bionis*, Comes Merſeburgicus, à *Werinhario* (Wernizone) Marchione jugulatus. Ux. *Thiedburga*, *Thiderici* March. Brandenb. filia.

Fridericus, Comes *Ilenburgicus*, trium filiarum Pater; & Miſniæ Procurator.

Thidericus II, Comes, Merſeburgicus, & Marchio Landsbergenſis, an. 1034. 13. Decembr. in cubiculo interfectus, cujus Uxor, *Mathildis*, filia erat *Ekkehardi I.* Marchionis Miſniæ, *Poldæ*, An. 1002. occiſi, adeoque *Ekkehardi II*, ultimi Gentis ſuæ, ſoror. Hinc nati:

Fridericus. Dedo II. Thiemo. Gero. Conradus. Riddagus & Hidda.

Fata horum liberorum dictum Chronicon l. c. hiſce ſubdit:

Primus filius, Fridericus fuit Præpoſitus Majoris Magdeburgenſis Eccleſiæ, poſtea Magdeburgenſis Epiſcopus &c. Rectè hic monet *Maderus*, in *Genealogia Miſniæ Marchionum*, dicto Chronico præfixa, pag. 61, Eum non *Magdeburgenſium*, ſed *Monaſterienſium* fuiſſe Antiſtitem, an. 1070 clareſcentem, cum *Fridericus*, Magdeburgicus Præſul, Imperante demum *Conrado III.* claruerit, teſte *Chronico Magdeburgico*, apud *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* pag. 329, & *Bucelino*, Part. I. *Germaniæ Sacræ*, in Catalogo *ArchiEpiſcoporum Magdeburgenſium*, pag. 40; Conf. ejusdem *Catalogum Epiſcoporum Monaſterienſium* l. c. pag. 27; & *Henningeſium*, l. c. p. 12. ſed pergit Chronicon *Montis Sereni* l. c. p. 202:

Secundus filius, (Thiderici II. & Mathildis, non *Dedonis I*, ut *Fabricius* l. c. pag. 522. opinatur) *Dedo, Marchiam Hodonis Marchionis* (Luſatiæ) *obtinuit, qui hæredem non habuit. Et duxit Uxorem Odam, Matrem Ottonis, Marchionis de Orlamunde, genuitque ex ea, Dedonem Juniorem, qui in pueritia, per poſteriora confoſſus, interiit, & duas filias: quarum una, Adelheidis, nupſit Erneſto, Marchioni de Bavaria, genuitque ei Luppoldum Marchionem. Altera, Agnes, nupſit Friderico Comiti, peperitque ei tres filios: Adelbertum, ArchiEpiſcopum,* (Bremenſem) *Dedonem & Fridericum, Palatinos Comites, & filiam, Odam, quam Adelbertus quidam Nobilis, cognominatus Seveke de Summerſcheburg, accepit Uxorem &c.* (Conf. ibid. pag. 207.) *Defuncto vero Ottone Marchione* (Luſatiæ) *& Matre ipſius, Oda, prædictus Dedo Marchio, viduam ejus, Adelam, duxit Uxorem. Hæc fuit nata de Brabantia, ex Caſtello, quod dicitur Lovene, erantque fratres ejus, Henricus Comes, & Reiberus. Genuit autem ex ea: Dedonem; Henricum, Marchionem de Hileburg, & Conradum Comitem, qui à Paganis occiſus eſt &c.* Hæc idem Chronicon, pag. 203. Conf præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Thuringiæ*, v. 34. in vita *Eccberti II.* Eſtque hic Idem *Dedo*, qui Avunculo, *Eccardo II*, An. 1046. in Marchia *Miſniæ* ſucceſſit; unde erroneum eſt, quod *Conringius* ad *Lampadium* Part. 3. Cap V, §. 18, pag. 183, ejusque ſequaces, proferunt,

Digitized by Google

Eum jam ab *Henrico Sancto* Miſniæ fuiſſe præfectum, eum, durante vita hujus Imperatoris, *Hermannum*, *Eccardi II.* fratrem natu majorem, Marchiam iſtam rexiſſe, hactenus dicta ſatis teſtentur. Vitam ejus reliquam cognoſces ex *Lamberto Aſchaffenburgenſi*, qui, ad An. 1069, pag. m. 177 & 178. De ejus rebellione adverſus *Henricum IV.* Imp. hæc prodit memoriæ: *Interea* **Dedi**, *Marchio Saxonicus, cum viduam duxiſſet* **Ottonis** *Marchionis* (Orlamundani,) *tertio prius anno defuncti, prædia etiam, quæ ille à diverſis Dominis, beneficii loco, habuerat, ſumma vi nitebatur acquirere; cum nullus daret poſtulanti, indignitatem non ferens, Regi, per quem potiſſimum ſtetiſſet, ne darentur, bellum parabat, crebrisque colloquiis Thuringos ad ſocietatem armorum ſollicitabat; promptum hoc fore ſperabat, eò quod Rex, ArchiEpiſcopum adjuvando in exigendis decimationibus, multum à ſe avertiſſet animos eorum. Incitamentum tamen illi furoris vel maximum erat Uxor ſæviſſima, quæ placito Hominis ingenio, & per ætatem jam manſuefacto, juveniles animos inſpirabat, ſæpius obtundens, quia, ſi Vir eſſet, non inultas injurias acciperet, nec priori marito ejus audacia ſe imparem gereret, quo & virtute, & opulentia ſuperior eſſet &c,* De exitu, pergens l. c. *Rex accepto nuncio, graviter permotus, ingentes copias, & quæ pluribus etiam bellis ſatis eſſent, celerrime contraxit --- dehinc, ubi res matura viſa eſt, infeſto agmine Thuringiam intravit. Duo ibi caſtella, quibus Marchio præſidium impoſuerat,* **Bichelingen & Schidingen**, *alterum per deditionem, alterum manu expugnatum, recepit. Cæteris ilicò admovendus erat Exercitus, ſed Marchio, advertens nullo loco vel munitione ſuſtineri poſſe impetum Regis, inciſa ſpe reſiſtendi, ſe, ſuaque omnia, dedidit &c.* &, paucis interjectis: ***Dedi Marchio***, *aliquandiu habitus in cuſtodia, tandem, adempta poſſeſſionum & redituum non modica parte, dimiſſus eſt. Filius ejus,* ***Dedi Junior***, *Patrem ea tempeſtate infeſtius acerbiusque, quam alius quisquam inſectatus eſt. Ob eam rem exacto bello, ingenti gloria eſſe cœpit apud Regem, egregiæ indolis adoleſcens, niſi ambitionis ſpiritu, & præpropera dominandi cupidine, præceps raperetur. Is, non multo poſt, cum nocte quadam ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet, appoſito extrinſecus inſidiatore, confoſſus in inguine, & occiſus eſt. Quis necis ejus author fuerit, non ſatis conſtat, quanquam dolo novercæ interfectum, vulgi ſermonibus paſſim jactaretur &c.* hæc omnia, totidem verbis confirmat Monachus *Herveldenſis*, apud *Schardium* T. I. *Rer. German.* an. 1069, pag. 388 & 389; add. *Marianus Scotus*, ad an. 1070: ***Dechi Marchio Henrico*** *Regi rebellat &c.* & *Bertoldus Conſtantienſis*, in Append. ad *Hermannum Contractum*, ad Annum 1069, apud *Urſtiſium*, pag. m. 344: ***Dedo, Marchio*** *Saxonicus, Regi* ***Heinrico*** *rebellat; ed poſtmodum coactus ad deditionem venit &c.* & *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici IV*, ad eundem An. 1070, pag. m. 168: ***Teti Marchio***, *non ſine Saxoniæ Principum conſilio, tyrannidem in partes Regias ordinatur, quæ tamen mox cœleſti ſimul & Terrena Majeſtate compeſcitur, ſcilicet Caſtellis ſuis,* ***Bichilingon***, *&* ***Schidingon***, *à Rege deſtructis, filio ſuo æque Militari Viro, à proprio ſervo interempto, ipſoque communi morte in brevi* (anno ſcil. 1075.) *finito &c.* Hucque ſpectare videntur, quæ *Bruno* in Hiſtoria *Belli Saxonici*, apud *Freberum*, T. I. *Rer. German.* pag. 108, memor querelarum Saxoniæ Procerum adverſus Imperatorem præfatum, ſuppeditat: ***Dedi Marchio*** *de prædiis, ad ſe jure pertinentibus, ſibi per injuriam ablatis, fecit querelam &c.* Revera ab Auguſto Eum, in gratiam iterum fuiſſe ſuſceptum, documento ſunt, quæ *Lambertus* ad An. 1075, pag. 213, totidemque verbis *Monachus Herveldenſis*, an. eod. pag. 413, commemorant: *Paucis poſt diebus Moguntiam venit,* (Rex) *ibique occurrit ei* **Ruzenorum Rex**, *Demetrius nomine, deferens ei inæſtimabiles divitias, in vaſis aureis & argenteis, & veſtibus valde pretioſis, petiitque, ut auxilio ſibi foret contra fratrem ſuum, qui ſe per vim Regno expuliſſet, & Regnum tyrannica immanitate occupaſſet. Miſſus eſt protinus à Rege* **Burchardus**, *Trevirenſis Eccleſiæ Præpoſitus, agere cum illo de injuriis, quas fratri intulerat, & commonere, ut Regno, quod injuſtè invaſiſſet, ultrò decederet, alioquin auctoritatem & arma Teutonici Regni propediem experturum fore, Is Legationi huic propterea oportunus videbatur, quod ille, ad quem mittebatur, ſororem ejus in conjugio habebat, & ipſe hac de cauſa apud Regem, ne quid in illum interim gravius decerneretur, ſummis precibus obtinuerat. Ruzenorum Rex* ***Dedi, Marchioni Saxonico***, *cujus ductu eò advenerat, à Rege commiſſus eſt ſervandus, donec Legati reverterentur &c.* Enimverò, eodem adhuc anno, Principem noſtrum exuvias depoſuiſſe mortales, *Lambertus* l. c. pag. 225, & *Monachus Herveldenſis* l. c. pag. 422, teſtantur: *Cumque ſub idem fere tempus,* ***Dedi Marchio***, *longa ægritudine abſumptus deceſſiſſet, Marchiam ejus Boëmico Duci,* (Uratislao) *in præmium exactæ militiæ, dedit, tametſi Uxor Marchionis,* ***Adela***, *filium ſuum,* (Henricum) *cui hæreditaria ſucceſſione Marchia debebatur, Ei paulò ante, pro ſe, obſidem miſiſſet, & ipſe Marchio, poſt recuperatam pacem in* **Gerſtingun**, *intemeratam ſemper, erga Regem Remquepublicam, fidem ſervaſſet &c.* Prius verò quam Bohemum Marchiâ auxiſſet, eandem *Burchardi* cujusdam curæ commiſiſſe Imperatorem, Auctor eſt *Hieronymus Emſerus*, in vita *Bennonis*, Miſnenſis Epiſcopi, Cap. XX, apud *Surium*, 16 Junii, p. m. 236: ***Benno*** *verò neque de vita ſua, neque de captivitate ſolicitus ſolius Eccleſiæ ſuæ caſum inconſolabiliter, & cauſas tantorum malorum tam veriſſime quam breviſſimè*

Digitized by Google

*viſſimè paululum hic deſſebat, eò quod iratus Rex eam ipſam etiam, per **Burckhardum** quendam, ferocem & militaris audaciæ hominem, miſerè vaſtaverat.* Paulo *enim ante id tempus, diem obierat **Dedo Marchio**, relicto **Henrico**, filio adhuc puero, quem Rex obſidem ſecum abduxit, & in Aula Regia educari fecit; dictum vero **Burckhardum Præfectum Miſniæ conſtituit, ut Marchiam interim in fide ſua contineret, donec infans adoleſceret &c.*** Nec ſine fundamento hæc, cum ex *Lamberto* conſtet, Miſniam demum anno 1076 in Bohemum collatam; verb. h. a. pag. 241: *Deo miſericorditer ſaluti Regis proſpiciente, fluvius **Milda**, qui utrumque Exercitum medius dirimebat, effuſis nuper imbribus, vehementer intumuerat, atque omnem tranſmeandi facultatem ademerat: cujus Rex inundatione commodiſſimè pro ſe uſus, non expectata decreſcentium aquarum viciſſitudine, in Boëmiam ſe recepit, maturatoque per Bajoariam reditu, mœſtus ac pœnitens, quod tantos labores in vacuum expendiſſet, **Wormatiam** repedavit; **& quoniam digrediens Duci Boemico Marchiam Miſenenſem, tam ſpectata in arduis rebus fidei præmium, dederat, Ecbertus Marchio**, cujus eadem Marchia erat, filius Patruelis Regis, puer longè adhuc infra militares annos, ubi primum, decreſcentibus aquis, fluvius factus eſt tranſmeabilis, adjunctis ſibi Saxonibus, **Miſſenen** perrexit, omniaque Caſtella, quibus Dux Boëmicus præſidium impoſuerat, admota militari manu, recepit, ſuoſque milites, qui deinceps, contra omnem hoſtium irruptionem, indefeſſi excubarent, impoſuit &c.* eadem proferente *Monacho Herveldenſi*, an. eod. apud *Schardium* T. I. *Rer. Germ.* pag. 433; Ecce, uno eodemque anno Bohemus Marchiam occupavit, iterumque perdidit. *Ecbertum* non pro ſe, ſed in favorem captivi Marchionis *Henrici* pueri, Bohemum Miſnia pepuliſſe, docet *Albinus*, *Chron. Miſn.* Tit. X, p. m. 260. Jam ad reliquos *Dedonis* fratres.

Thiemo (Thiderici II. & Machtildis filiorum tertius) *Comes, duxit Uxorem, **Idam**, filiam **Ottonis**, Ducis de **Northeim**, genuit ex ea: **Dedonem** Comitem, & **Conradum**, & filiam, nominè **Machtildam**, quam **Gero**, Comes de Bavaria, accepit Uxorem, genuit ex ea, **Wichmannum**, ArchiEpiſcopum* (Magdeburgicum) *& **Conradum**; illoque defuncto, accepit eam **Ludewicus**, Comes de **Bavaria**, præter* (Pater) ***Ludowici**, Abbatis Merſenburgenſis, & **Ludowici** Comitis, Patris **Conradi** Præpoſiti &c.* Hæc ex *Chronico Montis Sereni*, pag. 203, quod pag. 39, ad ann. 1171, dictos *Dedonem* & *Conradum*, Montis Sereni Eccleſiæ Fundatores celebrat, verb: ***Thiemo*** (Diterici filius) *genuit **Dedonem** Comitem, & **Conradum** Marchionem, Eccleſiæ Sereni Montis Fundatores &c.* Quæ, pag. 204. latius perſequitur, de *Dedone*, addens: *Dedo, filius **Thiemonis**, duxit Uxor[illegible] **Bertham**, filiam **Wiperti de Groitz**, genuitque ex ea filiam, nomine **Machtildem**, quæ nupſit Comiti **Rabodoni**, Bambergenſi Advocato. Idem **Dedo** Eccleſiam in honore B. Petri, Apoſtolorum Principis, initiavit, quam præventus morte, fratri ſuo, **Conrado**, conſummandam reliquit &c.* De hoc *Conrado*, Marchione Miſniæ, mox dicam plura.

Quartus Filius (Thiderici II. & Machtildis) ***Gero**, Comes, duxit **Bertam**, viduam cujuſdam **Popponis**, genuitque ex ea tres filios: **Tidericum** Comitem, & **Willehelmum** Comitem de **Camburg**, & **Guntherum**, Zeicenſem Epiſcopum, & filias, **Willam**, Abbatiſſam de **Gerbarſtide**, & **Thieburgam**, Præpoſitam de **Gerenrode**. Hujus **Popponis** frater fuit **Cuno** Senior de **Wippera** &c.* Hæc idem *Chronicon*, p. 203.

Quintus filius (Thiderici II. & Mathildis) ***Conradus**, duxit ſororem **Tiderici Senioris de Kathelenburg**, quæ **Othilhildis** dicebatur, peperitque ei filiam, **Bertradam**, quam **Beringerus** Comes, frater **Ludowici**, Comitis Senioris de **Thuringia**, accepit Uxorem, genuitque ei filium, **Conradum**, & filias quatuor &c.* Ex eodem Chronico, p. 203.

Riddagus (ſextus eorundem filius) *mortuus eſt ſine liberis.* Idem *Chronicon*, p. 204.

Hidda (ſex horum Principum ſoror) *nupſit Duci Bohemico, & genuit **Guntherum** Patriarcham, & Matrem **Wichmanni de Cella** &c.* Hæc ex eodem Chronico, p. 204.

*(6) **Henricus I**,* hæres quidem legitimus defuncti Anno 1075, Parentis, *Dedonis II*, erat, quoniam verò à Matre, ceu modò dictum, Imperatori obſes datus fuit, & in Aula Cæſarea, ſub *Eberhardi*, Ellenburgii Comitis, cuſtodia, una cum Stadenſium Marchionis, *Udonis*, fillo, ibidem detento, educatus, committebatur primum Marchionatus *Miſniæ* adminiſtratio *Burchardo* cuidam; Anno ſequenti, tradita, ab Imperatore, in militiæ præmium, ***Vratislao*** Bohemo Provincia. Quibus artibus, eodem anno, ambo juvenes in libertatem ſe vindicaverint, & ab ArchiEpiſcopo Moguntino, ad quem cuſtodibus illudentes confugerant, domum ſint remiſſi, fuſè apud *Lambertum* an. 1076, pag. 242, & *Monachum Herveldenſem*, an. eod. pag. 434, & *Fabricium* l. c. pag. 525 & 526, legi poteſt. Num Marchia, quà *Ecbertus* eodem tempore, (ut præc. Vita *Dedonis II*, v. 5. auctoritate vete-

Digitized by Google

veterum probavi) Bohemos iterum pepulit, *Henrico* noſtro ſtatim fuerit reddita? expeditum non eſt; *Albinus* l. c. pag. 260, exiſtimat, *Ecbertum*, in favorem Principis noſtri, intuliſſe Bohemis arma, ibi: *Demſelben* (Henrico) *hætte* Eckebrecht *der* II, *Marggraffe zu Sachſen und Tyringen, des Keiſers Ohme, gerne wieder zu ſeinem Lande geholffen, ſonderlich im 1075 Jahr, darinnen der Kayſer das Land zu Meiſſen abermahl geplündert, und die Statt Meyſſen noch ſtærcker beſetzt; Zu welchem Fürnehmen dann dem* Ecberto *etliche Sechſiſche Herren zu helffen geneigt, ſind aber damals, durch der Mulda jelinges Anlauffen, verhindert worden. So bald dennoch das Waſſer gefallen, hat* Eckebrecht *den Behmen und ſeine Beſatzung aus Meyſſen geſchlagen, dazu Ihm ſonderlich die Graffen von Brena, Ditterich und Wilhelm, ſo damahls im Elende geweſen, und dem Keyſer groſſen Widerſtand gethan, tapffer geholffen &c*, *Lambertus* verò, ad An. 1076, (verbis præced. v. 5, occurrentibus,) *Ecbertum* Marchiam ſibimet ipſi vindicatum iviſſe tradit. Minimùm, ***Henricum Marchionem*** teſtem offendo in diplomate *Henrici* Imperatoris, quo, ſub dato *Quidelinburg*, 2. Id. Junii 1085, donationem Villæ *Nindorp*, à *Friderico*, Comite Palatino, Gozecenſi factam Ecclesiæ, ratam habet, teſte libro de *Fundatione Monaſterii Gozecenſis*, *Chronico Montis Sereni* annexo, pag. m. 218; ibi: *Hujus rei teſtes ſunt:* ***Hinricus Marchio, Udo Marchio, Fridericus*** *Comes &c.* Hinc *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Henrici IV.* Imp. ad annum 1103, obitus ejus memor: ***Heinricus Marchio***, *Vir ſui temporis in Saxonia Præpotentiſſimus, obiit &c.* Unde patet, avitam Marchiam omninò eum recuperaſſe: nec aliud innuit *Hieronymus Emſer*, in vita *Bennonis*, Miſnenſis Epiſcopi, Cap. XXX, apud *Surium*, 16 Junii, pag. 239 & 240: *Erat idem* ***Marchio*** (Henricus, Dedonis filius) *Regi Henrico admodum devotus, eò quod apud Eum à puero educatus eſſet. Cumque idem Rex, capularis jam ſenex, novos iterum in Imperio motus ſuſcitans, decidua jam dudum cornua rurſus in Cœlum erigeret: à proprio filio carceri mancipatus, pollutam multo ſanguine animam, contra Poëtæ ſententententiam, ſicca tandem morte ad inferos deſtinavit.* ***Marchio*** *autem præfatus, quoniam, Apoſtolicam Sedem & Eccleſiaſticas cenſuras contemnendo, Regi plus juſto complacere vellet, nec etiam ab Eccleſiæ Misnenſis bonis, jam olim à Rege ablatis, abſtineret, aut ea dictæ Eccleſiæ, utcumque admonitus, reſtituere intenderet: cumque quadam vice, à Divo* ***Bennone***, *ob hoc gravius argueretur, nec ratione objecta poſſet diluere: ira tandem percitus, nihil cano capiti, nihil ſacro ordini deferens, Venerabilem Senem dura percuſſit alapa: cui pius Pontifex, non ſuæ quidem injuriæ memor, ſed cœleſtis ſententiæ ſpiritu revelante edoctus, futurum prædixit, ut, anno ſequente, eodem die, admiſſi ſceleris pœnas daturus eſſet. Nec dicto fides abſuit. Circumacto enim anno, cum dies ultioni dicta ad veſperum jam inclinaſſet,* ***Marchio***, *qui duro corde facinoris tanti nedum ullam egerat pœnitentiam, verum etiam ludibrio habens Sancti Viri præſagium, ad Conſiliarios ſuos converſus - - -* ***En***, *inquit,* ***dies, quem atrum nobis Benno futurum interminatus fuerat***, *ſine noxa adeſt - - - itaque adhuc loquens, ſubitò inevitabili Dei judicio, non placido, ut antea, ſed torvo terribilique vultu, eum* (Bennonem) *ad Orientem, pœnasque poſcentem, videre viſus eſt, erat enim paulo antea vita functus, ſuos igitur, ut ſuppetias illi ferrent, quoniam divus Benno eum impeteret, fruſtra precatus, in genua concidens, ſubitanea morte periiſſe dicitur &c.* Quamvis falſum ſit, quod de termino vitæ Marchionis (reliqua de alapa, *Bennoni* impacta, & vaticinio ſubſecuto, ne tangam) hic profertur; tradit enim *Emſerus*, Cap. XXXI, p. 240, *Bennonem* anno demum 1106, obiiſſe, ibi: *Obiit autem* (Benno) *16. Kal. Julii, anno ſalutis MCVI, ætatis XCVI, Epiſcopatus vero 40*; quomodo itaque Marchio defunctum Epiſcopum ad Orientem, pœnasque poſcentem, torvo terribilique vultu videre potuit? eum jam anno 1103, ut *Conradus Urſpergenſis* l. c. & *Fabricius* l. c. pag. 526, docent, deceſſerit; corrigendo hinc ſimul *Albino* l. c. pag. 261, ſcribente: *Gleichwohl achte ich, habe* Heinricus, *nach dieſer Zeit, die Marck zu Meyſſen wieder einbekommen, denn er im 1105. Jahr, das iſt, ein Jahr für ſeinem Todt, wie* Emſerus *ſchreibt*, *Biſchoff* Bennoni *ſol eine Maulſchel, auf der Schloßbrücken, gegeben haben, wegen des, daß* Benno *von dem Marggrafen die Geiſtlichen Güter, ſo der Kayſer dem Stifft enzogen, wieder begeret &c.* eademque pag. 265. repetente. Conjugis Familiæque Ejus meminit *Chronicon Montis Sereni*, p. 203: *Idem* ***Marchio Henricus*** *genuit, ex* ***Gertrude***, *quæ erat de* ***Brunſwig, Marchionem, Henricum Juniorem.***

(7) ***Henricus II.*** hic dura habuit initia. Ut enim poſt fata demùm Parentis in lucem editus, *rumor de Matre ejus improbus paſſim differebatur, ipſam verè non eſſe gravidam: quem, ut falſum argueret, & ignominiam averteret, Matronis aliquot Nobilibus, & Mariti defuncti Conſiliariis honeſtioribus, ventrem nudatum oſtendit. Nato jam infante, novam adverſarii ſpargebant calumniam, ſuppoſitum videlicet eſſe coci filium, cum ipſa filiam fuiſſet enixa.* Hæc *Fabricius* l. c. pag. 527, conſentiente *Albino*, l. c. pag. 265 & 266. Hac rerum facie, ab exceſſu *Henrici I*, Marchiam commiſiſſe videtur *Henricus IV.* Imp. ***Wicberto***, Groizenſium Regulo, ad quem etiam anno 1105, confugiſſe legitur, reſtaurata Filii rebellione, ſi fides *Conrado Urſpergenſi*, ad h. a, pag. 187 habenda: *Audiens interim Rex* (Henricus V.) *Patrem ſuum, apud Wig-*

Wigbertum**, quendam Illuſtriſſimum & Prudentiſſimum Virum, **qui partibus in illis, quas Sorabi inhabitabant, principabatur**, eſſe repertum &c.* Conf. *Coſmas Pragenſis* ad An. 1123: *Imperator, **Quartus Henricus**, prædicti **Deda** Marchionatum, putans hærede deſolatum,* (mortuo Henrico I.) *dederat **Wigberti** ſub potentiam. Sed erat in Saxonia quidam nomine **Conradus**, ex tribu ejuſdem **Deda** natus, ad cujus manus jure pertinebat ille Marchionatus &c.* & *Albinus* l. c. pag. 261; *Wiewohl aus andern auch bewuſt, daß Graff Wiprecht zu Groitzſch ſich in demſelben 1105. Jahr, einen Marggraffen zu Meiſſen geſchrieben &c.* & paucis interjectis: *Nach dieſes* Henrici I. *todt aber, iſt glaublich, daß Graff Wiprecht des Marggraffthumbs Meyſſen alſobald mæchtig worden, und daſſelbe innen behalten, bis auffs 1123. Jahr, in welchen er, von Heinrichen dem Jüngern, mit Hulff Hertzogen Lotharii zu Sächſen, vertrieben worden, und eben daſſelbe Jahr auch geſtorben.* Hæc ultima verò non ſatis accurate dicuntur, cum *Henricus Marchio* jam anno 1119, in diplomate *Henrici V.* Imp. 12 Kal. Febr. *Goslariæ*, quo Monaſterium *S. Georgii* in Monte ibi exſtructum, ſylvâ *Aal* auctum, apud *Heineccium*, lib. I. *Antiquitatum Goslarienſium*, ad h. a. pag. 116, teſtium numero occurrat; De diſſidio, inter Eum, & *Conradum* agnatum, exorto, inquit dictum *Chronicon Montis Sereni*, pag. 204: ***Henricus** autem **Junior**, **Marchio de Ilenburg**, **Conradum**, fratrem prædicti **Dedonis (Thiemonis filium) *orto inter eos bello, captivavit, & lecto ferreo in **Kirchberg**, multisque malis, oppreſſit. Poſt mortem autem **Henrici**, captivitate ſolutus, anno 1127. liberalitate **Luderi** Imperatoris, **Marchiam Miſnenſem** ſuſcepit &c.* Cauſam exponit *Albinus* l. c. pag. 265 & 266, quod ſcil. *Conradus Henricum* pro ſuppoſito, filioque coci cujuſdam, habuerit: *Derwegen auch* Conradus *Ihn* (Henricum) *etlichmahl eines Kochs Sohn abweſend geſcholten, und ſind alſo an einander gerathen, daß* Heinricus Conradum *überzogen, gefangen, und zu Kirberg in ein eiſern Bette gelegt, wie in der alten Meiſſniſchen Chroniken zu ſehen. Und dieſer Krieg, wie gemeldet, iſt im 1126. Jahr geſchehen, darauf auch* Heinricus *daſſelbe Jahr geſtorben &c.* quamvis rurſus tempus ejus obitus perperam anno 1126. vindicetur, cum ſequenti demum 1127, ut verbis *Chronici Montis Sereni* modò probavi, abierit ad plures. Surrogatus itaque ei, ceu jam vidimus, in Marchia Miſniæ,

(8) ***Conradus**, Thimonis* & *Idæ* filius, compedibus diu ab Agnato Prædeceſſore detentus, nec niſi ab ejus obitu iis ſolutus, utut, in ſolatium quaſi, conſervandoque Familiæ *Dedonis* acquiſito ſemel ſuccedendi jure, à *Lothario* Imp. an. 1127, declaratus ipſius in *Marchionatu Miſniæ* hæres & ſucceſſor; quæ citata *Chronici Montis Sereni* verba clara reddunt, quibus p. 204, immediatè ſubjicitur: *Cui etiam **Luſicenſem**, quæ **Orientalis** nunc dicitur, idem Imperator poſtmodum conceſſit:* anno ſcil. 1136, extincto *Henrico*, de quo *Chronographus Saxo*, ad h. a. pag. 293, & *Chronicon Montis Sereni* an. eod. pag. 14, verbis ſeq. §. 14, lit. e, occurrentibus, evolvantur, (quamvis in poſteriori Chronico pag. 205 & 206, *Henricus* Marchio Anno 1135, extinctus dicatur, ibi: ***Wipertus Marchio**, Pigavienſis Eccleſiæ fundator, cujus filiam **Dedo** Comes duxerat, Anno 1124. XI. Kal. Junii, moritur, relinquens hæredem, **Henricum Marchionem**. Quo ſine hærede mortuo, An. 1135, 2. Kal. Januarii, Imperator **Marchiam** ejus, quæ **Orientalis** dicitur, **Conrado Marchioni** conceſſit, cui etiam **Miſnenſem** prius conceſſerat &c.)* Conf. *Chronicon Lauterbergenſe*, ad An. 1127, ejusque ſupplementum *Meibomianum*, pag. 204, unde ſua Dn. *Schurtzfleiſchius*, cit. Diſſert. de *Marchia Miſnenſi*, in fine, pag. 14. In diplomate *Conradi III.* Imp. quo, ſub dato *Franckenevort*, 1147. Monaſterium Virginum *Keminade* Monaſterio Corbejenſi collatum, apud Dn. *Paullini*, Diſſert. XI, de *Monaſterio Virginum Keminadenſi* pag. 104, & Dn. *Tolnerum Cod. Diplomat. Palat.* §. 54, pag. 48, audit: *Marchio de Witin;* verba præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, v. 3, ad An. 1147, pag. 63. habentur. Eodem titulo compellat eum *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. 84, §. 2, pag. m. 195 & 196, mentione facta Civilis belli Danici, inter *Suenonem, Canutum* & *Waldemarum*, fugæque *Suenonis* An. 1153. in Saxoniam; *Quia* (Sueno) *non habuit vires confligendi, cum Uxore & familia ſua fugit ad mare, & transfretavit in **Aldenburg**. Quo recognito, Comes **Adolfus** vehementer extimuit eventum, Virum ſcil. Potentiſſimum, cujus frenum in maxillis Populorum omnium Borealium Nationum, repetente dejectum. Cupienti ergò tranſire per Terram ſuam, multam exhibuit Comes humanitatem, divertitque in Saxoniam, ad **Socerum Suum, Conradum, Marchionem de Within**, & manſit illic annis ferè duobus &c.* Familiam Ejus depingit *Chronicon Montis Sereni*, pag. 204 & 205: ***Conradus** itaque, **Miſnenſis & Orientalis Marchio**, accepit Uxorem, **Lucardem**, filiam cujuſdam Nobiliſſimi de **Suevia**, nomine **Alberti**, quæ peperit ei hos filios: (1) **Henricum**, qui in pueritia obiit; (2) **Ottonem, Miſnenſem Marchionem**, (3) **Tidericum, Orientalem Marchionem**; (4) **Dedonem**, Comitem de **Rochelitz**, (5) **Henricum**, Comitem de **Witin**, (6) **Fridericum**, Comitem de **Brene**. Filias quoque genuit ſex, quarum tres **Gerberſtatt** Monachas fecit; O-*

dam

dam, & *Bertam*, *Abbatiſſam Gerberſtadenſem*; *Agnetem*, *Quiddelinburgenſem Abbatiſſam. Quarta nupſit Palatino Rheni*, ***Gertrudis***, *quæ, Viro defuncto, Chriſtum hæredem faciens, Eccleſiam, in honore* ***Theodori***, ***Bamberg*** *conſtruxit, ibique monialibus Deo famulantibus ſe ſocians, in ſancta converſatione vitam finivit. Quinta*, ***Adela***, *copulatur Danorum* ***Suenoni***, *qui genuit ex ea* **Luccardam**, *quam duxit* ***Bartoldus***, *Marchio de* ***Bavaria*** ----*occiſo à Danis* ***Suenone***, *viduam ejus* ***Albertus*** *Comes*, ***Alberti*** *Marchionis filius, duxit Uxorem, genuitque ex ea* ***Gertrudem***, ***Waltheri de Arnſtein*** *conjugem. Sexta*, ***Sophia***, *nupſit* ***Gebehardo***, *Comiti de* ***Bavaria***, *filio ſororis* ***Luderi*** *Imperatoris &c.* His annectit: ***Conradus*** *igitur* ***Marchio*** *Eccleſiam, à fratre ſuo inchoatam, in honorem B. Petri, in* ***Sereno monte*** *à fundamentis erexit, largisque ſuæ proprietatis prædiis ditatam, in jus & proprietatem Romanæ Eccleſiæ tradidit, & Clerum Canonicorum Regularium ibi Deo famulaturum inſtituit. Quibus & ipſe omnibus mundi pompis ex integro renuncians, pauper pauperibus, pro veris divitiis aſſociatur, 2. Kal. Decemb. converſus, & in ipſo anno, Non. Febr. defunctus. Moritur autem anno 1156, à* ***Wichmanno***, *Magdeburgenſi ArchiEpiſcopo*, & ***Bolone***, *Havelbergenſi Epiſcopo, præſentibus filiis ſuis &* ***Alberto*** *Marchione, pluribusque liberis & Miniſterialibus, condignè in Eccleſia B. Petri ſepelitur &c.* Annum ſequentem ponit *Chron. Stederburgenſe*, apud. *Meibomium*, T. I. *Rer. German.* pag. 454, ubi, ad Annum *1157*: ***Conradus Marchio*** *obiit &c.* Ita quoque *Chytræus*, in *Chronico Saxonico*, p. 53. Edit. Lipſ. 1593. Cæterum, ejusdem liberorum quorundam meminit etiam *Albericus*, Monachus trium fontium, ad An. 1196, p. m. 407: ***Marchio Conradus Miſſenſis*** *in Saxonia, verſus Poloniam, quatuor genuit filios, ſcilicet* ***Ottonem***, ***Theodericum***, ***Teconem***, & ***Henricum***. *De* ***Ottone*** *ſufficit dicere, quod ipſe fuit Pater* ***Theoderici***, ***Marchionis Miſſenenſis***. ***Teco*** *autem, tertius filius, duxit ſororem ArchiEpiſcopi Colonienſis*, ***Philippi***, *de qua genuit* ***Marchionem de Lanzberg***, *nomine* ***Conrardum***, & *ſororem ejus*, ***Aalix***, *quæ Duci* ***Bertholdo*** (Ottoni) ***Merania***, *quatuor peperit filios, videlicet: Ducem Meraniæ*, ***Ottonem***; ***Henricum***, *Hiſtriæ Marchionem; Epiſcopum de Bavenberg*, ***Angelbertum***, & *unum ArchiEpiſcopum Colocenſem in Hungaria*, ***Bertholdum***, *qui fuit Patriarcha Aquilejæ, poſt* ***Volferum*** *Patavienſem*, ***Leopoldi*** *ſucceſſorem; ſimiliter peperit quatuor filias, iſtorum videlicet germanas, quarum una fuit Abbatiſſa, reliquæ tres ita Terram partitæ ſunt, quod ſcil. una fuit prædicta* ***Agnes*** (Maria) *Franciæ Regina; ſecunda fuit* ***Gertrudis***, *Uxor* ***Andreæ***, *Regis Hungariæ; tertia Duciſſa in Polonia, quam habuit* ***Henricus***, *Dux* ***Vrieſcelaviæ*** *&c.* De obitu ***Dedonis*** (qui Alberico Teco audit) inquit *Paulus Langus*, in *Chronico Citizenſi*, ad An. 1189. apud *Piſtorium*, pag. m. 789: *Circa hæc tempora* ***Dedo*** *quoque, frater prædicti* ***Ottonis***, *creditur obiiſſe; qui per multos annos, noſtri Monaſterii Advocatus & Defenſor fuerat Strenuus, qui & Comes & Marchio nuncupatur, in Privilegiis, & alibi, ſecundum quod per tempora Caſtra ſortitus eſt & Provincias. Habitavit autem in* ***Rochlitz*** & ***Greyz***, *quæ, cum attinentiis ſuis, poſſedit &c.* De Conrado magno hoc vide ſis *Frid. Wideburgi Orig. & Antiqu. Marggraviatus Miſnici*. §. XVIII. p. 118. ſqv.

(*9*) ***Otto***, cognom. *Dives*, *Conradi* & *Lucardis* filius, Parentem in Marchia excepit. Ceu ex *Alberico* l. c. & *Chronico Montis Sereni* l. c. modò probavi; firmiusque adeſt teſtimonium, Diploma ſcilicet *Friderici I.* Imp. 15. Cal. Februar. 1157. Ratisbonæ, datum, quo Bohemiæ Regibus facultas *geſtandi*, certis diebus feſtis, *Circuli*, ſeu Coronæ, exigendique à Polonis cenſus olim conſueti, conceditur, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. Continuationis I. *des Reichs-Archivs, in der Erſten Fortſetzung*, §. 1. pag. 1, ubi inter teſtes: ***Albertus***, Marchio Saxoniæ; *Otto*, ***Marchio Miſnenſis***; ***Otto*** & ***Fridericus*** *Comites Palatini &c.* Ecce, ab obitu ſtatim parentis, *Marchio Miſniæ* appellatur. De conjuge Ejus & liberis hæc extant in *Chronico Montis Sereni*, pag. 206: ***Otto***, ***Miſnenſis Marchio***, *duxit Uxorem*, ***Heidwigem***, ***filiam Alberti***, *Marchionis de Saxonia, ex qua genuit filios:* ***Albertum*** & ***Tidericum***; & *filias:* ***Adelam*** & ***Sophiam***. ***Sophia*** *nupſit* ***Olrico***, *Duci Bohemorum.* add. *Albinus*, *Chron. Miſn.* Tit. XXII. pag. 589, memor obitus Ejus: *Neben Ihm*, (ſepulta jacet in Veteri Cella) *ſein Gemahl*, Hedwig, *eine Tochter* Alberti Urſi, *Marggraffen zu Brandenburg &c.* & *Fabricius*, lib. V. *Originum Saxonicarum*, pag. 555. in ejusdem vita: *Uxor Ejus*, ***Hedvigis***, ***Alberti***, *Electoris Brandenburgii, filia, quæ peperit:* ***Albertum***, & ***Ditericum***; *item* ***Sophiam*** & ***Adelam***; ***Sophia*** *primum nupta fuit* ***Ulrico***, *Duci Boëmiæ, ex quo genuit* ***Agnetem***, *Gerbſtetenſem ſacerdotem: deinde Burggravio Ratisbonenſi.* ***Adela*** *nupta* ***Premiſlao***, *Boemiæ Regi, quam, ut Cellenſes Annales tradunt, ipſe repudiavit, prætextu propinquitatis, cum ex ea genuiſſet* ***Vratiſlaum***, & *filias tres; unam, nuptam Regi Daniæ; alteram* ***Henrico***, *Comiti Ortenburgio, tertiam Sacerdotem maximam Gernrhodenſem, quæ inter Divas ibidem fuit numerata &c.* Bellum, inter *Ditericum*, *Ottonis* filium, & *Primiſlaum*

mislaum Bohemum, dicti repudii ergo geſtum, exponit idem, l. c. in vita *Diterici*, pag. 563 &c. Præclarè geſtis *Ottonis* noſtri annumerandum, quod anno 1162. Eccleſiam *Veteris Cellæ* fundaverit, qua de fundatione Vetus ſcriptura tabulæ cujusdam in choro Sacelli ibidem, ante Summum Altare, ad ſiniſtram, hæc continet: *Nach GOtts Geburt MC, in dem LXII. Jar, iſt geſtifftet das Cloſter,* (Celle) *in der Ehre* S. Marie, *der Himmels Künigin, und* S. Johannis *des Evangeliſten, von dem Durchlauchtigſten Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn* Otten, *Marggrafen zu Miſſen, und in dem Oſterlande, der geſtorben iſt, nach Chriſti Geburt, MC, und in dem LXXXIX, an dem XII. des Mertzen, und hierinnen im Chor begraben leidt &c.* Conf. *Albinus*, l. c. pag. m 588 & 589: *Dieſes Kloſter zur Alten Cell in Meiſſen, hat von Grund auf gebawet, und geſtifftet, ſo wohl als auch die Pforten, bey Naumburg, Marggraff Otto, der Reiche genant,* Conradi Magni *Sohn, welches er angefangen im Jahr 1162. und hat ſolches verbracht im Jahr 1175 &c.* nec aliter Idem, in *Chronico Metallico*, pag. 122; add. *Laurentius Fauſtus, Geneal. Saxon.* pag. 122; *Schneiderus, Chron. Lipſ.* pag. 87; *Laurentius Peckenſteinius, de Marchionibus Miſniæ*, pag. 6. aliique Dn. *Chriſtiano Schlegelio*, de *Cella Veteri*, §. 5, pag. 11 & 12. laudati, rectè ſimul rejicienti *Georgii Fabricii*, l. c. pag. 557. *Reuſneri, Geneal. Wittikind.* p. 37; *Layritii*, in Palmeto, p. 208, aliorumque, ſententiam, *Lazio* lib. IX. de *Migrationibus Gentium*, & *Gabriele Bucelino*, Part. 2. *Germaniæ Sacræ*, voc. *Veteris Cellæ*, pag. m. 88, eandem fundationem anno 1180. vindicando, adhuc magis errantibus; ipſo *Friderico I.* Imperatore, Diplomate *Laudæ* 4. Kal. Mart. 1162. dato, confirmante donationem Principis Noſtri, *Ottonis*, octingentorum manſorum, ad radices Sudetum ſilorum, dicto Cœnobio factam, apud Dn. *Schlegelium* l. c. §. 6, pag. 14 & 15: *Cognoſcant omnes Imperii Noſtri fideles, tam futuri, quam preſentes, qualiter Dilectiſſimus Princeps Noſter, Otto, Marchio Miſſinenſis, Noſtram Imperialem Magnificentiam adierit, & Noſtram Clementiam, pia ac ſedula petitione, exoraverit, ut Abbatiam illam, quam ipſe predictus Marchio, in Marchia ſua, ſub Regula B. Benedicti, ad honorem B. Marie Virginis, inſtituit, & conſtruxit, auctoritate Noſtra, liberam redderemus, &, ut octingentos manſos, qui Franconica lingua, Lehen appellantur, in Provincia, que dicitur Dalminze, in Epiſcopatu Miſſinenſi, quos idem Marchio, à Nobis & ab Imperio, in beneficium habebat, quos etiam ipſe, ſuis ſumptibus, exſtirpari fecit, & in culturam redegit, videlicet in nemore illo, quod eſt inter predictam Provinciam, & Boëmiam, ad Meridionalem Plagam Orientalis Milde, in Burchwardo Mochowe, predicte Abbatie conferremus, & noſtro privilegio ei confirmaremus - - - - adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hec ſunt: Reinaldus, Colonienſis ArchiEpiſcopus - - - Teodericus, Marchio, Frater Marchionis Ottonis &c.* A filio, *Alberto*, captivitate Eum aliquando fuiſſe detentum, in vita *Alberti*, mox demonſtrabo. Bellum, quo flagrante, à *Ludovico*, Landgravio Thuringiæ, Victore, primum *Mersburgi*, deinde in arce *Wartberg*, cuſtodibus fuit commiſſus, poſtea verò, mediante Imperatore, *Friderico I*, initaque Ann. 1183. transactione *Fuldenſi*, in libertatem iterum vindicatus, deſcribit *Fabricius*, lib. V. *Annal. Saxon.* pag. 557 & 558; Conf. *Henningeſius* Part. 2, *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 14. Obiit tandem Marchio noſter, Anno 1189, 18. Febr, teſte *Chronico Montis Sereni*, ad h. a. pag. 54: *Otto, Miſnenſis Marchio, obiit XII. Kal. Martii, primusque Fratrum ſuorum, contra fidem, Patri datam, videlicet, ut in Eccleſia Sereni Montis omnes ei conſepelirentur, in Eccleſia Ciſtercienſis Ordinis, cujus ipſe fundator fuit, quæ Cella dicitur, ſepulturam accepit &c.* Conf. *Pauli Langi Chronicon Citizenſe*, an. eod. p. 789; *Otto, Marchio Miſnenſis, obiit, & in Monaſterio Veteris Cellæ, quod ipſe fundaverat, honorificè ſepelitur, relinquens poſt ſe duos filios, Theodericum & Albertum &c.* & præfata vetus inſcriptio; *Albinus, Chron. Miſn.* Tit. XXII, pag. 589: *Sind die Fürſten drein* (in Cœnobio Veteris Cellæ) *begraben, erſtlich: der Stiffter Marggraff* Otto, *welcher geſtorben, im Jahr 1189. den 18.* Februarii, *ungefehrlich ein Jahr und 12. Wochen, nach ſeiner Entledigung, aus des Sohns Gefengniß; Sein Grab iſt mitten in dem Chor geweſen &c.* *Fabricius* l. c. p. 559. *Henningeſius* l. c.

(10) *Albertum*, Parenti *Ottoni* in Marchia ſucceſſiſſe, documento eſt Diploma *Henrici VI.* Imperatoris, ſub dato *Merſeburg*, 6 Idus Decembr. 1192, quo *Bozavienſi* Cœnobio privilegium, ſuper inſtitutione Eccleſiæ *Zwiccovienſis*, cum duobus manſis, nec non decimatione telonii ibidem, confirmat, apud *Paulum Langum* l. c. ad h. a pag. 791; ubi inter teſtes: *Otto, Marchio de Brandenburg; Albertus, Marchio Miſnenſis, Conradus Marchio de Landeſperg &c.* add. *Chronicon Montis Sereni*, p. 57: *Albertus Marchio, filius Ottonis, audito, quod Pater ſuus partem pecuniæ, in Cella repoſitam, moriens dimiſiſſet, ad locum venit, pecuniamque ipſe à Monachis exegit. Erant autem Marcæ CCC millia, de juſtis omninò proventibus, & quæ nihil iniqui mammonæ admixtum habebant, quas Marchio, pro remedio animæ ſuæ, Eccleſiis Dei deputaverat diſtribuendas. Monachi verò reſponderunt: ſe depoſitum illud, ad quod prædictum eſt, conſervandum in fide ſuſcepiſſe, nec poſſe id tradere ad*

quodlibet inde faciendum, quin potius cum ipſo ad ejus aſylum velle confugere, cujus erat cuſtodiæ deputatum. Hoc dicto, pecunia tota in Altari Dei Genitricis poſita, eventum rei ſoliciti expectabant. Marchio vero, neglecta tantæ cuſtodis rererentia, ablatis omnibus, diſceſſit. Nec mirum, ſi mortuo Patri violentus extitit, quem vivum non timuit captivare. Nec etiam Fratri pepercit, ſed in bonis partis illius violentus exiſtens, paulatimque eum à caſtris, quæ ipſorum erant communia, excludens, exhæredare eum modis omnibus conabatur &c. Quæ de ablatione argenti hic dicuntur, confirmat Vetus Chronicon Miſnenſe, quamvis longè minori ſumma: Nach dem Todte dieſes Otten, ward ſeinem Sohn geſagt, daß ſein Vatter drey Tauſend Marck Silbers in einem Altar gen der Zell (Altenzell) hett laſſen vermawren, die foddert er von den München, aber ſie ſagten, daß ſolches ſein Vatter zu dem Cloſter gegeben hætte. Er kehrt ſich nicht daran, legt ſeine Hand mit Gewalt an den Altar, gleich als an ſeinen Vatter, nahm das Silber hinweg &c. idem tradit Albinus, Chron. Metall pag. 13; &, ex Annalibus Lauterbergicis, Fabricius, lib, V. Annal Saxon. ad Ann. 1183. pag. 558: Otho majorem natu filium imperio poſt ſe deſtinat, & potiorem Ditionis partem teſtamento legat: altari certos reditus conſtituit, & Comitem Weiſenvelſii facit. Mater verò, propenſiore in juniorem animo, quod alterius fotaſſe atrox & crudele ingenium perſpexerat, marito perſuadet, ut mutet voluntatem: qui obtemperans Conjugis conſilio, dignitatem in natu minorem transfert. Quam rem cum Alberto Bernardus Brandeburgius avunculus enunciaret, &, ne quid eripi ſibi pateretur, inſtigaret; adoleſcens, quæſita occaſione, Patrem intercipit, & in Caſtrum Dibenum, non procul à Grima, ducens (alii Dibenum intelligunt prope Ileburgum) primi ab eo teſtamenti exigit confirmationem, quod Pater, certis cauſis ſe non poſſe facere aſſeverat. Adhibuit igitur, qui obſervarent ipſum, honeſtos cuſtodes, è quibus unus fuit Conradus, Dedonis, Comitis Rochlitii. filius; unde Dedonem, Othonis fratrem, conſcium ejus conſilii fuiſſe, ſuſpicio fuit. Imperator, ut factum audivit, animo iniquo fert Alberti violentiam, eique mandat, ut primo quoque tempore libertatem Patri reddat: Othonem verò hortatur, ut, dolore diſſimulato, redeat cum filio in gratiam. Omninò autem de Alberto impio publicè pœnam ſumpſiſſ~t, & Patrem armis eripuiſſet, niſi fuiſſet difficilioribus Imperii negociis implicitus: filio tamen ſuo, Henrico, mandata relinquit, ne inultum patiatur ingratum adoleſcentis & contumax factum. Itaque Pater dimittitur; quamvis ejus theſauri, quos plurimos è metallis collegerat, jam diſſipati à filio & dilapidati eſſent. Cum autem concordiam, inter ſe & filium, improbè & ſubdolè eſſe factam, Otho intelligeret, eam reſcindit, filiumque ulciſci ſtatuit: quam ob rem cum arma utrinque gliſcerent, Ditio vaſtata eſt &c. & pag. 559. in vita Alberti: Cum Pater ejus (Otto) duo millia pondo argenti in Cella, vel in Eccleſiæ pauperumque, vel in Patriæ uſum, depoſuiſſet, Albertus eam pecuniam vi poſtulare non dubitat: nec mirum, in defuncti Patris theſauros involaſſe, qui antè viventis diripuerat. Cœnobitæ cum reſiſtere ei non valerent, ipſam pecuniam aræ imponunt; ille, Religione loci nihil territus, depoſitum manu ſacrilega avertit &c. & Henningeſius l. c. pag. 14. De bello fraterno, pergit Fabricius l. c. Cum autem (Albertus) cupiditatis eſſet infinitæ, Patre defuncto, Ditericum fratrem poſſeſſione agrorum & Oppidorum, quæ communis ambobus erat, ejicit; partem ei proventuum ex metallis nullam concedit: neve quid illi proprii relinqueret, quod ſolum ei relictum erat, Oppidum etiam Weiſenvelſum obſidet. Hæc cauſa Diterico fuit, ut externis ſeſe muniret auxiliis, qui Principem Thuringiæ, Hermannum, opis petendæ cauſa, adit &c. Inde ſecuta ſuſius ibidem recenſentur. Summa eò redit: Landgravius, contracto, Anno 1194, inter Ditericum, filiamque ſuam Judittam, matrimonio, cauſam Generi, apud Albertum Marchionem, perorat, & Weiſenfelſam ei reddi petit, reluctanti bellum illaturus; re vera etiam denegatum Genero Caſtrum non ſolum armata manu capit, ſed & præſidium Alberti Sibodenburgo ejicit. Hinc adit Marchio Imperatorem, aſſeverans; Landgravium, ab hoſtibus conductum, Auguſto inſidiari. Præfigitur litigantibus dies Northuſam. Landgravius, in ſignum innocentiæ, denunciat Alberto certamen privatum. Transfertur Conventus Aldenburgum Miſniæ; aſt, ſuadentibus amicis, inſcio Imperatore, tranſigunt invicem litigantes; hac ratione eluſum ſe ſentiens Imperator, utrique arma intendit, Albertoque minatur ultima, qui propterea Cæſaris iram, debita ſubmiſſione, placaturus, Caſtra Ejus trans Alpes, ubi tunc commorabatur, ingreditur; cum verò recuperandæ gratiæ nulla ſeſe ſpes oſtenderet, periculum contrà, ne captus in vincula conjiceretur, capitisque ſubiret pœnam, clam in Patriam revertitur, omniumque Oppidorum & arcium munitionibus deſtructis, ne receptaculum hoſti relinqueret, ſolam Lipſiam, cum Camburgo & Miſna, rebus neceſſariis inſtruit, corona militari fortè ſi cingerentur. Summam calamitatem Provinciæ obduxiſſet, niſi ab Hugoldo quodam, ipſius familiari, veneno, ut creditur, è medio foret ſublatus. Mortuus autem eſt An. 1195. 24. Junii, Heinrichsdorfii, Schœnbergiorum Ditionis, in caſa ruſtica; Conf. de bello hoc, Chronicon Montis Sereni, ad Ann. 1194, pag. 63 & 64; ubi ſimul, de ejus nece, ad Ann. 1195, pag. 64 & 65: Albertus Marchio, veneno, ut fertur, à quodam familiarium ſuorum, Hugoldo, nomine, ſumpto, ægritudinem

Digitized by Google

dinem incurrit. De Vriberge vero, uti ægrotare cœpit, Miſnam feſtinans, cum nec equo, nec curru, propter evidentiam morbi, vehi poſſet, à Viris in geſtatorio, ad hoc ipſum compoſito, portabatur. Verum, emenſo unius milliaris ſpatio, ingraveſcente moleſtia, etiam portari non ſufferens, in villa quadam Henrichsdorff depoſitus, ibique defunctus eſt, 8. Kal. Julii. Sepultus verò eſt in Cella, juxta Patrem ſuum. Uxor quoque ejus, paucis evolutis diebus, eodem veneno extincta eſt &c. Add. Auctor Veteris Chronici Miſnenſis: *Im Eilffhunderten und XCV. Jahr, ward Marggraff Albrecht, von ſeiner Diener einem, Haugold genannt, vergeben, iſt zu der Zell begraben &c.* nec aliter *Fabricius* l. c. pag. 562; *Albinus Chron. Miſn.* Tit. XX, ad An. 1195. p. m. 524; *Henningeſius* l. c. *Peckenſtein, Theatr. Saxon.* pag. 20; *Chytræus, Chron. Saxon.* pag. 58 &c. Alii. Solus Auctor de *Fundatione Cœnobii Bigauoienſis*, pag. m. 267. vindicare videtur ejus obitum anno 1194. ibi: *Regnum Apuliæ ſibi ſubjugat Hinricus, Anno 94. Albertus Miſnenſis obiit &c.* Quæ de Conjuge ejus, *Sophia*, *Friderico*, Bohemiæ Duce, oriunda, dixi, confirmat *Vetus Chronicon Miſnenſe*: *Sein* (Alberti) *Weib lebete XXX. Tag darnach, ſtarb auch vom Gifft &c.* ut & *Fabricius* l. c. pag. 562: *Uxor ejus trigeſimo poſt die obiit, quam toxico ſimiliter periiſſe, fuit ſuſpicio. Conditus cum eâ eſt in Cella, quam, eodem anno, ſpoliaverat &c.* & *Henningeſius* l. c. *Extinctus eſt A. C. 1195, ſepultus cum Uxore, Sophia, Duciſſa Bohemiæ, quæ marito 30 diebus ſupervixit, in Vetero-Cellenſi Monaſterio &c.* & *Albinus* l. c. Tit. XXII, pag. m. 590: *Im Jahr 1195. iſt geſtorben dieſes Marggraffen Otten Sohn*, Albrecht *der I, welcher zur Cell begraben. Item, Sein Gemahl*, Sophia, *ſo den 30. Tag nach Ihm, geſtorben; Denn Ihnen beyden mit Gifft vergeben worden, iſt auch bey Ihrem Herrn begraben &c.* Alii multi, quos Dn. *Schlegel*, de *Cella Veteri*, §. 22, pag. 34, hoc titulo, profert. *Henningeſius* l. c. adſcribit eis filiam, *Chriſtianam*, nuptam *Hermanno de Lodenberg.*

(11) *Theodoricus*, ſeu *Ditericus*, Fratris quidem ſucceſſor evaſit, aſt non ſtatim Provinciæ factus Poſſeſſor. *Chronicon Montis Sereni*, ad An. 1199, pag. m. 65, ait: *Tidericus, Comes*, (Weiſenfelſenſis) *in partibus transmarinis morte fratris ſui cognita, cum redire diſponeret, Imperatoris inſidiis adeo arctatus eſt, ut publicè navem ingredi non auderet, ſed à fidelibus ſuis lagena incluſus, & navigio illatus, ſicque, donec in altum navis procederet, occultatus eſt. Imperator denique Marchiam Miſnenſem ſuis reſervans uſibus, fidelibus ſuis eam commiſerat procurandam, quæ etiam, usque ad mortem Imperatoris, per eosdem adminiſtrata eſt &c.* & ad Ann. 1197. pag. 66: *Tidericus Comes, ad Patriam reverſus, omnem hæreditatem Paternam obtinuit, & Marchiam Miſnenſem &c.* In cit. *Chronico Pegavienſi*, pag. 267, refertur ejus reditus ad annum 1198, verb: *Anno 1198. Tidericus, Marchio Miſnenſis, avus Diderici ultimi, reverſus de Jeruſalem, recuperat hæreditatem Paternam, adjutorio ſoceri, & poſſedit ipſam annis XVII &c.* Reliqua comprobat *Fabricius*, lib. V. *Origin. Saxon.* in vita *Diterici*, p. m. 563: *Eo anno, quo Frater* (Albertus) *veneno interiit, fortè abſens in Palæſtina erat --- cum de reditu cogitaret, & ad ſuos maturè pervenire optaret, inſidiis Imperatoris adeò preſſus eſt, ut navem publice ingredi non auſus fuerit: etenim pecunia conducti ſicarii erant, qui ipſum quoquo modo apud exteros opprimerent: nam venis Fribergiis, quæ tum erant fructuoſiſſimæ, Henricus VI. inhiabat --- admonitu hominum fidorum, vitæ ſuæ ſalutique proſpexit, & in utrem incluſus, atque in navim deportatus, donec in altum veheretur, manus & tela inſidiantium effugit. Non ſolum autem exteros omnes, verum etiam è ſuis aliquot habere ſuſpectos cogebatur. Miſniam tum temporis gubernabant Præfecti Imperatoris, nec eam Princeps, ſine vi, integram obtinuiſſet. Commoda tum ei in primis accidit mors Imperatoris, in Sicilia, & novæ de Imperio in Germania contentiones. Ditionem itaque Paternam avitamque Ditericus, auxilio Soceri, accipit ſine controverſia, quam Imperator penè triennium tenuerat, eamque eo poſſedit quietius, quia in electionem Philippi Regis conſenſerat &c.* add. *Albinus* l. c. Tit. XX, pag. m. 524, ad An. 1195.

Nuptias Eum celebraſſe, anno 1194. cum *Juditta*, ſeu *Jutta, Hermanni*, Landgravii Thuringiæ, è prima Uxore, *Sophia, Friderici* C. P. Saxoniæ, filia, gnata, docet *Chronicon Montis Sereni*, ad An. 1194, pag. m. 63. memor belli inter Eum, & fratrem, *Albertum*: *Tidericus, Comes de Wizenvels, fratris ſui violentia diu preſſus, pro auxilio petendo, ad Hermannum, Turingiæ Lantgravium, ſe contulit: quem ille aliquandiu ſuſpendit, dicens: ſe, ut Marchioni* (Alberto) *bellum inferret, occaſionem idoneam non habere. Habebat autem filiam jam nubilem. Comite verò petitionem jam ſæpius iterante, Lantgravius reſpondit: Si Gener ejus fieri vellet, ſe ei modis omnibus ſuccurſurum. Quod ille primò quidem, quia puella oculis ejus, propter ſui deformitatem, diſplicebat, renuit; ſed, neceſſitate coactus, tandem conſenſit, conjugioque facto, exhinc, auxilio Lantgravii, Fratre cœpit ſuperior apparere &c.* Conf. *Fabricius* l. c. pag. 562; *Ditericus, Othonis Marchionis filius natu minor, Comes Weiſenvelſii, uxorem duxit Juttam, oculis lippam, è prima uxore Hermanni, Turingiæ Landgravii, natu minorem*

rem filiam &c. nec aliter *Henningeſius*, Part. I, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 134. & Part. 2, p. 14. *Wecken*, Deſcript. *Dresdæ*, Part. 2, Tit. I, pag. 104.

De *Liberis* pergit *Fabricius* l. c. *Ex Jutta, genuit filios quinque: Ditericum, Othonem, Conradum, Henricum I, Henricum II; Filias tres: Juttam, Hedwigim, & Sophiam. E Filiis ultimus tantum ſuperſtes manſit: qui acceſſione Turingiæ auctus eſt. Nec è filiabus ulla ſuperſtes fuit. Primæ nomen deſcriptum ex Originibus; alterius ex Annalibus Lauterbergiis; ultimæ, è monumentis Miſnenſibus. Fuit igitur in liberis infœlix &c.* & rurſus, p. 568: *Ditericus, Diterici I. filius, puer obiit. Otho, Diterici Secundus filius, moritur etiam annis pueritiæ. Conradus, Diterici tertius filius, etiam puer extinguitur. Henricus I, Diterici quartus filius, cœlebs vitam finit. Hunc Miſnenſem fuiſſe Præpoſitum, monumenta Præſulum teſtantur &c.* Add. *Henningeſius* l. c. Part. 2, pag. 14 & 15. *Peccenſtein de Marchionib. Miſniæ*, pag. 7; quamvis falsò *Ditericum* Juniorem in pueritia mortuum tradant, cum Epiſcopus Numburgenſis fuerit, teſte diplomate *Henrici Illuſtris*, 1240. 4. Junii, *Miſniæ* ſcripto, quo fatetur, ſe, ad petitionem *Kariſſimi Fratris ſui, Theoderici, Nuenburgenſis Epiſcopi*, tres manſos, cum omni utilitate, in *Veteri Belgora*, Eccleſiæ *S. Otmari* ibidem, contuliſſe. Vid. Dn. *Schlegel*, de *Veteri Cella*, §. 36. pag. 47.

Vitam ejus delineans *Fabricius* l. c. inquit: *Fuit in tota vita agitatus aſtu, bellis, injuria, perfidia, vexatione, è quibus omnibus mirabiliter eum eripuit Dominus, atque conſervavit --- laboravit enim totâ vitâ, tam externis, quam domeſticis inſidiis: externas aut declinavit ſolerti prudentia, aut vicit magnifica virtute: domeſticæ ei interitus tandem cauſa fuerunt &c.* Bellum, quod cum *Primislao* Bohemo, ob repudiatam ſororem ſuam, *Adelam*, geſſit, deſcribit idem p. 563 &c. De *Lipſienſi*, vid. l. c. pag. 566 &c.

An. 1200. ſub dato *Colmiz*, 6. Kal. Maji, deſcribendo terminos Eccleſiæ *Dobrilucbenſis*, ab anteceſſoribus conſtitutos, Diploma ſic orditur: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Theodoricus, D. G. Miſnenſis & Orientalis Marchio &c.* vid. Dn. *Schlegel* de *Cella Veteri*, §. 24, pag. 35; unde intelligi poteſt inſcriptio nummi, quem idem, l. c. §. 21, pag. 33, ſiſtit: A. D. G. M. E. O. M. i. e. *Albertus* (Diterici noſtri frater) *Dei. Gratia. Miſnenſis. Et. Orientalis. Marchio.*

An. 1209, in diplomate *Ottonis IV.* Imp. 14. Kal. Junii, *Alberto*, Magdeburgenſi ArchiEpiſcopo, dato, apud *Meibomium*, in *Apologia, pro Ottone IV*, Tom. 3. *Rer. Brunſuic.* pag. 128, & Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 71. pag. 62, teſtes occurrunt: *Bernhardus, Dux Saxoniæ; Hermannus, Landgravius Thuringiæ; Tidericus, Marchio Miſniæ; Conradus, Marchio de Landesberg; Albertus, Marchio Brandenburgenſis &c.*

An. 1216, dedit Marchio noſter *Cellenſi* Monaſterio Privileginm, ſuper bona quædam Zadelenſia. Vid. *Weckius, Chron. Dresdenſ.* pag. 103, & Dn. *Schlegel* l. c. §. 28. p. 38.

An eod. confirmat, *Lipſiæ*, Contractum, quo duo Fratres, *Theodoricus* & *Wolckmarus* de *Kagan*, *Bernhardo Veteris Cellæ* Abbati & Conventui *S. Mariæ* ibidem, decem manſos hæreditariæ proprietatis, in Villa *Kagan*, pro 130, & quinque alios, in *Weceleswalde*, pro 60 marcis, jure hæreditario vendiderunt. Vid. Dn. *Schlegel* l. c. §. 29. pag. 39.

An. 1220. 17. Pebr. depoſuit tandem exuvias mortales, teſte *Chronico Montis Sereni*, ad. h. a. pag. 136: *Tidericus, Miſnenſis & Orientalis Marchio, filius Ottonis, filii Conradi Marchionis Senioris, obiit 13. Kal. Martii, ſepultusque eſt in Cella* (Veteri) *juxta Patrem ſuum &c.* Conf. Vetus ſcriptura Vetero-Cellenſis in Choro Sacelli olim lecta, & a *Fabricio* deſcripta: Item, *leit hie begraben, Marggraff Dietbrich, ein Graff von Weyſenfels, und auch Marggraff Otten des Stiffters Sun, der geſtorben iſt, nach Chriſti Geburt MCC, und in dem XX. Jar, mit ſeiner Frowen Joetten, di eins Landgraven in Døringen Tochter geweſt iſt, mit etlichen iren Kindern, und jungen Fürſtin, die jung geſtorben ſind &c.* & *Albinus, Chron. Miſn.* Tit. XXII, pag. m. 590: *Ferner, Marggraff Ditterich, auch* Ottonis *Son, und* Alberti *Bruder, welcher geſtorben im Jar 1220, denn 27.* (17.) Februarii, *wie* Lauterbergius *ſchreibt &c.* Eundemque annum hoc titulo proferentes: *Henningeſius* l. c. p. 14, *Spangenbergius, Chron. Henneberg.* pag. 104; *Peccenſtein, de Marchionib. Miſn.* p. 7; *Chytræus, Chron. Saxon.* pag. 53; alii multi, ut adeò non ſatis tutò Auctori Hiſtoriæ *Landgraviorum Thuringiæ* Cap. XXXVII, apud *Piſtorium*, pag 923, ſcribenti fidas: *Anno Domini MCCXXI --- Theodoricus, Marchio Myſenenſis, maritus dominæ Juttæ, ſororis domini Ludovici, obiit, qui, adbuc vivens, conſtituebat ipſum Tutorem filii ſui trium annorum, Henrici nomine, adbuc pueri &c.* licet Dn. *Antonius Wecken* l. c. pag. 104, eundem annum ponat. Magis adhuc errante *Fabricio*, cit. lib. V. *Annal. Saxon.* pag. 568: *Obiit bic Princeps afflictus, ſupra milleſimum ducenteſimum vigeſimo ſecundo, ſepultus in Cella, ad Patris Othonis tumulum, 13. Kal. Mart.* cum vidua ejus, & Filius, una cum *Ludovico* Landgravio, jam anno 1221, Monaſterii *Cellenſis* ſubditis Privilegium: *de non ſolvendo teloneo, & exemptione de conſuetis oneribus Provincialibus*, dederint, apud Dn. *Schlegelium*, l. c. §. 33, pag. 43, ibi: *J.* (Juditta, ſeu Jutta)

Dei

Dei gratia, Misnenſis & Orientalis Marchioniſſa; H. (Henricus) *Filius ejus, eadem gratia, Misnenſis & Orientalis Marchio;* & L. (Ludovicus) *Lantgravius Thuringie & Palatinus Comes Saxonie, omnibus preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in perpetuum --- Acta ſunt hec, anno Incarnationis Domini M CC XXI, Indictione IX, XV. Kal. April. in tricenario pie memorie Misnenſis & Orientalis Marchionis, Theoderici &c.*

(12) Henricus, *Diterici* filiorum natu minimus, anno 1217, ceu ex præfatis *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ* verbis & *Henningeſio*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 15, pateſcit; vel 1218, ut *Fabricio*, lib. VI. *Originum Saxon.* p. 574, & Dn. *Wecken* l. c. pag. 105; videtur, in lucem editus, triplici cognomine dictus: *Illuſtris*, à rebus geſtis; *Munificus*, ob largitatem; *Hamerus*, quod ſæpe *mallei* nomen *(Botz-Hammer)* uſurparet; vid. *Fabricius* l. c. *Henningeſius* l. c. Trium annorum puer erat, cum Patri mortuo ſuccederet; Tutore *Ludovico* Avunculo, Thuringiæ Marchione, educatus, vid. *Hiſtoria Landgrav. Thuring.* cit. Cap. 37, pag. 923, ubi: *Ludvicus autem Lantgravius, cum percepiſſet mortem ſororii ſui, ad conſolandum ſororem ſuam feſtinavit, & iter arripuit ad partes Myſnæ, &, tanquam fidelis Tutor & Procurator, totam Terram recepit in ſuam defenſionem: de qua ſoror, & filius, & tota Terra, gaviſi ſunt &c.* add. *Fabricius* l. c. *Henningeſius* l. c. Part. I, p. 134, & Part. II, p. 15.

Nuptias celebravit (1) An. 1234, 1. Maji, prope Viennam, cum *Conſtantia*, filia *Leopoldi Glorioſi*, Ducis Auſtriæ, anno 1242, 7. Julii, deſuncta, & in *Veteri Cella*, ad latus Mariti, ſepulta. Meminit ejus ipſe Princeps, in Diplomate An. 1234, XI. Cal. Aug. *Torgæ*, Cœnobio *Dobrilugenſi* dato, verb. *in animé noſtre, ac Conjugis noſtre, ſalutem &c.* Unde Dn. *Schlegel*, de *Veteri Cella*, §. 37, pag. 48, rectè infert, dicto anno 1234, Eum in matrimonio jam vixiſſe. Add. *Fabricius* l. c. lib. VI, pag. 576: *Henricus, cum ex ephebis exceſſiſſit, Conſtantiam ducit Leopoldi filiam: --- nuptiæ, ut Jacobus Præpoſitus ſcribit, An. 1234, ut Cuſpinianus, Calendis Maji, fiebant, prope Stadlam, pagum extra Urbem Viennam &c.* De obitu, diſcors Doctorum ſententia. Dn. *Antonio Weckio*, cit. *Chron. Dresdenſ.* Part. 2, Tit. I, pag. 105, ultra novem annos, poſt nuptias, vixiſſe non videtur; obiit itaque an. 1243, vel, ut Part. 4, Tit. 5, pag. 401, clarius loquitur, An. 1244, quem & *Iſrael Clauderus*, *Stemmate Saxonico*, pag. 22. & *Tentzelius*, *Supplem. 2. Goth.* pag. 599, hoc nomine, celebrant; *Fabricius* contra l. c. pag. 577, profert annum 1262; *Ea* (Conſtantia) *obiit Nonis Junii, M. CC. LXII.* Ita quoque *Albinus*, *Chron. Miſn.* Tit. XXII, pag. m. 590: *Item Conſtantia* (in Cœnobio Vetero-Cellenſi terræ mandata) *Marggraffen Heinrichen des Erleuchten, welcher Ditterichen Sohn geweſen, erſtes Gemahl, Hertzogen Leipoldis von Oeſterreich Tochter, welche geſtorben, im Jahr 1262, den 7. Julii &c.* In Editione verò, qua Dn. *Schlegel* l. c. pag. 49, uſus eſt, loco 1262, ſcribit *Albinus*, 1242, quo anno etiam re vera deceſſit; craſſo errore ex incuria ſcriptoris, vel pictoris, numerum denarium X. transponentis, &, pro M. CC. XLII, M. CC. LXII. ſcribentis, orto. (2) An. 1249, cum *Agnete*, filia *Ottocari*, Regis Bohemiæ; vid. *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. 55, apud *Piſtorium*, p. 928: *Heinricus, Marchio Mysnæ & Orientalis, ac Thuringorum Lantgravius primus, duxit in Uxorem, Agnetam, de qua genuit duos filios, ſcilicet: Albertum* (cogn. *degenerem*) & *Theodoricum* (vulgò *ſapientem* & *pinguem*), *Anno Domini M. CC. XLIX &c.* Quo tempore deceſſerit, mirum in modum variant iterum doctores; *Fabricius* l. c. ad Annum 1267, inquit: *Vita exceſſit* (Agnes) *Idibus Sept. An. M. CC. LXVII. Tradit hoc Siffridus Presbyter, & Annales Thuringici, qui tamen nomen ejus non exprimunt &c.* Sequentem, 1268, comprobant: *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ* l. c. Cap. 64, pag. m. 930: *Anno Domini 1268 --- Agnes, Marchioniſſa Misniæ, vidit in ſomnis Angelum, ſibi propinantem, in ſcypho aureo, vinum amarum, & poſtea in brevi defuncta eſt &c.* Auctor *Additionum ad Lambertum Aſchaffenburgenſem*, An. eod. apud *Piſtorium*, p. m. 299: *Ipſo etiam anno Marchioniſſa Agnes de Misnia, vidit in ſomnis Angelum Dei, propinare ſibi, in ſcypho aureo, & cum bibiſſet ipſa, dixit: Heu, quam amarus potus! cui reſpondit Angelus: Amara erit potio tua, ſed Dominus te non derelinquet: & ſic brevi poſt defuncta eſt. Chronicon Vetus Thuringicum* an. eod. *Als man ſchrieb 1268, ſtarb Frawe Agneſe, Marggrafinne zu Miſſen &c. Albinus* l. c. *Ferner, dieſes Furſten* (Henrici noſtri) *anderes Gemahl, Fraw* Agnes, *Gebohrne zu Behmen, welche geſtorben im Jahr 1268, den 13.* Septembris &c. nec aliter *Henningeſius*, l. c. pag. 15: *Agnes, filia Wenceslai, Regis Bohemiæ, quæ obiit A. C. 1268, Idib. Septemb. ſepulta Veterocellis &c. Antonius Wecken* l. c. part. 4, Tit. 5, pag. 401, aliique, Dn. *Schlegelio* l. c. pag. 51, nominati. *Weckius* l. c. pag. 105, eam anno demum 1278. has res reliquiſſe arbitratur, cui verò *Schlegelius* l. c. Diplomata opponit, veluti; pag. 52; Fundationis Monaſterii *Seuſelitzenſis*, ann. 1268. Dresdæ, 12. Nov. conſcriptum, ubi: *Hoc ſaltim remedio conſulere ſaluti Noſtre decrevimus, ut, in novella Sancte Congregationis plantatione, Deo juge ſervitium, Nobis & chariſſime Uxori Noſtre, Agne-*

ti, bone memorie, nunc defuncte, ac progenitoribus noſtris, perenne orationis ſuffragium procuremus &c. & pag. 51, aliud An. 1270, quo Anniverſarium defunctæ in Cathedrali Eccleſia Miſnenſi ordinavit; ut & aliud An. 1271, 4. Id. Novemb. quo bona omnia in *Schackaw*, quæ titulo *Caſtrenſis feudi* olim poſſederit, pro octoginta marcis argenti, Cœnobio *Dobrilugenſi* vendidit, & ab omnibus libera oneribus in feudum commiſit, & quidem, ob remedium animæ ſuæ, ac *dilectæ quondam ſuæ Conjugis, Dominæ Agnetis, bonæ memoriæ.* (3) cum *Eliſabetha Malticia*; teſte *Fabricio* l. c. pag. 577: *Tertia Uxor* (Henrici) *Elizabetha fuit, Malticii, qui tum Lichtenſteinii habitabat, filia; è qua genuit: Hermannum & Fridericum,* (cognom. *Clemm*, i. e. rigoroſum) *ut è monumento Cellenſi didici: ea obiit 19. Cal. Febr.* Vid. de hoc monumento ad ſeq. Ann. 1287, ubi de Ejus obitu ſermo eſt.

De liberis Ejus, modo dictum. Quibus *Hemingeſius* l. c. pag. 14, *Henricum* exulem addit, Matre *Conſtantia* natum, & pag. 15, *Adelheidem* atque *Hedwigem* Veſtales Weiſſenfeldenſes, *Agnetis* filias.

Bellum, quod cum Brabantinis, ob Thuringiam Haſſiamque, ab obitu *Henrici Raſponis*, anno 1247, vacuè factas, geſſit, annoque 1263, tali pacto terminavit, ut *Thuringiam* Genti ſuæ primus inferret, *Haſſiâ Henrico* Brabantino vindicatâ, latè deſcribit *Fabricius* l. c. pag. 578 &c. Conf. præced. Tit. XVI, Catal. *Ducum Thuringiæ*, v. 42, p. 238.

An. 1278, ſub dato: apud *Znoymam*, 2. Non. Januar. Indict. VII. obtinet à *Rudolfo* Imp. diploma, vi cujus *Eliſabetha Malticia*, ipſius tertia Conjux, indeque nata proles, in *Principum ſtatum* reponuntur, ne poſthac eis, ab ipſius obitu, controverſia de hereditate Paterna, moveri queat. vid. *Weckius* l. c. lit. L, documentorum, pag. 159, & Dn. *Schlegel* l. c. §. 44, p. 53, nec non Dn. *Lunigius*, Contin. 2. partis ſpecialis *des Reichs-Archivs, in der vierten Abtheilung, im Andern Abſatz*, §. 4, pag. 178. (ubi eam *Eliſabetham Miltizam* vocat) inde huc faciunt: *Elizabeth, legitimam thori ſui conſortem, Fridericum natum legitimum, utriusque & univerſos liberos, ſi quos ab eisdem Parentibus procreari contigerit in futurum, ab omni ſervilis, ſeu Miniſterialis conditionis, reſpectu, de plenitudine Regie poteſtatis, eximimus, & ipſos Ingenuitatis ac liberi partus honore, & titulo perpetuo inſignimus, volentes, eos ſic ſemper in antea in Ingenuorum & Nobilium ſorte & numero recenſeri, ac ſi de Ventre libero nati eſſent; ita, quod ad ſucceſſionem bonorum fœdalium, & aliorum quorumlibet, pari forma, ſicut Ingenui & Nobiles, admittantur, & univerſaliter omnibus juribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus Ingenui, à ſacris ſunt legibus & approbatis conſuetudinibus inſigniti, in perpetuum, ex donatione Regia, gaudeant jure. Ex premiſſis itaque, prefato Friderico, ac ceteris liberis Marchionis predicti, ſi quos ipſum in antea, ex predicta Elizabeth, procreare contigerit, favorabiliter indulgemus, concedimus & donamus, ut bonis Marchionis ipſius, poſſeſſionibus, Terris, dignitatibus, & certis* (ceteris) *juribus quibuscunque, quo poſſint & debeant jure ſuccedere, ac ſi de partu & ventre libero nati eſſent &c.*

An. 1279, 2. Non Jul. *Fridericus*, Epiſcopus Merſburgenſis, ad inſtantiam *Domini Heinrici, Illuſtris, Principis Marchionis Miſnenſis*, indulget *Burchardo* Abbati *Cellenſi* jus viſitandi Moniales in *Nimmitſch*, prope *Grimmam*. Vid. Dn. *Schlegel* l. c. §. 45, pag. 55.

An. eod. Burchardus, Abbas de *Cella*, notum vult eſſe univerſis, quod *Nobilis Princeps, Dominus Henricus, Marchio Miſnenſis*, Cœnobio Cellenſi, pro jure Patronatus in Parochia *Seuſelitz*, quod Monaſterio *Seuſelizenſi*, noviter à ſe fundato, contulerat, conſenſu *Witegonis*, Miſnenſis Epiſcopi, jus Patronatus in Parochiam *Donenſem* aſſignaverit. Vid. Dn. *Schlegel* l. c. §. 47, pag. 56 & 57.

An. 1283, menſe Februario, in craſtino B. *Agathæ*, *Burchardus*, nutu divino Abbas Cellenſis, *Henricus* Prior, totusque Conventus Ordinis Ciſtercienſis, vendiderunt *Henrico* noſtro decem manſos in Villa *Chagan*, infra *Miſnam* & *Lommatſchium*, pro 166. marcis argenti examinati, Eccleſiæ poſtea Miſnenſi ab Eo oblatos. Vid. Dn. *Schlegel* l. c. §. 49, p. 59.

An. 1287, 15. Febr. *Dresdæ* tandem animam efflavit. Annum confirmat Diploma *Friderici*, Marchionis Landsbergenſis, cogn. *Theut*, *Henrici* noſtri ex filio *Theodorico*, nepotis, ab obitu ſtatim avi, una cum patruo, *Alberto degenere*, Civitati *Fribergenſi* datum, apud *Andream Mollerum, Annal. Fribergenſ.* pag. 27. & Dn. *Schlegel* l. c. §. 50, pag. 61, ubi: *Fridericus, Marchio de Landisberg, venientibus ad nos, & ad Patruum noſtrum, Albertum, Thuringiacum Landgravium, fidelibus noſtris, Civitatis noſtre Vribergenſis Civibus Univerſis, Nosque de libertatibus ſuis & juribus ſolicitantibus ſuppliciter & attente, Nos, ipſorum precibus inclinati, una cum Patruo noſtro predicto, ipſos in omnibus juribus & libertatibus ſuis conſervare volumus integraliter, quas ſe & Civitatem noſtram Vriberg, ab Inclito Heinrico, Miſnenſi & Orientali Marchione, Domino & avo noſtro, bone memorie, & ab omnibus noſtris Progenitoribus, Inſtrumentis ſive Privilegiis, ſe docuerunt habuiſſe. Datum Vriberg, An. M. CC. LXXXVII, Dominica: Eſto mihi &c.*

Conf.

Conf. *Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. 75, ad An. 1287, pag. m. 932: *Eodem anno mortuus eſt Henricus, Marchio Myſſenenſis, Pater Alberti, Lantgravii Thuringiæ, ætatis ſuæ anno 70, vel circa, cui ſucceſſit Fridericus, filius Alberti &c.* & *Albinus*, *Chron. Miſn.* Tit. XXII. pag. 590: *Im Jahr 1287, wie das Neuſtediſche* Chronicon, *und* Appendix Lauterbergii . . . *ſchreiben, den* 25. Februarii, *iſt zu Dresden verſchieden, Marggraff Heinrich der Erleuchte, und Erſte Landgraff zu Tyringen, ſeines Geſchlechts, hernach zu Cell begraben &c. Mollerus* l. c. aliique Dn. *Schlegelio* l. c. pag. 62. citati. Errat itaque vetus ſcriptura, in Tabula olim ad ſiniſtram in Choro Sacelli Vetero-Cellenſis lecta, à *Fabricio* deſcripta, & à Dn. *Schlegelio* l. c. pag. 63, exhibita: *Auch leit hi begraben der Durchlauchtigſte Fürſt, Marggraf Heinrich, Marggraf Ditrichs Sun, der das Landgrafthum Døringen zu dem erſtenmahl in dieſe Herrſchaft bracht hat, und allen Kirchen und Clæſtern viel Guts gethan hat, und der alſo ein ander Stifter geweßt iſt, der geſtorben iſt, nach Criſti Geburt, M. CC. und in dem LXXXVIII. Jar, mit dieſen nachgeſchriben Frawen, di er gehat hat: mit Fraw Agnes, di eines Kænigs zu Bœmen Schweſter geweſt iſt,* (hæc erat ſecunda) *Conſtantia, di eine von Oeſterreich geweſt iſt; und mit Frawen Elizabeth, und mit zwen Sünen, der eine Marggraff Hermann der Lange, der geſtorben iſt, nach Criſti Geburth MCCC. und in dem IV Jar. Der andere, Marggraf Fridrich von Dreßen, der geſtorben iſt, nach Criſti Geburt, MCCC. und in dem XVI. Jar. an* S. Marcus *Tag des Evangeliſten &c.* Ejusdem licet ſententiæ ſit *Sigfridus* Presbyter, libr. 2. Epitomes, an. eod. apud *Piſtorium*, p. 700: *Hoc etiam anno Inclytus Princeps, Marchio Miſnenſis, Henricus, defunctus eſt Dresdæ & ſepultus in Cella, cum Patribus ſuis, in Monaſterio ordinis Ciſtercienſis &c.* ut & *Fabricius* l. c. p. 586: *Migravit ex hac Vita Dresdæ, ut ſcribit Siffridus, & teſtantur Momumenta Vetero-Cellenſia, anno M. CC. XIIC, ſepultus in Cella, cum tribus Uxoribus, & cum Hermanno atq; Friderico, filiis: quod antiquiſſimum momumentum ibidem parieti infixum teſtatur. Duo Cœnobia condidit: Cellam Novam in Luſatia, ad Oderam, &, in Miſnia, Nimitſcham ad Muldam &c.* & *Henningeſius* l. c. p. 15: *Obiit* (Henricus,) *Anno Chriſti 1288. ætatis ſuæ 71. 25. Febr. Dresdæ, ſepultus in cœnobio Vetero-Cellenſi &c.* & Dn. *Wecken* l. c. Part. 2. Tit. 1. p. 107. & Part. 4. Tit. 5. p. 401. aliique multi, à Dn. *Schlegelio* l. c. p. 62 & 63, producti. *Johannem Bangium*, in *Chronico Thuringiæ*, p. 108. eum jam an. 1283. extinctum, idem, p. 62, perſtringit. Emortualem diem, p. 60 & 61. examinat idem, quem *Zacharias Schneiderus*, *Chron. Lipſienſ.* pag. 415, 17. Febr. *Joh. Binhartus*, in *Geneal. Marchion.* Chronico ſuo Thuringico, p. 204. inſerta, 22. ejusdem menſis; *Cutſemius*, *Saxon. Cathol.* p. 183, *Henningeſius* l. c. *Rempius*, *Calendar. Saxon*, p. 56, aliique, 25. dicti menſis, fuiſſe arbitrantur; ipſe vero 15. Febr. poſuit, ſecutus *Molleri Chron Fribergenſ. Annal.* p. 26. *Spangenbergii Chronicon Mansfeld.* p. 313. & *Saxoniæ*, p. 453; *Fabricii Annales Miſniæ*, ad An. 1288. *Weckii Chronicon Dresdenſe*, p. 107. aliosque multos, ibidem. p. 61. nominatos.

Reliquos Marchiones huc recenſere, non eſt mei inſtituti. Cæterum, Potentiſſimum Regem Poloniæ *Fridericum Auguſtum*, qua Electorem Saxoniæ, Anno 1708. in Imperii Comitiis, inter principes, *Marchionatus Miſniæ* intuitu, votum ſeſſionemque ſibi dari petiiſſe, Cæſaremque, *Decreto Commiſſionis* ad Moguntinum, petitis Ejus annuiſſe, præced. §. 11. lit. c. p. 644. monui. Argumenta Regia habentur Tom. XIII. *der Staats Canzley Fabri*, Cap. XI. pag. 451: *Die Provintz und Marggrafthum zu Meiſſen, beſitzen Ihro Kænigl. Majeſtæt, und Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen, Reichskündiger maſſen, gantz allein, als ein beſonderes immediates Reichs-Fürſtenthum, dannenhero ja billig iſt, daß Sie das, von Ihren Hohen Vorfahren geführte beſondere* Votum, *wieder ins* Exercitium *bringen. Daß aber Kayſer Heinrich der Erſte die Marck zu Meiſſen, als ein ſonderbares Reichs-Fürſtenthum,* allegiret, *und die Marggraffen allezeit im Fürſten-Rath Ihre fürnehme Stelle und* Suffragium *gehabt, ſolches zeigen die alte* Diplomata, *und Reichs-*Matriculn. *In der Güldenen Bulle Kayſer Carl des IV.* Tit. I. *findet man, daß der Marggraff zu Meiſſen den Hertzog zu Sachſen zur Wahlſtadt begleiten ſoll. In der* Matricul, *welche Paurmeiſter,* de *Jurisdictione Imp. Rom.* lib. 2, c. 1. *und Wehnerus in Obſervat. Pract.* fol. 451. *Edit. Schilteri,* in Fol. *heraus gegeben, ſind die Marggrafen zu Meiſſen denen Landgrafen in Thüringen vorgeſchrieben worden. Und wan das Alterthum den Rang giebt, ſo kan es auch nicht fehlen, in Betrachtung, daß das Marggraffthum an die 200. Jahr älter, als das Landgrafthum iſt. Angeſehen nun Ihro Kænigl. Majeſt. und Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen, das Marggrafthum Meiſſen, als einen fürnehmen* Statum Imperii, *beſitzen; ſo iſt nicht weniger billig, daß Sie auch das darauff hafftende* Suffragium *führen &c.* Ad hæc reſponderunt Saxoniæ Duces Lineæ Erneſtinæ: *Der Churfürſt beſitzet nicht die gantze Marggraffſchafft Meiſſen, und iſt das Altenburgiſche Fürſtenthum, ſo dem Erneſtiniſchen Hauſe zuſtændig, ein Theil der Marggraffſchaft Meiſſen.* Vid. *Reflexiones, über die von des Kænigs Auguſti Majeſt. heraus gegebene ſo genante Befugniß, die im Reichs-Fürſtenrath verlangende 4 Vota betreffend &c.* apud

Fabrum

Digitized by Google

Fabrum l. c. pag. 462. §. 7. Add. *Urſachen, warumb die von des Kænigs Auguſti Majeſtæt, als Chur-fürſten zu Sachſen, auf die Land- Marg- und Burggrafſſchafften: Thüringen, Meiſſen, Magdeburg und Meiſſen, im Reichs-Fürſten-Rath geſuchte Vota, weder von dem Fürſtlichen Collegio ins geſampt admittiret, noch von dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen, Erneſtiniſcher Linie, inſonders darein gevilliget werden mægen &c.* apud Fabrum l. c. Tom. XVI, Cap. 2, §. 11, p. 125 &c. *Was nun weiter die Marggrafſchafft Meiſſen betrifft, ſo læſſet man dieſelbe, als ein ſonderbahres Reichs-Fürſtenthum, mit ſeinen alten Marggrafen auf ihrem hohen Werth, allerdings und gantz gerne beruhen. So iſt auch an deme, daß es damit eine andere Bewandniß, nemblich ſo ferne habe, daß es etwa der græſſeſte, oder der beſte Theil der Lande, des jetzigen Churhauſes darinnen beſtehe; Daß aber ein damahliger Churfürſt zu Sachſen, dieſelbe gantz alleine beſitze, iſt* res altioris indaginis, *ſo auch nicht beſtehen kan, ſo lange nicht alleine der Fürſtl. Stifft Naumburg, und das Fürſtenthum Weiſſenfels, mit ihren (auſſer Thüringen) inhabenden Aemtern, Stætten &c. (welche beede in den* computum *zu Ergæntzung des* Marchionatus Miſniei *ſich nicht bringen, noch anrechnen laſſen werden, ſo lange ſie beede, jedes vor ſich und* à part, *ein Reichs-Fürſtenthum* conſtituiren, *und die darauf, vor geraumer Zeit her, geſuchte, auch, von Chur-Sachſen ſelber, zur* Admiſſion recommendirte Vota, *erhalten ſollen) ſondern auch vornemblich, daß dem Fürſtlichen Hauſe Erneſtiniſcher Linie, zuſtændige Burggrafthum Altenburg, zu Meiſſen gerechnet wird. Daß ſonſten, nicht nur vor alten Zeiten, Marggraf* Wilhelm *zu Meiſſen, ſein Fürſtliches* Votum *gehabt, ſondern auch nachmahls* Hertzog Moritz, *noch vor erlangter Chur, im Reichs-Fürſten-Rath geſeſſen, wird niemand im Zweiffel ziehen; als dem es ſo wenig, als ſeinem Vater und Vettern, Hertzog* Heinrichen *und Hertzog* Georgen *(als würcklichen Beſitzern, der ihrem Groß-Vater, Hertzog* Albrechten, *in obberührter Fürſt-Brüderlicher Erb-Sonderung, zugefallenen, und von demſelben auf Sie vererbten Marggrafſchafft Meiſſen) verweigert noch* difficultirt *werden mægen; worbey jedoch zu* obſerviren, *daß Altenburg damahls noch bey der Fürſtlichen Albertiniſchen Linie geſtanden, und an die Erneſtiniſche erſt durch den Naumburgiſchen Vertrag 1554, gekommen, ſolchem nach Hertzog* Moritz *die gantze Meißniſche Landes-*portion, *damahls noch innen gehabt; zu geſchweigen, daß der* Status Comitialis *indeſſen gar eine andere Form und Geſtalt gewonnen, und dahero von dem damahligen* Statu, ad Statum præſentem, *mit Zuverlæſſigkeit nicht* argumentirt *werden mag &c. &c.*

Δεῖγμα eſt *Leo niger, linguam & falculas coccineas erecto ſitu protendens, in campo aureo: Ein ſchwartzer Læw, mit roth ausgeſchlagener Zunge, und fürgeworffenen rothen Prancken, wie auch mit einem in die Hæhe auffgewundenen doppelten Schwantze.* Vid. Dn. *Spener, Op. Herald.* part. ſpec. Prolegom. p. 6, §. 4; *Europæiſcher Heroldt,* Tom. I, *des zweyten Abſatzes, dritter Punct,* p. m. 260. Dn. *Im Hoff Notit. Proc. Imp.* lib. 2, Cap. VII, §. 20, p. m. 40. Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat,* Cap. VII, §. 12, p. m. 516.

(*d*) BADENSIS &c. Ad cognitionem hiſtoricam Domus hujus Sereniſſimæ, faciunt: *Henrici Pantaleonis Beſchreibung der Statt und Grafſſchafft Baden,* 1578. 4to. *Matthæi Meriani, Genealogiſche Herfuhrung der Hochfürſtlichen Hæuſer Baden und Holſtein,* Francfurt, 1672. fol. Dn. *Speneri Sylloge Hiſtorico-Genealogica,* p. m. 604 &c. Dn. *Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii* Diſſ. de *Rebus Badenſibus,* Witteberg. 1677; *Europ. Herold,* Tom. I, *des zweyten Abſatzes, Eilffter Punct,* pag. m. 501 &c. Dn. *Im Hoff Notit. Procer. Imperii,* lib. IV, Cap. VIII, pag. 183 &c. Genealogiam Marchionum, exhibent *Henningeſius,* T. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* pag. 238. &c. *Bucelinus, Notitia Germaniæ Genealogica,* pag. m. 51 &c. *Limnæus* lib. V. *Jur. Publ.* Cap. V, pag. 129 &c. *Rittershuſius, Tab. Geneal. Badenſ. Micrælius,* lib. 3. *Syntagmatis,* Sect. XII, p. 656; Dn. *Im Hoff Tab. Geneal.* §. 69 &c. Dn. *Hübner, Tabb. Geneal.* §. 228 &c. Reliqui.

(2) Communis ſententia eſt, (Auctore forſan *Petro de Andlo,* lib. 1. de *Imperio Romano,* Cap. XV. pag. 71, *Friderico III.* Imperante, Scriptore non ignobili; cujus verba *Limnæus* l. c. §. I, pag. 127 & 128. exhibet; & aſſecla *Franciſco Irenico,* lib. 3. *Exegeſ. German.* cap. 102.) Marchiones hos originem ab Italis Veronenſibus repetere, *Spangenberg,* lib. X. *des Adelſpiegels,* cap. XIX, fol. 312, ait: *Baden, der vier Reichs-Grafſſchafften eine, ſoll, nach etlicher Meinung, unter Kæyſer* Otten *dem III, ihren Anfang bekommen haben. Andere ſchreiben, es habe Kæyſer* Friderich *der Erſte einen Marggrafen von Veron, aus Italien, mit ſich in Teutſchland gebracht,* Hermannum *genant, und denſelben für den Schwartzwald geſetzt, von dem folgende alle Marggraffen zu Baden ſollen herkommen ſeyn &* Add. *Münſterus,* lib. 3. *Coſmographiæ,* Cap. 274, pag m. 779: Anno Chriſti 1153, *als Kæyſer* Friederich *der* I. *aus Italia zog, bracht Er mit Ihm,* Hermannum *von Bern, oder Veron, der ſein naher Freund war, und als Ihm das Land wohlgefiel, übergab Er Veron, und erlangt, daß Ihm vermæhlet ward Fraw* Juditha, *ein Erb-Tochter der Graffſchafft Baden und Hochberg, und der Kæyſer macht aus der Graveſchafft eine Marggrafſchafft, und ſein Obem ein Marggraven und Fürſten des Reichs, laut etlicher Brieff und Siegel darüber geben &c.* quæ Cap. 283, pag. m. 783. repetit. Nec aliter *Martinus Cruſius, Annal. Suev.* Dodec. Secund. lib. 9, Part. 2, c. 18, pag. 266, Principum Veronenſium memor; *Exiſtimantur* (à

Mar-

Digitized by Google

Marchione Veronenſi) *deſcendiſſe Marchiones Badenſes &c. Lehmannus, Chron. Spirenſ.* lib. IV, Cap. VII, pag. m. 296: *Die Marggraffſchafft Baden erſtreckt ſich in die Nachbarſchafft der Statt (Speyer) und iſt die Statt Speyr viel Jahr zuvor in ihre Freyheit geſetzt, als die Graffſchafft Baden zur Marggraffſchafft und Fürſtenthumb aufgericht worden. Dann, im Jahr 1153,* Herman *von Veron aus Italia in Teutſchland kommen, ſich* an Judith, *Grafen zu Baden Tochter ehelich beſtatt, welchen Kayſer* Friederich *der I, zum Marggrafen und Fürſten des Reichs erhaben, daß, von ſolcher erlangter* Dignitæt, *die Marggrafen zu Baden berühmt worden, haben aber den Speyergau niemahls zu verwalten gehabt &c.* Henningeſius l. c. pag. 239: ***Hermannus,*** *Marchio Veronenſis, qui Imperatori* ***Friderico Barbaroſſæ***, *militans, cum Ipſo, Italia relicta, Germaniam ingreſſus eſt, circa Annum Chriſti, 1155; cumque hæc magis ipſi quam Italia arrideret, Imperator ipſi* **Imutham,** *(al.* ***Judithbam,*** *quæ alibi ſoror* **Imuthæ** *nominatur, ſepulta* **Backhenæ**, *Anno Chriſti 1162.) ultimi Comitis Badenſis & Hochbergenſis filiam deſpondit, addita, dotis loco, Ditione Badenſi, quam in Marchionatum & Principatum Imperii ſublimavit. Factus itaque primus marchio Badenſis & Hochbergenſis, magna pietate, ſapientia & prudentia ſubditos gubernavit, atque Imperatori, in rebus difficillimis, armis & conſiliis adhæſit, donec tandem, annis & laboribus exhauſtus, diem clauſit extremum, circa Annum Chriſti 1160 &c. Wofgangus Lazius,* de *Migratione Gentium*, lib. 8, pag. 396 & 404; Recentiores ferè omnes. *Johannes Piſtorius* verò, Niddanus, cui vera inveſtigatio & deſcriptio Familiæ Badenſis & Hochbergenſis, certo ſplendidoque, ut *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. Baden, p. m. 72, loquitur, ſalario conſtituto, commiſſa fuit; itemque *Franciſcus Guillimannus*, lib. V. *Rerum Habsburgicarum*, Cap. I, & *Caſpar Scioppius*, in *Stemmate Auguſtæ Domus Auſtriæ*, quod *Conſilio ſuo Regio, & Claſſico Belli Sacri*, Anno 1619. adjunxit, Familiam hanc ab antiquiſſimis Vindoniſſæ, Altenburgi & Habsbürgi Comitibus derivant, propterea que modernos Archi-Duces Auſtriæ, Marchionesque *Badenſes*, unius ejusdemque originis eſſe, cum extinctis *Zæringenſibus* & *Tecciis* Ducibus, atque Marchionibus Hochbergicis, omninò arbitrantur. Id certum eſt, Marchiones noſtros à dictis *Zæringiæ* Ducibus proſatos. Lucem theſi affert *Chronicon Conſtantienſe*, apud *Piſtorium*, p. 666, ubi hæc ſuccedendi ratio;

Gebhardus, Briſgojæ Comitis, *Pirthilonis*, cum quo *Sultzburgenſe* Cœnobium An. 1008, condidit, Frater, filium reliquit:

Bezzelinum; ex *Ermefrida*, Sonnenbérgica Comitiſſa, Patrem

Berchtoldi, *Zæringenſis* & poſtea *Carinthiæ* Ducis, annno 1078. defuncti, cujus Uxor (1) fuit ***Richwara***, Marchioniſſa Carinthiæ; (2) *Beatrix*, fil. *Ludwici* Comitis; & Liberi:

Berchtoldus II, Dux *Zæringiæ*, *Richwaræ* filius, &, ex ſocero, *Rudolfo, Henrici IV.* Imp. Anti-Cæſare, cujus filiam, *Agnetem*, in Uxorem duxerat, *Burgundiæ* quoque *Minoris*, & *Sueviæ* Dux. Hine reliqui Duces *Zæringiæ*. Vid. præced. Tit. XVI. *Catal. Ducum Sueviæ* v. 42 & 43.

Hermannus, *Hochbergæ* Marchio, multorumque Briſgojæ prædiorum Dominus, ex *Beatrice* natus, factus poſtea Monachus Cluniacenſis, an. 1074. defunctus, relicto, ex ***Juditta*** Com. Calvenſi,

Hermanno, Primo *Badenſium* Marchione, ex quo *Judittam*, Marchionatus iſtius hæredem, in Uxorem duxerat, cujus filius:

Hermannus II, (al. III,) ex *Bertha* Lotharingica, ſuſcepit

Hermannum III, (al. IV.) ab Imperatore, *Friderico I, Verona* donatum, à quo Marchiones reliqui. Conf. præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Sueviæ*, v. 43.

Hermannum I. ſanè ***Berchtoldi I.*** Filium & ***Berchtoldi II.*** fuiſſe fratrem, teſtimonio *Bertoldi Conſtantienſis*, ad An. 1074. pag. m. 345. ibidem probavi, verb: ***Hermannus Marchio, filius Bertoldi Ducis*** *---- migravit ad Dominum &c.* Conf. Dn. *Spener, Syllog. Hiſtor. Geneal.* pag. 606 & 610; Dn. *Schurtzfleiſch* l. c. e. 2. pag. m. 5 & 7. Utut diſſentiat *Bucelinus* l. c. Generationes hoc ordine recenſens:

Lancellinus, ſive ***Landolus***, Comes Habſpurgicus.
Ux. *Agnes*, Comitiſſa Rupenſis.

Bertholdus Marchio, inde primus Dux Zæringiæ. Uxor *Richarda*, ſoror *Rudolphi*, Regis Burgundiæ.

Hermannus Marchio, commendans Conjugi filium ***Hermannum II.*** fit Monachus Cluniaci.

Digitized by Google

Antiquiſſima mentio *Hermanni Badenſis* fortè occurrit Imperante *Henrico V.* Imp. de quo ita *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. Baden, pag. m. 73: *In veteri Codice Backenawenſi legitur, quod, tempore* ***Paſchalis II***, *Padæ*, ***Anno 1116, Hermannus, Marchio Badenſis***, *in Villa ſua* ***Backenaw***, *fundaverit Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini, in gloriam & laudem* ***Pancratii*** *Martyris, quam fundationem* ***Bruno***, *Epiſcopus Spirenſis, ad petitionem* ***Hermanni***, *13. Cal. Martii, Indict. XV, anno 1122, confirmavit. Confirmationis ipſius ſunt hæc verba: In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, notum ſit, tam futuri, quam præſentis temporis Chriſti fidelibus, quod Ego,* ***Bruno*** *Epiſcopus, juſtis petitionibus, votiſque piis, & divina inſpiratione conceptis deſideriis* ***Hermanni Marchionis*** *annuens, conceſſi, ut in Eccleſia* ***S. Pancratii*** *Martyris conſtructa,* ***quam Ipſe, & Uxor ejus, Juditha***, *ipſiusque Parentes, prædiis & decimis ditaverunt, Pauperes Chriſti Canonicos, ſecundum Regulam B. Auguſtini, communem vitam ducentes, collocaret &c. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXII, Indict. XV. 13. Kal. Martii &c.*

Sub *Conrado III.* Imp. rurſus mentio fit *Hermanni*, in Diplomate Anni 1139. quo, *Guillimanno* teſte, laudatus Cæſar Privilegia *Vicrami*, Fabariæ Abbatis, *in præſentia* ***Albaronis***, *Archi Epiſcopi Trevirenſis;* ***Ortliebi***, *Epiſcopi Baſileenſis;* ***Friderici Ducis; Conradi Ducis; Matthæi Ducis; Hermanni, Marchionis de Batha; Adalberti***, *Marchionis de Habesburg &c.* confirmavit. Conf. *Beſoldus* l. c. Add. Diploma ejuſdem Imperatoris, ſub dato *Franckenevort*, Ann. 1147. Indict. X. quo Monaſterium Virginum *Keminade* Monaſterio *Corbejenſi* traditum, apud Dn. *Paulini*, Differt. XI. de *Monaſterio Virginum Keminadenſi*, pag. 104. & in *Hiſtor. Virginum Collegii Visbecenſis*, §. 49. pag. 50; Dn. *Schatenum*, *Annal. Paderborn.* lib. VIII, ad an. 1147. pag. 771; & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 54. pag. 48. ibi: ***Luthewicus***, *Com. Palat. de Thuringia*, ***Herimannus***, ***Marchio de Bada***, ***Wernerus***, *Com. de Horninga &c.* Nec non aliud, quo laudatus Cæſar, ſub dato *Spiræ*, An. 1150. Indict. XIII. *Corbejenſem* Abbatiam, contra Miniſterialium inſolentiam, in tutelam ſuſcepit, apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag 785. & Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monaſticis*, §. 35. in *Syntagmate Rerum Germanicarum*, p. 568, verb: *Principes autem, cum Miniſterialibus ſuis, hi interfuerunt ---*- ***Frithericus***, *Dux Sueviæ & Alſatia, & ſui Miniſteriales;* ***Otto***, *Palatinus Comes de* ***Withelſpach***, *& ſui Miniſteriales;* ***Herimannus***, *Marchio de Bathen, & ſui Miniſteriales;* ***Wernerus***, *Com. de Havekheſperech;* ***Othelricus***, *Com. de Lenzemburg &c.* Nonne hæc ſufficiunt deſtruendæ Theſi: *Marchiones Badenſes ab Imperatore Friderico I. primum creatos.* Cæterum,

In Diplomate *Friderici I.* Imp. *Ratiſbonæ* dato, 15. Kal. Octobr. An. 1156, quo, lite inter *Henricum Leonem*, Saxonum Bojorumque Ducem, & ejus Vitricum, *Henricum*, Marchionem Auſtriæ, terminata, poſterior Ducali charactere inſignitus eſt, teſtes inter reperitur quoque: ***Marchio Albertus de Padem***; vid. *Chronicon Auguſtenſe*, ad Ann. 1156. apud *Freherum*, T. I. *Rer. German.* pag. 360; & Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Ilfeldenſib.* Cap. 3, §. 5, lit. l. pag. 22; vel, ut Dn. *Tolnerus*, l. c. §. 57, pag. 51. legit: ***Albertus, Marchio de Baden &c.*** vel, ut *Goldaſtus*, Tom. I. *Conſtit. Imperial.* pag. 285. habet: ***Marchio Albertus de Baden &c.*** *Andrea*, Presbytero Ratisbonenſi, in *Chronico Auguſtano*, ad an. 1156. p. m. 28, adhuc minus rectè ſcribente: ***Marchio Albertus de Padera &c.*** Enimverò, neutram lectionem eſſe genuinam, & loco *Marchio Adalbertus de Baden*, ponendum: *Marchio Adalbertus de Staden*, ex copia Diplomatis authentici præced. Tit. XVI, §. 9. lit. b, pag. 18. cognoſci poteſt; quæ lectio propterea rectè quoque *Limnæo*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 30. pag. 31; Dn. *Schiltero*, inter Diplomata Hiſtoriam *Friderici III.* Imp. illuſtrantia, §. 1, pag. 2; *Caſſandro Thucelio*, in *Electis Juris Publici curioſis*, Cap. 1, §. 6. documentorum, p. 22; Dn. *Lunigio*, part. ſpec. *des Reichs-Archivs; I. Fortſetzung, IV. Abſatz*, §. IV. pag. 6, aliiſque, probatur; ut adeo charta hæc non ſatis congruè hic afferatur. Interfuiſſe vero Marchionem noſtrum Comitiis *Roncalienſibus* An. 1158. ex Decretis ibi confectis conſtat apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3. pag. 335, ibi: *Hiſce Comitiis interfuerunt, ex Germania: ---- Marchio Hiſtriæ; Dux Zaringiæ;* ***Marchio Badenſis***; *Comes de Lucemburg &c.* Similiter, orto inter *Guelfum*, Bavariæ Ducem, & *Hugonem*, Comitem Palatinum Tubingenſem, circa Annum 1163, bello, auxilia *Guelfo* laturi, *conveniunt, collecto milite, Epiſcopi tres: Auguſtenſis, Spirenſis, Wormatienſis;* ***Bertholdus***, *Dux de Zaringen;* ***Bertholdus***, *Marchio de Vohburch;* ***Herimannus***, *Marchio de Baden;* ***Rudolphus***, *Com. de Pfullindorff;* ***Albertus***, *Com. de Habeſpurch &c.* Sunt verba *Monachi Weingartenſis* de *Guelfis Principibus*, Cap. XIV, apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 791; Conf. præced. Tit. XVI. *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 46, in vita *Welfi VI*, ad Annum 1163, pag. 446.

Durante ſchiſmate inter *Philippum*, Sueviæ Ducem, & *Ottonem IV.* ex Saxoniæ Ducibus oriundum, de Imperiali Corona ſecum invicem contendentes, *Marcgravius de Badin* teſtis eſt, quod *Heinricus*, D. G Dux

Digitized by Google

Dux Saxoniæ & Palatinus Comes Rheni, Monaſterio, *Bebenhuſano* hanc donaverit libertatem, ut quicunque hominum, & Miniſterialium ſive Fidelium ſuorum, ſe, vel ſua, divinæ retributionis intuitu, iſti Cœnobio conferre voluerit, de ipſius permiſſione ſit ſecurus; Actum Wormatiæ An. 1208; vid. *Documenta Würtembergica Monaſterii Bebenhuſani*, §. VII, pag. 371.

An. 1215, Poſt varios Comites, teſtis ***Marchio de Baden***, præced. §. 12. lit. f.

An. 1216, V. Id. Maji, ſub dato *Herbipoli* largitus eſt *Fridericus II.* Imp. *Adelberto* ArchiEpiſcopo & Eccleſiæ Magdeburgenſi Privilegia quædam, ubi teſtes adeſſe: ***Ludovicus** C. P. R. & Dux Bavariæ, **Leopoldus**, Dux Auſtriæ; **Otto**, Dux Moraviæ: **Hermannus**, Marchio de Baden*; & ***Fridericus**, Frater ejus &c.* Vid. Dn. *Lunig*, l. c. Contin. 2, *XV Abſatz, IV Abtheilung*, §. 36. p. 357.

An. eod. 2. Id. Maji, teſtantur rurſus Herbipoli, *Ludovicus* C. P. R. & *Dux Bavariæ*; ***Hermannus**, Marchio de Baden*, & ***Fridericus**, Frater ejus*, quod laudatus Imperator prædicto ArchiPræſuli, duorum millium argenti marcarum loco, Caſtro *Schœnburg* ceſſerit; vid. Dn. *Becman, Hiſt. Anhalt.* Part. 3. lib. 4. Cap. 2, pag. 437.

An. eod. Idib. Maji, ſub dato *Erbipoli*, reſcindente eodem Imperatore concambium inter *Conradum*, Epiſcopum Ratisbonenſem, & Abbatiſſas Superioris ac Inferioris Monaſteriorum ibidem factum, iterum teſtes fuere: ***Hermannus** & **Fridericus** Fratres, **Marchiones de Baden** &c.* Vid. *Hundius* T. 2. *Metropol.* p. 592.

An. eod. 7. Kal. Auguſti, apud *Ulmam* teſtes celebrantur: ***Rudolphus** Palatinus Comes de **Tuingen**; Comes **Hartemannus** de **Virtenberk**; Comes **Ludovicus**, Frater ejus; **Hermannus Marchio de Baden**; **Hugo** Junior Palatinus Comes de **Tuingen** &c.* ubi dictus Cæſar electionem *Wenceslai*, Bohemiæ Regis, confirmavit; Vid. Dn. *Lunig*, l. c. Contin. 1. *I. Fortſetzung*, Cap. 3. p. 5.

An. 1218, Kal. Aug. ſub dato *Wimpinæ*, in confirmatione donationis cujusdam ſæpe ſati Imperatoris Eccleſiæ Patavienſi factæ, apud *Gewoldum*, Tom. 1. Addit. *Metropolis Hundii*, pag. 383. teſtes nominantur: ***Theobaldus**, Dux Lothoringorum; **Rudolfus**, C. P. de Tubingen; Comes **Sybertus**, & **Heinricus** filius ſuus, de **Werda**; **Hermannus**, **Marchio de Baden** &c.*

An. eod. 4. Kal. Januar. apud *Nürenberc*, in conceſſione argenti fodinarum, aliorumque metallorum & ſalis, *Berchtoldo* Epiſcopo & Eccleſiæ Brixinenſi, ab eodem Imperatore facta, iterum teſtes: ***Ludovicus**, Dux Bavariæ; **Hermannus**, **Marchio de Baden**; Comes **Eberhardus de Helfenſtein** &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 477.

An. 1228; apud *Ezzeling*, in Charta, qua *Ludovicus* C. P. R. & Dux Bavariæ, notum facit, ſe, filiumque *Ottonem*, ab *Eckberto* Babenbergenſi Epiſcopo, inveſtitos eſſe de Feudis *Alrami* & *Alberti* de *Hals*, teſtes producuntur: ***Rudolfus**, Palatinus Comes de **Tewing**; **Hermannus**, **Marchio de Baden**; **Chunradus**, **Purgravius de Noremberkh**; **Heinricus** Comes de **Otingen** &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. p. 20.

An. eod. in diplomate ibidem dato, quo dictus Princeps fatetur, ſe à laudato Epiſcopo inveſtitum eſſe de Feudo, quod *Albertus* Com. *de Pogen* à dicta tenuit Eccleſia, rurſus teſtium numero allegantur: ***Conradus**, **Præfectus de Nurnberch**; **Hermannus**, **Marchio de Baden**; **Rudolfus**, Comes Palatinus de **Tuwingen**; **Ulricus** & **Everhardus**, Comites de **Helfenſtein** &c*, Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung, I Abſatz*, §. 81, p. 128

Licet autem Marchiones noſtri Comitibus modo præferantur, modo poſtponantur, non ſatis tutò infertur, quod tempore *Friderici II*, Imp. nondum *Principum charactere* fuerint inſigniti, quippe qui non ſolum eodem cum Zæringiæ Ducibus ſanguine creti ſunt, ſed & jam *Henrici V.* ævo *Hochbergicæ* Marchiæ Domini erant, Ducibus, aliisque Imperii Principibus, potentia & auctoritate pares, vel ſuperiores; ſtudio in Imperatores, & Reipublicæ amore, nemini ſecundi; Potentioribus Germaniæ Civibus connubiorum neceſſitudine conjuncti, in Vetuſtioribus chartis publicis Principibus ſemper admiſti, ut adeo nullum dubium ſit, quin ***Hermannus***, ***Hermanni*** Hochbergici, & *Juditæ* Calvenſis, Filius, ducta in Uxorem *Juditta* incertæ proſapiæ, *Marchionatu Badenſi* ditior factus & potentior, ejusque Filius cognominis, & ab hoc & *Bertha* Lotharingica profatus nepos, ***Hermannus III***, qui meritis ſuis, famaque plurimos ætatis ſuæ Principes anteibat, in tantum, ut intemerata quoque fides & probata virtus, magnam apud Auguſtum, *Fridericum Ænobarbum*, ipſi dignitatem conciliaſſent, *Principum cenſu* in Aula Cæſarea venerint, præſertim, cum poſterior, in præmium fortitudinis, in Mediolanenſi bello demonſtratæ, laudati Imperatoris gratia *Verona* auctus fuerit, nata inde *Badenſium Marchionum* à *Veronenſibus* deſcendentium Fabula, quam *Beſoldus* l. c. p. 73; Dn. *Spenerus*, Sylloge Geneal. p 611; Dn. *Im Hoff Notit. Procerum Imperii*, lib. 4, Cap. 8, §. 1. p. m. 183; Ill. Auctor *des Europæiſchen Heroldts* Tom. I, *II. Abſatz, XI. Punct*, pag. m. 501; *Schurtzfleiſchius*, de

Digitized by Google

de *Rebus Badenſibus*, *c.* 2, pag. 6, aliique Viri Eruditi, dudum proſcripſere. Quod nonnunquam inter Comites occurrant, ipſorum dignitati fraudi eſſe nequit, cum Veterum ſubſcriptiones, quoad dignitatum gradus, admodum varient.

(3) Num verò *Zæringenſes* primi Badenſium Marchionatui fuerint præfecti? alia quæſtio eſt, quam fruſtra affirmaveris, cum indicia adſint, Marchionatum hunc ab *Henrico Aucupe*, Germanorum Rege, in Rhenani littoris præſidium, ut iſtius fluminis aditus, adverſus vicinorum Gallorum infeſtationes, cuſtodirentur, fuiſſe inſtitutum, pariter ac reliqui, contra aliorum hoſtium curſiones, aliis in oris; vid. *David Chytræus*, *Chron. Saxon.* lib 3, à principio; *Martinus Pleſſius*, in Oratione de *Laudibus Marchiæ Brandenburgicæ*, p. 9; *Udalricus Zaſius*, Part. 5, *Feudor.* §. X &c. *Joſias Nolden*, de *Statu Nobilitatis*, Cap. 8, §. 170, pag. m. 151; *Chriſtoph. Ludov. Dietherr*, Addit. ad *Beſoldi Theſaurum*, voc *Baden*, p. m. 73; Dn. *ImHoff* l. c. Dn. *Schurtzfleiſch* l. c. pag. 8.

(4) Supra dicti *Hermanni III.* Gnati: *Hermannus IV* & *Henricus I*, duos condidere ramos, Ille *Badenſem*, Hic *Hochbergicum*; Hujus pronepos *Henricus III*, tempore *Rudolphi Habsburgici* clarus, *Henricum IV.* proſevit, & *Rudolphum III*, quorum prior Ramum *Hochbergicum* continuavit, in *Ottone III*, ipſius pronepote, An. 1415. (al. 1418.) extinctum, Marchionatu *Hochbergico*, & Patrimonio *Uſenbergico*, in *Bernhardum* Badenſem translatis; *Rudolphus* autem, *Sauſenbergicum* inchoavit, cujus filius *Henricus VI*, An. 1315, dominium *Rœtelanum*, à *Leopoldo*, Præpoſito Baſilienſi, donatione mortis cauſa, nactus fuit, hujusque abnepos, *Rudolphus VIII*, An. 1444, à *Johanne*, Friburgenſium Comite, Comitatum, *Novocaſtrenſem* (Neufchatel) in Helvetiæ finibus, una cum Dynaſtia *Badenweiler*, itidem dono obtinuit. Anno 1486. fato functus; cujus filius, *Philippus*, ultimus Marchio hujus Lineæ, 7. Sept. 1503. extinctus, Comitatum *Novocaſtrenſem* filiæ unicæ, *Johannæ*, quam ex *Maria*, *Amadei IX*, Sabaudiæ Ducis, gnata, ſuſceperat, Patrimonii inſtar, reliquit, reliquis ejus ditionibus, veluti: *Sauſenberg*, *Rœteln*, *Badenweiler &c.* vigore Transactionis, anno 1490. cum Agnatis Badenſibus, initæ, ac *Maximiliani I.* Imp. auctoritate anno 1499. roboratæ, *Chriſtophoro* Badenſi obvenientibus. Cumque verò dicta *Johanna*, ann. 1504, torum *Ludovici*, *Longovillani* Ducis, conſcenderet, factum eſt, ut totam hereditatem *Hochbergicam* Dux prætenderit, gravi inde orta controverſia, ita tandem ſopita, ut *Longovillano* ſatis eſſet, Comitatum Novocaſtrenſem poſſidere jure hereditario, inſuperque Titulis ſuis *Rœtelenſem* inſerendi poteſtate gaudere, addita ducentorum & quinquaginta millium aureorum, ipſi ſolvendorum, ſummâ; quæ omnia, anno 1581, ad finem perducta; Vid. Dnn. *Spener*, *Syllog. Hiſtorico-Geneal.* pag. 613. ad 617; *ImHoff* l. c. lib. 4, c. 8, §. 3 & 4, pag. 183 & 184. *Europ. Heroldt* l. c. pag. 507, qui tamen non niſi 225000. florenorum numerata docet.

(5) A laudati *Chriſtophori* Badenſis filiis, *Bernhardo IV* & *Erneſto*, duo iterum palmites defluxerunt, ab illo *Badenſis*, & ab hoc *Durlacenſis*, ambo in poſteris florentes, de quibus Genealogicarum Tabularum conditores evolvendi.

(6) Præcipua Marchionum jura ſunt:

(1) Vigore Privilegii *Wenceslai* Imp. ſub dato Carlſtein, *Sonntags als man ſinget* Jubilate, 1397, *Rudolpho*, Marchioni Bado-Hochbergenſi, conceſſi, *kœnnen Ihre Unterthanen für kein Land- oder ander weltlich Gericht, ausgenommen das Kayſerliche und des H. R. Reichs-Hoff-Gerichte, gezogen werden.* Vid. Diploma, apud Dn. *Lunigium*, *Continuat.* 2, *des Reichs-Archivs, in der VI Abtheilung, im XXIX Abſatz, in ſupplementis ulterioribus*, §. 1. pag. 135; Quod *Sigismundus* Imperator, ſub dato *Strasburg, 1414, am S. Margarethen-Tag*, confirmavit; Vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. 4, pag. 137 & 138.

(2) Idem Cæſar, ſub dato *Stetler, 1398, an S. Clementien Tag*, laudato Marchioni indulſit, *daß Sie in Ihr Land, Grafſchafft, und in allen und jeglichen Ihren Schlœſſern und Gebiethen, und auch alle Ihre Leuthe und Unterſaſſen, allerley Aichtere, wie man die nennet, die heimlich oder offenbahr, oder verſchrieben Aechter ſind, und von welchen Gerichten, oder von welcherley Sachen die in die Acht kommen, und bracht ſind, ſie wæren Ihn verkündigt, oder nicht, aufnehmen, enthalten, hauſen und hofen, und alle Gemeinſchafft mit Ihn haben mœgen, als mit andern Leuthen, und ſollen auch damit wieder Uns* (Imperatorem) *das Reich, noch jemanden anders, nicht gethan, noch überfahren haben, und diß auch nicht, weder am Leibe, noch am Gute entgelten, noch auch darüber von Niemanden, wer der ſey, mit keinerley Sachen, oder Gerichten, angereicht, fürgeheiſchen, bekümmert, oder beſchwert, noch gebüſſet werden &c.* Vid. Diploma, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 2, pag. 136 & 137; confirmatum à *Sigismundo* Imp. ſub dato *Strasburg, 1414, an S. Margarethen Tag*, ibid. §. 4, pag. 137 & 138.

(3) *Jacobus* Marchio obtinuit à *Friderico III.* Imper. ſub dato *Franckfurth, am næchſten Montag nach S. Jacobs Tag*, An. 1442. Privilegium, *daß ſeine Diener und Leute, es ſeyn, Graven, Herren, Ritter, Knechte, Bürger, oder Gebauren, Niemands, wer der ſey, für keinen Land-Richter, Hoff-Richter, oder andere Richter, laden, fürtreiben, oder furheiſchen, noch über ſie, und ihre Güter, wo die gelegen ſind, kein Land-Richter, Hof-Richter, oder andere Richter urtheilen oder richten ſollen, oder mœgen, in kein Weiß, oder keinerley Sachen wegen, nur*

allein

allein Er ſelber, oder ſeine Ampt-Leuthe und Richter, den Er das empfohlen hat, und befehlen würdet. Die ſollen auch jeden Klæger, in ſechs Wochen und dreyen Tagen, eines unverzogen Rechtens beholffen ſeyn, ungefehrlich &c. Vid. Formula apud Dn. *Luniginm* l. c. *Continuat. 2, in der Vierten Abtheilung, im IX Abſatz,* §. 4, pag. 941; & Dn. *Schilterum*, inter *Documenta & Diplomata, Hiſtoriam Friderici III.* illuſtrantia, p. m. 97. Confirmationem hujus privilegii, ab eodem Imperatore, ſub dato *Franckfurt am Mayn, Dienſtag vor S. Simon und Judas Tag, 1475.* exhibent Dn. *Schilter* l. c. pag. 105, & Dn *Lunigius* l. c. p. 945.

(4) Idem Cæſar, ſub dato *Neuſtadt, am Montag nach dem H. Palm-Tag, 1455.* permiſit *Carolo & Bernhardo* Marchionibus, *die Miſſethæter in Ihren Gerichten, da ſie begangen, zu richten &c.* vid. Dn. *Schilterus* l. c. pag. 98, & Dn. *Lunigius* l. c. §. 5, p. 941 & 942.

(5) Idem, ſub dato *Grætz, am S. Marx Tag, des H. Evangeliſten, 1468*, largitus eſt *Carolo* Marchioni Privilegium, *daß all und jeglich Baſtarten, genandt Kænigs-Kinder, in der Marggraffſchafft Baden, und alle und jegliche andern Enden und Gebiethen deſſelben Unſers* (Imperatoris) *Schwagers, und ſeiner Erben, wohnende, zugehæren, und Ihr ſeyn und bleiben, und hinfür, zu ewigen Zeiten, von Niemand andern, umb keinerley Leib-Eigenſchafft, Dienſte, oder ander Anſuchung, angelangt, erfordert, oder beſchwert werden ſollen, in einig Weiſe &c.* Vid. Dn. *Schilterus* l. c. pag. 99. & Dn. *Lunigius* l. c. §. 6, pag. 942 &c.

(6) Nulli, (notante, ex *Bucelino*, Dn. *ImHoffio*, lib. 4. *Notit. Procerum*, Cap. VIII, §. 41. pag. m 191.) in Marchionatu ſunt Ordines, ſive Status Provinciales, ita, ut vix ullus Princeps in Imperio majori in ſubditos polleat poteſtate; cum quidquid Principi libet, inſtar legis ſit, & omnia tributa, collectæ, angariæ, onera reliqua, ex mero Ejus arbitrio, indicantur. Conf. *Europ. Herold* Tom. I, *Zweyter Abſatz, Eilffter Punct*, §. 9. pag. m. 509,

(7) Tria in Principum Senaculo Vota exponunt; *Badenſe, Durlacenſe & Hochbergicum*; quod poſterius tamen poſtremum ſemper locum occupat, cum duo priora, habita ratione Principum ætatis, prius ferantur, ita, ut ſi Marchio Badenſis Durlacenſem annis ſuperet, *Badenſe* primum obtineat locum, ſin minus, ſecundum. Quæ alternatio fundata Artic. IV. *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* §. 26: *Alternetur etiam in poſterum inter utramque Lineam Badenſem, Inferioris ſcilicet & Superioris Marchionatus Badenſis, præcedentia & ſeſſio, in Comitiis, & Circuli Suevici, aliisque Univerſalibus vel particularibus Imperii, aut quibuscunque Conventibus; pro nunc tamen eadem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum ſuperſtes erit, permanente &c.* Quem locum in Comitiis, reſpectu Ducum Pomeraniæ, Megapolitanorum & Würtenbergicorum, nec non Landgraviorum Haſſiæ, teneant, dictum præced. Tit. XVI, §. 10, lit. k, p. 40. 41.

(8) Marchionatus non amplius dividitur, ob jus Primogenituræ in Domo Badenſi receptum. Vid. *Springsfeld* de *Apanagio*, Cap. 3. &c. &c.

(9) Gentilitium δεῖγμα Badenſe eſt *Baltheus coccineus, parmulam auro tinctam permeans. Eine breite ſchrægrechts gehende rothe Zwerchſtraſſe, dazu ein Güldener mit Gold gekrænter Helm gehæret, aus welchem zwey gewundene Bockshærner, derer das rechte roth, und das lincke gelb iſt, herausragen, im gelben Felde.* Vid. Dn. *Spener*, part. ſpecial. *Operis Heraldici*, lib. 2. Cap. 4, §. 6. pag. 382; *ImHoff* l. c. §. 25 & 26, p. 188; *Europ. Herold.* l. c. p. 509.

(e) MORAVIÆ &c. Ad Moraviæ Hiſtoriam facit *Johannis Peſſinæ de CZecherod, Mars Moravicus*, continens Bella, ſeditiones, prælia &c. quæ Moravia hactenus paſſa; Pragæ, 1677. fol. Conf. præced. Tit. XVI. Catalog. *Ducum Venedicorum*, paſſim. De origine Marchionatus hujus, inquit *Spangenberg*, lib. X. *Adelſpiegel*, Cap. XIX, pag. 312: *Mehren iſt vor Zeiten ein Kænigreich geweſen, darunter Pohlen, Behmen und Reuſſen gehæret, iſt aber, umbs Jahr 894. durch Kayſer* Arnolph *bekrieget, und geſchwæcht; Darnach, von Jahr zu Jahr, zerriſſen worden, und endlich*, Anno *1086. als Bæhmen ein Kænigreich worden, hat Kayſer* Henrich *der* IV, *eine Marggraffſchafft aus dem Land zu Mehren gemacht, und die der Kron Bæhmen unterworffen, und iſt Hertzog* Conrad, *Kænig* Vratislai *Bruder, der Erſte Marggraff worden, iſt aber von ſeinem Bruder bekriegt, und ſamt ſeinem andern Bruder, Hertzog Otten, und deſſen Sæhnen, Suateplug und Otten, verjagt worden*, anno 1091; *und alſo die Marggraffſchafft an Hertzog Boleslaen, des gedachten Kænigs Sohn, kommen, und nach demſelben, an* Borziwoy, *ſeinen Bruder*, an. 1099 &c. de cujus ſucceſſoribus, ibidem. *Martinus Boregk* in *Chronico Bohemico*, Part. I, pag. 76, vocat primum Marchionem, *Bretislaum*, qui primus Regionem hanc, ad Ducatum Bohemiæ, tanquam ejus, contra Hungaros Polonosque, Marchiam, adjunxit. Hinc ſua Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Rebus Badenſibus*, c. 2, pag. 6. In numerum Imperii Marchionatuum refertur etiam Moravia à *Münſtero*, lib. 3. *Coſmographiæ*, Cap. 24, pag. m. 455, & Cap. 489, pag. 1138, ubi: *Vor etlich Hundert Jahren, war diß Land*, (Moravia) *eine von den vier Marcken des Ræmiſchen Reichs, aber ward darnach dem Kænigreich von Bæhem eingeleibt, unter dem Sie noch iſt &c.* Add. *Goldaſtus*, Tom. I. *Conſtitut. Imperial.* pag. 343 *Nolden, de Statu Nobilium*, Cap. VIII, §. 170, pag. m. 151; *Omphrius Panvinius*, de *Comitiis Imperatorum*, Cap. 13, pag. m. 159; *Limnæus*, lib. I. *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 38. pag. 65 & 70; *Daniel Otto, Jur. Publ.* Cap. 1, pag. m. 641 &c. reliquique Quaternionum catalogos exhibentes.

 (f) Præ-

(f) Præter hos Marchionatus, longe plures quondam fuiſſe, certo certius eſt, quamvis non omnes ejusdem dignitatis, cum plerique Ducibus paruerint, adeoque hactenus expoſitis longè fuerint inferiores, Quo titulo veniunt:

ANDECCENSIS; In diplomate *Hartwici* Ratisbonenſis de An. 1156, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 449, mentio fit: *Berchtoldi, Marchionis de Andechſe.*

ANTWERPIENSIS, de quo *Albinus, in der Meißniſchen Chronick*, Tit. IX, pag. m. 216 & 217: *Unter* Diterico, *der Francken Kœnig, ſol die Marck zu Antorff, im Niederlande, welche man* Præfecturam Limitis Armorici, *biſsweilen* Anglici, *genennet, auffgerichtet ſeyn; welcher ſie* Utiloni, *einem ſo aus der ælteſten Fürſten der* Bojorum *Geſchlecht, auch ein Anherr* Caroli Magni *geweſen, befohlen, deſſen Nachkommen in ſolchem Ampt auch eine Zeitlang blieben, und dieſen Titul geführt, wie* Lazius, lib 3, de Migratione Gentium, *gedenckt &c.* Quo fundamento hæc aſſerat, ignoro, minimum *Johannes le Roy*, in *Notitia Marchionatus Antwerpienſis*, An. 1678, Antwerpiæ, fol. edita, nihil definii. Interim & Dn. *Schurtzfleiſchio*, Diſſ. de *Veteri Regno Populoque Burgundiæ*, Cap. V, §. 2. pag. 66 & 67, primordia Marchionatus hujus vel ab invaſione Danorum Regis, *Chochilaichi*, tempore *Theodorici*, Auſtraſiæ Regis, claſſe in maritimam Belgii oram invecti, (ceu ex *Gregorio Turonenſi* lib. 3. *Hiſtor.* Cap. 3, pag. m. 53, patet) deducenda videntur; vel certo aſſerendum, ſequiores Normannorum deprædationes inſtituendæ illic limitum præfecturæ, occaſionem dediſſe. Neſcio, an non tutius ad ea provocemus tempora, quibus, de Lotharingiæ terminis, Germaniæ Galliæque Reges inter, diſceptatum eſt, & controverſia Tranſactione *Bonnenſi*, Anno 923, ſopita, de qua præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, voc. *Henricus Auceps*, pag. 61 & 62, nec non præced. Tit. 16, Catal. *Ducum Lotharingiæ*, v. 10, pag. 242. evolvantur; Conf. Ampliſſ. Dn. *Ludewig*, de *Formula Ducatus Brandenburgici*, §. 3, lit. n, pag. 25. *Henricum IV.* Imperatorem tradidiſſe Marchiam hanc, An. 1076, *Godefrido*, *Gozelonis* Ducis conſobrino, & *Euſtachii* Comitis filio, verbis *Lamberti* Aſchaffenburgenſis, præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 111, extantibus, probavi. Audit hic Marchionatus, adhuc hodiè, *Marchionatus Imperii* κατ᾽ ἐξοχὴν; unde ſuſpicor, eum in domanio quondam Imperatoris, & quidem in extremitate totius Imperii, nec Ducatus alicujus, ſitum, minimumve Ducali imperio exemptum fuiſſe; cujus propterea præfectus Comes immediatè Imperatori paruerit.

(2) AUSTRIACUS &c. Admodum vero ſimile eſt, Marchionatum hunc cœpiſſe, ex quo *Orientalis Bajoariæ limes* firmis, à *Carolo Magno*, præſidiis munitus noſcitur, Hungaris inde rejectis, Bajoariæque finibus ad Dravi usque fluenta promotis. Vid. *Aventinus*, lib. IV. *Annal. Boicor.* Cap. V, §. 30 & 31, p. 305 & 306, *Chronicon Carionis*, lib. IV, p. m. 466 & 467; *Albinus, Meißniſche Chronick*, Tit. IX, p. m. 466 &c. Primus *Auſtriæ Marchio* vel mihi viſus, eſt *Rugerus de Pechlarn*, cujus in antiquo MS. *Chronico Auſtriaco Zwethalenſi*, notante Dn. *Lambecio*, lib. 2. *Commentar. Bibliothecæ Vindobon.* Cap. VIII, p. 628, in margine, mentio fit; in *Johannis Cuſpiniani Auſtria, Rudingerus de Pechlaren* dictus, circa annum 928. defunctus, Marchia abhinc *Leopoldo*, tot Principum Potentiſſimorum, ab eo deſcendentium, ſatore, demandata. Notabilis hic Hiſtoria Fundationis Cœnobii *Mellicenſis*, apud *Lambecium*, l. c. p. 627, ubi: *Primus itaque fundator hujus Monaſterii, Mellicenſis, dicitur fuiſſe Leopoldus Primus, qui originem duxiſſe fertur à quodam Nobiliſſimo Comite Babenbergenſi, de Genere Franconum, cui deſponſata erat filia Ottonis, Ducis Saxonum. Hic Leopoldus Terram hanc Auſtriam hoc modo obtinuit: Dum adhuc adoleſcens die quadam in venatione per avia ſecutus fuiſſet Imperatorem, qui tunc temporis Rempublicam Romanorum adminiſtrabat, ſolum ſcilicet ſolus, & ille, feram percuſſurus, arcum fortius attrahens, comminuiſſet, juvenis arcum ſuum, ut erat contentus, manui cunctantis promptiſſime inſeruit, ſicque Princeps, ferâ percuſſâ, ſuper alacritate adoleſcentis delectatus, ſub autoritate Regia, promiſit ei Terram, quam ſibi proximò vacare contingeret, ipſique competeret, atque pro memoria & confirmatione promiſſi, quia nullus interfuit, dedit ei arcum contritum. Non multò autem poſt tempore, mortuo Marchione Auſtriæ,* (Rugero de Pechlarn) *ſine hæredibus, cum multi Procerum inſtarent Imperatori, petentes ſibi conferri Marchiam, prorumpens in medium juvenis, cum atteſtatione fracti arcus, Regalis promiſſionis petiit executionem. Cui Princeps nihil moratus, induſtriam ſuam commemorans, auctoritate Regia, Marchiam traditam confirmavit. Ipſe autem Terram hanc, cum multo Comitatu adiens, Caſtrum munitiſſimum, in monte iſto noſtro ſitum, quod homo Potentiſſimus, nomine Giſo, tenebat, magna vi cepit, atque deſtruxit, ibique Canonicos duodecim, ne videlicet aliqua munitio inſtaurari poſſet, inſtituit, mons enim idem, qui modo, corrupto nomine, dicitur Medilich, à quo fluvius præterfluens denominatus eſt, propter opportunitatem ſitus, & munitionem, antiquitus Mea Dilecta* (anile commentum) *vocabatur, quod nomen ei Julius Cæſar impoſuit. Sic itaque omni Terrâ potitus, multis annis Marchiam ſuam ſtrenuè tuebatur & dilatavit. Hic, anno Domini Nongenteſimo Octogeſimo tertio, decedens, filium reliquit Hainricum &c.* Diſcimus interim ex

hoc

Digitized by Google

hoc loco, *Cuſpinianum*, non ſine ratione, Anno 938. *Leopoldum* Marchiæ præfectum, ſtatuere, quinquageſimo quinto Regiminis anno defunctum, adeoque 983. non 988. quem culpâ typographi, vulgaris *Cuſpiniani* lectio prodit, aſſecla *Henningeſio*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 257; qui inſuper Eum, ab *Ottone II.* demùm, contra Hungaros, conſtitutum arbitratur; multo minus Anno 994. ceu idem, l. c. p. 256. perhibet. Quoniam ab hoc reliqui Marchiones proſati, à multis pro Primo habetur; vid. Dn. *Spenerus*, *Op. Herald.* Part ſpec. Lib. I. Cap. IX. §. 31. pag. 53: *Hæc Provincia* (Auſtria) *olim Pannoniæ pars, aliquandiu ſub Bavariæ fuit Ducibus. Inde à Cæſaribus ei Marchiones præpoſiti, quæ dignitas in uſu ferè erat circa illas Regiones, quæ limitaneæ fuerant Imperii; in primis verò claruit Luitpoldus, ſeu Leopoldus, Primus Marchio, qui dignitatem ad poſteros transmiſit, Imperatoris Henrici I. Gener, Illuſtris cognomine dictus, qui 988 vivis exceſſit. Eum Otto Friſingenſis ex Bambergenſibus Comitibus deducit; malim verò, cum Aventino, eum Eberhardi filium & Arnolfi, Ducis Bavariæ (à cujus etiam altero filio, Arnolfo, Comites Schirenſes, &, per hos, Duces Bavariæ hodierni, atque Comites Palatini, oriuntur) nepotem agnoſcere. Ab eo reliqui omnes Marchiones Auſtriæ &c.* Add. *Leonhardus Wurffbain*, de Domo *Habſpurgica*, p. 23; *Gabriel Bucelinus*, *Hiſtor. Agilolfing.* p. m. 382; *Henningeſius* l. c. p. 257 &c. Juſſa *Ducum Bavariæ* eos excepiſſe, certum eſt; Quomodo autem Anno 1156 Marchia hæc non ſolum Juriſdictione Bavariæ Ducum fuerit exemta, ſed & ipſamet *Ducali* charactere, à *Friderico I*, Imp. inſignita, Tractuque Bavariæ, adhuc hodie *das Land ob der Enß* nuncupato, aucta, præced. Tit. II. §. 10. lit. d, p. 128 & 129. & Tit. XVI. §. 9. lit. b p. 17. nec non ibid. in *Catalogo Ducum Bavariæ*, v. 49. in vita *Henrici VIII.* ad Ann. 1156. p. 451. expoſui latius. Summam complectitur *Chronicon Monaſterii SS. Udalrici & Afræ, Auguſtæ Vindelicorum*, ad An. 1152. apud *Freherum* T. I. *Rer. German.* p. 358 & 359: *Hainrico etiam, Duci Saxoniæ, filio illius Hainrici, Ducis Bavariæ, à Conrado, Anteceſſore ſuo, ejecti à Bawaria, conſilio & rogatu* Principum, *Ducatum paternum reſtituit Noricorum, & Hainricum, Patruum ſuum, Marchionem Auſtriæ, tunc Ducem Bavariæ, ab eodem Ducatu removit. Et quia ejusdem Marchionis magna Nobilitas, & multa exigebat honeſtas, ut nomen Ducis non perderet, & ut Duces Bavariæ minus deinceps contra Imperium ſuperbire valerent, Imperator* (Fridericus I.) *de voluntate & conſenſu Principum, in Curia Ratiſponæ habita, Marchionem Auſtriæ à Juriſdictione Ducis Bavariæ eximendo, & quosdam Ei Comitatus de Bavaria adjungendo, convertit in Ducatum, judiciariam poteſtatem Principi Auſtriæ, ab Anaſo, usque ad Sylvam prope Pataviam, quæ dicitur Rotenſela* (Roſenthala) *protendendo. Nam huc usque ad quatuor Marchiones Auſtriæ, & Styriæ, Iſtriæ, Chambenſis, qui dicebatur de Vohburg, evocati ad celebrationem Curiæ Ducis Bavariæ veniebant, ſicut hodiè Epiſcopi & Comites ipſius Terræ facere tenentur. Sic igitur ille Hainricus, factus eſt primus Dux Auſtriæ &c.* l. c. ad An. 1156. pag. 359. ſubjicit ipſius compoſitionis tenorem, præced. Tit. 2. §. 10. lit. d, an. eod, pag. 129. à me quoque adductum, ubi notanda verba: *Dux autem Bavariæ reſignavit Nobis Marchiam Auſtriæ, cum omni jure ſuo, & cum omnibus beneficiis, quæ quondam Marchio Luipoldus habebat à Ducatu Bavariæ &c.* Alio nomine, vocatur hæc Marchia.

BAJOARIÆ, quo ſenſu *Henricus*, laudati modo *Leopoldi*, *Auſtriæ Marchionis* filius, *Henrico Sancto*, ob collatum in *Cunigundæ* Uxoris Fratrem Bavariæ Ducatum, rebellis, *Marchio Bajoariæ* vocatur in *Annalibus Hildesheimenſibus* ad An. 1018. apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 724. ibi: *Heinricus, Marchio Bajoariæ, ſubitanea morte præventus, obiit &c.* Conf. *Ditmarus*, lib. VIII, p. m. 110, an. eod. *Henricus, qui Marcham inter Ungarios & Bavarios poſitam tenuit, 8. Cal.* (Junii) *fortis armatus obiit &c.* & *Lambertus Aſchaffenburg.* ad Ann. 1075. apud *Piſtorium*, pag. m. 220: *Ernoſt, Marchio Bajoariorum, Vir in Regno Clariſſimus, & multis ſæpe adverſum Ungarios victoriis inſignis, graviter vulneratus eſt, & cum in Caſtra ſemivivus relatus fuiſſet, poſtero die expiravit &c.* Quæ Monachus *Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium* T. I. *Rer. German.* pag. 418, repetit. Nec dubium eſt, quin *Erneſtus Strenuus*, præfati *Henrici rebellis*, ex *Alberto Victorioſo*, nepos, hoc titulo intelligatur; de quo etiam *Henningeſius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 257.

BUDISSINENSIS (hodiè *Luſatiæ Superioris*) *Milcianis* Slavis quondam inhabitatus; vid. *Schurtzfleiſchii* Diſſ. de *Luſatia* §. 5. pag. 5. Titulum hunc geſſit *Johannes*, Bohemiæ & Poloniæ Rex, Diplomate An. 1319. 2. Cal. Decembr. *Budiſſenſibus* Pragæ dato, apud Dn. *Lunigium*, Contin. 2. *des Reichs Archivs, IV. Abtheilung, 2. Abſatz, §. 3. des Anhangs*, pag. 6. ibi: *Johannes, D. G. Bohemiæ & Poloniæ Rex, Lucenburgenſis Comes, & Marchiæ Budiſſinenſis Dominus &c.*

BURGOVIÆ, in Suevia, qui Marchionatus tamen ad Circulum Auſtriacum refertur. Ultimus Marchio,

Digitized by Google

chio, *Henricus*, ex Comitibus *Montenſibus* oriundus, (cujus mentio fit in Diplomate *Rudolphi I.* Imp. An. 1275, apud *Gewoldum* T. I. Addit. *Metropolis Hundii*, pag. m. 81, ubi inter teſtes: *Henricus, Marchio de Burgaue*,) obiit An. 1283; vid. *Zeiler*, *von den X. Reichs-Craiſſen*, T. I. voc. *Burgau*, p. 22 & 23, & *Topograph. Sueviæ*, voc. *Burgaw*, p. m. 49 &c. Conf. præced. §. 3. lit. 2. voc. *Burgaw*.

CAMBURGENSIS, ex quibus Marchionibus *Otto* hoſtibus *Henrici Leonis* Ann. 1166. ſe aſſociaſſe legitur. Vid. præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* Vita *Henrici Leonis*, ad h. a.

CARINTHIÆ &c. Carolomannum, *Ludovici Germanici* filium, pulſis Ducibus, quibus cuſtodia Pannonici limitis & *Carantani* commiſſa erat, *Marcam* per ſuos ordinaſſe, *Annalium Fuldenſium* fide, ad An. 861. pag. 27. nititur. *Lambertus Aſchaffenburgenſis*, memor obitus *Wilhelmi*, Thuringiæ Marchionis, ad An. 1062. pag. m. 166. ait: *Sponſam ejus Udalricus, Marchio Carentinorum, cognatus ejus, accepit &c.* add. *Monachus Herveldenſis*, an. eod. apud *Schardium* l. c. pag. 381. De Ejus obitu pergit *Lambertus*, Ann. 1070. p. 179: *Udalricus, Marchio Carentinorum, obiit &c.* Ita quoque *Monachus Herveldenſis*, an. eod. l. c. pag. 389; Spectat fortè huc etiam *Marcwardus* ille, cujus *Lambertus* ad An. 1073. pag. 194. meminit; add. *Henningeſius* l. c. pag. 542. De lepida ſuſceptione Principis Terræ hujus quondam uſitata, legas *Æneæ Piccolominei* Commentarios de Rebus ſub *Friderico III.* Imp. per Europam geſtis, Cap. XIV. apud *Freherum* Tom. 2. *Rer. German.* pag. 57; add. *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V.* Art. XXX. voc. *Wohl ziemet*, p. 313 &c.

CHAMENSIS, vid. Infr. VOHBURGICUS.

FLANDRIÆ Marchionem, *Balduinum*, à *Carolo Calvo* creatum, diſcimus ex Hiſtoria Translationis *S. Donatiani*, Cap. I. præced. §. 5. lit. a. voc. *Marchiones*, p. 587.

FRESONUM Marchiam tradidit *Henricus IV.* Imp. *Henrico* Comiti, An. 1102. Moguntiæ, in Principum Conventu, teſte *Chronographo Saxone*, ad h. a. pag 279: *Heinricus Imp. Natalem Domini apud Moguntiam celebravit, ibi multi Principes convenerunt ---- Comes Heinricus gratiam Imperatoris acquiſivit, & Ipſe Imperator Marchiam Freſonum ſibi tradidit, qui ſtatim illuc pergens, cum Uxore ſua, ibi interfectus eſt, & illa vix evaſit &c.* Add. *Annales Hildesheimenſes*, ad An. 1102. apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 733. Intelligendum hoc titulo *Henricum*, *Ottonis*, ad Werram Ducis, Filium, præced. Tit. XVI. in *Catalogo Ducum Bavariæ*, v. 43. in vita *Ottonis II.* oſtendi.

HOCHBERGENSIS, qui ejusdem ferè cum *Badenſi* originis. Vid. *Spangenberg*, lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XIX. pag. 314; & *Münſterus* lib. 3. *Coſmographiæ*, Cap. 273. pag. 778. & Cap. 274. pag. 779. unde ſua *Speidelius*, voc. *Baden*, pag. m. 84 & 85; Conf. præced. lit. d, pag. 654. *Otto*, *Marchio de Hohenpurgk*, occurrit in Diplomate *Conradi IV*, Regis Romanorum, An. 1251. in confirmationem Privilegiorum Eccleſiæ *S. Emmerani* Ratisbonenſis, dato, apud *Hundium* T. I. *Metropolis*, pag. 229. & T. 2. pag. 380; & N. *Marchio de Hochpurg*, in Diplomate *Rudolphi I*, Imp. 8. Kal. Septembr. 1277. apud *Novam Civitatem*, Epiſcopo Patavenſi conceſſo, apud *Gewoldum*, Addit. ad *Hundium* l. c. Tom. I. p. 394.

ILEBURGENSIS, i. e. Miſnenſis. *Heinricus de Ilburg Marchio obiit;* ita *chronographus Saxo* ad An. 1104. p. 279.

JULIACENSIS, Marchionatus meminit *Albinus*, Tit. IX. *der Meiſſniſchen Chronick* pag. m. 220 & 221.

ISTRIÆ; *Engelbertus*, Marchio de *Yſtria*, eſt teſtis in Charta *Conradi* Salisburgenſis, An. 1146. apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. p. 195. Sic *Berchtoldus Marchio Iſtriæ*, in Diplomate *Friderici I.* Imp. Ann. 1180, apud *Hundium*. T. I. *Metrop.* p. 115.

LANDSBERGENSIS primordia deſcribit *Albinus* l. c. p. 218: *Eben dieſer Kayſer Carolus*, (Magnus) *wie nicht dran zu zweiffeln, hat die Marck zwiſchen der Sala und Elbe, oder, im Untern Theil des jetzigen Landes zu Meyſſen, wider die Sorben Wenden, ſo Er, von wegen ihres Muthwillens, mit Kriege angreiffen müſſen, aufgerichtet, und ſeinen Sohn, Carlen, wider Sie, in dieſen Landen eine Zeitlang liegen laſſen. Aus dieſer Sorbiſchen Marck, iſt hernach die Marck zu Landsberg, jetzo eine Herrſchafft bey Halle, überblieben &c.* *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 12. orditur Marchionum horum ſeriem à *Diderico II*, *Dedonis II.* Wettinenſium & Merſeburgenſium Comitis, filio, anno 1034. 13. Decembr. in Cubiculo interfecto, cujus præced. lit. e. v. 5. in vita *Dedonis*, p. 640. mentio facta. *Conradum, Marchionem de Landesberg*, in Diplomate *Ottonis IV.* Imp. An. 1209. teſtium numero haberi, præced. lit. c. v. 11. pag. 650. monitum. Conf. *Laurentii Peccenſtein*, *Theatr. Saxonicum* Part. 2. f. 33; *Zeiler von denen X. Reichs-Craiſen*, Tit. V. voc. Landsberg, p. 415.

LUSATIÆ Marchionatus Hiſtoriam ſiſtunt: *Chriſtophorus Manlius*, libris VII. *Commentariorum rerum Luſaticarum*, magnoperè laudatus *Martino Mylio*,

Digitized by Google

Mylio, in *Annalibus Gorlicenſibus*, An. 1575; *Caſpar Peucerus*, in *Idyllio Patriæ ſuæ*, quo totius *Luſatiæ Superioris* deſcriptio continetur, Ann. 1594, auctoritate *Budiſſinenſis* Senatus, viceque altera, An. 1603. *Budiſſæ*, edito. *Caſpar Sagittarius*, in *Hiſtoria Luſatiæ*, Jenæ, 1675; Dn. *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Luſatia*, Wittebergæ, 1[illegible]. ventilata. Alii. Veterum inſtitutorum quædam recenſet *Ditmarus* lib. VI. *Chronic.* pag. m. 65. Add. *Dubravius*, lib. 2. *Hiſtoriæ Bohemicæ*, pag. m. 14.

Eum, ab *Henrico Aucupe*, adverſus Polonos Sileſiosque, erectum, atque *Geroni* Marchioni, an. 965. mortuo, creditum fuiſſe, fatentur omnes. *Albinus* cit. Tit. IX. *der Meiſsniſchen Chronick*, p. 200. ad An. 929. ait: *Umb dieſe Zeit iſt auch das Marggrafftbumb Lausnitz von Ihm* (Heinrico Aucupe) *auffgerichtet worden, welches Er* Geroni, *einem Grafen von Altenburg, bey Mersburg, welcher, nach* Sigfrido, *auch die Marck Brandenburg bekommen, eingegeben &c.* Conf. *Manlius* l. c. lib. I. col. 13 & 14; *Spangenberg, Adelſpiegel*, lib. X. Cap. XIX. p. 314; Dn. *Schurtzfleiſch* l. c. §. 5. p. 5. Victoriæ *Geronis* de *Luſikis* reportatæ, memor eſt *Witichindus* lib. 3. Annal. verbis præced. Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Venedicorum*, v. 14. p. 464. occurrentibus. Plura de eodem Principe, commemoravi præced. Tit. XV. §. 18. lit. b. p. 1309. &c.

Defuncto *Geroni*, ſurrogatum ab *Ottone I.* Imp. ipſius, ex ſorore *Hidda*, affinem, *Chriſtianum*, Reveningenſium Comitem, docent *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, p. 13. & *Maderus*, in *Genealogia Marchionum Luſatiæ*, *Chronico Montis Sereni*, p. 44. (rectius 60.) præfixa, à cujus filio, *Dithmaro*, An. 978. exuvias mortales deponente, ſeriem Marchionum orditur dictum *Chronicon Montis Sereni*, p. m. 38 & 39. ubi: *Dithmarus Marchio duxit filiam Hermanni Ducis à Luneburg, Suanebildam nomine, ex qua genuit Geronem Marchionem; Gero genuit Dithmarum; Dithmarus genuit Odonem, qui ſine liberis obiit &, in eo poſteritatis propagatio ceſſavit. Hi omnes Provinciæ Luſizenſis Marchiones fuerunt, quæ nunc Orientalis Marchia vocatur. Odonis Marchionis meminit ſcriptura paſſionis B. Adelberti, ubi dicitur: Odo, Pugnax Marchio, lanceis vexillis terga vertit &c.* Condidiſſe fertur hic *Otto* Monaſterium ad Salam, quod *Gratiam Dei* vocant, circa Magdeburgum. Interfectum, in prælio contra Henetos, an. 1031. tradunt *Henningeſius* l. c. & *Europ. Heroldt*, Tom. I. *im zweyten Abſatz, im dritten Punct.* p. m. 245.

Ab ejus exceſſu, contulit Marchiam hanc Imperator, *Conradus Salicus*, (an *Henricus III?*) in *Dedonem*, Landsbergenſium Marchionis, *Theodorici II.* filium, cujus præced. lit e. v. 5. in vita *Dedonis* p. 648. memini. Conf. *Chronicon Montis Sereni* pag. m. 202; *Henningeſius* l. c. pag. 13; *Europ. Heroldt* l. c. Dn. *Im-Hoff, Notit. Procer. Imperii* lib. 2. Cap. 7. §. 25. pag. m. 42.

Hujus, anno 1075. defuncti, filio, *Henrico Seniori*, præripuit *Henricus IV.* Imp. anno 1086. Marchionatus partem, in Auſtrum excurrentem, Bohemiæque conterminam, vulgò *Marchionatum Budiſſinenſem* quam *Vratislao*, Bohemiæ Duci, tradidit, à quo ad poſteros transmiſſa, donec *Ottocarus*, Bohemiæ Rex, eandem Marchionibus Brandenburgicis ſtirpis Aſcaniæ, (num dotis, an pignoris titulo? non ſatis liquet,) vindicaret. Extincta tandem hac Gente, rediit, *Ludovici* Bavari Imperatoris Gratia, ad *Johannem*, Bohemiæ Regem, in cujus etiam verba *Budiſſinenſes* juraſſe conſtat; Vid. *Johannes* Abbas, in *Chronico*, ad An. 1319; *Boregkius*, Part. I. *Chron. Bohem*, p. 299; *Chriſtophorus Manlius*, l. c. lib. 6. col. 79; *Wenceslaus Hagecius* Part. I. *Chron. Bohem.* p. 395; *Caſpar Peucerus*, in *Idyllio*, ad an. 1319 & 1320; *Goldaſtus*, de *Regno Bohemiæ* lib. 3. Cap. XVI. §. 37. Haud diſſimili fato, *Inferior Luſatia*, qua *Woldemarus*, Marchio Brandenburgicus, *Fridericum Admorſum*, Miſniæ Marchionem, exuerat, deficiente ſtirpe Brandenburgica, eidem Regi attributa eſt, qui inſuper *Friderico Gravi*, *Friderici Admorſi* filio, *Marchiam Gœrlicenſem*, ob repudii libellum, filiæ ſuæ, *Johannæ*, miſſum, armis ademit, cui *Gœrlicenſes* quoque, anno 1329. juramentum fidelitatis & ſubjectionis præſtitere. Vid. Auctores citati; Dn. *Spener, Op. Herald. Part. ſpec.* in Prolegom. §. 17. p. 15; Dn. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Luſatia* §. VIII. p. 10 & 11; Dn. *ImHoff* l. c.

Succeſſerat primum in ea, dicto *Henrico Seniori*, filius poſthumus, *Henricus*, An. 1103. Miſniæ Marchio; verùm, hoc à *Wiperto*, Groicenſium Comite, terris ejecto, obvenit, ab hujus obitu, an. 1124. ipſius filio & heredi, *Henrico Juniori*; quo an. 1136. 2. Kal. Januar. ſine prole maſcula decedente, reſtituit eam Imperator, *Lotharius*, Miſniæ Marchionibus, nominatim *Conrado*, *Thimonis* filio; quod præced. lit. c. v. 8. in vita *Conradi*, probavi. Conſanguinitatis Schema, ex præced. lit. c. v. 5 & ſeqq. deſumtum tale eſt:

Ditericus, Marchio Landsbergicus, †. 1034. Ux. *Mathildis*, fil. *Ekkebardi*, Marchionis Miſniæ.

Dedo, Marchio Luſatiæ creatus, † 1075, Ux. *Adela.*

Thiemo. Ux. *Oda*, fil. *Ottonis* Duc. ad Werram.

Henricus Senior, † 1103, cui Marchia Budiſſinenſis, an. 1086, erepta,

Henricus poſthumus, †. 1127. quem *Wipertus*, Groicenſium Comes, terris pepulit, cujus filius, *Henricus Junior*, an. 1136. prole carens deceſſit.

Conradus, ab obitu *Henrici poſthumi*, agnati, an, 1127. *Marchio Miſniæ*, &, poſt fata *Henrici Junioris*, Groicenſium ſtirpis, *Wiperti* filii, anno 1136. *Luſatiæ*, †. 1156. vel 1157.

Reliquerat *Conradus*, (1) ***Ottonem Divitem***, Marchionem Miſniæ; (2) ***Ditericum***, Marchionem *Landsbergium & Luſatiæ*, cujus mentio fit in Charta *Friderici I.* Imp. An. 1177, prid. Kal. Junii, apud *Cellam S. Jacobi*, in ArchiEpiſcopatu Ravennatenſi, *Henrico*, Abbati Biburgenſi, data, apud *Gewoldum*, Tom. 2, Addit. *Hundii Metropol.* pag. 209, ibi inter teſtes: ***Dietbericus, Marchio de Luſitz, & Frater ſuus, Comes Teto &c.*** Deceſſit *Ditericus*, An. 1184. (3) ***Hermannum***, Epiſcopum Bambergenſem, electum an. 1171 & 1177. defunctum, qui, nondum Eccleſiæ dicatus, itidem *Marchionis Luſatiæ* titulo inclaruit, teſte Diplomate *Friderici I.* Imp. An. 1158, 18. Cal. Julii, Auguſtæ, dato, quo controverſia inter *Henricum Leonem*, Ducem Saxoniæ atque Bavariæ, & *Ottonem* Epiſcopum Friſingenſem, compoſita, apud *Hundium*, Tom. I *Metropolis Salisburg.* p. 114, ubi, inter teſtes: ***Fridericus***, *Dux Suevorum*; ***Hermannus, Marchio de Luſitz, & Frater Ejus, Heinricus &c.*** (4) ***Henricum***, Comitem *Wettinenſem*, cujus modo facta mentio; (5) ***Dedonem Craſſum***, *Rochlicenſem* Comitem, mortuoque *Diterico* fratre, *Luſatiæ Marchionem*, an, 1190. ſepulchra Parentum ingreſſum, ſuperſtite filio *Conrado*, Marchionatus prædicti herede, qui anno 1210. ἄπαις ſeculo valedixit, & (6) ***Fridericum*** Comitem *Brenæ*. Defuncto, An. 1210. *Conrado Dedonis* filio, rediit *Luſatia* ad *Miſnenſem* ramum, ***Ditericum*** ſcil. *Ottonis Divitis* filium, qui, an. 1222. naturæ debitum ſolvens, Pater extitit *Henrici Illuſtris* Miſniæ ſimul & Thuringiæ Marchionis, cujus filius, ***Fridericus Rigoroſus***, vulgò *Klemm*, (*Theodorici Sapientis*, Germani fratris ſui, anno 1282, ejusque filii, *Friderici*, cogn. *Theut*, an. 1291 denatorum, ſucceſſor) an. 1299, certis legibus, eà *Wenceslao*, Bohemiæ Regi, ceſſiſſe legitur: vid. Ceſſionis Diploma, an. 1299. 8. Id Febr. *Pragæ* datum, apud Dn. *Lunigium*, Continuat. *des Reichs-Archivs, IV. Abtheilung, im 2. Abſatz, §. 1. des Anhangs*, p. 1. &c. Biennio poſt, eandem à *Theodorico Juniore*, mediantibus argenti marcharum ſex millibus, Magdeburgenſium Præſuli, *Burchardo*, venditam lego; contractus literas, ſub dato, in *Damis*, an. 1301, in *Inventione B. Stephani Proto-Martyris*, exhibet Dn. *Lunigius* l. c. §. 2, pag. 4. &c. Rem autem utrinque non proceſſiſſe, non ſolùm documento eſt, quod ***Dizmannus***, *Friderici Rigoroſi*, ex fratre, *Alberto degenere*, nepos, multum rixæ deſuper cum Marchionibus *Brandenburgicis* habuerit, anno 1307, 24. Decemb. in æde D. *Thomæ*, *Lipſiæ* trucidatus, ſed & ***Woldemarus*** Marchio, ea, ut jam monui, ***Fridericum Admorſum***, ejus fratrem, pepulerit; *à Ludovico Bavaro* Imp. extinctis Marchionibus Aſcanii ſanguinis, *Luſatia*, in filium, ***Ludovicum Romanum*** Marchionem Brandenburgicum translata, à cujus obitu, filio ***Mainbardo*** obvenit, an. 1363. ſine liberis mortuo; Diplomata, huc ſpectantia, habentur præced. lit. b. v. 4 & 5. Adeſt ſolennius adhuc Magdeburgenſium Antiſtitis, *Alberti*, teſtimonium, quo ſub dato *Magdeburg*, 1371. *in die Aſſumptionis, B. Virginis Glorioſæ*, apud *Lunigium* l. c. §. 8. p. 10. &c. Marchiam paratis nummis a Bohemiæ Regibus comparatam fatetur: *Licet, à longis retro actis temporibus, recolendæ memoriæ quondam Venerabilis in Chriſto Pater, Dn.* ***Burchardus***, *pro tunc Magdeburgenſis Epiſcopus, Prædeceſſor noſter, quendam emtionis contractum, cum Illuſtri, claræ recordationis, Domino,* ***Theodorico Juniore***, *Thuringiæ Landgravio Orientali, &* ***Luſatiæ Marchione***, *pro Dominio & Terra* ***Marchionatus Luſatiæ***, *ac eorundem pertinentiis, pro quibusdam certis pecuniis, ſex millibus videlicet marcharum argenti, feciſſe & iniiſſe dicatur; tamen conſiderantes, & pertinenter attendentes, quod contractus ejusmodi, ex defectu notabilium & certarum conditionum, in ipſo notanter expreſſarum, in effectum nunquam deductus, neque rationabiliter conſummatus dignoſcitur, & præſertim, quod antedictus Landgravius,* ***Theodoricus***, *Principatus & Dominium* ***Marchionatus Luſatiæ***, *prædicti, Divis quondam Regibus Romanorum, & Imperio ſacro, ad manus prædictorum ArchiEpiſcopi, ſucceſſorum ejus, & Eccleſiæ Magdeburgenſis, nullo unquam tempore reſignaverit: ſicut hoc in forma Contractus hujusmodi no-*

Digitized by Google

minatim & ſingulariter eſt expreſſum, eo enim, quod exinde prædictus ArchiEpiſcopus, Prædeceſſor noſter, Succeſſores ſui, (ſcil. Henricus Anhaltinus; Burchardus de Schrapelawe; Otto, Landgravius Haſſiæ; Theodoricus; Petrus Bohemus; Ludovicus, Landgravius Thuringiæ, & Fridericus ab Hoim) *Nos ipſi, & præfata Magdeburgenſis Eccleſia, in poſſeſſionem realem Principatus & Dominii ſupradicti Marchionatus nunquam miſſi ſumus, nec ipſam adepti, vel ejus gubernatione functi quomodolibet, ſeu potiti; perpendenteſque, ratione prævia, qualiter idem Marchio Theodoricus, Marchionatum prædictum, Marchionibus Brandenburgenſibus, ſupradicti Landgravii Theodorici legitimis ſucceſſoribus, & ejusdem Dominii veris & quietis poſſeſſoribus, ceſſerit, nunc Sereniſſimus Princeps & Dominus, Dominus Carolus IV, divina favente Clementia, Romanorum Imperator Semper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, Illuſtris Dominus noſter Gratioſus, Marchionatum prædictum, præſente piæ recordationis quondam Domino Theodorico ArchiEpiſcopo, ejusdem Eccleſiæ immediato noſtro Prædeceſſore, & de ejusdem ſcitu & conſilio, ritè & rationabiliter comparaverit, ipſumque tanquam Rex Bohemiæ, ſibi & Illuſtri Principi, Domino Wenceslao, Bohemiæ Regi, Ejus filio, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, Bohemiæ Regibus, & ejusdem Regni Coronæ, juſto venditionis titulo, vendicaverit, qui etiam, ex ſuperabundante benignitatis Ipſius Clementia, ne Nos & Eccleſiam Magdeburgenſem, in perditione pecuniarum, ſex millium videlicet Marcharum argenti, prædictarum, diſpendioſe remanere contingeret, licet ad hoc faciendum non teneretur, ſupradictas ſex mille marchas, Nobis & Eccleſiæ reſtituit, & donavit in integrum & completè &c.* Ipſum diploma, quo ſub dato *Pragæ*, An. 1370, Indict. VIII, Cal. Auguſti, laudatus Imperator, publicè teſtatur, ſe dictum *Luſatiæ Marchionatum*, unà cum Dominiis *Milberg, Strel & Werdenheym, legitimè, pecunia ſua, ad S. R. Imperii gloriam, Regnique & Coronæ Bohemiæ commoda pariter ac tutelam, comparaſſe atque emiſſe, dictoque Regno in perpetuum adjunxiſſe, attribuiſſe, incorporaſſe, inviſceraſſe & univiſſe perpetuò & irrevocabiliter:* reperitur ibid. §. 41. Supplementorum, p. 88 &c. add. Privilegium *Wenceslai*, ſub dato *Prag, 1411, des Sontags, als man ſingt: Eſto Mihi &c.* vigore cujus *Marchionatus Luſatiæ* nunquam à Corona Bohemiæ ſejungi queat, ibid. §. 42, pag. 91. Nihilominus autem, durante tricennali Bello, Eum poſtliminii jure, in Dominum Miſniæ Marchionum rediiſſe, palàm eſt; Hiſtoria integra huc non ſpectat; en Summam! *Friderico V.* Palatino diadema Bohemicum ſibi imponente, *Luſatisque* partes ejus tenentibus, proſcripſit eos Imperator *Ferdinandus II*, executione adverſus *Luſatos, Johanni Georgio I,* Saxonum Electori, demandata, qui, ducto in *Luſatiam* milite, rebelles in ordinem redegit, &, in compenſationem ſumptuum bellicorum, utramque *Luſatiam*, 6. Junii, 1620, hypothecario titulo, ab Imperatore, ſolenni conventione ſibi ſtipulatam, nactus eſt, quamvis ipſa poſſeſſio Ei demum anno 1623. obtigerit, *Superioris* quidem *Marchionatus*, 13 -- 23. Junii, *Budiſſæ*; & *Inferioris*, 23. Junii *Luccaviæ*; Anno tandem 1635. $\frac{20}{30}$ menſis Maji, ipſum utriusque Marchionatus dominium Ei ceſſum, jure pleno, feudali lege duntaxat temperato, traditione reali ann. 1636, 30. April. ſubſecuta. Teſtes horum ſunt: *der Immiſſions-Receß, als die Ober-Laußitz, von Kayſer Ferdinando II, an das Chur-Hauß Sachſen, Pfandsweiſe, ſub dato Budiſſin, den 13--23 Junii, überlaſſen worden,* apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs, I. Abtheilung* §. 34, pag. 97 &c. ut & præfata *Transactio Pragenſis*, 30. Maji, 1635, l. c. §. 42, pag. 128 ad 133; nec non *Traditions-Receß, als von Kayſers Ferdinandi II. Commiſſarien, des Churfürſten zu Sachſen, Herrn Johan Georg des Erſten, Commiſſarien, die Ober-Lauſitz, auf dem Land-Tage zu Gœrlitz, An. 1636, 14--24 April. übergeben worden &c.* ibid. §. 42, pag. 127 &c. Inde huc faciunt: *kund und zu wiſſen ſey hiemit, nachdem die jetzo Hœchſtlœblichſt regierende Rœmiſche Kayſerliche, auch zu Ungarn und Bœheimb Kœnigl. Majeſt. Unſer allergnædigſter Kayſer, Kœnig und Herr, nicht allein* Anno 1620, *den* 6 Junii, St. N. *dem durchlauchtigſten Hochgebohrnen Fürſten und Herrn,* Herrn Johann Georgen, *Hertzogen zu Sachſen,* Jülich, Cleve und Berg, *des H. R. Reichs Ertz-Marſchallen und Churfürſten &c. umb dero Allerhœchſtgedachter Ihrer Kayſerl. Maj. und deroſelben glorwürdigſten Ertz-Hertzoglichen Hauſe Oeſterreich --- bey der Bœhmiſchen Unruhe, geleiſteten anſehnlichen hochpreißlichen Dienſten, und würcklicher Hülffe, die Ihre Kayſerl. Maj. jederzeit mit Kayſerl. und Kœnigl. Gnaden erkennet, und dabey nothwendig aufgewandten, liquidirten, und von Ihrer Kayſerl. Maj. allerdings* acceptirten *und beliebten Krieges-Koſten, gebührliche Erſtattung zu thun, nicht allein mit Ihren Kayſerlichen und Kœniglichen Worten verſprochen, und zugeſagt, ſondern auch, zu deſſen mehrer* aſſecuration, *dero beyde Marggraffthümer Ober- und Nieder-Lauſitz, mit allen Nützungen und Gerechtigkeiten, dermaſſen* nomine hypothecæ, *eingeſetzet, wie ſolches die hierüber aufgerichtete Pfandes-Verſchreibung,* de dato *den* 6 Junii, Anno 1620, *mit mehrern ausweiſet, auch* Anno 1623. *hernach, den 13 --* 23. Junii, *zu Budißin, in Ober-und denn den* $\frac{20}{30}$ Junii, *zu Luckau, in der Nieder-Lauſitz, Ihr Churfürſtl. Durchl. dero Erben und Nachkommen, in vœllige* poſſeſſion *und Nieſſung ſolcher Lande, auff offnen Landtagen,*

gen, nicht allein Pfandsweiſe ſetzen, und würcklich an- und überweiſen laſſen; ſondern auch hernach, mit Ihrer Churfürſtl. Durchl. im Majo des jüngſthin verwichenen 1635. Jahrs, wegen Allerhœchſtgedachter Ihrer Kayſerl. Maj. und dero Hœchſtlœblichſten Kœniglichen und Ertz-Hertzoglichen Hauſe geleiſteten treuen Dienſte, und vor ſie aufgewendete Kriegs-Koſten, ſo ſich auf eine richtig verbrieffete anſehnliche Schuldforderung, und damahl über **Zwey und Siebenzig Tonnen Goldes,** *an Capital und Zinſen, belauffen,* liquidirt *befunden worden, zu deroſelben Abſtattung, und damit dadurch der werthe Friede, zwiſchen Ihrer Kayſerl. Maj. und Seiner Churfürſtl. Durchl. umb ſo viel deſto ebender erhalten, auch das alte gemeinnützige gute Vertrauen, zwiſchen Ihrer Kayſerl. Majeſt. und Seiner Churfürſtl. Durchl. auch beiderſeits Hæuſern, krafftig wieder angerichtet, und auf die* Poſteritæt *ſtabiliret werden mœchte, nach længlicher mühſamen Handlung, endlich eine ſolche verbindliche und unwiederruffliche Vergleichung getroffen, daß Ihr Kayſerl. Majeſt. kræfftiglich verſprochen und zugeſagt, Sr. Churfürſtl. Durchl. vor alle ſolche Schuld* Summa, *überhaupt und in* ſolutum *(neben etlichen andern benandten und* ſpecificirten *Poſten, und* præſtationibus) *Ihre beyde* **Marggraffthümmer Ober- und Nieder-Lauſitz,** *mit allen Landes-Fürſtlichen Obrigkeiten, Hoheiten,* Regalien, Titul *und Wapen, ingleichen denen Zœllen ---- Allermaſſen Ihr Kayſerl. Maj. und vorige Kœnige in Bœheim,* **als Marggraffen in Ober- und Nieder-Lauſitz,** *ſolche inne gehabt, genützet, genoſſen, gebraucht, oder nutzen, nieſſen, und gebrauchen kœnnen, oder mœgen, erblich, eigenthümlich, und unwiederrufflich, jedoch Lehensweiſe, und wie rechten Mann-Lehens Art und Eigenſchafft mit ſich bringet, zu einem rechten Mann-Lehen, abzutretten, und, auf offnen Land-Tage, ehest und aufs længſte noch vor Ausgange der næchſten fünff oder ſechs Monaten, von dato ſolcher Vergleichung, würcklich zu übergeben, allermaſſen der darüber,* de dato

Prag $\frac{30}{20}$ Maji, *aufgerichtete Receß mit mehrern ausweiſt, und von Wort zu Wort alſo lautet:* (inſeratur Formula, quam l. c. p. 128 & ſeqq. ſubjicit; qua finita, ſequentia annectuntur, pag. 133 &c.) *In Krafft nun, und zu Folge dieſes vorſtehenden* Receſſus, *wird hiemit, heut unten geſetzten* dato, *von Allerhœchſtgedachter Ihrer Kayſerl. Majeſt. als Kœnigen zu Bœhmen, dero Erben und Nachkommenden Kœnigen zu Bœhmen, und der gantzen Cron Bœhmen wegen, die würckliche Loßzæhlung, Abtrettung,* Tradition *und Ubergabe vielbeſagtes* **Marggraffthumbs Ober-Lauſitz** *vollzogen und daſſelbe mehr Hœchſtgedachter Ihr. Churſ. Durchl. dero Erben, und obenanten Lehens-Folgern, durch die Wohlgebohrnen, Wohl-Edlen, Geſtrengen und Hochgelahrten, Herrn* **Chriſtoph, Freyherrn auf Schellendorf &c.** *Ihrer Kayſerl. Majeſt. Hoff-Kammer-Rathe, Cæmmerern und Cammer-* Præſidenten *in Ober- und Nieder-Schleſien &c. Herrn* **Felixen von Rüdiger,** *auf Spitz-* Cunersdorf, *und* Weisdorff, *dero Reichs Hoff-Rath, und Herrn* **Melchior Erben von Ehrenburg,** *beyder Rechten* Doctorn, *dero Rath, als hierzu* deputirte, *und mit genugſamer* Plenipotentz, Special- *Vollmacht und* Inſtruction *verſehene Herren* Commiſſarien, *mit allen und jeden Lands-Fürſtlichen Obrigkeiten,* Titul, *Wapen, Ein- und Zugehœrungen ---- überall gantz nichts ausgeſchloſſen, ſondern allermaſſen, wie es Ihre Kayſerl. Majeſt. und vorige Kœnige in Bœhmen,* **als Marggraffen in der Ober-Lauſitz,** *inne gehabt, genützet und gebrauchet, oder nützen, nieſſen und brauchen kœnnen, oder mœgen, erblich, eigenthümlich, und unwiederrufflich, jedoch Lehensweiſe, und wie rechte Mann-Lehens Art mit ſich bringet,* in optima & ampliſſima Juris forma, *abgetretten, übergeben und eingeræumet, die ſæmptliche Stænde, Inwohner und Unterthanen, Geiſt- und Weltliche, abweſende und gegenwærtige, aller Lehns- und Unterthanen-Eyd und Pflicht, womit ſie bißhero Ihrer Kayſerl. Majeſt. als Kœnige zu Bœhmen, dero Erben und nachkommenden Kœnigen zu Bœhmen, und der Crohn Bœhmen, unmittelbahr verwandt und zugethan geweſen, allerdings und vœllig erlaſſen,* relaxiret *und loßgezæhlet, und hingegen mit ſolchen Eyd- und Pflichten, Erbhuldigung, vœlligen Gehorſamb, und was ſonſten demſelben allenthalben mehr anhængig, an Ihr Churſ. Durchl. zu Sachſen, als Ihren nunmehr unzweiffelichen Erb- und Lehens-Herrn, und* **Marggraffen in Ober-Lauſitz,** *(allermaſſen Sie dan auch darvor offentlich hiermit* declarirt *und erklæhret werden,) würcklich angewieſen, und ---* in ſolutum *übergeben werden ---- Hingegen iſt ebenfals von Ihrer Churſ. Durchl. zu Sachſen wegen, durch dero Kammer- Berg- Hoff- und Juſtitien-Rathe, und* Præſidenten *des Obern* Conſiſtorii, *die Wohl-Edle, Geſtrenge, Veſte, Groß-Achtbahre und Hochgelahrte, Herrn* **Caſpar von Ponigkau auf Grætzſch; Herrn Friedrich Metſchen zu Reichenbach** *und* **Frieſen,** *und Herrn* **Gabriel Tüntzeln,** *der Rechten* Doctorn, *als hierzu ſonderlich* deputirte *und Gevollmæchtigte* Commiſſarien, *dieſe Erbliche und würckliche Loßzehlung der Eyd und Pflichte, ſo wohl unwiederruffliche, eigenthumbliche Abtrettung,* Tradition, *und Ubergabe dieſes* **Marggraffthumbs Ober-Lauſitz,** *mit allen Landes-Fürſtlichen Obrigkeiten, Hoheiten,* Regalien, Titul *und Wapen --- hiermit in Krafft dieſes, mit gehorſamen Danck, und guten Willen,* in optima & ampliſſima Juris forma, ſolenniter *acceptiret und übernommen &c. Geſchehen und geben in der Statt Gœrlitz, auff offenem Landtage, den 14. Alter- und 24 Neues Calenders, Monats-Tag Aprilis, nach Chriſti Unſers einigen*

Erlo-

Digitized by Google

Erlœſers und Seligmachers Geburt, im Sechzehenhundert und Sechs-und dreiſſigſten Jahre &c. pariter ac *Receſſus Traditionis Marchionatus Inferioris der Niedern Lauſitz*, ſub dato *Guben*, 30. April, 10. Maji, 1636, apud eundem, *Contin. 2, des Reichs-Archivs, IV. Abtheilung, im Andern Abſatz, im Anhang*, §. 52, pag. 101 &c. eadem continens verba, excepto, quod loco *Ober-Lauſitz*, ſemper *Nieder-Lauſitz* legatur. De Facto teſtantur: *Meteranus*, ad An. 1623, pag. 432; *Theatr. Europ.* Tom. I, an. eod. p. 758; & Tom. 3, ad an. 1636, p. 647; unde ſua *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXIII, p. 774; *Europ. Herold* Tom. I, p. 245 &c. Diviſionem Marchionatuum, inter Domum Electoralem, & Merſeburgicam, An. 1652, decretam, complectitur Teſtamentum *Johannis Georgii I*, Elect. Saxon. *Dresdæ* conditum, 20. Julii 1652, apud *Sprengerum*, in *Lucerna*, pag. 112 &c. & Dn. *Stryckium*, de *Cautelis Teſtamentorum*, §. 3. Appendicis, p. 29 &c. quo ***Marchionatus Superior***, Circulo *Budiſſino* & *Gorlicienſi* conſtans, ***Johanni Georgio II***, qua proximo Electoratus heredi, ejusque legitimis ſucceſſoribus; ***Inferior*** contrà, quinque Circulis: *Luccavienſi, Lubnicenſi, Gubenſi, Krumſprerienſi* & *Calavenſi*, abſolutus, ***Chriſtiano*** Merſeburgico, ejusque legitimis heredibus, adjudicati ſunt. Conf. *Europ. Heroldt* l. c. p. 246.

Inſignia Potentiſſimi Electoris Saxoniæ delineans Illuſtris Auctor *des Europæiſchen Herolds*, cit. T. I, *im 2. Abſatz, im dritten Punct*, p. m. 260, ait; quod ibi appareat: ***Im Silbern Felde, ein rother lauffender Ochſe****, mit weißlichtem Bauche, wegen* ***Nieder-Lauſitz***; &, ***Im blauen Felde, ein Stück gelbe Mauer, mit ſchwartzen Mauerſtrichen****, auf Zinnen Art gebauet, wegen* ***Ober-Lauſitz***. Conf. Dn. D. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. Prolegom. §. 17 & 18 p. 14 & 15; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc.* lib. 2. c. 7, §. 20, p. m. 41. Dn. *Bilderbeck*, Tom. I. *des Reichs-Staats*, Cap. VII, §. 12, p. m. 517.

SAXONIÆ, de quo Marchionatu *Albinus*, Tit. IX. *der Meißniſchen Chronik*, p. m. 219, ita: *Wie es eine Gelegenheit habe mit dem **Marggrafftbumb** zu **Sachſen**, wenn? wie? und wieder wen? es geſtifftet ſey, hab ich nichts ſonders geleſen, als daß etliche ſchreiben, es ſey daſſelbe Marggrafftbumb von* Ottone I. *Rœmiſchen Keyſer, aufgerichtet, und* Brunoni *eingegeben worden, ſampt dem Wapen, welches zwen aufgelehnte Gelbe Lœwen, im roten Felde, geweſen &c.* *Henricum Rixoſum, Ottonis I.* Imp. fratrem, *Marchiæ Saxoniæ*, ſive *Brunſuicenſis*, adminiſtrationem jam geſſiſſe, inde ad ipſius poſteros devolutæ, è quibus *Ecbertus II, Henrici IV.* Anti Cæſar, an. 1090, vitam cum morte ultimus commutavit, præced. Tab. Geneal. Tit. V, *Henrici Sancti* Imp. vitæ, pag. 516, adnexa, conſtat. *Albertus*, Brandenburgicus, quandoque *Marchio de Saxonia* vocatur; vid. præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, v. 3. pag. 63.

SLESVICENSIS, cujus *Albinus* l. c. pag. 220. hiſce meminit: *Nu komen wir auf die Marggrafftbümer, ſo Kayſer* Heinrich *geſtifftet, unter welchen das Erſte iſt **Schleswigk**, welches aufgerichtet worden im Jahr 923, nachdem Er zuvor Kœnig* Gormonem *überwunden, und umgebracht &c.* *Spangenberg* Lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XIX, pag. 316, ponit, hoc titulo, An. 931; Factum probant: *Adamus Bremenſis*, lib. I. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 48, pag m. 38: *Apud Danos, eo tempore, filius **Hardewick, Gwrm**,* (Worm) *regnavit, crudeliſſimus inquam vermis, & Chriſtianorum Populis non mediocriter infeſtus. Ille Chriſtianitatem, quæ in Dania fuit, prorſus delere molitus, Sacerdotes Dei à finibus ſuis depulit, plurimos quoque per tormenta necavit. At vero **Heinricus** Rex, jam tunc à puero timens Deum, & in ejus miſericordiam totam ſuam habens fiduciam, **Ungros** quidem multis gravibusque prœliis triumphavit; Item, **Bohemos** & **Scrabos**, ab aliis Regibus domitos, & **cæteros Slavorum Populos**, uno grandi prœlio ita percuſſit, ut reſidui, qui pauci remanſerant, & Regi tributum, & Deo Chriſtianitatem, ultrò promitterent. Deinde, cum Exercitu ingreſſus **Daniam**, **Gwrm** Regem primo impetu adeò perterruit, ut imperata ſe facere mandaret, & pacem ſupplex depoſceret. Sic **Heinricus**, Victor apud **Sliaswich**, quæ nunc **Heidaba** dicitur, Regni terminos ponens, **ibi & Marchionem ſtatuit**, & Saxonum Coloniam habitare præcepit &c.* &, totidem ferè verbis, *Helmoldus*, lib. I. *Chron. Slavor.* Cap. VIII, §. 3 & ſeqq. p. 24 &c. *Albertus Stadenſis*, ad An. 921, pag. m. 102; *Albertus Crantz*, lib. IV. *Daniæ* Cap. XIX, pag. 82, & lib. III. *Saxon.* Cap. IX; *Jodocus Coccius*, in *Dagoberto*, Cap. 11; *Georgius Fabricius*, lib. 2. *Originum Saxon.* ad ann. 931, pag. m 115; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. I, Cap. XIV, §. 2, pag. m. 126; *Schurtzfleiſch*, de *Antiqua Saxonum dignitate*, §. VIII, pag. m. 12, Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſert. XX, §. 26, pag. 426 &c. Mortuo *Henrico* Rege, pariterque *Wormio*, cum Dani, ſub hujus filio, *Haroldo*, rebellarent, confugit *Otto Magnus*, Imp. ad arma, eosque, ad dicendum ſibi ſacramentum, forti manu adegit, de quo rurſus *Adamus* l. c. lib. 2. Cap. 2. pag. m. 42 & 43: cujus verba præced. Tit. V, in vita *Ottonis Magni*, ad Annum 948, pag. 497, habentur, ubi ſimul teſtes alii. Mutationem, ſub *Conrado Salico* factam, innuit *Chronographus Saxo*, ad Annum 1026, pag. m 239 & 240, ſcribens: *Rex Natalem Domini Leodii celebravit, & Heinricum, filium ſuum, Regem fecit; cui etiam filiam Cnud, Regis Danorum, mediante **Unwano**, Bre-*

menſi ArchiEpiſcopo, depoſcens Uxorem, dedit Ei Sleſ-wigh Civitatem, cum Marcha, quæ trans Egdoram eſt, in fœdus amicitiæ, &, ex eo tempore fuit Regum Daniæ &c. Quæ ex *Adamo*, lib. 2, cap. 39, pag. m. 69, deſumpta; vid. præced. Tit. V, in vita *Conradi Salici*, ad An. 1036, pag. 521. Hacque via extinctus Sleſvicenſis Marchionatus.

SORBENSIS, de quo evolvenda, præc. voc. *Landsbergenſis*, *Albini* verba, Tit. XI. *der Meiſſniſchen Chronick*, p. 218.

STADENSIS &c. Deſcendiſſe hos Principes à perantiquis *Ditmarſiæ* & *Hersfeldiæ*, ſeu *Roſenfeldiæ* (utrumque enim legitur, v. g. apud *Ditmarum* lib. 4, pag. m. 41: *Civitas Herſefeld*; & in Diplomate *Adalberonis*, Archi-Epiſcopi Bremenſis, de An. 1142 apud *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Hamburgenſia*, §. XLII, pag. m. 153: *Roſſenvelde*; apud *Adamum Bremenſem*, lib. 2, *Hiſt. Eccleſ.* Cap. XXXI, pag. 64, *Roſafeldan*; in Chronico Bremenſi *Henrici Wolteri* in vita *Adalberti* ArchiEpiſcopi, apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* pag. 44: *Et habuit in manibus ſuis Præpoſituram Wildeshuſam, & Præpoſituram in Roſſevelde, prope Herſevelde, circa Hamborg &c.* in Chronico *Raſtedenſi*, in vita *Simonis* Abbatis, apud *Meibomium* l. c. p. 95; *Adelberto ſucceſſit Liemarus in Epiſcopatu; & in ejus tempore Inclytus Palatinus Comes, Henricus de Stadis, conſtruxit Monaſterium S. Bartholomæi in Roſſevelde, quod nunc jacet in Harzevelde, Ordinis S. Benedict, &c.*) Comitibus, conſtans Doctorum ſententia eſt.

(2) Tabulas Stemmatis condiderunt: *Albertus Stadenſis*, ad Annum 1144, pag. 163 & 164; *Albertus Crantzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap. V; *Caſparus Danckwerth*, Part. 3. *Deſcript. Holſatiæ*, Cap. XVI, pag. 293; *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 198. &c. Dn. *Lunebergius Mushardus*, in *Monumentis Antiquæ Nobilitatis Bremenſis*, de An. 1708, pag. 16 & 17, aliique, ſtudio licet inæquali. Quorundam duntaxat meminit *Ditmarus*, Comitum *Henrici, Udonis & Sigfridi*, *Henrici Boni* filiorum, ex ſorore *Cunigunda*, nepos, haud ſemel propterea *Avunculos* ſuos eos appellans.

(3) Primum vocat *Danckwertus* l. c. *Luderum*, ſeu *Lotharium*, circa An. 931. à Wendis interfectum. *Stadenſis* contra l. c. pag. 163, Stemma orditur ab *Henrico Calvo*, inquiens: *Tempore Imperatoris Henrici II, Heinricus Calvus, qui manſit in Caſtro Herſevelde, bonus & manſuetus; Uxorem* (duxit) *Hildigardam. Quibus filius ſolus fuit ſuperſtes, Heinricus, Canonicus in Hildenſem &c.* Idem & *Henningeſio* l. c. pag. 198, Gentis Auctor celebratur, aſt longè vetuſtior: *Heinricus Calvus ſedem ſuam habuit in Arce Roſenfelda, ſita in ArchiEpiſcopatu Bremenſi, ut emeritus Miles, inauguratur ab Henrico Aucupe Imperatore in Marchionem Stadenſem, Comitem Hertzfeldenſem & Ditmarſiæ. Inſignia Ejus priora fuerunt: Caput nigrum Bubali, in aurea area; poſteriora: Leo aureus, ſupra Lunam collocatus.* Sed qua auctoritate hæc? cum nulla *Marchionatus Stadenſis*, iſtius ævi, apud Veteres, mentio occurrat. Fundamento inſuper caret, quod *Henningeſius* l. c. addit: fuiſſe *Henrico Calvo* filium, & quidem in *Marchia Stadenſi* ſucceſſorem, *Johannem*, quia, circa Annum 928, ſupremus *Henrici Aucupis* Militiæ Princeps contra Slavos, filium procreaverit, & ſucceſſorem, *Henricum Craſſum*, An. 940. *Hertzfeldæ* arcis conditorem, à quo demum *Henricus Bonus*, Hildesheimenſis Canonicus, deſcenderit. Certum interim eſt, *Henricum Calvum*, diu ante *Henrici Secundi* tempora, floruiſſe, quandoquidem (1.) *Ditmarus* (cujus mater, *Cunigunda*, ut dixi, ipſius, ex filio, *Henrico Bono*, neptis erat) lib. 2, pag. m. 25, affirmat, Materteram ſuam, *Hadui*, anno, quo *Otto Magnus* obiit, adeoque 973, velum Abbatiſſæ *Heslingenſis*, ætate 12, annorum, fuiſſe conſecutam; inſuperque (2) (l. c. lib. 4, pag. 40,) Avunculos ſuos, *Hadui* fratres, & *Henrici Calvi* Nepote, *Henricum*, *Udonem* & *Sigfridum*, ab *Ottone III.* Imp. Slavorum infeſtationibus inhibendis, *Brandenburgum* fuiſſe miſſos; (3) Horum Principum Pater, *Henricus Bonus*, *Calvi* filius, Herſfeldenſem Abbatiam, eodem tempore, ut mox probabo, fundavit; nec malè hinc *Albertus Crantz* l. c. *Henricum Calvum Henrico Aucupi* coævum reddit. (4) *De Henrico Bono*, pergit *Albertus Stadenſis*, l. c. *Hic, cum à ſuis à Clericatu tractus eſſet, ut apoſtaſiam eleemoſynis redimeret, deſtructo Caſtro Herſenvelde, tempore Libentii Senioris, ArchiEpiſcopi Bremenſis, & Bernhardi, Ducis Saxoniæ, fecit ibidem Conventum Clericorum. Hic, quaſi damnatus eſſet Legum cenſura, ter ſe redemit, prædiis, ornamentis, & aliis poſſeſſionibus, & omnia contulit eidem Eccleſiæ, fecitque ibidem Præpoſituram, annuente Libentio ArchiEpiſcopo, & Eccleſiam conſecrante. Hic appellatus eſt Bonus Heinricus, & genuit duos Filios, Sigfridum Comitem, qui Stadium ædificavit &c.* Factum confirmante *Adamo Bremenſi* l. c. pag. 64: *Eodem tempore, Venerabilis Comes Heinricus in Roſafeldan fecit Præpoſituram, annuente Libentio ArchiEpiſcopo, & Eccleſiam conſecrante &c.* loquitur autem

de

Digitized by Google

de tempore, quo Thiadericus Brandenburgenſium Marchio, inter Præbendarios Magdeburgenſes, mala morte, vitam turpiter actam, terminavit. In Chronico Slavico apud Lindenbrogium pag. m. 253. refertur Herſfeldenſis arcis cataſtrophe ad annum 1001, quo Otto III. Imperii habenas adhuc moderatus eſt, inquiens: Anno M. I. fundata eſt Eccleſia Herſeveldenſis, à Comite Henrico &c. Henningeſius l. c. p. 198. recurrit planè ad an. 988. Henrici noſtri memor, ajens; Arcem Hertzfeldenſem in Præpoſituram conſecrat, circa Annum Chriſti 988. Ut adeo ex hoc capite etiam concludi queat, Henricum Calvum, fundatoris Præpoſituræ hujus Patrem, minimum ſub Ottonibus vixiſſe. Notandum inſuper, Henricum Fundatorem, non Marchionem, ſed Comitem vocari, Stadamque ab ipſius filio, Sigfrido, demum conditam; non levi argumento, incognitum prius Marchionis Stadenſis nomen. Fratres Henrici Boni omnes ſine liberis deceſſiſſe, Ottone excepto, cujus filiam, Ehrentrudim, Aſcanius Comes, Woldemarus, matrimonio ſibi junxerit, ex Erpoldi Lindenborgii MS. Chronico Nobilitatis (Adel Chronik) aſſerit Mushardus l. c. Cap. 2. §. 1. p. 3. & Cap. 6. p. 16.

(5) Liberi, quibus Henricum Bonum Conjux Hildegardis (al. Juditta) beavit, varii fuere, nominatim: (1) Henricus, (2) Udo, (3) Sigfridus I. (4) Hathui, ſeu Hedwig, Abatiſſa Heslingenſis, (5) Cunigunda, Ux. Sigfridi, Com. Walbecenſis, Ditmari, Epiſcopi Merſburgenſis, Patris, qui ipſemet lib. 4. Chronici, p. m. 38. ait: Pater meus, Comes Sigefridus, Domi militiæque fideliter ſervivit, & in expeditione ad Brandeburg, qua ultimò militavit, ab equo cadens, valido corporis dolore fatigari cœpit, & p. 39: Imminente Quadrageſima, in Civitate, Wallibizi dicta, infirmatus, Idibus Martii, defenſor Patriæ, ac homo verus, utriusque debitum perſolvit naturæ. Quem mater ſua, Venerabilis omni probitate, Mechtildis, celeriter hunc proſecutura, cum Conjuge, Cunigunda, deflet &c. pag. 42. ſubnectit: Mater mea Cunegunda, nomine, 3. Id. Julii, in Civitate Germeresleva, expiravit &c. Confirmat generationem hanc vetuſtiſſimus Auctor vitæ Ditmari, apud Illuſtr. Dn. de Leibnitz, Tom. I. Rer. Brunſuic. §. XXIX, pag 427: Erat verè hic verus Saxoniæ indigena, non ſtirpe humili, ſed perſpicua, qui natus fuit de Comite Syfrido, & pia Matre Cunegunda, ab utrorumque pietatis linea haud exorbitans &c. Avunculorum meminit Ditmarus l. c. pag. 40: Interea Rex, (Otto III, 993.) in Magdeburg fuit & cum hæc comperiret, (imminere Slavos Brandenburgo, à Kiza Milite modo Regiæ poteſtati ſubjecto) quos ibi tunc habebat, celeriter eò miſit Ekkihardum Marchionem, & tres Avunculos meos: Henricum, Udonem, Sigfridum, cum Friderico, Comite Palatino, & Patruo meo. Et hi omnes, eò cum ſuis venientes, interrupti ſunt ab hoſtibus, ſe acriter irrumpentibus, & una pars ex noſtris in Urbem venit, alia vero, quæ remanſit, cæſis militibus nonnullis, rediit. Tunc Rex, collectis undique ſociis, illo properat, & hoſtes noſtri, magnam vim defenſoribus Urbis inferentes, cum ultimam Legionem vidiſſent, citò amoti fugerunt Caſtris; noſtri autem, in ereptione interius gaudentes, Kyrie eleiſon cantant, & advenientes unanimiter reſpondent. Munita Urbe præſidio, Rex abiit, & eandem in ſua poteſtate diu tenuit. Poſt hæc .... tres Avunculi mei, Henricus, Udo & Sigefridus, cum Ethelgero, cæterisque compluribus, piratis ſua populantibus, IX. Cal. Julii, navibus occurrunt, factoque invicem certamine, Udo decollatur; Henricus autem, cum fratre ſuo, Sigfrido, & Comite Ethelgero, devictus, dictu miſerabile, à peſſimis hominum captus deducitur. .... Mater autem mea, tanto dolore intrinſecus commota, omne, quod habuit, vel acquirere ullo modo potuit, pro Fratrum ereptione, attribuit. Execrata verò piratarum turba, cum maximam collectæ pecuniæ partem immenſo ſuimet pondere perciperet, Henrici vice, filium ejus unicum, Sigfridum nomine, cum Garevardo, & Wulferemo; Ethelgeri autem loco, avunculum ejusdem Thiedricum, & amitæ ſuimet filium, Olef vocatum, ſuſcipientes, ut, quod de promiſſo eis theſauro adhuc remanſit, eo velocius colligeretur, eos abire, Sigefrido ſolum remanente, permiſit &c. p. 41, deſcribit, quibus artibus & Henrici frater, Sigefridus, in libertatem ſe vindicaverit, ipſius nepote contra miſerè habito: Comes (Sigefridus I.) vix evadens, cum littoris ſecuritatem attingeret, ut prius ipſe præcepit, paratos invenit equos, & ad Civitatem ſuam Herſeveld dictam, ubi frater ſuus, Henricus, & Uxor ejus, Ethela, tanti gaudii inſcia, fuit, pergere properavit. Hunc hoſtes, ponè ſecuti, Urbem, quæ littori vincina ſtabat, Stethu nomine, incurrunt, eum curioſè in abditiſſimis quærentes locis, & non invenientes, feminis inaures vi rapiunt, triſtesque recedunt. Tali furore omnes ſuccenſi craſtino Clericum (liberando Sigefrido miſſum) & nepotem meum (Sigefridum juniorem, Henrici Comitis filium) cum cæteris obſidibus univerſis, naribus, ac auribus, & manibus obtruncant, foris eos projicientes in Portum &c. Conf. de Sigefridi fuga Adamus Bremenſis, lib. 2 Hiſt. Eccleſ. Cap. 22, pag. m. 57: Ferunt, eo tempore, Claſſem piratarum, quos noſtri Aſcomannos vocant, Saxoniæ appulſam, omnia Freſiæ, atque Hathulæ (Hatheleriæ) vaſtaſſe maritima,

Digitized by Google

ritima; cumque per Albiæ fluminis oſtium aſcendentes irrumperent Provinciam, congregati Saxonum Magnates, cum parvum habuiſſent Exercitum, egredientes à navibus apud **Stadium** *Barbaros exceperunt, quod eſt opportunum Albiæ Portus præſidium. Magnum & memorabile minusque felix erat illud prælium, in quo, viriliter utrisque certantibus, Saxones tandem minores ſunt reperti. Suenones ergò & Dani totam Saxonum obtrivere virtutem. Capti ſunt ibi:* **Sigafridus Marchio; Thiadricus** *Comes, & alii Illuſtres Viri, quibus vinctis poſt terga manibus, Barbari traxerunt ad naves, pedesque eorum catena ſtrinxerunt, totam exinde Provinciam impune deprædantes. Sed cum, ex captivis, ſolus* **Marchio Sigafridus**, *cujusdam auxilio piſcatoris, furtim noctu ſublatus evaderet, piratæ, mox in furorem verſi, omnes, quos in vinculis tenuerunt, Meliores ludibrio habentes, manibus pedibusque truncaverunt, ac, nare præciſa, deformantes, ad terram ſemianimes projecerunt &c.* Hinc ſua *Albertus Stadenſis*, ad Ann. 988. pag. 111. Quæ de *Sigfrido*, *Heinrici Boni* filio, heic dicuntur, perperam de *Henrico*, ejus fratre, prædicat *Albertus*, ad Ann. 1144. pag. m. 144; confundens inſuper *Sigfridum* laudatum, cum *Sigfrido*, ipſius ex fratre, *Henrico*, nepote, verb: *Bonus Heinricus genuit duos filios,* **Sifridum** *Comitem qui* **Stadium** *ædificavit. Hic à piratis, capto Caſtro, cum fratre comprehenſus eſt. Frater, cum in tranſtris compedibus vinctus ſederet, in navem piſcatoris ſalivit, & ſic abductus ſalvatus eſt. Piratæ ſiquidem dederant pacem volentibus redimere captivos, & ita patuerat aditus piſcatori. Barbari ergò, de fuga Principis offenſi, Fratri, videlicet* **Sifrido**, *utramque manum amputaverunt, & omnes captivos, diverſis pœnis, peremerunt. Elapſus autem, finitimos colligens, Piratas vicit, &, quos vivos comprehendit, ſuſpendit prope* **Stadium**, *in loco, qui ab eodem eventu* **Wargabor** *vocatur. Mutilatus autem liberatus eſt, & Uxorem duxit de Bawaria, & genuit filium* **Sifridum**, *Fratre mortuo ſine hærede &c.* Potior ſanè *Ditmaro*, Scriptori pariter coævo, & *Henrici Boni*, ex filia *Cunigunda*, nepoti, nec non ſuppari *Adamo Bremenſi*, habenda fides. Quare nec *Alberti Cranzii* auctoritas hîc valere poteſt, qui lib. VI. *Saxon.* Cap. V, (aſſecla *Henningeſio* l. c. p. 198.) *Henrici Boni* gnatos, *Sifridum* & *Tyadericum* vocat, in medio relinquens, uter eorum à Danis fuerit manibus pedibusque truncatus; cum de neutro id affirmare liceat, benè verò de *Sigfridi* hujus, ex fratre *Henrico*, nepote *Sigfrido*. Quæ de altera *Henrici Boni* Filiarum, *Hadui*, ſeu *Hedwige*, commemoravi, nituntur teſtimonio *Ditmari*, ejus nepotis, lib. 2, p. 25, ubi: *Fuit in diebus prædicti Cæſaris* (Ottonis I.) *quidam Comes, Hed nomine, qui Eccleſiam, in honore Chriſti athletæ, Viti, in* **Heslinge** *conſtructam, quia hæredem non habuit, maxima totius proprietatis ſuæ parte dotavit, & Congregatione Sanctimonialium ibidem facta, eandem Abbatiam mundiburdio* **Ethbeldagi**, *Bremenſis ArchiEpiſcopi, ſubdidit, Sed Præpoſitæ huic Sedi geminæ Venerabiles Matronæ, quibus unum erat vocabulum,* **Winbulgert** *dictum, citò proh dolor obiere. Avus autem meus* (maternus) *cum filiam ſuimet,* **Hathui** *nomine, ibi educatam prius, ac traditam eis, ſuccedere rogaſſet, ab Archiantiſtite præfato impetrare non potuit. Poſtea verò Archi-Præſul à Cæſare, patrino ſuimet, rogatus, eandem, cum jam duodecim eſſet annorum, 2. Cal. Maji, die Dominica, velavit in proxima die ad Abbatiſſam, in Patris præſentia, quod poſtea eum nimis pœnituit; namque, ut dicturus ſum, interpoſitis diebus quinque Italiæ, Daciæ, & Saxoniæ ſalus,* **Otto Primus**, *obiit &c.* Conf. *Musbard* l. c. Cap. 3. p. 7.

(6) Reliquit *Sigfridus I, Sigfridum II*, qui teſte *Henningeſio* l. c. fuit: *Marchio Stadenſis, & Dominus* **Ditmarſiæ**, *inveſtitus in* **Marchionem Brandenburgenſem**, *ab* **Henrico II**, *Imperatore, circa Annum Chriſti 1010, cum* **Theodoricus** *exul pulſus eſſet à* **Miſtewoi**, *Regulo Obotritorum, qui* **Brandenburgum** *occuparunt, ideo aulam & Sedem ſuam tranſtulit* **Landsbergam** *ad Oderam, circa* **Berlinum**. *Huic educandus traditus eſt* **Wigbertus II**, *poſthumus circa An. C. 1040. Mortuus A. C.---- ſepultus Pegavii, in Cœnobiò S. Jacobi. Uxor* **Bertha**, *filia Rudolphi, Regis Romanorum, electi contra* **Henricum IV.** *Imperatorem &c.* Hinc ſua Dn. *Musbard* l. c. Cap. 4. p. 8; improbans tamen de *Bertha, Sigfridi* conjuge, *Henningeſii* ſententiam; quam ſubſiſtere non poſſe, præced. lit. b. v. 3. in Marchionibus Brandenburgicis jam monui. *Albertus Stadenſis* memor *Sigfridi I.* ad annum 1144. p. 164, inquit: *Uxorem duxit de Bawaria, & genuit Filium,* **Sifridum**, *Fratre mortuo ſine hærede.* **Junior Sifridus** *Uxorem duxit* **Adelam**, *& dedit* **Herſeveldo** *Bona* **Trebenece** *prope* **Berneburg**. *Hic genuit Comitem* **Luderum** *&c.* Idem docet *Crantzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap. VI: **Sifridus**, *ducta Uxore, genuit* **Sifridum** *Filium; Frater ſine hærede deceſſit.* **Sifridus Junior**, *genuit Comitem* **Luderum** *&c* Jungit *Sigfrido II*, *Henningeſius* l. c. Fratrem, *Luderum*, Marchionem *Saliſquellenſem*, ajens de eo: **Luderus**, *vel* **Huderus I**, **Marchio Saliſquellenſis**, *ſed, cum ſeditioſas confœderationes iniſſet cum Henetis,* **Henricus II**, *Imperator Marchiam ipſi ademit, eamque tradidit*

didit Alberto VI. Comiti Aſcaniæ, circa Annum Chriſti 1020. qui Huderum hunc ter prælio vicit, (1) circa Darnſtede, (2) ad Oſterburgum, prope amnem Schildorff, (3) circa torrentem Cliam, qui poſtea die Rote Fort nominatus eſt. Uxor Mechtildis, filia Theodorici, Comitis Reinfeldenſis, amita Rudolphi Regis &c. Conf. Brotuff, Chron, Anhalt. lib. 2, c. 1. pag. 44; tacent autem eum Veteres.

(7) Procreaſſe Sigfridum II, ex Adela, filium Luderum, modò audivimus. Pergit de hoc Albertus Stadenſis l. c. Qui (Luderus) accepit Uxorem, Adelheithim, amitam Rodolfi, quem Saxones elegerunt in Regem contra Heinricum, genuitque ex ea Udonem Primum, qui factus eſt Marchio &c. Nec aliter Cranzius l. c Hic (Luderus) ex amita Rodulphi Suevi, quem Saxones Regem creatum oppoſuere Henrico IV, genuit Udonem I, qui factus eſt, ut ajunt Annales, Marchio &c.

De Udone hoc, Luderi filio, Marchione, annectit Albertus Stadenſis l. c. p. 164: Hujus Udonis tempore, Comitatus Stadenſis donatus eſt Bremenſi Eccleſiæ, & ſuſceptus ab iſto in phœdo. Iſte Udo duxit Odonim, privignam Ducis Ottonis, genuitque ex ea, (1) Heinricum Longum, (2) Udonem II. qui & Luderus, (3) Rodolfum, & (4) Sifridum, Præpoſitum Magdeburgicum ad S. Nicolaum, & Canonicum in Eccleſia majori, filiasque duas, quarum una (5) Abbatiſſa fuit Alesleva, (6) altera, Adelheidis, nupſit Lodewico, & genuit ſecundum Lodewicum, qui, à Lothario Rege, impetravit Provincialem Comitatum in Turingia, cum eo, per ſententiam, privatus eſſet Hermannus de Wincenburg &c. Fata horum Principum ibidem, & p. 165, hiſce depinguntur:

Heinricus Longus mortuus eſt ſine hærede, habens Uxorem de Ruzia.

Marchio Udo &c. vid. ſeq. v. 9.

Rodolfus, filius Udonis Primi, duxit Richardim de Franconia, cum multa hæreditate, unde genuit (1) Udonem, qui duxerat ſororem Hermanni, qui occiſus eſt Wincenburg, ſed ante ſuſceptam prolem occiſus eſt prope Aſcerleve, à Militibus Marchionis Alberts. Item (2) Rodulfi (Rodulfum) qui duxit Elizabeth ſororem Odokkar de Stire; ſed ante prolem occiſus à Thietmarchis. Item (3) ArchiEpiſcopum Hardwigum, & (4) Lutgardim, quam duxit Fridericus, Palatinus de Sommersgenburg; & genuit ex ea Albertum Palatinum, qui duxit filiam Popponis de Hinnenberch, & mortuus eſt ſine prole; item, Abbatiſſam de Quidelingeburg. Tandem, ratione propinquitatis, Lutgardis, ſeparata à Palatino, nupſit Herico, qui dicebatur Lam, Regi Danorum, & eo mortuo, reverſa nupſit Heremanno de Winceburg, de qua genitæ ſunt tres filiæ &c. Conf. Crantz l. c. lib. VI. Saxon. Cap. VI. Quomodo Udo hic Hæreditatem Idæ ſit conſecutus, ſeq. v. 10. exponam. Circa annum 997. eum obiiſſe, innuunt verba Ditmari Merſeburgici, lib. 4. pag. m. 47. præced. Tit. XVI, Catal. Ducum Sueviæ, in Vita Conradi Ducis, v. 33. p. m. 322. exhibita. De Sigfrido ejus filio, vid. Ditmarus l. c.

(9) Udo II, qui & Luderus, Udonis I. gnatus, Marchio Brandenburgicus, celebre nomen acquiſivit. Albertus Stadenſis, ad. an. 1144; p. 164, ejus memor, ſcribit: Marchio Udo, proponens ducere Eilikam, filiam Magni, Ducis, (Saxoniæ) declinavit in domum Helprici, Comitis de Ploceke, & videns valde pulchram ſororem ſuam, Ermengardam, duxit eam. Unde multum indignati ſunt Vaſalli ſui, qui pares erant Helprico, & quidam majores. Genuit autem ex ipſa (1) Heinricum, qui duxit Adelheithim, ſororem Marchionis (Brandenburgici) Alberti, quam, cum ſine hærede moreretur, duxit Vaſallus ſuus, Wernerus de Velthem, qui genuit Albertum de Aſterburg, & reliquam prolem. Et Marchio Udo ex Ermegarda, genuit (2) Filiam, quam duxit Marchio Heinricus, putativus frater Rikecen Imperatricis, quem de Sclava natum, ideo ſuum fratrem dicebat, ut hæreditatem non perderet, quæ, in quæſtione multorum poſita, litigioſa fuit. Tandem Domina Rikence, fratre impotionato, ſola poſſedit hæreditatem, quam duxit Lotharius--- Habuit etiam (3) Udo filiam, quam duxit Poppo de Hinneberch; &, mortuo Udone, & filio ſuo, Henrico, Ermegardis nupſit Gerardo de Hemsberg, fratri Gorwini, ex quo habuit filium, Sifridum, qui, in expeditione Lotharii, apud Barim in Apulia, ſagitta interiit; inſuper filiam Ude, quam duxit Sifredus de Erteneburg, qui vocabatur cum ſue, ex qua genuit tres filias, Albetdam, quam duxit Burggravius de Groche, Luder, qui ſine hærede obiit; Odam, quam duxit Albertus de Oſterburgk, & genuit multam prolem &c. Hic eſt ille Udo, qui An. 1088, una cum Liemaro, ArchiEpiſcopo Bremenſi; Magno, Duce Saxoniæ, aliiſque, Conventui Acheimenſi intererat, de quo Charta Liemari apud Lindenbrogium, inter Privilegia Hamburgenſia, §. 33. p. 146; & 1101, Brandenburgum Slavis rurſus eripuit; vid.

Chronographus Saxo h. a. pag. 278. verbis præced. Tit. XVI. §. 10, lit. o. p. 61. occurrentibus; & adverſus quem congregati, an. 1104. Saxoniæ Principes, Alesleviam obſederunt; teſte eodem, h. a pag. 279: vid. ibid. & qui hæreditate Idæ, à Patre acquiſita, erat gaviſus, de qua mox; quique ab Henrico Buthue, Slavorum Principis, filio, Marchia Brandenburgenſi iterum pulſus, an. 1106. ad plures abiit; vid. Albertus Stadenſ. h. a. pag. 150. & præced. Tit. XVI. §, 10. lit. o. pag. 61. & præced. §. 13 lit. b. v. 3. pag. 630. Conjugis ejus, Ermengardis, mentio fit in diplomate Adalberonis, ArchiEp. Hamburg. An. 1144. apud Lindenbrogium l. c. §. 44, pag. 154. verb: Neceſſarium duximus adnotari, quod Mater Domini Heinrici Marchionis, Nobilis & Religioſa Domina, Ermingardis, ſupra memorato Novo Monaſterio (Neumünſter in Hollſtein) ſuum quoque, in Villa eadem Elmesboren, prædium, nihilominus ob recordationem ſui & ſuorum, in perpetuum dedit &c.

(10) Henricus, Puer, Udonis II. unicus filius & hæres eum, ob juvenilem ætatem, Parenti ſuccedere non poſſet, demandata Marchiæ adminiſtratio, ab Imperatore Henrico, patruo ipſius, Rudolfo, ad annum usque 1115, quo Princeps hic Nepoti Regimine ceſſit, an. 1124. defunctus. Vid. Chronographus Saxo, ad. An. 1107, pag. 281; An. 1115, pag. 284, & An. 1124, pag. 286; Albertus Stadenſ. an. 1124. pag. 155; quorum verba præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, pag. 61. exhibui. Motam Henrico Principi litem, de Hæreditate Idæ, valde memorabilem, fuſe docet Albertus Stadenſis, ad An. 1112, pag. 152: Eodem tempore Eilmarus Junior, Comes de Aldenburg, filius Eilmari & Rikencen, filiæ Idæ de Elſtorpe, movit quæſtionem: de Hæreditate ejusdem Idæ, contra Principes Stadenſes, Udonem Marchionem, (an. 1106. defunctum) & filium ejus, Heinricum, qui eandem hæreditatem, quoad vixerunt, quieté poſſederunt; Sed Comes Fridericus eum à Quæſtione ſummovit. Iſta namque Ida, Nobilis Fœmina, de Suevia nata, in Villa Elſthorpe manens, hæreditatem habuit, quæ adhuc: Hæreditas Idæ, dicitur. Hæc fuit filia fratris (uterini, Ernesti ſcil. Ducis Sueviæ) Imperatoris Henrici III, filia quoque Sororis Leonis (IX.) Papæ, qui & Bruno. Hæc nupſit (1) Lippoldo, filio Dominæ Glismodis, & peperit Odam, Sanctimonialem de Rinthelen, quam poſtea Clauſtro abſolvit, recompenſans Villam Stedeſtorp, prope Heslinge, pro filia, & tradidit Regi Ruziæ, cui peperit filium Warteslaw. Sed, Rege mortuo, Oda infinitam pecuniam in opportunis locis ſepeliri fecit, & in Saxoniam rediit, cum filio, & parte pecuniæ, & ſepultores occidi fecit, ne proderent; & cuidam nubens peperit filiam, Aliarinam, Matrem Comitis Burchardi de Lucken, quem poſtea Hermannus, Landgravius de Wincenburg, in dolo occidit, cum eſſet vaſallus ſuus. (Vid. præced. Tit. 2. §. 10. lit. d, ad An 1130, pag. 121, & Tit. XVI, Catal. Ducum Thuringiæ v. 36, pag. 229.) Warteslaw autem revocatus in Ruziam, pro Patre regnavit, &, ante obitum ſuum, recuperavit pecuniam, quam Mater abſconderat. Habuit etiam Ida Filium, Ecbertum, Comitem, quem primus Udo, Marchio, Wiſtede, prope Elſtorpe, occidit; cum tamen eſſet cognatus ſuus. Ida verò, orbata hæredibus, Romam profecta eſt ad avunculum ſuum, Papam Leonem, &, ſalubribus monitis dimittendi debitoribus ſuis debita, ab ipſo inſtructa, rediit Elſtorpe, plenariè Udoni dimittens injuriam de nece Filii, &, ut quietius ſuis poſſet frui poſſeſſionibus, ipſum Udonem ſuum hæredem fecit, adoptans eum in filium, qui etiam, verſa vice, de hæreditate ſua, trecentos manſos Idæ dedit poſſidendos, quamdiu viveret; Curiam videlicet Tuſchenſen; Curiam Otfredheſſen; Curiam Hulſinge; Curiam Waſten; Curiam Bumen; Curiam Rotholvingenhuſen; Curiam Slimæ; Curiam Ridæ; & præterea pecuniam, pro cujus parte, ſcil. pro quinquaginta Marcis, obſignavit Frogerſen & Frankenburſtold, Eccleſiæ Heslinge, quæ eodem titulo adhuc poſſidentur. Ida verò duos habuit maritos, absque Lippoldo, ſcilicet (2) Comitem Dedonem, & (3) Comitem Etheleriun Album, quorum uterque in Thietmarſchia occiſus eſt, cum eſſet ibi Comes. Alter eorum, de Ida, genuit filiam, Rikencen, quam duxit Eilmarus, Comes de Aldenburg; genuitque ex ea filium, Eilmarum, ſicut prædictum eſt. Item Ida peperit Aliarinam, Matrem Burchardi de Lucken. Item, Idæ filius fuit Burchardus, Trevirenſis Major Præpoſitus, qui poſtea in ArchiEpiſcopum eſt electus. Hic ædificavit lapideam ſtructuram in Elſtorp. Ida ergò mortua, devoluta eſt hæreditas ad prædictum Udonem, Marchionem primum, cui etiam competebat alia ratione: nam cum nullus de ejus ſanguine hæreditatem illam ſibi multo annorum ſpatio vendicaret, in jus Regiæ poteſtatis ceſſit, & ita Bremenſi Eccleſiæ provenit, & prædictus Udo tenuit Comitatum Stadenſem ab Eccleſia Bremenſi in Beneficio, qui Comitatus erat illam hæreditatem continens. Hanc igitur prædicti Principes, Udo I & II, & filius Secundi, Henricus, absque ulla contradictione, in præſentem diem & annum, poſſederunt, quo videlicet anno Eilmarus Junior de Aldenburg, eam impetens, à Friderico, qui Cometiam Stadenſem, à ſæpe dictis

Prin-

Digitized by Google

Principibus in adminiſtratione tenuit, transactione de rebus Dominorum ſuorum facta, à quæſtione ſummotus eſt &c. Quæ *Hiſtoria Archi Epiſcoporum Bremenſium,* in vita *Friderici XXI.* Præſulis, apud *Lindenbrogium,* pag. m. 88 & 89; *Henricus Wolterus, Chron. Bremenſ.* vita ejusdem Archi Epiſcopi, apud *Meibomium* T. 2. *Rer. German.* p. 49: *Albertus Crantzius,* lib. 3. *Vandal.* Cap. XVII. & lib. VI. *Saxon.* Cap. VI; *Henningeſius,* Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia,* p. 199; *Musbard* l. c. Cap. IV, p. 9, aliique confirmant.

En Tabula Genealogica!

Ida, fil. *Erneſti II,* Ducis Sueviæ; nupta
(1) Lippoldo, Com. Stadenſi, *Gliſmodis* filio.
(2) Dedoni, Com. Ditmarſiæ.
(3) Etbelero, Com. Ditmarſiæ.

- *Oda,* ex (1) Sanctimonialis Rintelenſis, poſtea Uxor (1) Regis Ruſſiæ, (2) N.
  - *Wartislaus,* Rex Ruſſiæ, ex (1)
  - *Aliarina,* ex (2) Mater *Burchardi* Com. de *Lucken,* ab *Hermanno Wincenburgico* occiſi.
- *Ecbertus,* ex (2) occiſus ab *Udone I.* Marchione Brandenburgico, quem tamen *Ida* poſtmodum adoptavit.
- *Rikence,* Uxor *Eilmari I.* Com. de Aldenburg.
  - *Eilmarus II.* qui adoptionem Aviæ, in favorem *Udonis I.* March. Brandenb. factam, infringere conatus eſt.
- *Burchardus,* Archi-Epiſcopus Trevirenſis.

De litis exitu, ſimulque origine *Friderici,* Comitis *Stadenſis,* cujus hic facta mentio, pergit *Albertus Stadenſis* l. c. p. 153: *Hujus namque* **Friderici** *avia, & mater, de Anglia navigantes, in* **Comitatu Stadenſi** *naufragium paſſæ ſunt, & ſecundum priſci Juris rigorem, tam homines, quam res, Regiæ Ditioni ſunt mancipati. Mulieres quidem ad cameram* **Odonis,** *Uxoris* **Primi Udonis,** *translatæ ſunt; & Mater cuidam nupſit, à quo ſuſcepit tres filias, quarum una peperit* **Wardingum de Bliterſtorpe,** *Patrem* **Wernonis, Waldingi & Teronis de Lindena,** *& matrem Ricconis, qui fuit pater* **Hermanni de Poppenburg ſtolde, & Roperti Mulen.** *Altera peperit* **Aldonem,** *Patrem* **Bertholdi de Elme, & Arnoldi de Beveren,** *& Patrem* **Arneſti de Emelenthorpe, & Baldwini de Horechthorpe.** *Tertia verò nupſit* **Reinoldo,** *qui genuit ex ea filios:* **Fridericum & Olricum,** *Filias:* **Odiliam,** *Abbatiſſam in* **Heslinge, & Rokelen,** *quæ nupſit* **Waldeſtorpe.** *Filii autem favorabiliter à Dominis educati ſunt, & adultis collata adminiſtratio & diſpenſatio quarundam Villarum. Eo tempore, tres Epiſcopi de Dania, tranſitum per terram illam facturi, multam pecuniam tulerunt, & ipſis, cum omnibus comitibus eorum, à præfatis Fratribus in Albla ſubmerſis, pecunia direpta eſt, & licet, propter hanc, iram Dei meruerint; tamen in tranſitoriis multum locupletati ſunt.* **Fridericus** *ſiquidem tam* **Primo Udone** *vivente, quam* **Secundo,** *nunquam jugum ſuæ conditionis detrectavit, unde ad adminiſtrationem* **Comitatus Stadenſis** *vocatus eſt; cui ſe idoneum diſcretione & ſtrenuitate præbuit.* **Olricus** *verò, in diebus* **Secundi Udonis,** *liberum ſe jactitans, Curiam Imperatoris* **Heinrici** *adiit; quem cum coram Imperatore* **Udo** *vidiſſet Goslariæ, quæſivit in ſententia:* **an licitè poſſet vendicare ſibi mancipium ſuum, ubicunque reperiret?** *&, cum lata eſſet ſententia: quod poſſet; dedit magnam alapam* **Olrico.** *Unde Imperator commotus eſt, & ad arma concurritur; ſed, propter æqualitatem partium, lis facilius ſopitur. Suggeſtione illorum fratrum,* **Udo Primus** *interfecit filium* **Idæ, Ecbertum.** *Mortuo* **Olrico,** *Abbatiſſa de* **Heslinge,** *ſoror ſua, balniata in ſtuba oblita eſt pectinis, quem ancillam afferre jubet; illa reverſa, tremens dicit,* **Olricum** *ſedere in ſtuba, & Æthiopem cum pectere illo pectine. Domina minas intonans, præcepit, ut afferret pectinem; illa reverſa, poſtea ibidem reperta eſt mortua. Tandem mortuo* **Secundo Udone,** *relictus eſt puer,* **Heinricus,** *ſub quo* **Fridericus** *cœpit aſpirare ad libertatem, utpote qui multum erat locupletatus, & penes quem adminiſtratio Comitatus, & omnium poſſeſſionum, parvi erat. Adiit ergò Imperatorem,* **Heinricum** *ultimum, dans ei 40. Marcas auri, quas omnes, cum aliis rebus, tribus Epiſcopis ſubmerſis dicitur abſtuliſſe, ut libertatem ſuam* **in Comitatu,** *cui præerat, teſtimonio poſſet aſtruere. Dux autem* **Luderus** (Saxoniæ) *infeſtus erat ei; quia, cum* **Udoni** *quondam guerram moviſſet, iſte ſtrenuè ei reſtiterat. Suggeſſit ergò Dux* **Friderico,** *Bremenſi Archi Epiſcopo, ut ipſe* **Comitem Fridericum,** *Eccleſiæ*

ſuæ mancipium, evincere ſatageret: in Bremenſis quippe Eccleſiæ Comitatu, avia & mater ſua, prætextu naufragii, ſervituti ſunt addictæ. Miſit ergò Imperator (Henricus V.) hoc anno Domini, (1112) ad diſcuſſionem cauſæ iſtius, Nuncium ſuum, & Radolveſthorpe indicto Placito, convenerunt: Archi Epiſcopus Fridericus, cum Duce Ludero; Rodulfus Comes, cum filio Fratris, Heinrico puero; & Fridericus Comes, cum teſtibus, plebejis videlicet, quos, ad quidlibet jurandum, compellere poterat. Comes ergò Rodulfus rem, tam diu poſſeſſam, levi teſtimonio non exponens, cum in manu valida veniſſet, Fridericum captivatum abduxit, & Saltwedele incarceravit, donec Imperator, ne ignominioſe fruſtra datum aurum haberet, eum à carcere abſolvit, & multo tempore, quia reditus ad propria non patuit, ſecum detinuit. Tandem reſtitutus in integrum, dominos ſuos humiliare ſtudioſiſſimè ſemper laboravit, & efficaciter ſuppeditavit, utpote affluentia rerum abundanti, & ingenii vigore præeminenti. Cum igitur Heinricus Marchio vacuum nomen Principatus geſtaret, & Fridericus tam Domini ſui rebus, quam eis, quas variis modis conquiſierat, afflueret, ex deliberato Comes Rodolfus, & nepos ſuus, Heinricus Marchio juvenis, cum multa militia, Stadium properant. Sed Fridericus, audito introitu eorum, ex altera parte Oppidi fugit, & vix, tam nocte quam nemore exceptus, inſequentium manus declinavit. Elapſus itaque Ducem Luderum adiit, & ipſi & quæ potuit, & quæ non potuit, dedit. Principibus ergò Stadenſibus, quæcunque in Friderici poſſeſſione fuerant, ſibi vendicantibus, Luderus Caſtrum Vorde ædificavit, & totius Ducatus Saxoniæ vires, ad Fridericum reſtituendum, informat. Tandem, mortuo (1124) Rodolfo, Fridericus reſtitutus eſt priori poſſeſſioni &c. Deceſſit tandem Henricus noſter, An. 1128, teſte Chronographo Saxone ad h. a. præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, v. 2, pag. 61. corrigendo hinc Alberto Stadenſi, obitum ejus ad An. 1123, referente, cujus verba ad h. a. pag. 155. ſunt: Heinricus, Marchio Puer, veneficio interiit. Quod poſterius & Wolterus, Chron. Bremenſ. in vita Adelberonis, apud Meibomium T. 2. Rer. German. pag. 50, affirmat, ſcribens: Intoxicatus fuit veneno Marchio Henricus, Puer adhuc, qui natus fuit Comes Stadenſis, &, ex eodem Comitatu, tunc ſcribebatur Marchio &c. nec non Hiſtor. Archi-Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii, in vita ejusdem Præſulis, p. m. 89.

(11) Henrico Puero defuncto, inquit Albertus Stadenſis ad An. 1123, pag. 155: Comitatum Stadenſem, quem prius Fridericus habuit in adminiſtratione, obtinuit per pecuniam, ab Archi Epiſcopo (Bremenſi) Alberone, in Beneficio &c. Ita quoque Wolterus l. c. Hiſtor. Archi Epiſcoporum Bremenſium l. c. Crantzius lib. VI. Metropol. Cap. 13, pag. m. 149. Marchiam vero deinceps obveniſſe Conrado Plœtzcovienſi, docet Chronographus Saxo ad An. 1130, p. m. 288: Marchia Septentrionalis (i. e. Stadenſis) tradita eſt Conrado, filio Helperici de Plozeke &c. Conf. Albertus Stadenſ. ann. eod. pag. 156: Principatum Henrici Marchionis ſuſcepit Conradus, filius Avunculi ejus &c. Mira tunc rerum perturbatio. Proximi Henrico Puero heredes fuere, Patrui ipſius, laudati Rudolphi, & Richardis de Franconia, gnati: Udo III; Rudolfus II, & Hartwicus, Comitatum Stadenſem ſui propterea juris eſſe perhibentes: ſed Albero, Bremenſis Antiſtes, eundem beneficiali lege in Fridericum, ſæpe ſatum Comitem & Adminiſtratorem, tranſtulit; & Conradus Plœtzcovienſis, inde quoque ſibi Marchionis titulum vindicavit. Qua rerum facie, occiditur Udo III, ab Alberti Urſi Marchionis hominibus, de cujus cæde ita Chronographus Saxo ad An. 1130, pag. 288: Udo, Comes de Franckenleve, ab hominibus Adalberti Marchionis, occiſus eſt &c. Add. Albertus Stadenſis ad An. 1144, p. 164: Rodolfus, filius Udonis Primi, duxit Richardim de Franconia, cum multa hæreditate, unde genuit Udonem, qui duxerat ſororem Hermanni, qui occiſus eſt Wincenburg; ſed, ante ſuſceptam prolem, occiſus eſt, prope Aſcerleve, à Militibus Marchionis Alberti. Triennio poſt, ſagittæ quoque ictu periit Conradus Marchio, vid. Chronographus Saxo ad An. 1133, p. 289, verbis præced. Tit. XVI, §. 10, lit. o, v. 2, pag. 61. occurrentibus. Cui, an. 1134, in Marchia Albertum Urſum ſucceſſiſſe, ibidem dictum. An. 1135, ipſe Fridericus Comes, tantæ confuſionis auctor, tandem obiit; teſte Alberto Stadenſi, h. a. p. 160: Fridericus, Comes Stadenſis, obiit, Idibus Aprilis &c. nec non Woltero l. c. Anno 1135, Comes Fridericus, Marchio Stadenſis, mortuus eſt &c. & cit. Hiſtor. Archi Epiſc. Bremenſ. an. eod. p. 90, verba Alberti repetente.

(12) Frater Udonis III, Rudolfus II, in ordinem redigendis rebellibus Ditmarſis interea occupatus, vacuum Stadenſis Marchionis nomen geſſit. Durante bello inter Henricum Magnanimum, Saxoniæ Bojorumque Ducem, à Conrado III. Imp. an. 1138, proſcriptum, atque Albertum Urſum, Marchionem, ab eodem Imperatore, Saxoniæ Ducem creatum, hocque titulo, Caſtrum Luneburg, cum Civitatibus Bardewich atque Brema, dolo occupantem, totaque Occiden-

Digitized by Google

dentali Saxonia potituni, (ceu præced. Tit. XVI, in Catalogo *Ducum Saxoniæ*, in vita *Henrici Superbi*, v. 6, pag. 142. teſtimoniis firmavi,) ſtetit Princeps hic ab *Henrici* Ducis partibus, ſuppetias *Luneburgum* obſidenti ferens; vid. *Albertus Stadenſis* ad an. 1139, p. 161: *Heinricus Dux, Gener* ***Lotharii*** *Regis, auxilio Socrus ſuæ,* ***Rikence*** *Imperatricis, Caſtrum* **Luneburg** *obſedit, cum* ***Rudolfo Comite***, *& cepit, & Ducatum obtinuit, & nepotem ſuum,* ***Albertum***, *Saxonia deturbavit &c.* annectens, pag. 161: *Bello per inducias protracto, Rex propoſito Principibus Saxoniæ Placito Wormatiæ, in Purificatione S. Mariæ revertitur; ſed & Dux rediit in Saxoniam. Interea* ***Rodulfus Comes***, *&* ***Fridericus Palatinus***, *adunata manu,* ***Bremam*** *profecti, totam depopulati ſunt Civitatem, Archi-Epiſcopo* ***Alberone*** *Romam profecto &c.* Conf. ſupr. l. c. Anno 1140, Imperatore *Alberti*, intruſi Ducis, cauſam omni ſtudio perorare inſiſtente, *Principes* ***Albertum*** *Marchionem, qui Ducatum à Rege ſuſcepit, Patria expellunt;* ***cujus Marcam Rodulfus Comes, adeptis Urbibus, occupavit.*** Hæc iterum *Albertus Stadenſis*, h. a. pag. 162. Conf. ſupr. l. c. Vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad ann. 1140, pag. 150. Quamvis an. 1142. *Albertus* in integrum reſtitutus legatur; vid. *Albertus Stadenſis* ad h. a. pag. 163; ***Albertus*** *Marchio revocatus eſt in gratiam Principum, & recepit omnia ſua, Comitatum & Marcam;* & quidem, ab obitu Marchionis *Henrici*, nova, ſcil. *Brandenburgenſi*, Marchia auctus. Vid. præced. Tit. XVI. §. 10, lit. o. v. 3. p. 62. Tandem deceſſit ***Rudolfus*** noſter ann. 1144. à *Ditmarſis* interfectus. Vid. *Chronographus Saxo*, h. a. pag. 266; *Chronicon Montis Sereni*, an. eod. pag. 18, & *Albertus Stadenſis* h. a. pag. 163. verbis præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Saxoniæ*, in Vita *Henrici Leonis*, v. 4. ad h. a. p. 158. relatis. Conjugis Ejus meminit *Stadenſis*, ad An. 1144, docens p. 165, *Rudolfum, Udonis I. filium*, fuiſſe quoque Patrem *Rodulfi, qui duxit* ***Elizabeth***, *ſororem* ***Odokkar*** *de Stire, ſed ante prolem occiſus à Thietmarchis.* Quæ de *Walburgi* quadam, ejus conjuge, à Ditmarſis, naſo & auribus abſciſſis fœdata, & in rivulum *Waleburgaw*, vel inde nomen ducentem, projecta, circumferuntur, fabulis meritò annumerat *Danckwert*, Part. 3. *Hiſtor. Holſat.* Cap. XVI. in vita *Rudolfi II*, p. 292.

(13) Solus itaque ſuperſtes fuit, ex Marchionibus Stadenſibus, *Hartwicus*, Major tunc Præpoſitus Bremenſis, poſtea verò, mortuo An. 1148. *Alberone* Præſule, Archi-Epiſcopus electus, de cujus origine, evolvenda præced. v. 8. ſub *Udone I*, *Alberti Stadenſis* ad an. 1144. p. 165. verba; add. *Wolterus, Chron. Bremenſ.* in vita *Hartwici* p. m. 51. ibi: ***Hartwicus***, *XXI. Archi-Epiſcopus XVIII. antea fuit Archi-Præpoſitus, & filius* ***Rudolfi***, *Marchionis Stadenſis &c.* Ita quoque *Hiſtor. Archi Epiſcoporum Bremenſium Lindenbrogii*, pag. 91. ad an. 1148: *Albero Archi Epiſcopus obiit.* ***Hartwicus***, *Major Præpoſitus Bremenſis,* ***Rodolphi Marchionis filius***, *eligitur in Archi Epiſcoporum &c.* Matris ejus meminit ipſe *Conradus III.* Imp. in Diplomate, quo, ſub dato *Magdeburg 1145*, Indict. VIII. pacta conventa Principis noſtri, circa hæreditatem ſuam *Stadenſem* & *Ditmarſiam*, cum *Friderico*, Magdeburgenſi ArchiEpiſcopo, rata habet, apud *Lindenbrogium*, *§. 45. Privilegiorum Archi-Epiſcopatus Hamburgenſis*, pag. m. 155; Dn. *Lunigium, Reichs-Archiv*, Contin. 2, *in der vierten Abtheilung, XV. Abſatz*, §. 34. pag. 355. & Dn. *Mushard, Monument. Nobilitatis Bremenſis*, p. 14. ubi: *Notum eſſe volumus --- quod Vir Venerabilis,* ***Fridericus***, *S. Magdeburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, pacta quædam & conventiones, in Noſtra, & Principum Noſtrorum, præſentia, contraxit, cum* ***Hartwico***, *Præclaro Eccleſiæ piæ Canonico,* ***Ejusque Matre, Richarda Marchioniſſa***, *quas utrinque autoritate Noſtra Regia roborari, & Principum Noſtrorum, qui aderant, teſtimonio ſtipulari, petierunt &c.* Quæ verò Bona in dictum ArchiEpiſcopum tranſtulerit, docet idem diploma ſequentibus: *Siquidem prædictus ſublimis Clericus, unà cum præfata Matre ſua, contulit eidem Archi Epiſcopo, & Magdeburgenſi Eccleſiæ, poſſeſſiones ſuas, quas de Patrimonio ſuo, hæreditaria ſucceſſione, acceperat, quarum nomina hæc ſunt:* ***Jerichowa***, *cum ſuis pertinentiis;* ***Liutin***, *cum ſuis appenditiis;* ***Wranckenſtein***, *cum ſuis attinentiis;* ***Erreboſleves***, *cum ſuis pertinentiis. Has itaque denominatas poſſeſſiones, & non alias, retento tamen Miniſterialium, qui ad eas pertinent, omnibus diebus vitæ ſuæ, tam per obſides, quam per ſecuritatem ſacramenti, obſequio, tali conditionis tenore: Prædictus Nobilis Clericus,* ***Hartwicus***, *cum Matre ſua, unà contulit Magdeburgenſi Eccleſiæ, ut quia Inclytus* ***Carnalis Frater ipſius***, ***Rudolphus Comes***, *à ſuis hominibus, in* ***Comitatu Dithmaringenſium***, *impiè interemptus fuerat, & ei tota Paternæ Domus poſſeſſio, hæreditario jure competebat, à cujus ingreſſu & uſu eum prædicti ſui Germani interfectores probibebant, deberet eum prænominatus Archi Epiſcopus, per bonam fidem, usque ad efficaciam obtinendi, adjuvare, non ſolum de prædicto Comitatu* ***Diethmaringenſium***, *ſed etiam de* ***Comitatu Nortlandiæ***, *& de poſſeſſionibus, quæ fuerunt Comitis* ***Friderici***, *& Dominæ* ***Idæ***, *& de omnibus, quæ in ſua poteſtate habebat, & de omnibus aliis, de quibus eidem ſublimi Clerico juſta Actio, ex Legum ratione, competebat. Inſuper duas Curtes,* ***Wyſelam*** *&* ***Goyanheim***, *cum omnibus appenditiis, præfatus Archi Epiſcopus ſæpe dicto*

Digitized by Google

Clerico, & Matri ſuæ, dedit, hac interjecta rationis conſtantia, ut, non ex jure beneficii, easdem Curias teneant, ſed reditibus earum, ad uſus ſuos, quoad usque vixerint, Filius poſt matrem, ſeu Mater poſt Filium, absque omni impedimento, ex jure privilegii, poſſideant; interim autem quicunque bona in præfatis Curiis, à beneficiali lege, in libertatem ceſſerint, in uſus ſuos redigant, & quieta poſſeſſione obtineant. Præter hæc etiam, idem Archi Epiſcopus contulit prænominato Nobili Clerico, de menſa ſua, reditus 40. librarum, juxta prædictam conditionis legem, ut non beneficiali jure teneat, ſed ad uſus ſuos accipiat. Ad hæc quoque, Beneficium centum marcarum, quod primum de manu cujusdam Principis, vel cujusdam Nobilis, vacaverit, idem Archi Epiſcopus, ad uſus ejusdem Clerici, dimittere firma ſtabilitate promiſit &c. De Transactione ejus cum *Alberone*, Archi-Epiſcopo Bremenſi, inqnit *Albertus Stadenſis*, ad An. 1144, p. 163: *Rodulfus Junior*, *Comes in Thietmarſia, occiſus eſt in Cometia ſua; & frater ſuus, Hartwicus, Major Præpoſitus Bremenſis, dedit omnem hæreditatem ſuam Bremenſi Eccleſiæ, ut concederetur ſibi Comitatus Bremenſis;* (Stadenſis) *& ſic Bremenſis Eccleſia, quæ Principes Stadenſes in quieta poſſeſſione longo tempore tenuerant, in ſuum dominium recepit, hæreditatem* videlicet *Principum, & Idæ, & Friderici, & facta eſt legitima hæres Parentum Præpoſiti Hartwici, per ſolennem & legalem donationem. Inveſtitus eſt ergò Hartwicus Præpoſitus, & Fridericus Palatinus, ſororius ſuus, ſuſcepit Bannum à Rege Conrado, & ſtatutum eſt, ut eſſet coadjutor ſuus, & judicaret pro eo in Placitis Principalibus &c.* Conf. *Crantzius* lib. VI. *Metropol.* Cap. XVIII, p. 152: *Per hæc tempora Comitatum Thietmarſiæ, Marchionatui* (Stadenſi) *ſubditum, Rodolphus, Rodolphi filius, Marchio Marchionis, regebat, &, per inſolentiam habitatorum, cæſus, ut Pater ſuus, interiit. Frater autem ejus, Hardvicus, Major erat Bremenſis Præpoſitus, egitque apud Pontificem* (Bremenſem) *Alberonem, ut, conceſſo Patrimonio ſuo Eccleſiæ, (erat enim legitimus ſucceſſor in Thietmarſia) perficeret, ut in perpetuum is dominatus apud Eccleſiam remaneret: ipſi viciſſim, quoad viveret, Stadenſis Comitatus, quem jam liberè tenebat Eccleſia, permitteretur. Placuit utrinque commutatio, authoritate Cæſaris roborata; qui etiam Comitem Palatinum dedit Hartvico defenſorem &c.* & rurſus in *Saxonia*, lib. VI, cap. VI: *Rudolphus genuit Rudolphum, in Thietmarſia cæſum; genuitque Hartwicum, Majorem Eccleſiæ Bremenſis Præpoſitum, qui Patrimonium ſuum, hoc eſt, Terram Thietmarſiæ, donavit Eccleſiæ Bremenſi, & recepit Comitatum Stadenſem, qui jam, per Henrici noviſſimi de ſanguine Sifridi, & Friderici advenæ, mortem, redibat ad Eccleſiam. Unde trahitur, Comitatum Stadenſem, cum vicina Terra paluſtri, & Thietmarſiam, ultra fluvium Albim, fuiſſe in Patrimonio Udonis I, qui ſic inter filios diviſiſſe creditur, ut haberet Udo Minor Comitatum Stadenſem; & frater ejus, Rudolphus, Thietmarſiam, in qua filius ejus, incunctanter ejus loci Comes, cæſus occubuit.* Interjectis paucis, de Ditmarſis pergit: *Ita Populus, ab initio infrenis, etſi Ducibus primum Saxoniæ, deinde Comitibus, ſubeſſet, toties tamen, cæſis dominis, ſe in libertatem vendicavit: aliquoties tamen coactus à Principibus parere, jugum accepit, ſed quam primum potuit, rejecit; nunc autem, permutatione Hartwici, primum Præpoſiti, deinde Archi Epiſcopi Bremenſis, conceſſit, imò rediit, ea Terra in jus Eccleſiæ; cum ille Comitatum Stadenſem accepiſſet compenſatum; qui etiam, morte ejus, conglutinatus eſt Eccleſiæ &c.* Quæ l. c. Cap. XXV, repetit. Quam litem *Henricus Leo* deſuper *Hartwico* intenderit, ex *Alberto Stadenſi* ad an. 1144, p. 163, petendum eſt. Conf. præced. Tit. XVI, vita *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ, v. 4, ad an. 1144, p. 158. Nihilominus verò, ab obitu *Hartwici*, Comitatum *Stadenſem* obveniſſe laudato Duci, l. c. ad an. 1168, pag. 171. commemoravi. Turbido poſtea rerum ſtatu, contulit Cæſar, *Fridericus I*, An. 1180, in Curia Erfordienſi, *Caſtrum Stadenſe*, cum eò pertinentibus, in *Sigfridum*, ArchiEpiſcopum Bremenſem, Diploma exhibente *Lindenbrogio*, inter *Privilegia Hamburgenſia*, §. LXII, pag. 168 & 169; Ducem verò propterea ſua non amiſiſſe, ex ipſius vita præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* cognoſci poteſt; aſt, eo mortuo, & ſchiſmate inter ipſius filium, *Ottonem IV*, atque *Philippum*, Imperatores, exorto, in odium domus *Guelficæ*, confirmavit *Philippus*, An. 1199, ſub dato *Hildesheim*, 14. Kal. Febr. in gratiam *Hartwici* ArchiEpiſcopi, præfatam *Friderici* Patris donationem; cujus Charta apud *Lindenbrogium* l. c. §. 63, p. m. 170 occurrit; Conf. cit. *Catal. Ducum Saxon.* l. c. ad An. 1182; tandem etiam recens electus Præſul Bremenſis, *Woldemarus Civitatem Stadenſem, cujus turres & domos tempeſtas modicum ante dejecerat, expugnavit, & rebus omnibus, in inventione Stephani, die Dominica, ſpoliavit &c.* Hæc *Albertus Stadenſis*, ad An. 1208, p. m. 202; Conf. *Hiſtor. Archi-Ep. Bremenſ. Lindenbrogii*, in vita *Woldemari*, p. 96; *Wolterus*, l. c. in ejusdem vita, p. 55; *Crantzius*, lib. VII. *Metropol.* Cap. 31 & 32, p. m. 186; nec non lib. VII. *Saxon.* Cap. 33 & 36; Aſt *Henricus* C. P. R. & Dux Saxoniæ, *Leonis* filius, amiſſa recuperavit; à cujus tamen exceſſu, *Gerhardus* ArchiEpiſcopus, Anteceſſorum veſtigia rurſus preſſit; nam, ut *Albertus Stadenſis*, ad An. 1227, p. 207, docet, *Heinricus Dux, &*

Pala-

Palatinus Comes Rheni, ſine filio obiit, & Bremenſis ArchiEpiſcopus Comitatum Stadenſem obtinuit &c. Quæ cit. *Hiſtoria ArchiEpiſc. Bremenſ.* in vita *Gerbardi*, pag. 96, confirmat; neſcio, qua auctoritate *Wolterus* l. c. in vita *Gerbardi*, XXVII, ArchiEpiſcopi, pag. 56 & 57, metamorphoſin hanc Tranſactioni, inter laudatum Ducem & ArchiEpiſcopum erectæ, vindicet, verb: *Poſt hoc, pacificatum fuit magnum & longum litigium, quod habebant Bremenſes cum Duce Brunſuienſi, taliter: quod Dux Miniſteriales ſuos, & ſuam proprietatem, quam habuit in Comitatu Stadenſi, dedit Eccleſiæ Bremenſi ex integro, &c.* Conſentiente *Cranzio* lib. VII. *Metropol.* Cap. 40; Quicquid ſit, *Ottonem Puerum*, dicti *Henrici* Ducis, ex fratre *Wilhelmo*, nepotem, recuperaſſe præfatum Comitatum an. 1235, & demum an. 1236, cum Præſule Bremenſi, *Henrico*, deſuper tranſegiſſe, certo nititur fundamento. Vid. præced Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxoniæ* in Vita *Ottonis Pueri*, v. 5, ad An. 1235 & 1236.

Tabula Conſanguinitatis horum Principum, hæc eſt:

Henricus Calvus, Com. Ditmarſiæ, & Hersfeldiæ, ſub *Ottone Magno* clarus; Ux. *Hildigarda*. Vid. præced. v. 3.

Henricus Bonus, primò Hildesheimenſis Canonicus; poſtea Comes; Ux. *Hildegardis*; vid. v. 4.

- *Henricus III*, Ux. *Ethela*; vid. v. 5.
  - *Sigfridus*, à Danis mutilatus; l. c.
- *Udo*, à piratis occiſus. vid. v. 5.
- *Sigfridus I.* vid. v. 5.
  - *Sigfridus II*, Marchio Brandenburg. aſt an. 1013, *Stadam* ſe recipere coactus; unde natum *Stadenſium Marchionum* nomen. Ux. *Adela*; vid. v. 6.
- *Hathui*, Abbatiſſa Heslingenſis; vid. v. 5.
- *Cunigunda*, Ux. *Sigfridi*, Com. de Walbeck; mater inde facta *Ditmari*, Epiſcopi Merſeburgici; Vid. v. 5.

Luderus, Marchio Stadenſis. Ux. *Adelbeid*, amita *Rudolphi*, Anti-Cæſaris *Henrici IV.* vid. v. 6 & 7.

- *Henricus Longus.* Ux. N. de Ruſſia. Vid. v. 8.
- *Udo II*, qui & *Luderus*, March. qui 1101, *Brandenburgum* recuperavit, & †. 1106. Ux. *Ermgarda*, ſoror *Helperici* Com. de *Plætzke*; poſtea nupta *Gerbardo* de *Hemsberg*. vid. v. 8 & 9.
  - *Henricus* Marchio Stadenſis, †. 1128; Ux. *Adelbeid*, fil. *Ottonis*, Com. Ballenſtad. poſtea nupta *Wernero de Veltheim.* Vid. v. 9 & 10.
  - N. Uxor *Henrici*, putativi fratris *Richenſeæ* Imperatricis. vid. v. 9.
  - N. Uxor *Popponis*, Com. de *Hennenberg* vid. v. 9.
- *Rudolphus I*, Marchio Saliſquellenſis, & Comes Ditmarſiæ. †. 1124, Ux. *Richardis* de *Franconia.* Vid. v. 8. & 10.
  - *Udo III*, Marchio Stadenſis, occiſus ab Hominibus *Alberti* Marchionis, 1130. Ux. N. Soror *Hermanni de Wincenberg.* vid. v. 11.
  - *Rudolphus II*, Marchio Stadenſis, jugulatus à Ditmarſis, 1144. Ux. *Eliſabeth*, ſoror *Ottocari*, March. Stiriæ. Vid. v. 8, 11 & 12;
  - *Hartvicus*, ArchiEpiſc. Bremenſis, †. 1168, Gentis ultimus. Vid. v. 8, 11 & 13;
  - *Ludgarda*, Ux. (1) *Friderici*, C. P. de Sommerſeburg, (2) *Erici* cogn. *Lamb*, Regis Daniæ, (3) *Hermanni*, Com. de *Wincenburg* vid. v. 8.
- *Sifridus*, Præpoſitus Magdeburgi, ad S. Nicolai. Vid. v. 8.
- N. Abbatiſſa Aleslebienſis. Vid. v. 8.
- *Adelbeidis*, Ux. (1) *Friderici*, C. P. Saxon. an. 1087. occiſi. (2) *Ludovici Saltatoris*, Com. Thuringiæ. Vid. v. 8.

STYRIÆ &c. de quo Marchionatu *Albinus*, Tit. IX, *Chron. Miſn.* pag. 217: *Die Steyermarck iſt vielleicht nicht allein wider die Ungarn, ſondern auch wider die Kayſer zu Conſtantinopel, und derſelben Untertha-*

thanen, die Illyrios *und* Dalmatas, *geordnet worden.* Primum Marchionem vocat *Spangenbergius*, lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XIX. pag. 318. *Ottocarum, à Conrado Salico* Imp. conſtitutum. Ita quoque Dn. *Spenerus*, Part. ſpec. *Op. Herald.* lib. I. Cap. IX, §. 36, p. 54, *Styriæ* memor, inquiens: *Bavaris paruerat cum Carinthia; 1030* **Conradus** *eam à Ducatu Carinthiæ ſeparavit, & Marchiam conſtituit, impoſito, qui Imperii fines tueretur, Ottocaro, ex Styria, Comite in Muertztabl & Avelenz, Ducis Carinthiæ, Marquardi, ex fratre, pronepote &c. immediatèque annectens: Cujus Ottocari Majores à Vinulfo, Styriæ Præfecto, ſub Alarico,* Rege Gothiæ, *deducunt, Marchiones Styria appellant, & illis etiam Odoacrum, Italiæ Regem, qui Auguſtulum* Imperio *dejecit, inſerunt;* Conf. *Bucelini Germania*, Part. 3, pag. 329; *Ex eo ſati reliqui Marchiones, in quibus Leopoldus, 1120, ab Henrico V, in hereditario Marchionatu confirmatus eſt, Filium ejus, Ottocarum, Fridericus I. Imperator Ducem Styriæ creavit. Hic, Gener Leopoldi VII, Auſtriæ Ducis, leproſus, & ſobole carens, conſenſu Statuum, vendidit ſocero Ducatum, & reliquam vitam in Carthuſiano Cœnobio exegit. Sigismundus von Bircken, im Oeſterreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 2, c. 3, pag. 176. *Johann Enenckel, in ſeinen ſo genanten Fürſten-Buch, ſchreibet, diß ſey ein ſo wohlfeyler Kauff geweſen, daß ein Ritter, umb drey Helbeling; und ein Bauer, umb ein Ort, kommen. Es iſt zwar ſolches mehr ein Geſchencke, und Vermæchtniß, als ein Verkauff, geveſen, wie Megiſerus anzeiget &c,* & §. 37, pag. 55: *Manſit deinceps Styria penes hanc Familiam, ad ejus usque finem. Cum vero, illa terminata, Ottocarus Auſtriam occupaſſet, ad Belam, Ungariæ Regem, reſpicere maluerunt; unde inter hos Reges contentio, donec, partitione Ditionum, ſatisfieret. Ottocaro cæſo, cum Auſtria, Styriam etiam filio Rudolfus Imperator conceſſit, quam tamen, odio Suevorum, qui potentia abuti videbantur, æque ac Auſtriam, non adeo obſequentem, Albertus eſt expertus, ut etiam armis ad obſequium multi cogendi eſſent &c.* Conf. *Münſter Coſmographia*, lib. 3. Cap. 407, pag. 943 &c. *Zeileri Topograph. Provinciarum Auſtriacarum*, Tit. *Hertzogthumb Steyr, p. 38. &c.*

In Diplomate *Conradi III.* Imp. An. 1141. Cœnobio *Münſter* in Bavaria, dato, apud *Gewoldum* T. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, pag 521. teſtis occurrit: *Otaker, Marchio de Stire.* Idem occurrit in Diplomate *Eberhardi Babenbergenſis*, ibid. Tom. 3. p. 235 & 236.

Inſignia *Styriæ* exponit Dn. D. *Spenerus* l. c. §. 35, pag. 54. *Gryphum argenteum, perrepentem, absque alis, ſcintillasque ex auribus, naribus & ore vibrantem, in campo viridi; (einen weiſſen, aus Ohren, Naß und Rachen Feuerſpeyenden Greiff, im Grünen Feld,)* referentia; addens tamen: Gryphum iſtum *Felici Malleolo* vocari, *Pantheram*, quo & *Sigismundus von Bircken* l. c. pag. 175. reſpicere videtur; cujus ſententiâ vetuſtiſſimum Inſigne *Taurum* retulit, â *Tauriſcis* Populis *Styram* olim inhabitantibus, quorum *Tacitus*, Cap. XXVIII. §. 5. (quamvis, amanuenſium errore, vocabulo *Tauriſci* in *Araviſci* mutato) una cum *Oſis*, meminit; quæ poſterior denominatio adhuc hodie *taurum*, ſive *bovem*, Inferioris Germaniæ incolis deſignat, *ein Ochſe, Oſſe* appellantibus.

Thuringia; de quo Marchionatu præced. Tit. XVI, Catalogum *Ducum Thuringiæ*, v. 28 & ſeqq. evolvas.

VOHBURGICUS, qui idem cum CHAMENSI, in Bavaria, de quo *Zeiler*, in deſcriptione *Circuli Bavarici*, voc. *Vohburg*, pag. m. 306. ait: *Vohburg, oder Vochburg, ein Marckt an der Donau, 2. Meilen unter Ingolſtadt; allda vor Zeiten die abgeſtorbene Marggrafen von Vochburg, im Schloß Hof gehalten haben, Sie hatten auch Cham, Eger und Neumarckt. Der letzte dieſes Geſchlechts hat* Theobaldus *geheiſſen, wie* P. Andreas Brunner, Part. 3. Annal. Bojor. pag. 189. *erweiſet. Unterhalb Vochburg, liegt das* Benedictiner *Cloſter Münichs Münſter, an der Donau, von* Diepoldo VI. *Marggrafen zu Vochburg, wieder aufgerichtet, nachdem es die Ungarn verbrennt hatten &c.* Plura de his Marchionibus *Aventinus* lib. VII. *Annal. Boicor.* Cap. 2. §. 28, pag. 629, de ultimo ſcribens: *Octavo Calendas Januarii, Æræ noſtræ, anno 1210; Berchtoldus, Chamaborum, Vogburgii, Oegræ atque Neomarti Dynaſta, absque liberis obiit &c.* &, paucis interjectis, originis memor: *Author atque parens hujus Familiæ, Berchtoldus, Dux Bojorum, frater Arnulphi, Bojorum itidem Reguli. Berchtoldus, Hainrico ortus, Hainrico Berchtoldus, huic Arnulphus, ſucceſſit. Hunc Hainricus, atque deinceps Theobaldus I. excipit. Hic, ex Uxore Luitgarda Caſtellana* (Comit. de Caſtel) *Theobaldum, ſibi cognominem, genuit, cui, per manus Chamaborum, præfecturam tradidit. Theobaldus II, cum Adelhaide, Uxore, Reichenpach, & Waldſaxoniam condidit; obiit Anno Chriſti 1146. 6. Id. April. ſex liberos, duos mares, quatuor feminas, progenuit: Adelhaidem Auguſtam, conjugem Friderici I; Chunegundam Stiriam; Judithum, Uxorem Friderici à Bogen, Curatoris Reginoburgenſium Sacerdotum; Sophiam à Lechsgmund; Theobaldum III & Berchtoldum, qui absque liberis obierunt &c.* Transactionem *Henrico-Calixtinam, de inveſtitura*

Eccle-

Eccleſiaſtica, An. 1122, ſubſcripſit etiam *Theobaldus Marchio*, vid. præced. Tit. 2. § 8, lit. a, voc. *Henricus V*, pag. 65, per quem, intelligendum *Marchionem Vobburgium*, ex Codice diſcimus, unde dictam Conventionem hauſit *Goldaſtus*, Tom. I. *Conſtitutionum Imperialium*, pag. m. 258, ubi: *Dietboldus, Marchio Cambienſis à Vocbburg &c.* In Diplomate *Friderici I.* Imp. quo An. 1156, 15. Kal. Octobr. *Henricum*, ex Marchione, in Ducem Auſtriæ elegit, rurſus inter teſtes celebratur *Dejepaldus Marchio*, vid. præced. Tit. XVI. §. 9, lit. b, pag. 18. qui aliis eſt, *Deopoldus, Marchio de Vocbburg &c.* vid. *Limnæus* lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 30, pag. 31, (errore licet Typographi. *Neopaldus*, pro *Deopaldus*, vel *Theopaldus* ibi legatur) Dn. *Tolnerus, Cod. Dipl. Palat.* §. 57, pag. 51. Dn. *Lunigius, im Reichs-Archive*, Part. ſpec. Contin. I, *im IV. Abſatz*, §. 4, pag. 6. In Diplomate *Hartwici* Ratisbonenſis, An. 1156, apud *Gewoldum* T. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 449, mentio fit *Diepoldi, Marchionis de Vobburg &c.* In confirmatione concambii inter Epiſcopos Babenbergenſem & Ratisponenſem, ab eodem Imperatore An. 1166. edita, teſtis eſt *Bertholdus Marchio de Vobburg*; Vid *Gewoldus*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 113; In alio Diplomate, quo laudatus Cæſar, ſub dato *Norimberch*, 3. Kal. Mart. 1181, donationes Cœnobio *Cremiſanenſi*, ſeu *Cremsmünſter*, factas, confirmat, teſtes habentur: *Marchio Bertholdus de Iſtria, & filius ſuus, Marchio Berchtoldus de Vobburch.* Vid. *Simon Rettenpacherus*, lib. 2. *Annal. Cremiſanenſium*, lib. 2. Cap. 12, p. 166. In alio, *Friderici II.* Imp. an. 1215, Eccleſiæ Patavinæ dato, apud *Auguſtam* Non. April. teſtis fuit: *Tipoldus, Marchio de Fochburch &c.* Vid. *Gewoldus*, Addit. Tom. I. *Metropolis Hundii*, p. 380.

(14) Burggravius eſt Comes, qui ab Imperatore de Caſtro Imperii ritè inveſtitus eſt, (*a*) ut: Norimbergenſis, (*b*) Magdeburgenſis, (*c*) Strombergenſis (*d*) & Reineccenſis, (*e*) & (*f*)

NOTÆ.

(*a*) INVESTITUS EST &c. Conf. præced. §. 7, lit. a, p. 592.

(*b*) NORIMBERGENSIS &c. Facit hic Dn. *Joh. Georgius Layrizius, de Burggraviatu Norimbergenſi*, Baruthi, in 4to, 1676. *Spangenberg*, lib. X. *des Adelſpiegels*, Cap. XX, fol. 319, ait quidem: Anno 914, *hat Kayſer* Conrad *der Erſte, das alte Schloß zu Nürnberg wieder aufgerichtet, und dahin einen Burggraven geordnet. Bey Kayſer* Henrichs *des Erſten Zeiten, wird gedacht Burggraff* Albrechts *zu Nürnberg &c.* Ann. *1250 iſt daſelbſt Burggraff geweſen* Friederich, *und, nach demſelben ſein Sohn*, Henrich, An. 1273 - - - *und iſt dieſer Burggraff ums Jahr 1273, abgangen, und der letzte aus der Grafen zu Vogburg Stammen geweſen &c.* Vera tamen Burggraviatus hujus initia admodum ſunt incerta; multo minus de *Burggraviis* conſtat, utpote non hereditario jure ſibi invicem, ob ſanguinis vinculum, ſuccedentibus, ſed, ex Principum Comitumque Familiis, ab Imperatoribus lectis; vid. *Wagenſeil*, Comment. de S.R.J. *Libera Civitate Norimbergenſi*, lib. 2. Cap. I. pag. 292: *Licet priorum Burggrafiorum Noribergenſium ſtemmata in Hiſtoriis non ita annotentur, attamen dubium non eſt, illos, æque ac Miſnenſes & Magdeburgenſes Burggrafios, ex Celeberrimis tantum Principum & Comitum Familiis fuiſſe lectos &c.* Adeoque valde dubium eſt, primum Burggravium *Florenbachia* ſeu *Vohrenbachia* Gente, cujus Illuſtr. Auctor *des Europ. Herolds* Tom. 1; *im Sechſten Punct des zweyten Abſatzes*, pag. 452, meminit, fuiſſe ortum. *Henricum IV.* Imp. *Vobburgiis* Burggraviatum hunc primum conceſſiſſe, idem docet l. c. verb: *Haben Sie* (Marchiones Brandenburgici) *unter ſich gemein, das Burggraffthum zu Nürnberg, welches* Anno 1060, *von Kayſer* Heinrichen IV. conſtituiret, *und denen Grafen von Vobburg zu erſt aufgetragen worden &c.* Conf. Dn. D. *Spener Op. Herald.* Part. ſpec. lib. I, Cap. 13, §. 12, pag. 83: *De antiquis Burggraviis parum mihi conſtat, niſi quod, ante Zolleranos, ex Vobburgiis Marchionibus eos fuiſſe, & ultimum nomen Eberhardi habuiſſe, lego &c.* & *Joh. Textoris Naſſauiſche Chronick.* pag. 72. & 73; & Dn. *Friderici Lucæ, Uhralter Fürſten-Saal des H. R. Reichs*, pag. 804. Id liquet, *Fridericum Zolleranum* ab Avunculo, *Rudolpho* Imp. anno 1273, *Norimbergenſem Burggraviatum* jure hereditario fuiſſe conſecutum, hocque titulo acquiſitum reliquiſſe poſteris; de quo mox plura. *Num verò ante tempora Rudolphi I. Imp. Hohenzollerani Comites Burggraviatui huic jam præfuerint?* Quæſtio eſt dudum jam mota. *Lehmannus*, lib. V. *Chron. Spir.* Cap. 77, in vita *Ottonis IV*, pag. m. 580, inquit: Anno 1214 *hat Cunradus, Graf von Zollern, u. Burggraf zu Nürnberg, in Gegenwart Kayſer* Otten, *das Schloß Rietburg, in der Marggrafſchafft Baden gelegen, ſo er vom Stifft Speyr zu Lehen getragen, Biſchoff* Cunraden, *und ſeinen Nachkommenden, freywillig* reſignirt *und zugeſtellt; alſo* referirts *die Hirſchauiſche Chronik &c.* & Dn. *Fridericus Lucæ* l. c. pag. 805; *Jedoch war es gewiß etwas* omineuſes, *daß über hundert Jahr vorher, ehe die Burg-*

Digitized by Google

grafſchafft erblich würde, Graffen von Hohenzollern das Burggraffthumb regirten: *inſonderheit die Wahl zu dieſer* Dignitæt, *von Kayſer* Friderico I. Barbaroſſa, an. 1168, *Graf* Conrad *den Erſten zu Hohenzollern &c.* & Illuſtr. Auctor *des Europ. Herolds* l. c. *Daß Er* (Rudolphus Imp.) *aber auch dieſen Burggrafen* (Fridericum) *in Fürſtenſtand erhoben haben ſolle, das wollen einige deßhalber nicht nachgeben, weil in Burggraf* Conrads *I. Briefen, des Burggrafen zu Nürnberg ſchon gedacht wird unter Kayſer* Friderichen *I, und finde man hernach noch mehr Briefe, die alſo lauten: Conradus, oder Fridericus, D. G. Comes de Zollern, oder Sollre, Burggravius in Nurenberg, 1222 &c.* & paulo poſt: Anno 1246, *hat Burggraf* Conrad II. *ſich Burggravium de Nurnborg & Comitem in Solre, geſchrieben ohne Zweiffel, auf Kayſer* Friedrichs *II.* Inveſtitur &c. Audiamus etiam *Limnæum*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 3, pag. 164: *Friderico, quem Quintum diximus, à Rudolpho Habſpurgico, Imperatore, ſororio, anno Chriſti 1273, Burgraviatum Norimbergenſem, tunc temporis vacantem, datùm communiter ajunt; quod ſi de prima collatione acceperint, ut accepiſſe pleroſque hactenus vidi, quam propitiam ſibi habituri ſint veritatem, ipſi viderint. Aliorum ex communicatione claſſica hoc ego habeo, Diplomata Imperatoria, quæ Blaſſenburgi, in Archivo Brandenburgico aſſervantur, firmare, longè ante Fridericum, Familiæ huic Zolleranæ Burggraviatum fuiſſe Noricum. Unde verius erit dicere: Rudolphum Burggraviatum Friderico potius confirmaſſe, quam primum conceſſiſſe &c.* quam ſententiam, l. c. §. 10, pag. 183, repetit. Enimverò, non ſolum Dn. D. *Spenerus* l. c. ita ſentientibus ſe oppoſuit, ſed & ipſe *Limnæus* Tom. IV. Addit. ad lib. V, Cap. VII, §. 10, pag. 744, mentem mutavit, Blaſſenburgenſium documentorum memor inquiens: *Cum ea hactenus non viderim, de eorum fide, certa ſcribere non valeo.* Id interim certum, frequentem in Diplomatibus *Conradorum* & *Fridericorum Burggraviorum Norimbergenſium*, Gentis ſine dubio Zolleranæ, mentionem fieri. In Diplomate, quo *Fridericus*, I. Imp. ſub dato *Ratiſponæ* An. 1180, 3. Id. Julii, *Adelberto*, Friſingenſi Epiſcopo, fori jus in *Vergen* reſtituit, habentur teſtes: *Fridericus Burggravius - - - Diethpoldus, Patavienſis Epiſcopus; Heinricus, Curienſis electus — Heinricus Burggravius; Siboto, Comes de Nuiwenberg; Henricus de Altendorff; Degenhart de Halenſtain; Chunrad, Burggravius de Nürenberg; Fridericus de Druchendingen &c.* Vid. *Hundii Metropolis* T. 1, pag. 115. In alio, quod idem Cæſar Ann. 1183, 3. Id. Mart. apud *Nirnberg*, *Eberhardo*, Abbati *Alderſpacenſi*, conceſſit, apud Gewoldum T. 2, Addit. *Hundii Metropolis* pag. 63, iterum teſtes: *Comes Theodericus de Waſſerburg; Conradus Præfectus de Nirnberg; Comes Heinricus de Altendorff &c.* Qui adhuc ſemel in Charta *Ottonis*, Babenbergenſis Epiſcopi, de eodem anno, ibid. pag. 65, occurrunt.

Anno 1199, in Diplomate *Philippi* Imp. dicto *Alderſpacenſi* Abbati Norimbergæ dato, rurſus teſtes: *Fridericus Præfectus de Nirnberg; Diepoldus Lantgravius de Leuckenberg; Comes Ludwicus de Oetingen; Comes Geucher de Tollinſtain &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 64.

An. 1215, in Conventionis tabulis *Friderici II.* Imp. cum *Conrado*, Ratisbonenſi Epiſcopo, celebrantur teſtes: *Otto, Dux Meraniæ; Conradus, Burggravius de Nurenberg; Poppo, Comes de Henneberch; Comes Albertus de Eberſteine &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, p. 5.

An. 1228, in duabus chartis *Ludovici* C. P. R. & Ducis Bavariæ, *Eslingæ* confectis, inter teſtes occurrit in altera: *Chunradus, Purgravius de Norembercкh;* & in altera: *Conradus Præfectus de Nurnberch &c.* Vid. præced §. 13, lit. d, ad h. a.

An. 1230. In Aurea Bulla *Friderici II.* Imp. Friſingenſi Eccleſiæ data, teſtes nominantur: *Berchtold, Dux Karinthiæ; Rudolfus, Comes Awichſpurch; C.* (Conradus) *Purgravius de Nürnberch; Eb. de Arinſtein; C. de Hohenloch &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. I, p. 163.

An. 1260, 6. Kal. Octobr. in Diplomate *Rudolphi* Imp. in Caſtris Patavinis, Epiſcopo Patavienſi dato, apud *Gewoldum* l. c. pag. 392, inter teſtes conſpicui: *Illuſtres Ludovicus & Henricus Fratres, Comites Palatini Rheni, Duces Bavariæ; Hermannus, Landtgravius Haſſiæ, Principes Noſtri dilecti; & Nobiles: Marchio de Burgaw; Fridericus, Burggravius de Nurenberg; Albertus de Hohenberg; Hugo de Wertenberg &c.* Ecce ſufficientia aſſertionis documenta!

Ann. 1273, 8. Kal. Novembr. Indict. III, obtinuere tandem *Zollerani* à laudato Imperatore Diploma, cujus modo memini, *Aquisgrani* datum, cujus formula apud *Wagenſeilium* l. c. lib. 2, Cap. I, pag. 293, Dn. *Lucæ* l. c. pag. 806 &c. Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs Archivs*, Part. altera, *vierte Abtheilung, im andern Abſatz*, pag. 294 & 295, §. 1. *Supplementorum*, ſic ſe habet:

Rudolphus D. G. Romanorum Rex, Semper Augeſtus - - - - notum eſſe volumus, & præſentibus publicè proteſtamur, quod Nos, advertentes devotionem & fide-

lita

litatem Dilecti nobis Friderici, Burggravii in Nurmberg, univerſa bona infraſcripta, videlicet Comitiam Burggravii in Nurmberg, Caſtrum, quod tenet ibidem; Cuſtodiam Portæ, ſitæ prope idem Caſtrum; Judicium Provinciale in Nurmberg, cui etiam, vice Imperatoris, omne Judicium judicans, præſidebit; officialis ejusdem Burggravii, una cum Sculteto Noſtro in Civitate Nurmberg, Judicio præſidebit, &, quicquid emolumenti de ipſo Judicio, vel per homicidium, vel quemcunque caſum alium, provenerit, idem Officialis duas partes ejusdem victus per ſe tollet. Dicto quoque Burggravio quæque fabrica in Nurmberg ſolvet unum ſolidum annuatim, cenſumque tollet ab omnibus areis, ab altera parte pontis; Et, de quolibet tempore meſſis, unum meſſorem &c. decem libras denariorum de officio Sculteti in Nurmberg, & decem libras de Telonio ibidem: cum reliquis Feudis, quæ ibidem & ſui Progenitores, à Noſtris Anteceſſoribus, ante habuiſſe dinoſcuntur, titulo Feudali, conceſſimus in Feuda &c. Datum Aquisgrani, Anno Domini 1273, VIII. Cal. Novemb. Indict. III.

Non ſatis tutò diploma hoc proferri, à Burggravii dignitatis collationem primam probaturis, palam eſt, cum nihil aliud doceat, quam *Fridericum, jam Burggravium*, feudali titulo, ob devotionem ſuam fidelitatemque, nactum ab Imperatore Avunculo, (1) ipſam *Cometiam Burggravii Norimbergenſis*, i. e. ipſum *Comitatum*, ſeu *Principatum*, aut, ut clarius loquar, *Territorium*, in quo priſtini Burggravii, & ipſe *Fridericus*, antea, non niſi Officiales Cæſarei fuerant; (2) *Jurisdictionem omnimodam, cum mero mixtoque Imperio, cæterisque Regalibus*; regulariter enim conceſſo Territorio, ſimul *Jurisdictionem* conceſſam intelligi, doctorum communis eſt ſententia; pariter ac, conceſſo Ducatu, vel Principatu, *Regalia*; quia Ducatus, Principatus, & hujusmodi Burggraviatus, ſunt Feuda Regalia, quibus annexa Regalis dignitas; (3) *Arcem Burggravialem in Urbe, cum adjacente Porta Civitatis*, (4) *Judicium Provinciale*, i. e. judicium omne per univerſam Provinciam, ſive Territorium Norimbergenſe, (5) Emolumenta inde fluentia; quo ſolidum, de qualibet fabrica in Civitate, annuatim ſolvendum, ut & cenſum de areis ab altera pontis parte, & ſervitutem de meſſore, tempore quolibet meſſis, mittendo, referas. (6) Feuda reliqua, quæ ibidem Progenitores ipſius, ab Anteceſſoribus *Rudolphi*, Imperatoribus, huc usque habuerant, tanquam novi Principatus partem, una cum toto Burggraviatu, ad poſteros devolvendam &c. Conf. Dn. *Wagenſeilius* l. c. pag. 295: *Accedit, quod concedens* (Diploma) *fuit Rex Romanus, quodque Friderico, Comiti Zollerano, qui jam erat Burggrafius Noribergenſis, &, per connubium cum Ottonis Meraniæ Ducis, filia, à ſocero ampliſſimam hereditatis partem, ad Carinthiam & Vindorum Marchiam usque pertingentem, conſecutus fuerat &c.* Hohenzollerani igitur omninò ante annum 1273. Burggravii jam extitiſſe videntur, licet nondum jure hereditario, in poſteros continuando, ceu rectè monet Dn. D. *Ludewig*, in *Germania Principe*, lib. 2, Cap. I, §. 6; p. m. 483; nec Principali charactere inſigniti: quod dicto demum anno ipſis contigit, occaſionem recenſente *Cernitio*, in *Iconibus decem Burggraviorum Norimbergenſium, è Domo Brandenburgica oriundorum*, in vita *Friderici V*, ad an. 1273, cujus ſummam *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 206, exprimit: *Fridericus, primus Burggravius Noribergenſis, è Comite Zollerenſi, inveſtitus ab Avunculo, Rudolpho I, Imperatore, cum in bellis contra Baſilienſes, & Ottocarum Bohemum, ipſi ſtrenuam operam navaſſet, Anno Chriſti 1237.* Hæcque ratio, quod in Diplomatibus ſemper ante Comites recenſeantur; teſtibus: Confirmatione *Rudolphi* Imper. ſub dato *Haganee*, An. 1274, 4. Cal. Mart. Privilegii *Friderici II*, Imp. Cœnobio *Bebenhuſano* dati, T. I. *Documentor. Würtenberg.* p. 385; ubi: *Teſtes ſunt adhibiti infra ſcripti, videlicet Venerabilis W.* (Wernerus) *Moguntienſis Archi-Epiſcopus; H* (Henricus) *Leodienſis Epiſcopus; E.* (rectius L, i, e. Ludovicus) *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ: M.* (rectius A, i, e. Albertus) *Dux Saxoniæ; Principes Noſtri dilecti; Fridericus Burggravius* de *Nurenberg; H. Comes de Fürſtenberg. A. Comes de Rotenburg; Ulricus, Com. de Aſperg &c.* Diplomate Ejusdem Imperatoris, quo ſub dato *Auguſtæ, 1275, Ludovicum & Henricum* Comites Palatinos Rheni, Ducesque Bavariæ, in quaſi poſſeſſione eligendi Regis Romanorum juris eſſe, declarat, ubi, teſtium numero: *Ludovicus*, C. P. R. *Dux Bavariæ; Philippus, Dux Karinthiæ; Meinhardus, Com. Tyrolenſis; Fridericus Burgravius de Nürnberg; Henricus Marchio de Burgave; Ulricus de Helfenſtain; Ludovicus de Oetingen; Albertus & Burchardus de Honberg, Comites &c.* Vid. *Gewoldus* T. 1. Addit. *Hundii Metropol.* pag. 81. Alio diplomate Ejusdem Imperatoris, An. 1277, 8. Kal. Sept. apud *Novam Civitatem* Epiſcopo Patavienſi conceſſo, ubi inter teſtes: *Albertus, Dux Saxoniæ, Gener Noſter; Albertus & Hartmannus, Filii Noſtri, Comites de Habſpurg; Fridericus Burggravius de Nurenberg; Eberhardus, Com. de Kazenelbogen; Marchio de Hochburg &c.* Vid. ibid. pag. 394; Add. Aurea Bulla *Caroli IV.* An. 1356, Tit. I, §. 1, verb: *Regem Bohemiæ conducent: Archi Epiſcopus Moguntinus, Bambergenſis & Herbipolenſis Epiſcopi; Burggravii Nürembergenſes; item illi de Hohenloë; de Wertheim; illi de Brunecke; & de Hanau &c.* & §. 14, ibid.

 Solen-

Digitized by Google

Solenni poſtea diplomate ſub dato *Nurmberg*, 1362, Indict. XV, 16. Cal. April. idem Cæſar *Principalem dignitatem* ipſis confirmavit, quod apud *Wagenſcilium* l. c. pag. 300, Dn. *Lucæ, im uhralten Fürſten-Saal*, pag. 815, & plenius apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 299 &c. legere eſt; inde huc adduxiſſe ſufficit: *Carolus IV --- quamvis rationabili fide dignorum teſtimonio, dudum informata ſit Noſtra Serenitas, qualiter Spectabiles Nurmbergenſes Burggravii, ab antiquo tempore, Nobilitate ſua, Illuſtribus Principibus parificati ſint, & fuerint, & adhuc in omnibus & ſingulis Nobilitate Principum potiantur: quia tamen nonnulli Prædeceſſores eorum hujusmodi libertates & honores, in aliqua parte, ſic neglexiſſe noſcuntur, & eos proſequuti non ſint tali diligentia, quod in hominum communi permanerent notitia, ſicut dignitas & honor officii Burggraviatus hujusmodi meritò requirebat: quapropter, attendentes, quod Burggraviatus Nurmbergenſis Sacri Imperii Nobile membrum exiſtit, ad hoc intentio Noſtra, ratione ſuadente, dirigitur, quod iidem Burggravii, heredes & ſucceſſores eorum, penes hujusmodi honores, gratias, & dignitates, adjutorio Imperialis Clementiæ ritè permaneant in futurum; & ob hoc, animo deliberato, Principum, Comitum, Baronum & Procerum Sacri Imperii accedente conſilio, de certa ſcientia, & de Imperialis poteſtatis plenitudine, ſententiamus, declaramus & dicimus, quod Spectabilis Fridericus, Burggravius Nurmbergenſis, heredes & Succeſſores ſui, Burggravii Nurmbergenſes, in perpetuum, Illuſtrium Principum Sacri Romani Imperii juribus, dignitatibus, libertatibus & honoribus gaudere & potiri debeant, in Judiciis, & in omnibus aliis cauſis & negotiis, quæcunque ſint, aut quibus valeant ſpecialibus nominibus appellari; & nominatim, quod poteſtatem habeant cum Imperii Sacri Principibus, adinvenire, diffinire, & dare Juris ſententias, ſuper omnibus cauſis & negotiis, ſive corpus, ſive res conſpiciant, vel honorem, & hoc in Imperiali Curia, vel alibi, ubicunque continget Principes præſidere judiciis, vel loco Scabinorum; quodque Ipſi Illuſtrium Principum jure potiantur, & gaudeant, ſi ad actus duelli appellati vel provocati fuerint, ſeu Ipſimet alios, ad actus conſimiles, duellariter provocarent &c.* Nec mirum propterea, *Rupertum* Palatinum, Imperatorem, in literis Inveſtiturarum An. 1401, *Schongaviæ*, *Johanni & Friderico Burggraviis* Fratribus datis, mentionem *Principatus* ipſorum feciſſe, verb: *Und haben darumb Ihnen beyden, und Ihr jeglichen beſonder, mit wohlbedachtem Muth, rechten Wiſſen, und Rath, Unſer und des Reichs Fürſten und Getreuen, verleyhen Ihnen auch, in Krafft dieſes Brieſes, und Ræmiſcher Kæniglicher Macht Vollkommenheit, alle und jegliche Ihr Fürſtenthumb, Herrſchafft, Land und Leut, Landgericht, Klæſter, Teutſche Hæuſer, Wildpan und Zoll, als ihre Altſordern, und Sie bißhero ingehabt, beſeſſen und herbracht haben &c.* vid. Dn. *Wagenſeil* l. c. pag. 304.

Hac rerum facie, vendidit An. 1427, die Veneris poſt Feſtum S. Johannis Baptiſtæ, *Fridericus Burggravius*, recens creatus Elector Brandenburgicus, Senatui Populoque Norimbergenſi, Burgum, ſive Caſtrum, quod *Norimbergæ* habebat, pariterque Sylvas, quibus Urbs illa cingitur, binis Inſtrumentis deſuper confectis, ex quorum priori, quod Dn. *Wagenſcilius* l. c. p. 358 &c. Dn. *Fridericus Lucæ* l. c. pag. 825 &c. & Dn. *Lunigius* l. c. pag. 301 &c. ſuppeditant, huc ſpectant: *Von Gottes Gnaden, Wir Friderich, Marggraſe zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cæmmerer, und Burggraſe zu Nürnberg; Eliſabeth, ſein ehelich Gemahl; Wir Johanns, Ihr Sohn; Barbara, ſein ehelich Gemahl; und Wir Fridrich und Albrecht, Gebrüder, Marggraſen und Burggraſinnen daſelbſt, verjehen offentlich, für Uns, Unſer Herrſchafft, alle unſere Erben und Nachkommen unverſcheidenlich, und thun kund allen Gegenwærtigen und künfftigen Menſchen, den dieſer Brief fürkæmmt, ſehen oder leſen hæren, daß Wir --- den Erſamen und Weiſen, Unſern beſondern Lieben, den Bürgern des Raths und der Statt gemeiniglich zu Nürmberg, und allen Ihren Nachkommen, zu Urthete, und zu einem ſtæten immerewigen Kauff, ſchlechtiglich und durnechtiglich (durchbrechtiglich) verkaufft, und zu kauffen gegeben haben, verkauffen, und geben zu kauffen, mit Krafft ditz Brieſes, für ledig, und für unverkæmmert und für Leben, Unſer Bürck ob der Statt zu Nüremberg, mit Thürnen, allen Gemæuern, Gebæuen und Hoffreyten, und mit ihrem Begriff, inwendig und ußwendig, gein der Statt Nürenberg, und auf gein Velde; die Freyhung, die uf derſelben Burgk iſt; die Pflegnuß und Beſchlieſſung der Porten bey derſelben Bürge; die Behauſſung und Hoffreith daby, genannt des von Prauneck Behauſſung; das Ampt und Gerichte auf derſelben Burgk, und darzu gehærend &c. --- als Unſere Vœrdern, ſeeliger Gedæchtniß, und Wir, das alles und jegliches bißhero, zu Leben, von dem H. R. Riche inne gehabt, herbracht, beſeſſen und genoſſen haben, ---- Doch in dieſem Kauff nehmen Wir aus, und behalten Uns, Unſer Herrſchafft, Unſern Erben und Nachkommen des Burggraſthumbs, Unſere Leben, Geiſtlich und Weltlich; das Landgerichte des Burggrafſthumbs zu Nüremberg; Unſere Wildpan; Unſer Gelaide, uswendig der Statt Nüremberg, und andre unſers Burggrafſthumbs Herrlichkeit, Recht und Güttere, die Unſer Vordern, und Wir, inn dieſen und andern Brieſen und Kauffen, nicht verkaufft und übergeben haben &c.* & ex poſteriori, apud Dn. *Lunigium*, l. c. pag. 303: *Wir Friederich,* (& reliqui ſupra nominati) *verjæhen offentlich --- daß Wir*

Digitized by Google

Wir --- den Ehrſamen und Weiſen, unſern beſondern Lieben, den Bürgern des Raths und der Statt gemeiniglichen zu Nürnberg, und allen Ihren Nachkommen, zu Urthete, und zu einem ſteten immer ewigen Kauffe, ſchlechtiglich und durchrechtiglich, verkaufft, und zu kauffen gegeben haben, verkauffen, und geben zu kauffen, mit Krafft diß Briefes, für ledig und für unbekümmert, und für Leben, alle Unſere Rechte an und auff dem Walde bey Nürenberg, auf dem Lande und der Seyten S. Sebalds *Pfarre gelegen, mit ſampt dem Scheffkove, genannt Katzenloe, Vorſtgerichte, Erb-Vorſtern, Vorſtrechten, Holtzrechten, Holtzkorn, Zeidlern, --- Wir geben Ihnen auch alſo zu kauffen alle Unſere Recht an und auf dem Nürnberger Wald, und der Seiten* S. Lorentzen *Pfarr, wie das alles und jedliches auch genannt iſt, und Nahmen gehaben mag, das zu denſelben Wald und Güthern auch gehœret, nichts ausgenommen, noch hindangeſetzt, an beiden Wælden, und in allen vorgeſchriebenen Dingen, dann allein Unſere Wildban, Leben und Glaite, und unſchædlich der Rechten unſer Leut und Güter, umb und an beyden vorgeſchriebenen Wælden &c.* Conf. *Goldaſtus* Tom. 2. *der Reichs-Satzungen*, p. 79; *Wagenſeil* l. c. pag. 304 & 305. Pretium rei venditæ non exprimitur, de quo tamen hæc apud *Limnæum*, lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. IV, §. 83 & 84, pag. 38: *Non enim imaginarios & titulares tantùm hos eſſe Burggravios, inde patet, daß* Fridericus *der Fünffte, Burggraf zu Nürnberg, als Ihm, von Kayſer* Sigismundo, *die Marck Brandenburg, beſamt der Chur, verliehen worden, und er deßwegen eine dapffere* Summ *Gelds auszuzahlen, benantlichen biß in die viermahl Hundert Tauſend Gülden; Zwar habe* Anno 1427, *am Abend* Johannis Baptiſtæ *alle hernachgeſetzte Gerechtigkeit, ſo Ihm in der Statt Nürnberg zuſtændig, die Burg, die Wag, das Schultheiſen-Ampt, zween Waldt, und vier Dœrffer, mit zweyen Muhlen, übergeben und verkaufft gedachter Statt, umb zwey Hundert und viertzig tauſend Gülden; jedoch mit Vorbehalt des Tituls, Geiſtlicher und Weltlicher Leben, des Landgerichts, des Burggrafftbumbs, der Wildbahn und Geleit auſſerhalb der Statt, und anderer* Regalien *mehr &c.* Quæ *Speidelius, Notab. Polit. Jurid. Hiſt.* voc. *Burggraffen*, p. m. 159, & *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. I, Diſcurſ. 20, §. 25, p. 367, totidem verbis, repetunt, & *Henningeſius* l. c. p. 209, confirmat, diſtinctius adhuc ſcribendo: *Arcem Nœribergenſem, combuſtam ab hoſte ſuo, Chriſtophoro Leiniger, Reipublicæ Nœribergenſi vendidit, cum Burggraviatu, 180000. flor. & nemora duo, 60000. flor. Anno Chriſti 1427, conſentiente in hoc Sigismundo Imperatore &c.* (*Wagenſeilius* l. c. pag. 358, exuſtam tradit arcem, à *Chriſtophoro â Leiningen*, Lauſæ Oppidi præfecto) quamvis *Limnæus* lib. V, Cap. VII, §. 12, pag. 184, ex *Cernitio*, l. c. pag. 21, pretium iſtud ad 240000. aureorum extendat, *A Friderico* (ajens) *hujus Familiæ* (Zolleranæ) *Electore Brandenburgenſi primo, in Norimbergenſem Civitatem tranſlata, emptionis titulo, Arx Norimbergenſis, una cum quibusdam Pagis, quatuor molendinis, & duobus ſaltibus, pro aureis ducentis quadraginta millibus &c.* quod Ill. Auctor *des Europ. Herolds* Tom. I, pag. 453, *zweymahl Hundert und viertzig tauſend Goldgülden;* Dn. *Antonius Teiſſier* verò, in Translatione *Cernitii* in Idioma Gallicum, in vita laudati *Friderici*, pag. m. 12, ad An. 1427, *deux cens quarante mile écus d'or*, interpretantur; Inſtrumentis nihil hujusmodi prodentibus, neſcio, quæ ſententia vera. Add. *Heiderus von Reichs-Vogtheyen* lit. LIV, pag. 139 & 140.

Inſignia Burggraviatus referunt *Leonem nigrum, cum corona, lingua & falculis rubeis, margine ex minio & argento teſſelato, in campo aureo.* Vid. Dn. *Spener* l. c. pag. 82, §. 12; Dn. *Im Hoff Notit. Proc. Imper.* lib. 2, Cap. 8, §. 5, pag. m. 45; Ill. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, l. c. pag. 283, ſcutum Electorale Brandenburgicum delineando, ait: *Wegen des Burggrafftbumbs zu Nürnberg, im Güldenen Felde, ein Schwartzer zum Raube geſchickter Lœwe, roth gekrœnt, und roth bewehrt, auch mit roth ausgeſchlagener Zungen; und iſt dieſes Schildlein mit roth und weiſſen, auf Würffelart,* figurirten *Leiſten belegt.* Add. *Limnæus*, Tom. V. Addit. ad lib. V, Cap. VII, §. 127, p. 391; Dn. *Bilderbeck Reichs-ſtaat;* Tom. I, Cap. VIII, pag. m. 437.

(*c*) MAGDEBURGENSIS &c. De *Burggraviis Magdeburgicis* publiceè diſſeruit *Paulus Chriſtianus Schrœter*, Torgavia Misnicus, *Witteberga*, Menſ. Octob. 1709, Præſide Clar. Dn. *Caſparo Henrico Hornio*. Circa primordia Burggraviatus hujus, admodum variant Auctores. *Crantzius*, lib. 3. *Saxon.* Cap. 24, memor inſtaurationis *Magdeburgi*, ab *Ottone Magno* factæ, ait: *Erat in eo loci ab olim arx non contemnenda, cui præerat Burggravius, ſed, eo tum mortuo, pervenit illud præſidium ad Reginam, brevique coaluit, ut haberet in donationem ab Rege propter nuptias &c.* *Cyriacus Spangenbergius*, Part. I. *des Adelſpiegels*, lib. X, Cap. XX, pag. 318, prolixè veteres Burggravios recenſens, *Carolum Magnum*, condito Caſtro, ſeu Burgo, Burggravium ſimul conſtituiſſe, qui & *Comes ad Albim* dictus, vicinis pariter Venedis præfuerit, ac poſtea Archi-Epiſcopatus Magdeburgici egerit Advocatum, arbitratur; nullius tamen nomen prodiit, ad *Geronem* usque, quem propterea anno 930. primum Burggravium vel ipſe compellat, adeoque ab *Henrico Aucupe* præfectum; In eandem ſententiam ire videntur Dnn. D. *Spener*, in Prolegomenis Part. ſpec. *Operis Heraldici*, §. 23, pag. 17; *Fridericus Lucæ, im uhralten Reichs-Fürſten-Saal*, pag. 801, aliique multi. *Pomarius*, in *Chronico Saxonico* pag. 163, inquit: *Der*

Erſte Burggraff zu Magdeburg, ſo zu Kayſer Henrichs *Zeiten eingeſetzt, und bey Kayſer Otten Zeiten geſtorben, ſoll geweſen ſeyn* Gero, *Marggraff zu* Luſatien, *oder Lauſnitz, von welchem das Kloſter* Gernrode, *welches Er geſtifftet, den Nahmen hat, darinn er auch begraben leit* &c. Ita quoque *Ammersbachius* in *Chronico Marchico* pag. 76. *Chronicon Carionis*, lib. V, pag. m. 829, *Ottonem I*, hoc titulo profert: *Den (Burggrafen) zu Magdeburg hat Keiſer* Otto *der Erſte, dahin geſetzt, daß er, anſtatt und von wegen des Kayſers, die Gericht und Weltliche Regierung des Orts beſtellen, und das Biſtumb daſelbſt, ſamt dem naechſt daran gelegenen Ort Landes in Schutz erhalten ſolte, und ſchreibt man, daß der Erſte Burggraff zu Magdeburg geweſen ſeyn ſoll,* Gero, *Marggraf zu* Luſatien, *oder Lauſnitz, welcher in dem Kloſter* Gernrode *begraben liegt* &c. Hæc omnia verò meris nituntur conjecturis, cum ne quidem *Gero* **Burggravii** appellatione ullibi innoteſcat; id tamen verum, frequenter *Comitatus* ejus mentionem fieri v. g. An. 937. XI. Kal. Octob. Indict. XI, conceſſit *Otto I.* Imp. Eccleſiæ Magdeburgenſi, *in* ***Comitatu Geronis***, *in Bigera, tres familias litonum* &c. Vid. *Meibomius* Tom. I. *Rer. German.* pag. 741; & *Sagittarius*, *Antiquit. Magdeburg.* §. 45, pag. 19. Anno 938, idem Rex dictæ Eccleſiæ dono dedit alia bona in Pago Nort-Thuringia, ***in Comitatu Geronis***; apud *Leuberum*, in *Disquiſitione Stapulæ Saxonicæ*, §. 1590. An. 941, ejusdem *Comitatus* meminit, in diplomate, de quo præced. Tit. XV, §. 18, lit. b, pag. 1310. An. 946, laudatus Rex, rurſus confert Eccleſiæ Magdeburgenſi S. Petri & B. B. *Mauritii & Innocentii*, nonnulla bona *in Nort-Thuringia*, ***in Comitatu Geronis***, *in Magdaburgara Marco*; vid. *Leuberus* l. c. §. 1185; *Sagittarius* l. c. §. 55; ad An. 946, pag. 26; An. eod. reſignavit eidem Eccleſiæ, *quicquid proprii habuit in Villis* ***Hundesburg, Brunnen, Biſchoffſtorp, Mackſted, Trutlingen, & Adeſtandede,*** *in Pago* ***Northuringi***, ***in Comitatu Geronis*** &c. Vid. *Sagittarius* l. c. §. 54, pag. 26; ut alia ſilentio prætercam; per quem *Comitatum* fortè intelligendum id, quod ſequior ætas *Præfecturam*, modò *Burggraviatum*, appellavit; ſic ***Fridericus Præfecturam in Magdeburg amminiſtravit***, Anno 968, ceu *Chronographus Saxo* ad h. a. pag. 177, loquitur; qualis fuerit hic *Fridericus*, *Sigfridi* ſcil. inter Saxoniæ Comites valde Celebris, atque *Cunigundæ*, cujus Patrem, *Henricum* Comitem, vel ipſe *Ditmarus* Merſeburgicus, *Friderici* frater, lib. 2. pag. m. 22, *Ottonis III*, Imp. *Conſanguineum* vocat, filius, fuſè idem docet, l. c. pag. 176. De *Wicperto*, Luſatiæ Marchione, legimus in *Chronico Bigaugienſi* ad An. 1124, pag. m. 256: ***Wicpertus*** *Marchio, fundator Bigaugienſis, Anno Domini 1124 obiit, XI. Kal. Junii. Hic invaluerat prædiis & beneficiis, in Provincia* ***noſtra, quæ Sworbia*** (Sorabia) *dicitur; Monarchiam quoque in* **Luziz**, *ac* ***Præfecturam in Magdeborch principalem*** *obtinuerat. Cum enim in Villa* ***Halle, ubi advocatia cauſas adminiſtrabat***, *pernoctaret, expergefactus ignem accenſum pedibus nudis exſtinxit* &c. & apud *Chronographum Saxonem*, ad An. 1131, p. m. 288: ***Heinricus, Magdaburgenſis Præfectus***, *filius* ***Wiperti Marchionis***, *Marchiam, quam, Patre ſuo defuncto, Comes* ***Adelbertus*** *à Rege acquiſierat, Legati jure recepit* &c. pro *Legati jure* legendum eſſe: *legali jure*, diſcimus ex *Chronico Montis Sereni* an. eod. p. 12, ubi: ***Henricus, Magdeburgenſis Præfectus***, *filius Wiperti Marchionis de* ***Groitz***, *Marchiam, quam, Patre ſuo defuncto,* ***Adelbertus*** *à Rege acquiſierat, jure legali recepit, anno, poſt mortem Patris ſui, octavo* &c. Hic Præfectus audit, qui mox eidem *Chronographo* appellatur *Comes* ad Ann. 1136, pag. 293, verb: ***Heinricus Marchio, & Magadaburg. Comes***, *tunc ad Curiam* (quam Imperator Spiræ celebraverat) *pergens, Mogontiæ obiit, cui, in* ***Comitatu Magadaburgenſi, Burchardus***, *frater Archi-Epiſcopi, ſucceſſit, Marchia vero commiſſa eſt* ***Cunrado Marchioni*** &c. priorem ſtylum retinente Auctore *Chronici Montis Sereni*, Ann. eod. pag. 14: ***Henricus Marchio, & Magdeburgenſis Præfectus***, *filius* ***Wiperti***, *ad Curiam pergens, Moguntiæ moritur, 11. Kal. Januar. cui* ***in Comitatu Magdeburgenſi*** *ſucceſſit* ***Burchardus***, *frater Archi Epiſcopi, Marchiam verò* ***Luſicenſem***, *quæ nunc* ***Orientalis*** *dicitur, Imperator* ***Conrado***, *Marchioni* ***Miſnenſi***, *conceſſit, qui etiam totius proprietatis hæres factus eſt, quia alium hæredem non habuit* &c. Alia *Præfecturæ principalis* documenta de An. 1159 & 1187 ſuppeditat *Spangenbergii Chronicon Henneburgicum*, Cap. 9, 16. In Diplomate *Friderici I*, Imp. de An. 1161, Eccleſiæ Patavenſi conceſſo, apud *Gewoldum*, Addit. ad lib. I. *Hundii Metropolis*, pag. m. 371, teſtium numero continetur: ***Burkkardus, Præfectus Magdeburgenſis Comes*** &c. In alio Diplomate *Wigmanni*, Magdeburgenſium ArchiEpiſcopi, An. 1185. *Nienburgenſi* Eccleſiæ dato; apud Dn. *Beckmannum, Hiſt. Anhalt.* Part. 3, Lib 4, Cap. 2, §. 22. pag. 440, rurſus inter teſtes occurrit: ***Burchardus, Burgravius Magdeburgenſis*** &c. pariterque, ejus Filius *Gebhardus*, in diplomate *Ottonis IV.* Imperatoris, quo, ſub dato *Aldenburg*, 1209, VI. Non. Maji, *Stadenſium* Privilegia confirmat, cujusque copiam poſſideo, ibi: *Hujus rei teſtes ſunt:* ***Albertus***, *Magdeburgenſis ArchiEpiſcopus* --- ***Hermannus***, *Landgravius Thuringenſis;* ***Gevehardus, Burggravius Magdeburgenſis***; *Comes* ***Burghardus***

Digitized by Google

bardus de Mansfelt &c. Ut adeo nullum ſit dubium, quin ſub *Ottone Magno* minimùm *Burggravii Magdeburgenſes* jam floruerint.

(2) Series Burggraviorum variis involuta dubiis; *Chronicon Carionis* lib. V, pag. m. 829. de ſucceſſoribus *Geronis*, ita loquitur: *Nach Ihme ſind gefolget: Hermannus, Hertzog zu Sachſen; Lotharius, Graff zu Waldeck,* (Walbeck) *Fridericus, Lotharii Sohn; Cunradus, gedachten Lotharii Sohns-Sohn; Manfredus, Cunradi Halb-Bruder von der Mutter. Als aber dieſer Manfredus, in der Schlacht, darinnen Kayſer Henricus der V, bey dem Welffen-Holtz geſchlagen worden, auch mit umbkommen, iſt Burggraffe zu Magdeburg worden: Diterich, Graff von Plœtzen; welches Tochter nachmahls Udo, Marggraf zu Brandenburg, gefreyet, und alſo das Burggraffthumb auch an ſich gebracht, und auff* Henricum *ſeinen Sohn vererbet; Nach dieſes Henrici Todt, hat Kayſer Lotharius Saxo das Burggrafthumb auffgetragen Burchardo, des Ankunfft geweſen iſt aus dem Stamm und Geſchlecht der Herren von Querfurt, von welchen die Graffen von Mansfeld auch ihren Urſprung haben. Nach Burchardo, findet man in den Hiſtorien, daß die Herren von Schrapela, das Burggraffthumb ſollen gehabt haben; von denen iſt, durch Kayſer Rudolphum, das Burggraffthumb Magdeburg an die Churfürſten zu Sachſen bracht worden &c.* De *Hermanno Billingo*, conſentiunt quoque *Spangenberg* P. 1. *des Adelſpiegels*, lib. X, Cap. XX. pag. 318; *Dreſſerus*, in *Iſagoge Hiſtor.* Millenar. VI, Part. 2, pag. 417; *Pomerarius, Chron. Saxon.* pag. 163; *Lazius*, de *Migratione Gentium*, lib. IX. p. 667: *Lehmannus Chron. Spirenſ.* lib. V. Cap. V, p. 390; *Spenerus, Oper. Herald.* Part. ſpec. In Prolegomenis, §. 23, pag. 18; *Fridericus Lucæ, im Uhralten Reichs-Fürſten-Saal*, pag. 802, aliique multi; quo fundamento? neſcio, niſi forte in præſidium ſententiæ trahant verba *Adami Bremenſis*, lib. 2. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 4, pag. 45, de *Ottone I.* Imp. *Mox etiam ſuccedentibus proſperis, commiſit ei* (Hermanno Billingo) *vices Præfectura &c.* quæ *Albertus Stadenſis*, ad An. 961, pag. m. 107, exſeribit, & ante ipſum, *Helmoldus*, lib. I *Chron. Slavor.* §. 2. pag. 28, qui tamen, loco *vices Præfecturæ*, legit: *vices Præfectorum*. Aſt non omni exceptione majus hoc argumentum. *Spangenbergius* l. c. ſubjicit *Hermanno* filium, *Luderum* ſeu *Lotharium*, quem alii omittunt. De reliquis evolvas Auctores modò nominatos.

(3) Ex *Comitibus Querfurtenſibus* oriundos recenſet *Henningeſius*, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 104. Horum numero fuit *Gevehardus, Burgravius Magdeburgenſis*, qui una cum *Lamberto* & *Erneſto, Comitibus de Glichen*, aliisque, teſtis producitur in Diplomate *Philippi* Imp. quo ſub dato *Herbipoli*, Ann. 1204, 6. Id. Mart. Privilegia Cœnobio *Berchtolsgadenſi* conceſſa, rata habentur, apud *Gewoldum*, T. 2. *Addit. Hundii* p. 178 & 179.

Ab his delatum Burggraviatum ad *Aſcanio-Saxones*, pro certo habeo. Spectant huc, quæ in *Spangenbergii Chronico Querfurtenſi*, lib. 3. Cap. 20. de *Burchardo Querfurtenſi*, recenſentur: *Er hat anfænglich auf Mansfeld ſein Hoflager gehabt, und, weil Er im Burggraffen-Ampt geweſen, mehrentheils zu Roſenburg, an der Elbe, Hauß gehalten, auch hernach, als er allbereit die Burggraffſchafft ſeinem Bruder übergeben, daſſelbige Schloß Ihm (da zu wohnen) fürbehalten, denn er, des Orts zu ſeyn, ſonderlich Luſt gehabt, daher er auch, nach derſelben Zeit, in vielen Brieffen, umb und nach dem 1290. Jahr datirt, ſich den alten Burggraffen, oder Burggraffen zu Roſenburg, geſchrieben, denn alſo finde ichs: Burchardus D. G. quondam Burggravius de Magdeburg, dictus de Roſenburg &c.* & rurſus Cap. 21: *Umb dieſe Zeit hat Burggraffe Burckhardt, mit ſeinem Brudern, Hr. Gebhardten, in die Herrſchafften ſich getheilet, alſo, daß er, und ſeine Erben, ſich aller ihrer Anſprüche an dem Theil Querfurt, ſo ſie bisher noch mit gehabt, verzeihen, und an Mansfeld allein genügen laſſen wolten, dagegen ſein Bruder, und deſſen Erben, der Herrſchafft Mansfeld ſich begeben, und an Querfurt ſolten begnügen laſſen; doch hat Herr Burckhart auch bewilliget ſeinem Bruder, nach Verrichtung etlicher wichtigen Sachen, auch die Burggraffſchaff Magdeburg auffzulaſſen, doch den Titul, biß an ſein Ende, zu führen, und das Hauß Roſenburg, Ihm, die Zeit ſeines Lebens, zur Wohnung für zubehalten &c.* Conf. *Dreſſerus* l. c. Part. 4. pag. 109; Dn. *Spener* l. c. pag. 18; Dn. *Fridericus Lucæ* l. c. pluresque alii. Tranſiiſſe autem *Burggraviatum* noſtrum ex *Querfurtenſium* Familia, cui hereditarius fuit, in Gentem *Saxo-Aſcaniam, Rudolphi* Imperatoris (ad quem revertebatur, ex quo *Gevebardus*, cui *Burchardus* frater, An. 1275. eo ceſſerat, ob violentas manus Cœnobio Virginum *Helſtenſi* illatas, Cenſuram Eccleſiaſticam incurrit, an. 1284. mortuus, ceu latius ex *Spangenbergii Chronico Querfurtenſi*, lib. 3. c. 27 &c. Dn. *Hornius* l. c. §. 19. pag. 30 & 31. deducit) munificentia, in confeſſo eſt. *Albinus Chron. Miſn.* Tit. XVI, p. 433. ejus memor, ait: *Daſſelbe (Burggraffthumb,) Kaiſer* Rudolff, *von der Herren zu Schrapela Geſchlecht genommen, und zur Chur-Sachſen geſchlagen hatte, alſo, daß Churfürſt* Rudolf *zu Sachſen der Erſte* Alberti *des andern Sohn, von des Kayſer* Rudolfs *Tochter*, Agnete, *gebohren war, dieſen* Titul *erſtlich geführet hat &c.* quamvis falſum ſit, *Rudolphum, Alberti II.* filium, pri-

Digitized by Google

primum hoc titulo uſum; quandoquidem Parentem ejus, Patruumque, *Johannem* eundem jam urſurpaſſe, Diplomatum fide conſtat. Dn. *Becmannus*, Part. 3. *Hiſtor. Anhalt*, lib I. Cap. IV. §. 8. pag. 147. exhibet chartam laudatorum Principum, An. 1270, Cœnobio *Hecklingenſi* datam, cui tale initium: *Nos Johannes & Albertus* (Rudolfi Pater) *D. G. Duces Saxonie, Angarie, Weſtfalie, Burggraviique in Meydeburch, omnibus hanc literam inſpecturis, in perpetuum &c.* & inferius: *Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Burchardus, quondam Burggravius Meydeborgenſis --- Acta ſunt hæc, Anno Domini M. CC. LXX, in Maydeburch, in die Beatorum ſeptem dormientium &c.* loco 1270, legendum licet videatur 1290, quandoquidem *Rudolphus* An. 1270, Imperiale ſolium nondum conſcenderat, & præter *Albinum* l. c. *David Chytræus* lib. XV. *Saxon*, pag. 380. *Dreſſerus* l. c. Millenar. VI. Part. 2. p. 418; *Andreas Wernerus*, *Chron Magdeburg.* c. 26. pag. 63; *Leuberus*, de *Jure Stapulæ*, §. 105; *Spenerus* l. c. *Schurtzfleiſchius*, de *Vitricis Eccleſiæ*, §. 8. pag. 11. ſexcentique alii, fatentur, Anhaltino-Saxones dictum Burggraviatum Imperatori huic acceptum referre; ne dicam, *Burchardi* Patrem ejusdem nominis, anno 1273 demum ad plures abiiſſe, adeoque, ad iſtud usque tempus, Burggraviatum geſſiſſe. De *Alberto*, proſtant & alia Diplomata, hanc in rem facientia, veluti: ſub dato *Wittenberg*, An. 1292. 3. Non. Januar. quo *Coſwicenſe* Cœnobium ad Albim, Patronatus Jure in Oppido *Schlieben*, auxit, apud Dn. *Becmannum* l. c. Part. 3. lib. 2. Cap. 2. §. 9. p. 321: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Albertus D. G. Saxonie, Angarie & Weſtfalie Dux, Comes in Brenen, Burggravius in Magdeburg &c.* (Cujus & Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. meminit;) aliud, ſub dato 1293. in *Vigilia Benedicti Abbatis*, aliudque An. eod. *Feria quarta poſt Dominicam, Oculi mei*, ſcriptum, ibid. lib. I. Cap. 4. §. 8. pag. 147. præfixo utrique tali titulo: *Nos Albertus, D. G. Saxonie, Angarie, Weſtfalie Dux, Comes in Bren, & Burgravius in Maydeburg &c.* Ut adeò *Chytræus*, l. c. *Dreſſerus* l. c. *Wernerus* l. c. eorumque ſequaces, perperàm cum *Albino, Rudolphum, Alberti* filium, primum inter Gentiles, Burggravium ſe ſcripſiſſe, aſſerant. Add. *Spangenberg, Chron. Querfurt.* lib. 3. c. 20, 21 & 25. Annum verò tranſlati Burggraviatus in Aſcanios reperire nondum potui; *Amersbachius*, in *Chronico Marchico*, p. 157. id factum arbitratur, Anno 1293; ſed obſtat adducta modo charta anni 1292; Fortè referendum hoc eſt ad An. 1288. (al. 1190,) quo *Rudolphus* Imp. Generum *Albertum* aliis quoque beneficiis, v. g. *Palatinatu Saxoniæ*, & *Comitatu Bremenſi*, ditiorem reddidit. Vid. Dn. *Hornius* l. c. §. 18. p. 29.

(4) Anno 1294. vendidiſſe iterum fertur *Albertus* Dux *Burggraviatum* Civitati Magdeburgenſi, *Pomario* teſte, *Chron. Saxon.* pag. 352: *Bey dieſes Biſchoffs* (Erici) *Zeiten, und wie die* Annales Magdeburgenſes *ſetzen, umb das Jahr Chriſti 1294, hat die Statt Magdeburg von* Alberto *des Nahmens der III. (II.) Hertzogen und Churfürſten zu Sachſen, Weſtphalen und Engern Grafen zu Brena, und Burggrafen zu Magdeburg, das Burggrafen-Ampt, vor 900. Marck Silbers,* (Brotuff *ſetzet 9000.*) item, *das Schultheiſſen-Ampt, von Herr* Dietrich von Ebersdorff, *umb 500. Marck, erkauffet, und es mit dem Bedinge zum Stifft gewendet, daß das Burggrafen-Ampt vom Stifft, ohne der Bürger Bewilligung, nicht verlaſſen; das Schultheiſſen-Ampt aber, von Ertz-Biſchöffen von Magdeburg, einem Bürger der Alten Statt Magdeburg, den die Gemeinde darzu haben wolte, verliehen wurde, und daß die Macht einen Schultzen zu ſetzen, und zu wæhlen, bey denen Bürgern ſtehen ſolte &c.* quæ Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 134. pag. 132 & 133, & Dn. *Hornius* l. c. §. XXI. p. 34, repetunt. Conf. *Sprenger, Lucern. Imperii*, p. 324 & 325. *Spangenbergius*, lib. X. *des AdelSpiegels*, Cap. 10. pag. 318 & 319, minori Fiducia, inquit: *Ich finde aber in einem alten Verzeichniß, daß die Bürger zu Magdeburg das Burggrafen-Ampt dem Hertzogen zu Sachſen,* Ann. *1294. umb 900. Marck, abgekaufft, und an das Gottes-Hauß gegeben, mit der Bedingung, ſolches Ampt nicht zu verlaſſen, ohne der Bürgerſchafft Bewilligung; wie es aber damit gehalten worden, hab ich keinen gewiſſen Bericht bekommen kœnnen, ohne daß ſich der Ertz-Biſchoff* Otto, *Burggrafen zu Magdeburg geſchrieben; und daß ſich,* An. 1359. *der Graf von* Retz (qui & Hardeccius) *beklagt, über die Magdeburger, als ſolten ſie Ihm ſein væterliches Erbe entwandt haben, weil Hertzog* Rudolph *von Sachſen, ſeinem Vatter,* (Johanni) *als er dem ſeine Tochter* (Helenam) *gegeben, Vertræſtung gethan, bey dem Ertz-Biſchoff auszubringen, ihn mit der Burggrafſchafft zu belehnen, da doch die Biſchœffe damahls die Burggrafſchafft allbereit 65. Jahr gehabt &c.* Utroque antiquior Auctor *Chronici Magdeburgenſis*, quod anno 1512. explicit, apud Dn. *Meibomium* Tom. 2. *Rer. German.* pag. 333. in vita *Erici* ArchiEpiſcopi, ait: *His temporibus, Cives Civitatis Magdeburg emerunt Burggravionatum, i. e. Officium & jus Burggravii in Magdeburg, pro nongentis marcis, à Duce Saxoniæ; emerunt etiam Schultetatum, i. e. Officium Schulteti, cum ſuo jure, pro quingentis marcis, ab illis de Eckersdorff; & hæc duo ipſi Cives dederunt Eccleſiæ Magdeburgenſi, ea conditione, quod Burggravionatus non poteſt dimitti ab Eccleſia, abſque voluntate Civium: Officium autem Schulteti ArchiEpiſcopus, qui pro tempore eſſet; deberet conferre uni civium, quemcunque vellent, ita, quod ipſi Cives poſſent eum removere, quando vellent, & alium ſubſtituere, quem ArchiEpiſcopus teneretur acceptare &c.* *Dreſſerus* l. c. Millenar. VI.

Part.

Part. 2. pag. 419. adhuc magis dubiè ſcribit: *Fuit autem* **Buggraviorum dignitas**, *cum vicino Oppido* **Gummern**, *anno Chriſti 1292, vel vendita, vel oppignorata, Civitati Magdeburgenſi, viginti duobus millibus aureorum, quos* **Johannes Fridericus**, *Saxoniæ Dux Elector, Anno Chriſti 1538. exſolvit, & Oppidum* **Gummern** *redemit, tum* **Burggravii Magdeburgenſis** *titulum uſurpare cœpit &c.* *Wernerus* l. c. p. 63. alienationem planè *Rudolpho Alberti II.* filio, adſcribit, verb: *Die Burggrafſchafft, eine ſonderliche Herrlichkeit, die zu derſelben Zeit bey den Hertzogen zu Sachſen geſtanden, dieſelbige haben die Altſtædter Hertzogen* Rudolpho *von Sachſen, unter dieſem Ertz-Biſchoffe* (Erico) *umb etlich hundert Marck abgekaufft, und haben ſolches, mit ſonderlichen* Conditionen, *ans Hohe Stifft gegeben.*

(5) Hoc autem non obſtante, *Burchardum*, Burggraviis quondam oriundum, adhuc An. 1303. 9. Kal. Octobr. titulum hunc uſurpaſſe, documento eſt *Alberti I.* Imp. Diploma, *Berchtolsgadenſi* Eccleſiæ, *Viennæ* datum, apud *Gewoldum*, Tom. 2. *Addit, Metropolis Hundii*, pag. 184, ubi: *Hujus rei teſtes: Venerabilis* **Wernhardus**, *Patavienſis Epiſcopus; Illuſtres* **Rudolphus & Ludewicus**, *Comites Palatini Rheni, Duces Bavariæ, Avunculi noſtri,* **Rudolphus & Fridericus**, *Duces Auſtriæ & Styriæ, Liberi Noſtri;* **Albertus** *Dux Saxoniæ, Principes noſtri cariſſimi; Spectabiles Viri:* **Henricus** *Goriciæ,* **Burchardus Meidenburgenſis**, **Albertus de Hohenberg**, *Comites &c.* ***Num totus Burggraviatus fuerit venditus, an certa ſaltem jura?*** nova Quæſtio eſt, ad quam Ampliſſ. Dn. *Ockel* l. c. *ſ.* 135. pag. 133, ita reſpondet: *Quod enim non omnes* **Burggraviatus partes**, *ſed tantum Jurisdictio ſecularis & criminalis, cura ſtapulæ, monetæ & Vectigalium fuerit in* **Ericum** *translata, reſervato Jure Banni Specialis Magdeburgenſis, Author eſt* **Leuber, de Stapula Saxonica**, *§. 106, 107; quod & exinde patet, quod Domini Arbitri, Documento ſub H, invenerint Archi Præſuli jus eſſe Magdeburgi Scultetum, h. e. Civilem Judicem debitorum, conſtituere, vigore Burggraviatus ceſſi; & porrò, quod Receſſu permutationis, demum An. 1579, totus Burggraviatus à Domo Saxonica, in Archi Epiſcopatum Magdeburgiam irrevocabiliter fuerit translatus &c.*

(6) His omnibus in unum collatis, incertum manet: ejusmodi alienationem unquam eſſe factam? quia (1) Venditionis tabulæ nullibi conſpiciuntur, & teſtimonia Scriptorum coævorum deficiunt; (2) non ſatis liquet: à quo ſit facta? nec (3) cui? nec (4) Quo tempore? nec (5) quid ſit alienatum? quibus (6) accedit, quod *Alberti* propago *Burggravialem titulum* ſemper retinuerit, donatione teſte, qua ***Rudolphus*** Elector Saxoniæ, filius Ejus, An. 1307, die B. *Margarethæ*, erga *Hecklingenſe* Cœnobium, munificum ſe exhibuit, apud Dn *Becmannum* l. c. p. 148, ubi: ***Rudolfus*** *D. G. Saxonie, Weſtfalie, Angarie, Dux, & Comes in Brenen,* **Burchgraviusque in Magdeborg**, *recognoſcimus &c.* add. ejusdem liberalitatis documentum, ſub dato *Wittenberch* 1326, proxima Feria V. *ante Feſtum B, Mariæ Magdalenæ*, Eccleſiæ *Gernrodenſi* relictum, ibid. lib. I. Cap. VII. §. 9, p 179: ***Rudolphus*** *D. G. Dux Saxonie, Angrie, Weſtphalie, Comes in Bren,* **Burggravius in Magdeburg**, *Sacrique Imperii Archi-Marſchalcus &c.* & allud, An. 1355, die B. *Walpurgis*, *Hecklingenſi* Cœnobio aſſertum, l. c. lib. 1, Cap. 4, §. 8, p. 148: ***Rudolfus*** *D. G. Dux Saxonie, Angarie, Weſtfalie, Comes in Pren,* **Purgravius in Meydburg**, *Sacrique Romani Imperii Archi-Marſchalcus &c.* (7) Ipſe Cæſar, *Carolus IV.* An. 1348, die *Philippi Jacobi*, tres ***Rudolphi*** filios, ***Rudolphum II, Ottonem*** & ***Wenceslaum***, ipſo rogante, de eodem *Burggraviatu* inveſtiverit; vid. Dn. *Becman*, l. c. Tom. 2, Part. 5, lib. I, Cap. 7, §. 5, p. 46; Dn. *Hornius*, l. c. ſ. 23. pag. 39. (8) Idem ***Rudolphus***, deſpondendo An. 1355, ***Johanni*** Comiti de *Hardeck & Zetz*, filiam *Helenam*, eique, dotis loco, ſæpe fatum *Burggraviatum* adſcribendo, legem addiderit: *Ut, ſi hæredes maſculi hoc ex matrimonio non prodirent, ad Domum Saxonicam relaberetur; Carolo IV.* Imp. ſub dato *Pragæ*, An. 1355, die *Michaëlis*, iterumque An. 1365, die Jovis proximo à feſto Gregorii (ut *Hortlederus* l. c. Tom. 1, lib. 4. Cap. 22, ſ. 43, p. 1473, docet) vel, die Sabbati poſt dictum feſtum, (ceu Dn. *Becmanno* l. c. Tom. 2, Part. 5, lib. 1. Cap. 7. §. 5. p. 46. videtur,) pacta iſta dotalia confirmante; quod argumentum in primis urget Sereniſſimus Elector Saxoniæ, *Johannes Fridericus*, *in Seiner wahrhafftigen, beſtændigen, wohlgegründeten, Chriſtlichen und aufrichtigen Verantwortung, wider Hertzog Henrichs des Jüngern von Braunſchweig Buch, welches Er, am dato Wolffenbüttel, Dienſtag nach Omnium Sanctorum, An. 1540, hat drucken laſſen; de dato Torgaw, 4 April. 1541, §. 57.* apud *Hortlederum* l. c. ibi: *Daß aber gemelte Fürſten von Sachſen des vorigen* (Anhaltinorum) *Geſclechts ſolch* **Burggraffthumb**, *bey anderthalb Hundert Jahren zuvor, und ehe dan daſſelbe hernacher abgeſtorben, gehabt, ſolte ſich der von Magdeburg genugſam erinnern kænnen .... aus des producirten Kayſers Carls des IV. Vertrags-Handlung, wie Hertzog Rudolff des Nahmens der Ander, vorigen Geſchlechts, berührt* **Burggraffthumb**, *Titul und Gerechtigkeit,* **Graff Hanſen von Hardeck, für ein Heyrath-Gut, mitgegeben, doch mit dem Fürbehalt,** *(auff berührtes Kayſers Bewilligung,)* **wo genanter Graff, mit des Hertzogen Tochter, keine**

FERRETARUM, ſeu *Pfirdt*, in Suntgovia, quem Comitatum integrum, excepto Caſtro *Schœnberg*, & Curte *Illeburg*, *Ulricus* & *Theobaldus*, Pater & Filius, Comites, *Henrico*, ex Neuenburgicis Comitibus oriundo, Baſilienſium Eccleſiæ tunc Antiſtiti, mediante 850. marcarum argenti pondere, cum omni Jure & Juriſdictione, An. 1271, vendiderant, addita conditione, ut ipſi, ipſorumque hæredes maſculi, eundem ab Eccleſia Baſilienſi, feudali lege reciperent. Extinctis autem non multò poſt, in *Ulrico* IV, An. 1324, Comitibus, vindicatum ſibi ibat *Ferretarum* Comitatum *Albertus Sapiens*, vulgò *Contractus*, Auſtriæ Dux, uxorio nomine, quippe qui *Johannam*, ultimi Comitis *Ulrici* filiarum natu majorem, in toro habebat, Baſilienſi Præſule, *Gerhardo*, Pacta anno 1271, in favorem Eccleſiæ ſuæ, in contrarium objiciente; Firmandæ tandem concordiæ, paciſque ſtudio, contulit, 1361, Præſul, *Johannes de Senna*, dictum Comita-

Digitized by Google

tum, Feudi titulo, in *Rudolphum*, laudati *Alberti* & *Johannæ* filium, à quo tempore penes Auſtriacos permanſit, donec Galliarum Rex, cui, per Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ formulam, Art. 73, *Suntgovia* An. 1648, adjudicata, eundem, quaſi ſub ea comprehenſum, ſui faceret Juris; Quæ verò *Johannes Franciſcus à Schœnaw*, Epiſcopus Baſilienſis, An. 1654, in Comitiis Ratisbonenſibus publicè proponi curaverit, theſi Gallorum iturus obviam, documentisque authenticis demonſtraturus: Comitatum quæſtionis nunquam fuiſſe annexum *Sundgoviæ*, ſed poſſeſſum à Comitibus, nullatenus ab Auſtriæ Ducibus, Alſatiæ Sundgoviæque jam Dominis, dependentibus, exhibet *Limnæus*, Tom. V. Addit. ad lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. VII, p. 255 &c. Conf. *Henningeſius*, Part. 1, *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 301; Dn. D. *Spener*, *Op. Herald.* Part. ſpec. lib. 1, Cap. IX, §. 66, p. 63; Dn. *ImHoff*, *Notit. Proc. Imper.* lib. 3, Cap. XVII, §. 5, p. 96.

De primis Comitibus legas *Blondelli Geneal. Franc. Regum*, pag. 2. Dn. *Spenerum* l. c. Add. *Henninges* l. c. *Maximilianum I*, Ann. 1501, & 1512, ſcripſiſſe ſe *Principem & Comitem Ferretis*, ſub voce ARTESIÆ, modò monui; in aliis verò Conſtitutionibus, quarum præced. lit. c, facta mentio, non niſi *Comes Ferretarum* audit. *Carolus V*, in Conſtitut. *Vom Regiment zu Worms*, An. 1521, aliisque Legibus Imperii, ibidem nominatis, titulo *eines Pfaltzgrafen von Pfirdt*, uſus eſt. *Ferdinando I*, arriſit titulus *Comitis Ferretarum*, in R. J. *Spirenſi* An. 15:2. ut & *Norimbergenſibus* An. 1542 & 1543; in Transactione *Paſſavienſi* vero, An. 1552, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Conſtit. Imper.* p. 566. nec non R. J. *Auguſt.* 1555. cæterisque omnibus, præc. lit. c. adductis, nominavit ſe *Gefurſteten Grafen von Pfirdt*; quod prædicatum, *Rudolphus II.* quoque in Capitulatione An. 1575, reliquisque Imperii Legibus, cit. lit. e, commendatis, retinuit, pariter ac *Matthias*, in Capitulat. An. 1612, & R. J. *Ratisbon.* An. 1613, & *Ferdinandus II*, in Capitulat. An. 1619; & Diplomate, quo Ann. 1623, Comitatum *Zolleranum*, in *Comitatum Principalem* evexit, ceu præced. lit. e, dixi. *Ferdinandus III*, in Capitulatione ſua, 1656, ſaltem *Graff zu Pfird* nuncupatus, in Receſſibus Imperii *Ratisbonenſibus* An. 1641 & 1654, titulum *eines Gefürſteten Grafen zu Pfird*, admiſit. *Ferdinandus IV*, in Capitul. An. 1653, paternis inhærens veſtigiis, non niſi *Graff zu Pfird* vocatur. *Leopoldum*, in Capitulatione An. 1658, *Gefürſteten Graffen*, dictum oſtendimus; *Josephum* contrà ſaltem *Comitem Ferretis*, in Diplomate Duci *Marlboroughio* dato, An. 1705, præced. Tit. XVI, §. 13, lit. n, v. 10, p. 559. aſt *Carolum VI.* rurſus *Comitem Principem Ferretarum* ſiſtit declaratio bellica, adverſus Gallos, Ann. 1713. promulgata, vid. *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom. LV, menſ. Octob. 1713, p. 384.

Scutum *rubeum eſt*, *in quo duo Salmones*, *ſeu truttæ*, *ſeu barbati mulli aurei*, conſpiciuntur; vid. Dn. D. *Spener*, l. c. *Henningeſius* l. c.

FLANDRIÆ; Vid. *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Gefürſtete Graffen*, p. m. 298. *Maximilianus I*, Imp. quandoque *Principis & Comitis Flandriæ*, titulum adhibuit, teſtibus Conſtitutionibus Ejus, An. 1501 & 1512, quarum præced. lit. d, memini; in aliis verò, præced. lit. e, nominatis, nudè *Comes* audit; nec aliter *Carolus V*, & *Ferdinandus I*, ſe ſcripſerunt; vid. documenta ibid. allegata, excepta *Transactione Paſſavienſi*, An. 1552, in qua *Ferdinandus*, *Princeps Comes Flandriæ* nuncupatur. In ſæpe citata Declaratione belli, adverſus Gallos, An. 1713, *Carolus VI*, rurſus *Princeps Comes Flandriæ*, vocatur; aſt in Inſtrumento Pacis *Badenſis* de An. 1714, ſaltem: *Graff zu Flandern*.

GORITIÆ &c. In *Foro Julii*; de charactere *Comitatus* hujus *Principalis*, Domui Auſtriacæ obnoxii, legas *Reinkingium*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 4, Cap. 14, §. 29, p. 424; *Clutenum*, *Syllog. Rer. Quotidianar.* Concluſ. 26, lit. h: *Nolden*, de *Statu Nobilit.* Cap. VIII, §. 180, p. 152; *Beſoldum*, *Theſaur. Pract.* voc. *Gefürſtete Grafſchafften*, p. 298; *Limnæum*, lib. 4. *Jur. Publ.* c. 4, §. 92, p. 40; *Speidelium*, voc. *Graff*, p. m. 437.

Meinhardus II, *Goritiæ* & *Tyrolenſis* Comes, Uxorem habuit *Adelheidam*, *Alberti*, Tyrolenſium Comitum ultimi, & *Gutbæ* Meraniæ, filiam, unde Tirolenſis Comitatus partem *Goritienſium* Genti acceſſiſſe, præced. lit. d, notavi. His nati Parentibus, *Meinhardus III* & *Albertus II*, ita hæreditatem paternam inter ſe erant partiti, ut prior *Tyrolenſem*, poſterior *Goritianum* ramos proferrent; *Goritiæ* Comitum ultimus, *Leonhardus*, deceſſit An. 1500 improlis, cui, vigore Pacti, de mutua poſterorum ſucceſſione, inter dictos Fratres conventi, *Maximilianus I.* Imp. ſucceſſit. Vid. *Henningeſius*, Part. 1. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 54 & 55; *Sigismundus von Bircken*, *im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 2. Cap. 8. p. 341 & 342, & lib. VI, Cap. 4, p. 1129; Dn. D. *Spener*, *Op. Herald.* part. ſpec. lib 1, Cap. IX, §. 67. p. 63.

Titulo *Goritiæ Comitis* uſus eſt *Carolus V*, in Conſtitutione de *Regimento* Wormatienſi, An. 1521, reliquisque præced. lit. e, nominatis; nec non *Ferdinandus I*, qui tamen, Anno 1553. *Gefürſteten Grafen zu Gœrtz*, ſe ſcribere cœpit, teſte *Transactione Paſſavienſi* h. a. & ſubſequentibus Imperii Legibus ab Eo promulgatis, quarum ibidem facta mentio; Idem Prædicatum retinuerunt etiam: *Maximilianus II*, *Rudol-*

Digitized by Google

Rudolphus II, Matthias, Ferdinandus II & ***Ferdinandus III,*** quorum Conſtitutiones ibid. allegatæ; In Tabulis verò *Pacis Weſtphalicæ* An. 1648, *Ferdinandus III,* non niſi ***Comes Goritiæ*** vocatur, pariter ac ***Leopoldus,*** in Inſtrumento *Pacis Noviomagenſis,* An *1679.* & *Ryſwicenſis, 1697.* & *Armiſtitio Vicennali, 1684;* & ***Joſephus,*** in Diplomate, An. 1705. in favorem Ducis *Marlboroughii* edito, præced. Tit. XVI, §. 13. lit. n. v. 10; Aſt ***Carolus VI,*** in ſæpe dicta declaratione belli adverſus Gallos, An. 1713, rurſus ***Principis Comitis Goritiæ*** charactere inſignitur; quamvis in ſæpe fato Inſtrumento Pacificationis *Badenſis* de An. 1714. non niſi *Graff zu Gœritz* audiat.

Scutum, obliquè ſectum ex angulo dextro, cujus areola dextra argenteis & coccineis ſiniſtris baltheis exarata; poſteriori cærulea impreſſo leone aureo; ita Dn. *Spenerus* l. c. Conf. *Sigismundus von Bircken,* lib. 3. Cap. VIII. pag. 344; aliter *Henningeſius* l. c. p. 55.

GRADISCÆ, itidem in *Foro Julii,* quo titulo Eggenbergii Principes utuntur, ceu præced. lit. b, monuimus. Conf. præced. Tit. XVI. §. 13, lit. g, p. 532.

HOLLANDIÆ; vid. *Beſoldus* l. c. *Sixtinus* l. c. *Turmeiſter* l. c. *Limnæus* l. c. ***Maximilianus I,*** Imp. Conſtitutionibus An. 1501 & 1512. quarum præced. lit. d, memini, vocatur ***Princeps & Comes Hollandiæ;*** in *Ordinatione* verò *Camerali Wormatienſi,* An. 1495, aliiſque pluribus, præced lit. e. nominatis, dicit ***Pfaltzgraff von Holland &c.*** quem titulum & *Carolo V,* uſitatum, Conſtitutiones Ejus, præced. lit. e. teſtantur; eundem adhibuit ***Ferdinandus I,*** Conſtitutionibus, ibidem allegatis. Inpræſentiarum liberam hanc eſſe Rempublicam, ex tabulis Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ An. 1648, inter *Philippum IV,* Hiſpaniarum Regem, Hollandoſque, 30 Jan. *Monaſterii* contractæ, Art. I. conſtat.

KLETGOVIÆ; qui *Comitatus Principalis* Sereniſſimo Principi *Schwartzenbergio,* paret. Vid præced. lit. b. voc. *Kletgoviæ,* p. 612. & Tit. XVI, §. 13, lit. v. 3, voc. *Schwartzenbergii,* p. 544.

KYBURGI, in *Turgoja,* haud procul *Wintertbu-* *Henningeſius,* Part. I. *Secundi & Tertii Regni in* ...*rta Monarchia,* pag. 295, deducit *Kyburgios* Comites à quodam *Hartmanno, Dillingenſium* Comite, ſub *Arnolpho* Imp. circa An. 890 vixerit, cujus ex *Hupaldo* filio, nepos, *Hartmannus II,* Comes ...*rgenſis & Wintberturenſis,* nec non *Landgravius* ...*iæ, Ottonis I* Imp. gratia evaſerit. Ultimi fuere *Hartmanni,* quorum *Junior,* An. 1263, ejuſque ...us, *Senior, 1264,* deceſſerunt. *Senioris* germana ..., *Hedwigis,* nupta *Alberto Sapienti,* Ergoviæ & ...burgi Comiti, *Rudolphum I.* Imperatorem enixa ...ui, defuncto avunculo, Comitatum, vi occupavit, vidua N. è Sabaudiæ Comitibus oriunda, filiaque, *Eliſabetha, Eberhardo,* Habsburgenſi Comiti ſociata, inde pulſis. Scripſerat ab initio *Hartmannus Senior,* laudatum *Rudolphum,* ex ſorore nepotem ſuum, hæredem, ex quo autem, levi de cauſa, ab eo bello peteretur, obtulit Comitatum ſuum *Walthero Geroldſeckio,* Argentoratenſium Præſuli, ab eo viciſſim de eo inveſtitus. Offenſus inde *Rudolphus,* maximè, eum donationem revocante *Hartmanno,* Epiſcopus reſtitutionem denegaret, Civitatis Argentoratenſis partes, adverſus Antiſtitem, ſuſcepit, hunceque graviter afflixit, in tantum, ut an 1263, mœrore animi fuerit mortuus. Paria ne fata ſubiret *Henricus,* Ejus ſucceſſor reſtituit *Rudolpho* donationis tabulas, fecitque pacem. Non multo poſt, extinctis utroque *Hartmanno,* poſſeſſionem Terrarum, arripuit *Rudolphus,* ita tamen, ut Patrueli, *Eberhardo, Hartmanni,* ex filia *Eliſabetha,* genero, *minorem Burgundiam,* cum *Burgdorfio, Thunio, & Friburgo Uchtlandiæ,* (quæ *Anna, Bartholdi,* Zeringenſium Ducis, ſoror, *Wernero* Kyburgio attulerat) inde traderet, Comitatibus *Kyburgio, Badenſi* & *Lenzburgio* contentus. Vid. *Henningeſius* l. c. *Sigismundus von Bircken, im Oeſtreichiſchen Spiegel der Ehren,* lib. I, Cap. VI. ad An. 1244. pag. 54; Dn. *Spener, Oper. Herald.* Part. ſpec. lib. I, Cap. IX. §. 65. p. 62.

Principem & Comitem Kyburgi ſe ſcripſit ***Maximilianus I,*** in Conſtitutionibus An. 1501 & 1512. de quibus præced. lit. d. facta mentio; in *Ordinatione* vero *Camerali Wormatienſi* An. 1495. reliquiſque Imperii legibus, nomen Ejus præ ſe ferentibus, & præced. lit. e, nominatis, ſaltem ***Graf zu Kyburg*** audit. ***Carolus V,*** in Conſtitutione *vom Regiment zu Worms,* de An. 1521, cæteriſque l. c. allatis, ſe vocavit: ***Pfaltzgrafen zu Kyburg. Ferdinandus I,*** ab initio, titulo ***Comitis Kyburgenſis*** uſus fuit, teſtibus R. J. *Spirenſi* An. 1542, ut & *Norimbergenſibus* An. 1542 & 1543; in ſubſequentibus verò Receſſibus, maluit ſe ſcribere: ***Gefürſteten Graffen zu Kyburg*** v. g. *Tranſact. Paſſavienſ. 1552.* R. J. *Auguſt. 1555. Ratisb. 1557. Spirenſ.* an. eod. *Auguſt. 1559. Ordinat. Monetar. 1559.* R. J. *Wormat. 1564.* &c. quod Prædicatum quoque ***Maximilianus II,*** Ejuſque ſucceſſores omnes, retinuerunt, in Conſtitutionibus præced. lit. c, laudatis, ad *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* An. 1648. uſque, quo ***Ferdinandus III,*** non niſi ***Comes Kyburgi*** vocatur, R. J. *Ratisbon.* vero An. 1654, ***Gefürſteter Graff*** iterum nuncupatus, pariter ac ***Leopoldus,*** in Capitulatione An. 1658; in Inſtrumentis licet Pacificationum *Noviomagenſis,* 1679 & *Ryſwicenſis* 1697. & *Armiſtitii Vicennalis,* 1684. ***Comes Kyburgi*** duntaxat dicatur. Quem characterem ***Joſephus*** etiam, in Diplomate An. 1705. Duci de *Marlborough* conceſſo, præced. Tit. XVI. §. 13. lit. n. v. 10, nec non ***Carolus VI,*** in Capitulat.

Digitized by Google

tulat. 1711. & Procemio Pacificationis Badenſis An. 1714. ſibi tribuerunt, qui poſterior tamen in ſæpe fata belli Declaratione adverſus Gallos, 1713. *Comitem Principem Kyburgi* rurſus ſe apellavit.

Scutum *coccineum eſt, quod baltheus dexter aureus permeat, utrinque Comite Leone aureo.* Vid. Dn. Spener l. c. Henningeſius l. c. p. 294 utrinque duos pingit Leones gradientes.

LIECHTENSTEINIUS; ita Nolden, de Statu Nobil. Cap. 8. §. 180. pag. 152; vide tamen Limnæum, lib. IV. Cap. IV. § 92. p. 40. Vocantur enim *Fürſten von Liechtenſtein*; non *Gefürſtete Grafen.* Vid. præced. Tit. XVI. §. 13. lit. n. v. 7. p. 548.

LOBKOVIZII, vid. STERNSTEIN.

MANSFELDII; vid. Nolden l. c. Cluten, Syllog. Rer. Quotidian. c, 26. lit. h. Diether, Contin. Theſauri Beſoldiani, voc. *Gefürſtete Graffen*, pag. 227; Pauermeiſter, de Juriſdict. lib. 2. cap. 11. §. 21; Speidelius, voc. Graff, pag. m. 437; Sixtinus, de Regalib. lib. I. Cap. 4. §. 22; Limnæus, l. c. Wolfgangus Chriſtophorus Quez, Diſſert. de Foro Auſtregarum, An. 1679. c. 13. Sed nec hi Comites alio utuntur titulo, quam *Graffen und Herren zu Mansfeld &c.* non: *Gefürſtete Graffen.*

NAMURCI, vid. Sixtinus l. c. Paurmeiſter l. c. Beſoldus, Theſaur. Pract. voc. *Gefürſtete Graffen*, pag. 298; Limnæus l. c. Maximilianum I. Imp. vocaſſe ſe *Principem & Comitem Namurci*, Conſtitutionibus Ejus An. 1501 & 1512. quarum præced. lit. d. memini, probari poteſt; in *Ordinatione* verò *Camerali Wormatienſi* An. 1495. aliisque Imperii Legibus, præced. lit. c. prolatis, audit *Pfaltzgraff zu Namur*; titulo & Carolo V. & Ferdinando I, vulgari; vid. Receſſus Imperii, l. c. allegati. Hodiè unam ex decem Belgii Hiſpanici Provinciis conſtituit.

NASSOVII &c. Carolum IV. Imp. decoraſſe Johannem, Comitem Naſſovium, (primis nuptiis, dominiis Mehrenberg & Gleiberg; ſecundis, cum Johanna, Johannis, Saræpontani Comitis, filia & herede, Saræpontano Auſtraſiæ Comitatu, auctum,) titulo *Principis Comitis*, docet diploma Ejus, An. 1366. unde quædam ſuppeditat Dn. ImHoff, Notit. Proc. Imperii, lib. V. Cap. VI, §. 6. pag. 238; *Te, Johannem, Comitem Naſſovium, Cariſſimum Conſanguineum Noſtrum, & heredes tuos legitimos in perpetuum, Dei invocato nomine, illuſtramus, honoramus, libertamus, exaltamus, & Illuſtres Principes Comites creamus, ordinamus, facimus, ut videlicet Principes Comites exiſtatis, & in Collegio Principum, qui vulgari theutonico, Gefürſtete Graffen dicuntur, computemini, nec non omnibus & ſingulis Privilegiis, honoribus, libertatibus, exemtionibus, gratiis & indultibus gaudeatis expreſſè, quibus Illuſtres Principes Comites Sacri Imperii fruiti ſunt hactenus &c.* annectens, poſteris Ejus, modeſtiæ ſtudioſis, novam hanc dignitatem continuo uſu oſtentare, nec curæ nec cordi fuiſſe, donec Seculo XVII. *Principales honores* eis reſtituerentur, à quo tempore *Fürſten zu Naſſau &c.* nuncupati, non *Gefürſtete Graffen*; teſte R. J. Ratisbon. 1654. quem, nomine: *Mauritz Henrichen, und Johann Frantzen Deſiderati*, reſp. *Fürſten zu Naſſau, Hadamar und Siegen: Matthias Geych, Kayſerlicher Rath*; & nomine: *Ludwig Heinrichen, Fürſten zu Naſſau, Grafen zu Catzen Ellebogen, Vianden, Dietz, Herrn zu Beylſtein; Dann Wilhelm Friderichen, Fürſten zu Naſſau, Graffen zu Catzen Ellebogen, Vianden, Dietz und Spiegelberg, Herrn zu Beylſtein und Lieſſfeld; und Johan Moritzen, Fürſten zu Naſſau, Grafen zu Catzen-Ellebogen, Vianden, Dietz, des Ritterlichen Johanniter Ordens in der Marck, Sachſen, Pommern, und Wendland, Meiſter, Herrn zu Beylſtein. Andreas Neuman, Churfürſtl. Brandenb. Rath*, ſubſcripſerunt. Conf. Dn. Spener, Op. Herald. Part. ſpec. lib 3. Cap. XXVI. §. XI. p. 656; & præced. Tit XVI. §. 13. lit. i, p. 538. Deigma Naſſovicum exhibui ibidem.

SCHAUENBURGENSES; vid. Nolden l. c. Limnæus l. c. *Schaumburgenſibus, Holſatiæque* Comitibus, eandem eſſe originem, ab *Adolfo Santerslevio*, ſeu, ut Henningeſio, Part. 2. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, pag. 247. vocatur, *Salingslevio*, à Conrado II. Imp. circa An. 1030. primo *Schauenburgenſium* Comite creato, deſcendentibus, præced. Tit. XVI. §. 10. lit. n, pag. 51. dictum eſt *Lotharius* Imp. addidit *Holſatiam*, *Adolfo III*, laudati *Adolfi*, ex filio cognominis, nepoti, lege feudali conceſſam; vid. l. c. Hujus Abnepotes, *Johannes I*, & *Gerhardus I*, hoc modo patrimonium inter ſe partiebantur, ut natu major, *Wagria* (qui ramus in ipſius pronepote, *Adolpho VII.* An. 1390. iterum exaruit) & minori, *Holſatia*, cum Comitatu *Schauenburgico*, inde obvenerint. *Gerbardo* itidem duo erant Filii: *Gerhardus II*, & *Henricus I*, quorum prior, in Familiæ erciſcundæ judicio, Comitatum *Pinnenbergicum* & *Schauenburgicum*; poſterior *Holſatiam*, ſunt ſortiti. *Henrici* linea defecit in *Adolpho*, Sleſvici Duce, ipſius Abnepote, An. 1459. extincto, cujus ſoror & hæres, *Hedwig*, vidua tunc *Theodorici, Oldenburgi* Comitis, pinguem hereditatem filio, *Chriſtiano I.* Daniæ, Norvagiæ, Sueciæque Regi, &, per Eum, *Oldenburgicæ* Genti, intulit. *Gerhardi* poſteritas duravit ad Annum uſque 1640. 15. Novembr. quo ultimus, *Otto*, eam terminavit, teſtibus *Theatro Europæo* Tom. IV. ad h. a. pag. 251; Danckwerth, Chron. Holſat. lib. 3. Cap. 14. pag 278; Rittershuſio, Geneal. Holſato-Schaumburg. Dn. D. Spenero,

nero, Part. ſpec. *Operis Herald.* lib. 1. Cap. 86. §. 2. pag. 348: Dn. *ImHoffio*, *Notit. Procer. Imperii*, lib. IX. Cap. 3. §. 21, pag. 444; *Europ. Heroldt*, Tom. 1. pag. 475; Dn. *Lucæ Graffen-Saal*, pag. 549. aliisque multis. Elato ejus funere, varias in partes abiit ejus hereditas. *Chriſtianus IV*, Daniæ Rex, vindicavit ſibi Comitatum *Pinnenbergicum*, cum telonio *Altonaënſi*, relicta tamen Comitatus parte Duci *Holſato-Gottorpienſi*, An. 1649. *Ranzoviis* vendita. *Mindenſis* Epiſcopus occupavit Præfecturas *Schauenburg*, *Sachſenhagen*, *Bückenburg* & *Statthagen*, quas & defuncti mater, *Eliſabetha*, *Simonis*, Com. Lippiæ, filia, ad ſe ſpectare arbitrabatur; *Amalia Eliſabetha*, Landgravia Haſſo-Caſſellana, tutorio nomine, easdem, in favorem filii, *Wilhelmi VI*, vindicatum eunte, Transactione Ann. 1647. 9 Julii, lis quadantenus finita eſt, vigore cujus, *Philippus*, præfatæ *Eliſabethæ* frater, *nactus eſt, dimidium Comitatum Schaumburgicum, nempe Præfecturas* **Bückeburg, Stadhagen, Hagenburg & Arenſpurg**, *cum Civitatibus & Oppidis* **Bückeburg, Stadhagen, Hagenburg & Steinbude**, *& elegante arce, Oppido* **Bückeburgico** *adjacente, quam poſtea incoluit, lineæque ſuæ ab ea nomen dedit &c.* Sunt verba Dn. *ImHoffii* l. c. ſed & cum Sereniſſima Domo *Brunſuicenſi* & *Luneburgenſi* transactum. Et, quo minus *Mindenſis* Eccleſia prætenſiones ſuas continuaret, inſertum fuit *Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ*, An. 1648. Art XV. §. 3: *Jus directi & utilis Dominii in Præfecturas* **Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen & Stattbagen**, *Epiſcopatui* **Mindano** *ante hac aſſertum & adjudicatum, porrò ad Dominum* **Wilhelmum**, *modernum* **Haſſiæ Landgravium**, *ejusque ſucceſſores, plenariè in perpetuum, citra ulteriorem dicti Epiſcopatus, aut alterius cujusvis, contradictionem, aut turbationem, pertineat; ſalva tamen Transactione inter* **Chriſtianum Ludovicum**, *Ducem Brunſuico-Luneburgenſem, & Haſſiæ Landgraviam,* **Philippumque**, *Comitem de Lippe, inita; firma etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam, & dictum Comitem, inita eſt, Conventione &c.* Conf. Dn. D. *Spener*, l. c. lib. I, Cap. 54. §. 7, pag. 222, & lib. 3. Cap. 23, §. 9 & 10, pag. 637; *Europæiſcher Heroldt*, Tom. 1, pag. 475; Dn. *ImHoff*, *Introduct.* ad lib. IX. *Notitiæ Procer.* §. 1, pag. m. 430; *Zeiler*, in præfatione deſcriptionis *Circuli Weſtphalici*, §. XXIV, p. 890 & 891; Dn. *Wigand, in der Staats-Geographie*, Tit. *Grafſchafft Schauenburg*, pag. m 909; Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat*, Tom. I, Cap. XII pag. m. 62, & Tom. 2. Part. V, Cap. IX. §. 13. pag. 146 *Rintelam* quoque laudatis Dnn. Landgraviis acceſſiſſe, vulgare eſt; vid. Dn. *Wigand* l. c.

Sereniſſimum Landgravium, Comitatus hujus ratione, in Comitiis Imperii, in Scamno Comitum VVeſtphalicorum, pariterque in dictis circuli VVeſtphalici, voto ſeſſioneque frui, conſtat. Vid. Dn. *Spener* l. c. lib. 3. cap. 23. §. 10. pag. 637; de ſymbola Imperii ærariis propterea inferenda, ſcribit *Zeiler* l. c. *Schauenburg Grafſchafft, ſo, nach Abgang ihrer alten Herren, anitzo gegen dem Reich, Herr Wilhelm, Landgraff zu Heſſen-Caſſel, mit den Anlagen vertritt, giebt Monatlich 6 zu Roß, und 26 zu Fuß, oder, an Geld, 176 fl, und, zu Unterhaltung des Kammer-Gerichts, ſampt der Herrſchafft Gemmen, jæhrlich 60, und*, cum augmento, 100 fl.

Ἀνγμα eſt *candens urtica, in campo coccineo*. Vid. Dn. *Spenerus* l. c. lib. I, Cap. 86, § 5 & 6. p. 348, & lib. 3. cap. 23. §. 8. pag. 637 Dn. *ImHoff* l. c. lib. 4. cap. 7. §. 33. p. m. 183; *Europ. Heroldt* Tom. I. pag. 478, Inſignium Haſſiacorum memor, ait: *wegen der Grafſchafft Schaumburg, in rother Feldung, eine weiſſe ausgebreitete Brenn-Neſſel, derer drey Blætter, und ſo viel darzwiſchen geſtellte Nægel, im Triangel zuſammen, gegen ein in der Mitte ſtehendes weiß und roth getheiltes Schildlein, lauffen &c.* adeoque ſimile Scutum eſt Holſatiæ Ducatus. Conf. Dn. *Bilderbeck Reichs-Staat* Tom. 2. Part. V. Cap. IX. §. 12. p. 144.

Quo jure Comitatus hic, inter *Comitatus Principales* referatur? non video, niſi quod *Erneſtus*, Com. *Schauenburgicus*, præfati *Ottonis* noſtri Parentis patruelis, An. 1619. à *Ferdinando II. Comes Princeps Holſatiæ, Gefürſteter Graff von Holſtein*, fuerit declaratus; unde ei lites cum *Chriſtiano IV*, Daniæ Rege, id in ſui præjudicium fieri aſſerente. Vid. *Theatr. Europ. T.* 1. ad Ann. 1619. pag. 504, *Lundorpius*, Tom. 2. *Actor. Publ.* lib. 6. Cap. 28. pag. 404. & T. 3. Cap. 38. 41. &c. Dn. *Spener* l. c. lib. I. Cap. 86. §. 7. pag. 348 & 349; En Schema:

- *Jodocus*, Com. *Schauenburgicus*, †. 1533.
  - *Otto*, Pinnebergicus, †. 1576.
    - *Erneſtus*, Princeps Comes Holſatiæ, †. 1622.
  - *Jodocus*, in Gehmen. †. 1581.
    - *Georgius Hermannus.*
      - *Otto*, ultimus, †. 1640.

SCHWARTZBURGICI; ita *Felix Malleolus*, in Dialogo de *Nobilitate*, Cap. 14. cujus verba præced. lit. e. recitavi; add. *Albertus Krantz*, lib. VI. *Metropol.* Cap. 22, pag m. 154: *Dudum quæſivi mecum, nec reperi, quid habeat diverſum* **Burggravius, Comes Marchio, Comes Provincialis**, *quem non benè Latine appellant* **Landgravium**. *Equidem de Provin-*

Digitized by Google

ciali Comite, & Marchione, jam compertum eſt, quia inter Principes numerantur, Comites indiſtinctè non ita; ſunt enim in eis, qui Principes habentur, de Anebold, & de Suartzeburg, & ſi qui ſunt alii &c. Hinc Illuſtr. Dn. ab *Eyben*, Tract. de *Stylo Curiæ*, §. XXVII, pag. 36: *Accedit & illud, quod ipſa Principalis dignitas, Gefürſtete Græffliche Würde, Illuſtriſſimis noſtris* (Comitibus Schwartzburgicis) *competere dudum conſtiterit, ut in Comitiis jam tum de Anno 1576, jus Seſſionis & Voti in Senatu Principum, contradicente ſaltem Sereniſſima Domo Saxonica, obtinuerint, vid. Replic. Saxon. contra Waldeck, ex Limnæo, Tom. IV. Jur. Publ. &c. in dicto Tractatu* (Illuſtr. Dn. Parentis ipſius, Hulderici ab Eyben) *de Titulo Nobilis, §. 49, ibi: Es hatten die Graffen von Schwartzburg, An. 1576. auf Gemeinem Reichstag, ein Privilegium einer ſonderbahren Seſſion im Fürſten Rath, erlanget, welches nachgehends von Kayſern zu Kayſern, confirmiret worden &c.* Audiunt *die Viergraffen des Reichs*, ab an. 1518 maximè, quo *Maximilianus I.* in Comitiis Auguſtanis, hoc titulo eos compellavit; Conf. *Fritſchius*, Diſſ. de *Familia Schwartzburgica*, cap. 3. §. 2; Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imper.* lib. VI. cap. XVI. §. 2. pag. 335; Dn. *Spener*, Part. ſpec. *Oper. Herald.* lib. 3. cap. 34 §. 1. pag. 704. ubi reliquorum quoque *Viergraviorum*, ſcil. *Clivenſis, Cilejenſis & Sabaudiæ*, dudum *Principali* charactere inſignitorum, meminit. Confirmationem bujus axiomatis obtinuit *Güntherus* Comes, ab Imperatore, *Rudolpho II*, ſolemni Diplomate, ſub dato *Regenſpurg, den letzten Tag des Monats Octobris* An. 1576; *Attamen Principibus* potius annumerandi hodiè ſunt, quam *Comitibus Principalibus*, quandoquidem Sacratiſſimi Imperatoris *Leopoldi* gratia, Illuſtriſſimis *Chriſtiano Wilhelmo*, & *Anthonio Günthero*, an. 1697, 3 Septembr. axioma *Principum Imperii*, non *Comitum Principalium*, acceſſit, ut præced. Tit. XVI. §. 13. lit. n. v. 9, pag. 554. pluribus docui.

SEELANDIÆ; ita *Beſoldus*, Theſaur. Pract. voc. *Gefürſtete Grafen*, pag. 298; *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. I, cap. 4. §. 22; *Paurmeiſter*, de *Jurisdict.* lib. 2. cap. 11. §. 21; *Limnæus*, Lib. 4. *Jur. Publ.* cap. 4. §. 91. pag. 40. Alii; *Maximilianum I.* quandoquidem *Principem & Comitem Selandiæ*, ſe vocaſſe, Conſtitutiones Ejus de An. 1501 & 1512. quarum præced. lit. d, memini, documento ſunt; in reliquis verò, de quibus præced. lit. e, facta mentio, audit *Pfaltzgraff zu Seeland*, æquè ac *Carolus V*, in Conſtitutionibus ibidem nominatis, & *Ferdinandus I*, in *Transactione Paſſavienſi* An. 1552. In præſentiarum *Selandiæ*, ſeptem inter Fœderati Belgii Provincias, celebre nomen eſſe, latet neminem.

SPONHEIMENSIS, vid. *Speidelius*, voc. *Graff*, pag. m. 437. *Limnæus* l. c. Exaruit Gens *Sponheimenſis* An. 1437, in *Johanne*, cujus hæreditas, in Pago *Hunesruch*, vulgo *Hundsruck*, ab Hunnorum præſidio, ita nuncupato, ſita, partim ad Electores Palatinos, partim ad Marchiones *Badenſes*, devoluta eſt. Sociaverat ſibi matrimonio *Rupertus* Palatinus, *Ruperti* Imp. filius, An. 1392. *Eliſabetham*, *Simonis Spanheimenſium* comitis, filiam unicam, quæ, marito absque liberis defuncto, ſingulari in Palatinos affectu, conſentiente Patre, *quintam partem anterioris Comitatus Spanhemici, Ruperto* ſocero donavit; quam donationem, defuncto *Simone*, *Ludovico* Barbato Electori, leviro ſuo, An. 1416. confirmavit, eidemque poſſeſſionem dictæ partis quintæ tradidit, ea tamen lege, ut annexa permaneret Electoratui; reliquis partibus ad *Johannem*, agnatum, *ulterioris Comitatus Spanheimici* Dominum, devolutis. Is ſobole pariter carens, condito an. 1415. teſtamento, hæredes, pro æqualibus partibus, inſtituit, *Bernhardum*, Marchionem Badenſem, & *Fridericum*, Veldentiæ Comitem, amitinos ſuos, qui etiam extincto, An. 1437. *Johanne*, Comitatum occuparunt. *Friderici* Veldentini filiam unicam, *Annam*, cum in Uxorem duceret *Stephanus*, laudati Imperatoris Gnatorum quintus, poſt fata Soceri, præter *Veldentinum* Comitatum, quicquid de *Spanhemico* poſſederat, *duo* nimirum *quicunces ex Anteriori*, & *Ulterioris medietas*, ad *Stephanum*, jure Uxorio, pervenerunt, qui, per teſtamenti tabulas, an. 1444. ſcriptas, *Fridericum*, filiorum natu majorem, *Comitatus Spanhemici, Terrarumque Simmerenſium*, heredem nuncupavit, conſtituens, ut ipſe & heredes titulo & Inſignibus *Comitatus Spanheimici*, uterentur; *Ludovico*, natu minori, *Comitatu Veldentino, Terrisque Bipontinis*, indeque adhibendis titulo & Inſignibus, relictis. Ex quo tempore Linea *Simmerenſis*, cujus hic *Fridericus* Auctor fuit, his Terris, cum *Badenſibus*, pari jure gaviſa eſt; Lites poſtea inde natæ, expenduntur à Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imperii*, lib. 2. Cap. IX, §. 19. pag. 54. add. lib. IV. Cap. 1. §. 4 & 5. p. 125. & lib. IV. Cap. VIII. §. 6. pag. 184; Dn. *D. Spener, Oper. Herald.* Part. ſpec. lib, 2. Cap. 4. §. 5. pag. 382, ubi ſimul Scutum deſcribit, conſtans *teſſellis*, ſive *parvis lapidibus quadratis, argento* & *minio* invicem diſtinctis; add. l. c. §. 13. p. 385. & lib. III. cap. XXVII, §. 16. p. 672 & 673. Qua ratione verò *Comitatus* hic inter *Comitatus Principales* referatur, ignoro.

STERNSTEINENSIS; intelligi, hoc titulo, Principem *Lobkowizium*, præced. lit. b, pag. 708. dictum eſt.

TETTENSEENSIS; qui *Comitatus Principalis*, An. 1689, 19. Nov. in ſavorem *Franciſci Anthonii*, Principis de *Portia*, ab Imperatore erectus eſt.

THENGENSIS; Qui *Comitatus Principalis* Sereniſ-

reniſſimo Principi *Auerſpergio* paret; vid. l. c. & præced. Tit. XVI, §. 13. lit. k, p. 539.

TRASPENSIS; quæ Dynaſtia ad *Dieterichſteinios* Principes ſpectat; num vero in *Comitatum Principalem* evecta ſit, me legiſſe non memini; vid. præced. lit. b, p. 709. & Tit. XVI. §. 13. lit. h. p. 532.

VELDENTINUS; ita *Limnæus*, lib. 4. *Jur. Publ.* cap. 4, §. 92. p. 40. *Stephanum*, *Ruperti* Imperatoris filium, ducta in uxorem *Anna*, ultimi *Veldentiæ* Comitis gnata & herede, Comitatum hunc Genti Palatinorum Comitum intuliſſe, voc. SPANHEIMENSIS, modò dictum eſt; Conſ. Dn. *Im Hoff* l. c. lib. 4, cap. 1, §. 5, pag. 125. Locum inter *Comitatus Principales* ei concedi, nullo documento publico hactenus reperi, benè verò inter *Principatus*; R. J. *Auguſtanum, 1524*, ſubſcripſit, nomine *Hertzog Ludwigs zu Veldentz*, Doctor Hieronymus Veyſen; Conſ. Art. X. *Inſtrumenti Pacis Ryſwicenſis* An. 1697, ubi: *Quantum ad Principatum Veldentiæ, & quæ, ſub nomine dicti Principatus, aut Lauterreccenſis, defunctus Princeps, Leopoldus Ludovicus*, C. P. *Rheni, poſſederat, reſtituentur juxta §. Quartum, & indicem, à Legatione Gallica exhibitum, ſalvis cujuscunque prætendentium, tam in poſſeſſorio quam petitorio, juribus &c.* Terminaverat An. 1694, 29. Sept. Argentorati, *Veldentinum Ramum* Sereniſſimus Princeps, *Leopoldus Ludovicus*, cujus vix elato funere, graves, circa hereditatem, inter Agnatos Ejus, ortæ lites. Sereniſſimus Elector Palatinus, *Johannes Wilhelmus*, allegabat in cauſæ ſuæ præſidium, *Linearum prioritatem*, juxta quam, ipſius Parenti, qua *Lineæ Neoburgicæ* Capiti, ad excluſionem *Lineæ Veldentinæ*, laudati ſcil. *Leopoldi Ludovici*, utut *gradu proximioris*, An. 1685, poſt fata *Caroli*, poſtremi *Lineæ Simmerenſis*, Electoratus adjudicatus, pariter ac Suecorum Regi, *Carolo XI*, Succeſſio *Bipontina*, ab obitu *Friderici*, in quo Ramus An. 1661, 9. Julii, exaruit, vacuefacta, excluſo inde ipſius Patruo, *Adolpho Johanne*, gradu licet proximiori. Suecorum Rex contra, modo laudatus, per Regimen Bipotinum, cui *Charlotta Friderica*, præfati *Friderici* Bipontini filia, & *Wilhelmi Ludovici* C. P. R. in *Meiſenheim*, vidua, præerat, proponi curavit, juxta tenorem *Transactionis Marpurgenſis*, An. 1543, 3. Oct. inter *Rupertum* C. P. R. in *Veldentz*, & *Wolfgangum*, C. P. R. in *Zweybrücken*, nepotem ejus ex fratre, *Ludovico*, contractæ, qua cautum: extincta linearum alterutra, Bona ad ſuperſtitem iri devolutum; Terras *Veldentinas*, inſtar *Fideicommiſſi*, ad ſe ſpectare; formula, huc faciens, ſic ſonat; *Weiter, da es ſich, nach dem Willen des Allmæchtigen, zutragen würde, daß ein Theil ohne Mænnliche Leibs-Erben, mit Todt abgehen würde, ſo ſollen alle und jede des Abgeſtorbenen nachgelaſſene Land, Leut, Schloß, Stætt, Flecken, Dœrffer, und unbeweegliche Güter, ſampt den Mannſchafften und Lehen, mit allen derſelbigen ein-und zugehœrigen Gerechtigkeiten, an den andern gæntzlich kommen, gefallen und erblich bleiben &c.* (vid. *Electa Juris Publici Curioſa*, Ann. 1696, Edit. *Colon.* cap. 2, quo controverſia hæc funditus examinatur, pag. 148; integra Transactio ibidem occurrit, p. 142 ad 149;) non minus à ſæpe dicto *Leopoldo Ludovico*, ſolenni Teſtamento ſcriptum ſe Ipſius heredem &c. Sereniſſimi *Chriſtianus Auguſtus* in *Sultzbach*, & *Chriſtianus* in *Birckenfeld*, Pacta Familiæ, in ſui favorem protulere. Omnium primus poſſeſſionem arripuit Succiæ Rex, hocque intuitu, *Veldentinum* Votum, in Comitiis, ſibi tribuendum, per Legatum, Directorio *Moguntino* expoſuit. Eum ſequebantur Agnati reliqui; è quibus *Birckenfeldenſis* ſuper *poſſeſſorio*, coram Auſtregis, aut Arbitris, ſe reſponſurum declarabat. Devolvitur cauſa, à Regimine Sueco-Bipontino, ad Cameram *Metenſem*, vulgò *la Chambre des Requetes du Palais*, eodem adhuc anno; *Birckenfeldenſis* contra provocat ad ipſum *Parlamentum*, ibi exiſtens; Fertur ſententia 12 Febr. 1695: *Birckenfeldenſem* in poſſeſſione, ad litis exitum uſque, a nemine turbandum; extat illa in præfatis *Electis Juris Publici Curioſis*, l. c. §. 21, pag. 267 & 268; dum hæc aguntur, opponente ſe Proceſſui Domina *Charlotta Friderica* Meiſenheimenſi, ſuo pariter & Sueciæ Regis nomine, ac clamante: rem agi in Foro extraneo, Se deciſis nunquam parituram; exhibet *Birckenfeldenſis*, 11. Januar. ejusdem anni, Parlamento *Briſacenſi*, libellum ſupplicem, petens quietam ſibi poſſeſſionem Comitatus *Lützelburg*, Agri *Alzenheimenſis*, & Præfecturæ *Guttenberg*, atque decimæ Vini *Weiſſenburgenſis*, & *Cleburgi*, terrarum, ab obitu Dni *Leopoldi Ludovici* Veldentini, ad ſe devolutarum, procurari, promulgatur Decretum, 24. Sept. 1695: *Birckenfeldenſem* in dicta poſſeſſione, citra omnem controverſiam, relinquendum; tenor habetur ibidem, p. 269 & 270. Biennio poſt, concluſa *Ryſwici* pax, cujus Art. X, ut monitum, tacta hæc controverſia. Iniquum id omne reputans Elector Palatinus, occupat Terras litigioſas, *Birckenfeldenſes* inde ejiciens; jam novæ quærelæ: Galliarum Rex armatos immittit in Comitatum *Lützelburgicum*, potitusque cognominis Caſtro, Electorales iterum dimittit; utque *Birckenfeldenſi* fieret ſatis, reiterato *Arreſto*, in ſuprema *Colmarienſi* Curia, An. 1699, 25. Febr. definitum, pro legitimo Domino & poſſeſſore prædictarum Terrarum Eum agnoſcendum; tenorem ſuppeditante *Fabro* Tom. V. *der Staats-Cantzley*, cap. VIII. §. 4, p. 349 &c. Provocat hinc Elector ad Imperatorem, per Plenipotentiarios, Dnn. *Philippum Conſtantem*, Baronem de *Gieſen*, & *Johannem Henricum de Neveforge*, 16. Sept. 1669, in Comitiis Ratisbonenſibus *proteſtationem* interponendo, qua, legitimè apprehenſa poſſeſſione, injuſte ſe pulſum queritur, juxta æquitatis & Juſtitiæ regulas, in integrum reſtituendus. Occurrit libellus apud *Fabrum* l. c. §. V, p.

358 ad 364; cui 24. Sept. St. V. Legatus Suecicus, Dn. *Georgius Fridericus de Snoilsky*, alium oppoſuit, negans penitus, Electorem unquam in poſſeſſione fuiſſe, Domino ſuo vindicanda; vid. Ejus reſponſio apud *Fabrum* l. c. §. VI, p. 365; *Reproteſtatio* Electoris, eod. An. 19. Dec. Ratisbonæ producta, legitur ibid. §. VII, pag. 368 &c. Quid *Birckenfeldenſis*, ſub dato *Biſchweyler*, 26. Febr. 1700, tuendis Juribus ſuis, in dictis Comitiis, in medium protulerit, docet *Faber* l. c. §. VIII, p. 371 &c. Conf. de hac lite Dn. *Adamus Cortrejus*, Tom. I. *Corporis Juris Publici*, Part. 3, Obſervat. ad Art. X. *Inſtrum. Pac. Ryſwicenſ.* pag. 273 &c. Dn. *Fritſchius*, Not. ad eundem Articulum, p. 185 &c. Cognitioni dictorum ſequens inſervit ſchema: *

(16) Comites Imperii ſimpliciter ſic dicti, plures ſunt, & dividuntur hodiè *(a)* in Suevicos, Wetteravicos, Franconicos, *(b)* & Weſtphalicos *(c)*.

NOTÆ.

(a) HODIE &c. ſcil. ab Anno 1654. Olim indiſtinctè Comites in Comitiis comparuerunt; hinc R. J. *Ratisbonenſem*, An. 1500, pauci duntaxat ſubſcripſerunt; rurſus indiſtinctè, R. J. *Auguſtanum* an. 1510, *von der Graffen und Herren wegen*; ſignavit *Ulrich, Graff von Montfort, Graff Sigmund von Hage, und Wilhelm Truchſeß, Freyherr zu Waldburg;* ut & *Trevirenſem* & *Colonienſem* An. 1512; *Von der Graffen wegen: Bernhard, Graff zu Solms &c.* & Ordinationem *Regimenti Wormatienſis 1521: Von der Graffen wegen: Reinhard Graff zu Leiningen, und Georg, Graff zu Wertheim &c.* & R. J. *Wormat.* Ann. eod. *Von der Graffen wegen*, iidem. In ſubſcriptione R. J. *Norimbergenſ. 1524*, prima occurrit diſtinctio, verb: *Von wegen der Graffen und Freyherren: Graff Bernhard von Solms, von der Graffen in und umb der Wetterau geſeſſen, und von denen er Befehl hat. Graff Georg von Wertheim, und der von Gerolzech, von aller Graffen wegen im Schwabenland. Von wegen Graff Reinhards von Bitſch, Simon Reibeiſen, Probſt und* Doctor &c. In R. J. *Spirenſi* Anno 1526, *von wegen der Graffen und Herren in der Wetterau, Schwaben, Francken, Thüringen und Hartz, und anderer, hat Gewalt, Bernhard Graff zu Solms, Graff Georgen zu Wertheim; Ulrich, Graff zu Helffenſtein; Hoyer, Graff zu Mansfeld &c.* Indiſtinctè rurſus nomina appoſuere Comites R. J. *Spirenſ. 1529, Auguſtano 1530, Ratisbon. 1532, Wormat. 1535* &c. Comitum *Wetteravicorum* mentio fit in R. J. *Ratisbon. 1541 Spirenſ. 1542, Norimberg. 1542, & 1543* &c. Seriem Comitum *Suevicorum* ſiſtunt: Dn. *ImHoff, Notit. Proc. Imp.* lib. VII; *Europ. Heroldt* T. 1. pag. 687 &c. Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat*, T. II, part. V, cap. 30, p. 213 &c. Dn. *Münchmayr*, Jur. Publ. cap. XV, §. 134, p. 395 &c. & *Wetteravicorum*, Dn. *ImHoff* l. c. lib. VI; *Europ. Heroldt* l. c. p. 607 &c. Dn. *Bilderbeck* l. c. cap. 29, p. 201 &c. Dn. *Münchmayr* l. c. §. 115, p. 380 &c. falſo alias l. c. Cap. XIV, pag 279, toti Comitum Baronumque Ordini non niſi duo ſuffragia in Comitiis vindicans, ſibimet ipſi contrarius l. c. Cap. XV. §. 114, pag. 378, memor quatuor Collegiorum totidemque competentium ipſis votorum.

(b) FRANCONICOS &c. Comitibus his, æque ac *Suevicis* & *Wetteravicis*, peculiare votum ſeſſionemque in Comitiis quondam competiiſſe, rectè affirmat Ill. Dn. *Obrechtus*, Exercit. 2, ad *Monzamban.* cap. 2, §. 12, pag. 49. Nititur ſententia hæc cit. ſubſcriptione R. J. *Spirenſis* An. 1526, ubi: *Von wegen der Graffen und Herren in der Wetterau, Schwaben, NB. Francken, Thüringen, Hartz, und anderer, hat Gewalt, Bernhard, Graff zu Solms &c.* nec non *Ratisbonenſis 1546*, ubi: *Von wegen der Grafen und Herren des Lands zu Francken, Graf Albrechts, Graf Georgen, und Graf Eberhardts von Erbach, Schenck Carl von Limburg, und Herrn Friedrichs von Schwartzenberg, Wolffgang Weidner, Doctor &c.* & *Ratisbonenſis* An. 1557 &c. quem nomine Comitum Suevicorum, ſubſcripſere: *Johann Rudolff Thinger*, Doctor, *Fürſtenbergiſcher Rath, und Conrad Kauffmann, Landſchreiber der Herrſchafft Tetnang*, NB. *mit Befehl der Graffen und Herren in Francken &c.* & *Auguſtani*, An. 1559, ubi, ſub Tit. *Graffen und Herren Bottſchafften:* poſt *Suevicos* & *Wetteravicos*, rurſus celebrantur *der Franckiſchen Graffen und Herren*, Legati. In curia tamen Patrum, prærogativam hanc poſtea *Franconici* neglexiſſe videntur, quare & An. 1594, in Comitiis *Ratisbonenſibus*, reſtitutionem in integrum efflagitarunt; quibus, 4. Auguſt. an. eod. per Directorium Moguntinum, reſponſum fuit: Electoribus, Principibus, reliquisque Imperii Ordinibus, nullatenus iniquum videri, priſtina eis reddi Jura, modò prius *Suevicorum* & *Wetteravicorum* Comitum Collegia deſuper audiantur. Communicavit inſuper Imperator, *Rudolphus*, An. 1595, 28. Maji cum Principibus, dictisque Comitibus, ſupplicantium rationes, ad quas *Wetteravici*, 15 Junii an. 1596, reſponderunt: *Daß Sie ihres Theils nicht allein wohl damit zu frieden wæren, ſondern auch Allerhæchſtgedachte Kayſerliche Majeſt. zum Uberfluß allerunterthænigſt gebethen haben wolten, allergnædigſt zu geruhen, wohlermelten Franckiſchen Graffen hierinn (doch Ihnen an Ihrer wohlhergebrach-*

gebrach:

gebrachten Seſſion und Stimm im Reichs-Rath, und ſonſten, in allewege unabbrüchig, und ohne einigen Nachtheil) allergnädigſt zu willfahren &c. exhibet eorum Conſenſum *Lundorpius*, Tom. V. *Actor. Publ.* Lib. I. cap. 44. §. 143. Seſſ. 123. pag. 558 & 559. Cunctantibus autem *Suevicis*, denuò jura ſua Ordinibus *Ratisbonæ* congregatis commendarunt *Franconici*, An. 1598. &, hærente nihilominus negotio, à Comitibus *Suevicis*, ſolennibus literis, 17 Decembr. 1602. exaratis, ipſorum quoque conſenſum expetierunt; quo, An. 1603 quidem dato, aſt, neſcio quo fato, non inſinuato, novo ſupplici libello Cæſarem adiit Dn. *Georgius Fridericus*, Com. *Hoënloicus*, nomine omnium, pariterque ArchiDucem *Matthiam*, ut, interceſſione ſua, apud Cæſarem Fratrem, cauſam ipſorum juvaret; quod & factum, literis Ejus, ſub dato *Regenſpurg*, 6. April. 1603. teſtibus, apud *Lundorpium* l. c. pag. 558; ad quas Imperator reſpondit, ult. Maji, an. eod. *Dieweil dieß ein ſolche Sache, die nicht allein vor Ihre Kayſerl. Majeſt. ſondern auch zugleich ſæmptliche Chur-Fürſten und Stænde, gehœrig, und ſich darnebens erinnerten, daß verſchienen 1594 Jahrs, auff dem Reichstag zu Regenſpurg, Inhalt der Stænd damahls gegebenen Bedencken, geſchloſſen worden, daß die interesſirten, über ermelter Franckiſchen Graffen und Herren Begehren, vernommen ſolten werden, und aber daſſelbe auf* dato *noch nicht beſchehen; als wolten Ihre Kayſerl. Majeſt. hierunter Ihrem geliebten Herrn Brudern, Herrn Matthiæ, Ertz-Herzogen zu Oeſterreich &c. die Nothdurfft committiren, und befehlen; allda ſich mehrernennter Herr Graf von Hohenlohe, im Nahmen ſeiner Herren Principalen, anzumelden, und fernern Beſcheids zu erwarten wiſſen würde &c.* vid. *Lundorp.* l. c. pag. 558. Hinc reiteratæ ſupplicantium preces ad Comites *Suevicos*, qui, ſub dato *Ravenſpurg*, 27. April. 1607. reddita reſponſione, ad priores literas, quas *Franconici*, à ſe non viſas, querebantur, provocarunt, certiores eos eſſe jubentes, ſe petitis ipſorum nullo modo fore contrarios, ſed potius totis viribus, ſalvis juribus ſuis, ea promoturos; vid. *Lundorpius* l. c. pag. 556 & 557. An. 1608. accepta quæque ipſis à Cæſare promiſſa. Subſtitit autem ita res, ad annum usque 1640, quo Cæſar, *Ferdinandus III*, 23. Novembr. in Comitiis, in ipſorum favorem, novum Decretum commendatitium, (quod *Lundorpius* l. c. Tom. IV lib. 4. cap. 44. §. 36, pag. 1015 & 1016; *Limnæus*, Tom. IV. *Addit.* ad lib. IX. *Jur. Publ.* cap. 1. §. 143. pag. 412 &c. & Dn. *Lunigius*, Part. Special. *des Reichs-Archivs, in der Sechſten Abtheilung*, § 1. pag. 3. ſubminiſtrant,) interpoſuit, mandando 13 Mart. 1641, Directorio Moguntino, *beym Fürſten-Rath die Erinnerung zu thun, daß der Frænckiſchen Graffen und Herren Gevollmæchtigter, von der Seſſion und Stimm længer nicht abgehalten, ſondern Denſelben, durch den Reichs-Marſchall, gebührlich angeſagt werden mœge.* Quibus iterum fruſtra dictis, & *Hohenloico* Introductionem apud Auguſtum urgente, decretum ultimum, 3. Maji 1641, Directoribus Claſſis Principum transmitti curavit Imperator, *mit gnædigſtem Befehl, im Reichs-Fürſten-Rath, oder wo es ſonſten die Nothdurfft erfordern mœchte, die uneingeſtelte Erinnerung zu thun, damit mehrgemelte Graffen und Herren, von der Seſſion und Stimm ferners nicht abgehalten, ſondern ehiſt unweigerlich admittiret und zugelaſſen werden;* formulam ſuppeditante *Lundorpio* l. c. Tom. V. §. 98. pag. 234 & 235. Huic tandem Decreto ſatisfactum, Comitibus ſæpè laudatis, 28 Septembr. St. V. eod. anno, ad peculiare Votum & ſeſſionem admiſſis; vid. *Lundorpius* l. c. §. 175, Seſſ. 153. p. 728: *Limnæus* l. c. pag. 414. Auctor *der Grundveſte des H. R. Reichs*, Part. 2, cap. IV, pag. 91; *Kulpiſius*, ad *Monzamban.* cap. 2, §. 12, p. 580; Scriptores Juris Publici reliqui. Familias hujus Collegii recenſent Dn. *ImHoff Notit. Procer. Imper.* lib. VIII, *Europ. Heroldt*, Tom. 1, pag. m. 722 &c. Dn. *Bilderbeck, Reichsſtaat*, Tom. 2, Part. V, cap. XXXI, p. 224 &c. Dn. *Münchmayr*, Jur. Publ. cap. XV, §. 156 &c, pag. 403 & ſeqq.

(c) WESTPHALICOS &c. *Weſtphaliæ, Saxoniæque Inferioris*, Comites, ſupplici Libello, An. 1653, 9 Jul. Ratisbonæ Cæſari oblato, peculiare quoque Votum & Seſſionem in Comitiis, petierunt, allegantes, (1) *wie eine Zeithero, allerhand Zwiſpalt und Trennung in dem Græflichen Wetterauiſchen Collegio, wegen Reception einiger Graffen und Herren Hæuſer aus Weſtphalen, und ſonſten; Dann auch, des Directorii halber, entſtanden, dahero Ihro Kayſerl. Majeſt. vielfæltig bemühet, und das Intereſſe publicum, wegen allerhand einreiſſenden Miſtrauen und Uneinigkeit, leichtlich hiedurch ins künfftig verhindert und zurück geſetzt werden kœnte, (2) Ihrer Kayſerl. Maj. allergnædigſt wiſſend, wie denen Freyen Reichs-Stætten ihr Votum deciſivum, in dem Friedenſchluß, confirmirt, ingleichen (3) den Franckiſchen Herren Graffen, (deren doch viel weniger als der Weſtphæliſchen und Niederſæchſiſchen) ein abſonderlich Votum im Fürſten-Rath, in An. 1641, gegœnnet und gegeben worden; (4) in beſagten beeden Crayſen, über XX Graffſchafften, die im hohen Anſchlag in der Matricul ſtünden, und ein anſehnliches, dem Reich zum beſten, contribuirten, auch ihres Theils die æuſſerſte Grentzen des Reichs, mit koſtbahren* Præſidiis, *wider alle auslændiſche Gefahr, Ein-und Uberfall, vornemblich bey den 80 jæhrigen Niederlændiſchen Troublen, verſehen und vertheidiget, und gleichſam das Antemurale der beeden Nieder-Sæchſiſchen und Weſtphæliſchen Crayß wæren; auch Ihrer Kayſ. Majeſt. bey dem 30 jæhrigen Krieg, mit Darſtreckung ihres æuſerſten Vermœgens, und vieler Millionen, allerunterthænigſt-eyferigſten Devotion bezeuget, auch dabey zu continuiren erbœtig &c.* vid. *Lundorpius*, Tom. VII. *Act. Publ.* lib. VI, §. 145, p. 68 & 69; & *Limnæus*, Tom. V. *Addit.* ad

ad Lib. IX. *Jur. Publ.* cap. 1. §. 143. pag. 355 & 356. Re ad Comitia delata, concluſum fuit, in Collegio Principum; 15 Julii; *denen Weſtphal- und Nieder-Sachſiſchen Graffen und Herren iſt begehrte abſonderliche Seſſion und Stimm verwilliget, doch, daß ſolche dem* Corpori, *oder* Collegio, *bewilligte* Admiſſion *Chur-Fürſten und Ständen, welche, gegen einen oder andern, in der übergebenen* Specification *begriffenen Graffen oder Herren,* in particulari, *wegen der* Medietæt, *oder ſonſten, Zu- und Anſpruch führen, zu keinem* Præjudicio *oder Vorfang gereichen ſolle &c.* Vid. *Lundorpius* l. c. §. 152. p. 75. proximè ſequenti 14. Oct. an. eod. denuò ibidem Concluſum: *So viel die von den Weſtphaliſchen und Nieder-Sachſiſchen Grafen und Herren geſuchte abſonderliche Seſſion und Stimme belanget, hat man für gut befunden, daß dieſelbe eine* Specification *ſo wohl ihrer Nahmen, als der Graff- und Herrſchafften, in deren Anſehung ſie den unmittelbahren Reichs-Stand führen, überreichen, damit man über ihr Anbringen deſto beſſer ſich zu reſolviren wiſſe &c.* vid. *Lundorpius* l. c. §. 320, pag. 302; & *Limnæus* l. c. pag. 356. Satisfecerunt huic Concluſo Comites, 19. Octobr. an. eod. exhibita *Ratisbonæ* Specificatione ſequenti:

SPECIFICATION,

Der Graffen und Herrſchafften, für welche das abſonderliche Votum im Fürſten-Rath, begehrt wird:

Naſſau-Dillenburg; Schaumburg; Oldenburg und Delmenhorſt;

Sayn; Lippe; Bentheimb; und Steinfurth.

Tecklenburg, mit innhabenden immediat-Graff- und Herrſchafften.

Ober-Graffſchafft Hoya; Nieder-Graffſchafft Hoya; Diphold.

Blanckenburg.
Barby.
Manderſcheid.
Reyfferſcheid.
Riedberg.
Gronsfeld.
Blanckenheimb.
Anholt.
Oſtfrieſland.
Reckum.
Manderſcheid-Geroldſtein.
Wied.

Graffen von der Marck, wegen Schleider Kerpen und Safftenburg.

Schwartzenberg, ratione *Gimborn, und anderer incorporirten Oerter.*

Rantzau; Wienenburg; Bielſtein; Pirmund Herrſchafft.

Vid. *Lundorpius* l. c. §. 324, pag. 308; *Limnæus* l. c. pag. 356 & 357.

Commendavit hinc Cæſar, Decreto Commiſſionis, 17-27. Januar. 1654, directorio Moguntino tranſmiſſo, & 20-30, ejusdem menſis ad publicam Dictaturam promoto, ipſorum Introductionem, hac formula:

*Von der Ræmiſchen Kayſerlichen Majeſt. Unſerm Allergnædigſten Herrn, dem læblichen Chur-Maintziſchen Reichs-*Directorio *biemit in Gnaden anzudeuten, und hat ſich daſſelbe vorhero, aus denen unterſchiedlich ergangenen* Decretis, *mit mehren zu beſcheiden, was, bey Allerhæchſtgedachter Kayſerl. Maj. die ſæmptliche Graffen und Herren des Weſtphaliſchen und Nieder-Sachſiſchen Crayſes,* in Puncto Seſſionis & Voti, *und damit ihnen eine abſonderliche Banck, bey gegenwærtig und künfftigen Reichs-Verſamblungen, verſtattet und eingeræumet werden mæchte, in Unterthænigkeit angelanget, und gebetben, und Ihre Kayſerl. Majeſt. unterm dato den 13. Auguſt. des verwichenen 1653ſten Jahrs, das Læbliche Reichs-*Directorium *erinnert, und ſolchem Anſuchen ſtatt zu geben, für billig angeſehen haben; Wann nun Allerhæchſt gedacht Ihr Kayſerl. Majeſt. vorgemelte Graffen und Herren der Weſtphaliſchen und Nieder-Sachſiſchen Crayſe, nach Inhalt beygefügter Abſchrifft, abermahls in Unterthænigkeit zu vernehmen gegeben, daß ſie hierüber in beeden Obern-Reichs-*Collegiis, *nach beſchehener Umbfrag und Erwegung, ihr Anſuchen gleichfals für billig gehalten worden, und nunmehr auf der würcklichen* Introduction *beruhen thue, und dahero, umb dero fernere Kayſerl.* Interpoſition, *gehorſambſt bitten laſſen; als haben Allerhæchſtgedachte Kayſerl. Majeſtæt allergnædigſt befohlen, das læbliche Reichs-*Directorium *deſſen zu dem Ende zu erinnern, damit daſſelbe bey angebrachter Beſchaffenheit daran ſeyn wolle, daß ernanten Graffen und Herren die gebettene* ſpecial-*Banck, nicht allein eheſtens eingeræumet, und zugeeignet, ſondern ſie auch, dem Herkommen nach, alſo gleich würcklich hierzu in-*ſtallirt *werden mægen. An dem geſchicht mehr Allerhæchſtgedachter Ihr Kayſerl. Majeſt. allergnædigſt gefælliger Wille und Meinung, die dem læblichen Reichs-*Directorio *mit Freundſchafft, Kayſerl. Gnaden, und allen guten wohlgewogen.* Signatum *zu Regenſpurg, den* 17. Januar. *1654.*

(L. S.)

Ferdinand, Graff Kurtz.

Wilhelm Schræder.

Tandem etiam voto ſunt gaviſi, ſicut & Receſſum Imperii 1654. Ratisbonæ ſubſcripſerunt. Familias Comitum

Digitized by Google

mitum *Weſtphalicorum & inferioris Saxoniæ*, exponunt Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imperii*, lib. *IX; Europ. Heroldt* Tom. *I*, pag. 662 &c. Dn. *Bilderbeck, Reichs-Staat*, Tom. 2, Part. V. Cap. XXXII, pag. 228 &c. Dn. *Münchmayr*, Jur. Publ. Cap. XV. §. 166. pag. 416 &c.

(17) Comites ſimpliciter ſic dicti, qui non ſunt Status Imperii, ſunt Comites Landſaſſii,*(a)* & omnes iſti, quibus Comitum dignitas ab Imperatore confertur *(b)* absque Voto & ſeſſione in Comitiis.

Omnium horum Principum & Comitum Genealogias & mutationes, quæ circa ipſos acciderunt, vide partim apud Bœclerum, in Notit. Imper. lib. 7. 8 & 9. partim apud Authores, ibi indicatos. Imprimis in Genealogia Hiſtorica Speneri, & apud Gabriel Bucelinum. *(c)*

NOTÆ.

(n) WARBERG &c. Sic *Adam Gans, Edler Herr zu Putliz*, Plenipotentiarius Electoris Brandenburgici, in Præfat. Capitul. *Matthiæ*, 1612. ut & *Ferdinandi II*, 1619. Quamvis & nonnunquam *Herren von Putlitz* ſimpliciter dicantur: teſtibus Receſſuum Imperii *Spirenſis* 1570, *Ratisbonenſis* 1576 & *Auguſtani* 1582, ſubſcriptionibus, ubi Legatus Brandenburgicus, *Georgius Gans* (non *Hans*, ut male ibi habetur) non niſi: *Herr zu Putlitz*, audit. Alios nominat *Limnæus*, Not. ad *Capitulat. Matthiæ*, Procem. voc. *Elle Herren*, pag. 557. *Enno Wilhelm Freyherr von Inhauſen und Kniphauſen, Edler Herr zu Lützburg*, ſubſcripſit Rec. Imp. *Ratisbon.* 1654, nomine *Ennonis Ludovici*, Principis Orientalis Friſiæ. *Dietericus Althetus Henricus, Edler Herr von Stratmann*, Plenipotentiarius fuit Imperatoris *Leopoldi*, ad Congreſſum Francofurtenſem; vid. *Europ. Herold*, Edit. Prior. p. 1262. Idem ſacratiſſimus Imperator gratiam indulſit Per-Illuſtri *Ludovico Gebhardo von Hoym*, Ejusque poſteris ſexus utriusque, ſe ſcribendi: *Frey- und Edle Herren, Frauen u. Fraulein, des H. R. Reichs*, Diplomate, dato 6 Mart. 1676, Viennæ, apud Dn. *Lunigium, Reichs-Archiv*, *Part. ſpec.* Continuat. 2. *im Anhang, I. Abſatz*, §. 8, pag. 18 &c. *Jung: Fürſtliche Braunſchweig-Lüneb. revidirte Poſt-Ordnung*, An. 1682. ſub initium: *Nachdemmahlen der ſæmptlichen Regierenden Herren Hertzogen zu Braunſchweig-und Lüneb. Durchl. Durchl. Durchl. dem Geheimen Rath und Ober-Hoff-Marſchall, Frantz Ernſt, Frey- und Edl. Herrn von Platen - - - das General-Poſt-Meiſter-Ampt* conferirt &c. Alii vocantur: *Edle Panner- und Freyherren*, e. g. Cæſar laudatus inſignivit An. 1678, *Mauritium Henricum de Miltiz in Batzdorff Sieben-Eichen & Korbitz*, Electori Saxoniæ à Conſiliis ſanctioribus, axiomate S. R. I. *Nobilis Banderesii & Liberi Baronis.* Vid. *Nova literaria Germaniæ* An. 1705, menſ. Octobr. pag. 374. *Nicolaus, Edler Panner- und Freyherr von Gersdorff*, nomine Ejusdem Electoris Potentiſſimi, ſignavit Capitulationem *Joſephi* Reg. Romanorum, An. 1690. Alii fruuntur privilegio adhibendi tituli: *Frey- und Edle Panner-Herren*; veluti Perilluſtres Domini, *Joachimus Henricus, Thomas Chriſtianus*, *Cuno Joſua*, *Johannes Otto*, & *Wilhelmus Dietericus*, Fratres *de Bülow*, *Pauli Joachimi auf Abbenſen, Seelſe & Gœdenſtett*, Sereniſſimo Duci *Georgio Guilielmo* Brunſ. & Luneburg, à conſiliis ſacratioribus, Filii, & Diplomate *Joſephi* Imp. 16 Dec. 1705. *Querfurtani* ſe quondam *Nobiles*, ſeu *Edle*, ſimpliciter nominarunt. Conf. *Paurmeiſter*, de *Jurisdict.* lib. 2. Cap. 10, §. 38. *Webner, Obſervat. Practic.* voc. *Freyherren*, pag. m. 135. *Speidel. Spec.* voc. ead. pag. m. 324. *Nolden* de *Nobilitate*, Cap. *VIII*, §. 202, pag. m. 157. *Georgius, Edler von der Planitz, auf der Herrſchafft Auerbach*, nomen appoſuit R. I. *Spirenſi*, An.

Pfeff. Vitr. Illuſtr. Tom. II.

An. 1544. pro *Wolfgango*, Principe Anhaltino. Perilluſtris Dn. *Nicolaus Chriſtophorus* de *Lyncker*, nactus eſt ab Imp. *Leopoldo*, 7. Octobr. 1688, Diploma, vigore cujus facultate gaudet vindicandi ſibi appellationem honoreſque *Edlen von Lyncker*; diploma exhibente Dn. *Lunigio* l. c. §. *IX*, pag. 21, cui prærogativæ annexum An. 1700, Prædicatum *eines Freyherrn;* vid. ibid. §. X. pag. 24. unde ſimul diſcere eſt, voces *Edler & Frey-herr*, in præſentiarum non eſſe ſynonyma, cum Cæſar diſertè tradat, *daß Seine Kayſerl. Majeſt. begierlicher gewogen, deren Nahmen, Stammen und Herkommen in hœhere Ehre und Würde zu erheben, und zu ſetzen, deren Vor-Eltern, und Sie ſelbſten, von gutem Adelichen Stand herkommen;* ſubjiciendo: *wan Sie nun gnædiglich angeſehen, wahrgenommen und betrachtet, die Ehrbarkeit, Redlichkeit, lœbliche Herkunfft, gute Sitten, Tugend, Geſchicklichkeit, Wandel und Vernunfft, womit Ihro und des Reichs Lieber Getreuer, Niclas Chriſtoph, Edler von Lyncker, des H. R. R. Ritter, und Fürſtl. Sæchſiſcher Geheimer Rath und* Præſident, *ſonderlich und weiter berühmt worden --- als haben Sie, mit wohlbedachtem Muth, guten Rath, und rechten Wiſſen, gedachten Niclas Chriſtoph, Edlen von Lyncker, des H. R. R. Rittern, dieſe beſondere Kayſerliche Gnade gethan, und Ihn ſampt ſeinen jetzig und künfftigen Ehelichen Leibes-Erben, und derſelben Erbens Erben, Manns- und Weibs-Perſohnen, abſteigender Linie, für und für, in ewige Zeit, in den Stand, Ehre und Würde Ihrer und des H. Reichs, auch Ihrer Erb-Kœnigreiche, Fürſtenthumb und Landen, alten Freyherren u. Freyinnen gnædigſt erhebt, gewürdiget und geſetzt &c.* Idem dicendum de Dn. *Franciſco Friderico, Edlen Herrn von Andler*, qui An. 1675. Corpus Conſtitutionum Imperialium edidit. Conf. Ill. Baro de *Bibran*, de *Jure Baronum*, Cap. 2. §. 67 &c. p. 28 & 29.

(o) FREYEN &c. In Diplomate Fundationis Monaſterii *Steinheimenſis*, Ann. 1255. ſub initium, legimus: *Noverint univerſi, præſentem paginam inſpecturi, quod Nos Bertoldus, LIBER de Blanckenſtein, & Elizabeth, Uxor ipſius, Eccleſiam Sanctimonialium in honore S. Dei Genitricis, Mariæ, fundavimus &c.* Vid. *Document. Würtenberg.* Tom. 2, pag. 365. (Genealogiam horum Dominorum exhibet *Henningeſius*, Part. *I.* Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia, pag. 571.) In Diplomate *Alberti*, Bremenſium Archi Epiſcopi, An. 1053, teſtium loco occurrunt: *Dedo Marchio, & Fratres ejus, Gero & Vemo*, (rectius *Temo* ſ. *Timo*) *COMITES de Brene. De LIBERIS HOMINIBUS: Rudolfus de Goſtilice; Fridericus de Liznec, Helinpertus de Wideſſendorp, Sigebodo de Stüvere. MINISTERIALES Bremenſes Sibecko & frater Ejus, Gerungus, Godeſchalcus, Mecelinus &c.* Vid. *Liber Fundationis Monaſterii Gozecenſis*, apud *Maderum*, in Append. *Chronici Montis Sereni*, p. 211: *Lindenbrog. Privileg. Hamburg.* §. 22, pag. m. 139, & Dn. *Leuckfeld, Annal. Halberſtad.* §. 49. Document. p 680. Conf. Diploma *Henrici IV.* Imp. An. 1085, quo Donationem, *Friderici* C. P. Saxoniæ, & Fratrum, Eccleſiæ *Gozecenſi* factam, ratam habet, apud *Maderum* l. c. p. 217 & 218, ubi rurſus Teſtes: *Hinricus Marchio; Udo Marchio: Fridericus*, COMES. De LIBERIS HOMINIBUS *ipſius Palatini: Folmarus de Walckenreit; Tidericus de Walbeil; Godeſcalcus de Wydeſendorp.* De MINISTERIALIBUS *etiam: Tiemarus, Walemannus, Adelbertus &c.* nec non Diploma *Ruothardi*, Moguntinenſis Archi Epiſcopi, An. 1093, quo *Bursfeldenſis* Cœnobii fundationem confirmat, apud *Schatenum* lib. *VII. Annal. Paderbornenſ.* ad h. a. pag. 637, ubi: *Teſtes ſunt --- COMITES: Heinricus, Sigifridus, Cuno, Erpf, Erwine; LIBERI HOMINES: Ludolfus, Godefridus, Geroldus, Wiboldus &c. MINISTERIALES: Rudolfus, Ludolfus, Sanctolfus, Hunoldus &c.* & Diploma *Heinrici*, Paderbornenſis Epiſcopi, in confirmationem Privilegiorum Cœnobii *Abdinckhovenſis*, An. 1101, exaratum, ib. ad h. a. p. 651, ibi: *Teſtes hujus confirmationis ſunt: ---- Erpho COMES: Luippold COMES; Conrad, Burghardus; Tiemmo, Gumprath, Wolo, Heinric, Bernhard, Thietmar, LIBERI HOMINES; MINISTERIALES autem: Elver, Ecbertus, Athelword, Eizo &c.* Aliud ejuſdem Epiſcopi diploma, An. 1103, quo donationes eidem Cœnobio factas approbat, l. c. ad h. a. pag. 659: *Teſtes conrfirmationis Traditionum iſtarum ſunt --- LIBERI HOMINES: Conrad de Warthbergho, Tiemmo, Burghard, Gumbracht, Conrad de Everſchutte. MINISTERIALES Eccleſiæ: Elver, Comes, Uffo, Hugo &c.* Add. Diploma *Bernhardi*, Epiſcopi Paderbornenſis, An. 1129. quo ſæpefati Cœnobii juribus & privilegiis proſpicit, ibid. Lib. *VIII*, h. a. p. 723, ubi: *Teſtes hujus rei ſunt ---- LIBERI HOMINES: Widekindus de Sualenberg; Bernhardus de Lippia, & frater ejus, Herimannus &c.* & aliud, de An. 1139. *Ottonis*, Epiſcopi Babenbergenſis, *Alcuino* Alberſpacenſi Præpoſito datum, apud *Gewoldum*, T. 2. *Addit. Hundii Metropolis*, pag. 58: *Hujus autem rei & inſtitutionis teſtes ſunt --- LIBERI HOMINES; Rapoto, Comes de Vraneſtorf; Eberhart, Heinrich, Megingoz, & Fratres ejus, de Vruſſane; Adelbero de Stainach; Heinrich & Marcwart de Robenhoſtete.*

MINI-

MINISTERIALES autem: Billunc, Gundeloch, Ezzo, Uto de Purgelin &c. Aliud *Henrici Leonis,* Ducis Bavariæ & Saxoniæ, An. 1153, quo in traditionem Villæ *Hampenhuſen,* Gerdenſi Virginum Cœnobio factam, conſentit, apud *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 795: ubi teſtes; LIBERI: *Volquinus, Advocatus Patherburnenſis; Adolphus de Nienkerchen; Liudolfus de Daſſele. MINISTERIALES: Henricus de Wida, Liutardus, Anno, Liupoldus &c.* & aliud, ejusdem anni, quo *Bernhardus,* Epiſcopus Paderbornenſis, Cœnobio *Hardehuſano* benefecit, ibid. p. 796, ubi rurſus, inter teſtes, occurrunt: *LIBERI, Volquinus Advocatus, Widekindus, frater Ejus; Thietmarus de Buren; Liudolfus de Oſthe; Givehardus & frater ejus, Dudo. MINISTERIALES: Liudolfus, Henricus, Manegoldus, Eizo, Hermannus de Halmere &c.* In Diplomate *Evergiſi,* Paderbornenſis Epiſcopi, An. 1173, quo donationem, à *Wernero* de *Brach* in Cœnobium *Gerdenſe* collatam, validam eſſe declarat, teſtes habentur: *LIBERI, Folcwinus, & frater ejus, Widekindus de Swalenberg, Athelbertus* COMES *de Everſtein; Bernhardus de Lippia &c. MINISTERIALES: Cunradus Stapel, & filii ejus, Manegoldus, Hereman &c.* Vid. ibid. lib. IX, h. a. pag. 838. In ejusdem Diplomate, quo dicto Cœnobio decimis quibusdam an. 1177. benefacit, celebrantur teſtes; *HOMINES LIBERI, Widekindus de Swalenberg Sen. & Widekindus Jun. Bernhardus de Lippia; Gerlagus de Ittere; Thietmarus de Bueren. MINISTERIALES: Hartmannus de Heſen, Conradus Staplo &c.* Vid. ibid. h. a. pag. 845. *Fridericus I.* Imp. in Conſtitutione Norimbergenſi, An. 1189, apud *Conradum Urſpergenſem,* pag. m. 230: *Quæ de conſcientia & conſilio Principum, & aliorum Fidelium Noſtrorum, tam Liberorum, quam Miniſterialium ---- Imperialis noſtra ſanxit auctoritas &c.* In Diplomate *Friderici,* Ducis Sueviæ, An. eod. 1189, Monaſterio *Adalbergenſi* dato, teſtes nominantur: *LIBERI HOMINES, Godefridus de Winiden; Albertus de Rabinſtain; Witegouwus de Albegge. MINISTERIALES: Ulricus de Rehperg, Fridericus, Cunradus, Gerungus, Bernoldus, omnes Caſtellani in Stouphen &c.* Vid. *Monumenta Würtenbergica* T. 1. pag. 25. Per *Liberos Homines,* à *Comitibus* & *Miniſterialibus* diſtinctos, modernos *Barones* intelligi, extra dubium puto. Theſin comprobant *Pauermeiſter,* de *Juriſdict.* lib. 2, cap. 10. §. 39. & ex eo *Reinkingius,* de *Regim. Secret. Eccleſ.* lib. 1. Claſſ. 4. c. 15, §. 22. p. m. 411; *Bœcler. Notit. Imp.* lib. IX, c. 1. p. 175.

(p) HERREN &c. Quandoque *Freyherren & Herren* ſynonymicè ſumi, exemplo ſunt præced. lit. k. laudati Barones *Fleckenſteinii,* indiſtinctè vocati: *Freyherren zu Dachſtul; & Herren zu Fleckenſtein;* ſic *Fuggeri,* modò *Herren,* modò *Freyherren von Kirchberg,* nuncupantur. Add. ibidem: *Hohengerolseckios, Kœnigseckios Maxelrainios, Metternichios, Waldburgios, Waldeckios &c.* Diſtinctè contra hiſce prædicatis utuntur: *Fürſtenbergii, Grafeneckii, Hoenloici, Lindenii, Manderſcheidii, Marcani, Rechbergii, Reckii, Schwartzbergii, Sinzendorfii, Velenii, Walpodii* &c. Theſi Dn. Auctoris aſſentit *Bœclerus,* l. c.

(q) SEMPERFREY &c. Exemplo Illuſtriſſ. Dn. *Johannis Ulrici,* Baronis de *Schafgotſch auf Trachenberg,* quem Cæſar *Ferdinandus II.* Ann. 1527; 4. Dec. ſingulari gratia, Prædicato hoc decoravit, Diplomate *Aurea Bulla* munito, apud Dn. *Lunigium,* Part. ſpec. *des Reichs-Archivs,* Contin. 2. *im Anhang, I. Abſatz,* §. V. pag. 12 &c. inter cætera ſcribens: *So haben Wir demnach, zu etwas Ergœtzlichkeit und Erkæntnüß ſolches fürtrefflichen Alten Geſchlechts wohlhergebrachten rühmlichen Verhaltnüß, und langwürig getreuen Verdienſtes, mit wohlbedachtem Muth, gutem zeitigen Rath, und aus ſelbſt eigener Bewegniß, und rechtem Wiſſen obgenenntem Hans Ulrich Schaff-Gotſchen, Freyherrn auf Trachenberg, dieſe beſondere Gnad gethan, ſich des Ehren-Worts: Semper-Frey, zu gebrauchen, damit zu ſchreiben, zu nennen und zu* tituliren &c. & poſtea. *So haben Wir, mit wohlbedachtem Muth, gutem zeitigen Rath, und rechtem Wiſſen, auch aus ſelbſt eigener Bewegniß, Ihme, Hans Ulrichen Schaff-Gotſchen, Freyherrn auf Trachenberg, ſeinen Ehelichen Leibes-Erben, und deroſelben Erbens-Erben, und Nachkommen, Manns- und Frawen-Perſohnen, abſteigender Linie, dieſe beſondere Gnad gethan, und Freyheit gegeben; thun und geben Ihnen die auch hiemit, von Rœmiſcher Kaiſerlicher Macht, Vollkommenheit, wiſſentlich, in Krafft diß Briefs, alſo und dergeſtalt, daß nun hinführo --- der* Titul *und* Prædicat *Hoch-Wohlgebohren, ſambt beſagtem Ehren-Wort: Semper-Frey, gegeben, geſchrieben werde und folgen ſolle &c.*

(2) DIFFERENTIA. De differentia *Comitum & Baronum,* agit *Limnæus,* Tom. IV. Addit. ad lib. IV. *Jur. Publ.* Cap. V. §. 27. pag. 415 &c. quam conſtare docet (1) *Nomine,* cum illi diſtinctè dicantur *Comites;* hi *Barones,* quam diſtinctionem clarè *in der Kœnigl. Satzung zu Worms, vom gemeinen Pfenning,* de An. 1495. Tit. X, *von den Sieben Schatzmeiſtern &c.* It. *in der Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg* de An. 1500. §. 3. *und Erſtlich,* verb: *Graf, oder Freyherr,*

Digitized by Google

contineri, tradit, Dn. *Nitſchius* ad *Capit. Joſephi* Art. 39, §. 8. pag. 615. (2) Subſcriptionibus Receſſuum Imperii, ubi vox *Graffen*, voci *der Herren*, ſemper anteponatur; (3) Dignitatis Antiquitate, qua *Comites* in Imperio *Barones* ſuperent, appellatione *Baronis* ſerius exorta. (4) Ornamentis & inſignibus, cum *Baronibus* non liceat eadem, cum *Comitibus*, uti corona; (5) æſtimatione curiali, qua Diploma, dignitatem *Comitis* inferens, majori pretio redimendum in Cancellaria Imperiali, quam *Baronatus &c.* Add. (6) tota die *Barones*, magno numero *Comitum* Ordini ſe inſcribi curare; quod fruſtraneum eſſet, ſi jam antea pari cum *Comitibus* cenſu venirent &c. Ejusdem ſententiæ ſunt: P. *Heigius*, P. 1. Q. 2. §. 53. Dn. *Schilterus*, Comment. ad cap 1, §. 19. *Codicis Juris Alamannici Feudalis*, pag. 39, alii. *Schraderus* contrà, de *Feudis*, Part. X, Sect. 1. §. 23. p. m. 20. ex *Zaſii* Tract. de *Feudis*, Part. V, §. 29. *Friderico Schenckio*, Bar. de *Tautenberg*, ad 2, Feud. X. *Quis dicatur Dux?* aliisque ibi nominatis, liquere perhibet, *ſecundum receptam conſuetudinem totius Germaniæ, Barones Germaniæ æquiparari Comitibus &c.* Idque adeo verum eſſe, tradunt *Vultejus* de *Feudis*, lib. 1. Cap. 4. §. 14. pag. m. 50, & *Wehnerus*, voc. *Freyherr*, p. m. 135. & poſt eos, *Reinkingius* de *Regimine Seculari*, & *Eccleſiaſtico*, lib. 1. Claſſ. IV, cap. XV. §. 39. pag. m. 413. ut nihil diſcriminis inter eos ſit, niſi quod *Baro* de *Comitatu* duntaxat non ſit inveſtitus, propterea Capitaneis propriè ſic dictis, non Valvaſoribus majoribus, accenſendus. *In* præſidium ſententiæ hujus profertur, (1) Utroſque, *Comites & Barones*, communi vocabulo, appellari *Illuſtres.* Vid. *Schrader* l. c. §. 30. pag. 20, & Conſil. 13. §. 172, v. *Tum quia Barones &c. Reinkingius* l. c. §. 45. pag. m. 414; *Speidelius* Spec. voc. *Freyherr*, pag. m. 326 &c. & quos Dn. Baro de *Bibran*, de *Jure Baronum*, cap. *IV.* §. 14, pag. 67, citat, alii. (2) Latiori ſignificatione utroſque *Principum* appellatione contineri; Vid. *Schrader* de *Feudis*, Part. X. Sect 1, §. 28, pag. 20. *Sixtinus* de *Regalibus*, lib. 1, Cap 4. §. 37; *Pruckman* Conſ. *IV*, §. 4, *Reinking* l. c. §. 24, pag. 411. *Buxtorff* ad A. B. Concluſ. 68, in Not. in fin. Dn. *Hofman*, ad Art. 43. *Capitul. Joſephi*, §. 3, v. 17. p. m. 719. (3) *Baroniam*, cum *dignitate Baronali* conceſſam, æquè eſſe Feudum Imperii, Regalem dignitatem annexam habens, ac *Comitatum*, cum *dignitate Comitiali* conceſſum. Vid. *Schrader* l. c. §. 24. p. 20. *Weſenbecius* de *Feudis*, Cap. 4, §. 3. *Roſenthal* de *Feudis*, cap. 2. Concluſ. 1. §. 4. *Gaſtelius* de *ſtatu publico Europæ noviſſ.* cap. 31. §. 13. pag. 858. aliique ibi citati; *Reinking* l. c. §. 44, pag. 413. *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. 3. §. 15. pag. 120 & 121; (4) Duces & Principes pari jure de *Baroniis* ſuis, vocari *Barones*, ac de *Comitatibus*, *Comites*. Vid. *Schrader* l. c. §. 25, pag. 20; *Reinking* l. c. §. 48 & 49. pag. 414. (5) Utroſque eſſe Status Imperii, Votisque & Seſſionibus in Comitiis, in Claſſe Principum, gaudere. *Paurmeiſter*, lib. 2. de *Juriſdict.* cap. 2, §. 25; *Bertram*, de *Comitiis*, Concluſ. 70; *Reinking* l. c. §. 23, pag. 411 & §. 27, p. 412. *Speidelius* l. c. *Limnæus* l. c. pag. 415 & 416. Documento ſunt ſubſcriptiones Receſſuum Imperii v. g. *Auguſtani*, 1548, 1551 & 1555, *Ratisbon.* 1557, *Auguſtanorum* 1559, 1566 & 1567, & 1582, *Spirenſis*, 1570, *Ratisb.* 1594, aliorumque, ubi frequens mentio Baronum de *Baumgarten*, *Degenberg*, *Flackenſtein*, *Fronhoffen*, *Fronsberg*, *Fugger*, *Graveneck &c. &c.* (6) *Barones* in ditionibus ſuis idem poſſe, quod Imperator in Imperio, Ducesque & Comites in ſuis Territoriis, v. g. Statuta condere, collectas imponere &c. *Schrader* l. c. §. 27, pag. 20; *Cravetta* Conſil. 314; *Gailius*, de *Pace Publica*, lib. 1, Cap. VI, §. 10, pag. m. 28 &c. *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. 1, Diſcurſ. XXI, membr. 3, §. 7, pag. 381; *Magerus*, de *Advocatia Armata*, Cap. 6, §. 87; *Speidelius* l. c. (7) Utroſque contineri Matricula Imperii, Jureque frui Auſtregarum. Vid. *Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg* 1555, Part. 2, Tit. 3, 4 & 5, *Reinking* l. c. §. 45, pag. 414; *Limnæus* l. c. pag. 419; *Speidelius* l. c. (8) Pares cenſeri, quoad obeundem munus Judicis, Præſidumque Cameræ. Vid. *Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg* de Ann. *1500*, §. *3*, *und erſtlich &c.* verb: *daß, in Sachen Fürſten betreffend, niemands dan ein Graff, oder Freyherr, zu einem Verweſer des Cammer-Richters geſetzt werden ſoll &c.* add. *Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg* Ann. 1555, Part. 1, T. 1, §. 1 & 3, & Tit. 3, §. 2; R. J. *Spirenſ.* An. 1570, §. 51, *nemblich wollen Wir &c. Sixtinus* l. c. §. 41; *Reinking* l. c. §. 41, pag. 413; *Bibran* l. c. §. 16, pag. 67; æquè ac (9) in conſtituendis officialibus. vid. Conſtitutio *von den Sieben Schatzmeiſtern*, Tit. X, *der Kæniglichen Satzung zu Wormbs, vom Gemeinen Pfenning*, de An. 1495, ibi: *der Fünfft, von den Graffen oder Freyherren.* (10) Utroſque pari veſtitu incedere poſſe; Vid. Reformation *guter Policey zu Augſpurg*, *1530*, & *1548*, Tit: *von Grafen und Herren &c. Policey-Ordnung zu Franckfurt 1577*, Tit. 13. *Von Graffen und Herren &c. Reinking* l. c. *Limnæus* l. c. Dn. *Bibran* l. c. §. 45, p. 71.

Ad argumenta *Limnæi* contraria reſpondent *Reinkingius* l. c. §. 51 & ſeqq. pag. 414 &c. & Dn. Baro de *Bibran* l. c. §. 110 & ſeqq. pag. 80 &c.

Id verum puto, *Comites Imperii* inter, & *Barones Imperii*, parum diſcriminis, ſi nomen excipias, ſubeſſe; ſatis minimum conſtat ex Imperii Receſſuum ſubſcriptionibus, *Barones* haud ſemel *Comitibus* præferri, v. g. R. J. *Wormat.* 1535, Legatus *Wolfgangi* de *Hohenfels, Herren von Rypoltzkirchen*, ſe ſubſcripſit ante Legatum *Cunonis*, Comitis de *Leiningen*; ſic *Fridericus*, Com. de *Fürſtenberg*, nomine *Wilhelmi*, Truchſeſſii de *Waldburg*; *Swicardi*, Baronis de *Gundelfin-*

gen

Digitized by Google

gen; *Gangolſi* & *Waltheri*, Baronum de *Geroltzeck*; *Johannis* & *Johannis Dionyſii*, Baronum de *Allendorff*, ſignavit R. J. *Spirenſem*, 1542, ante *Arnoldum* de *Bucholtz*, Legatum *Ruperti*, Comitis *Arenbergii*. Add. R. J. *Norimberg.* 1542, & 1543. *Spirenſ.* 1544. *Wormat.* 1545, reliquique ferè omnes, rectè monente Dn. Barone de *Bibran*, l. c. §. 11, pag. 66 & 67, & §. 116 & 117, pag. 81. Comites Baroneſque ſuffragia ferre, juxta ordinem receptionis ſuæ in Collegium. *Comites* verò, voto & ſeſſione in Comitiis Imperii gaudentes, *Baronibus*, prærogativa hac deſtitutis, omnino præferendos eſſe, vel ex ipſa *Capitul. Leopoldi I*, Art. V, verb: *So ſoll auch, bey Kayſerl. und Kœnigl. Crœnungen, und andern Reichs*-Solennitæten, *denen immediat-Reichs Grafen und Herren, die im Reich* Seſſionem & Votum *haben, vor andern aus-und einlændiſchen Grafen und Herren, wie auch Kayſerl. Cammer-Herren und Ræthen, und zwar gleich nach dem Fürſten-Stand ... die* præcedentz *gelaſſen ... werden*; diſcimus. Conf. *Capitul. Joſephi*, Art. V; & *Caroli VI*, Art. 3; *Gaſtelius* l. c. §. 14, pag. 858. Imò, *Barones Imperii* digniori loco habendos eſſe *Comitibus* ſimpliciter ita dictis, aſſerit *Stephani* de *Juriſdict.* lib. 2, part. 1, cap. 6, §. 125. Singulare eſt, quod *Spangenbergius*, lib. X. *des Adelſpiegels*, cap. 35. pag. 325, recenſet: *In des Pabſts Cantzley iſt der Brauch, daß, in Bullen und Brieffen, die Freyherren den Graffen in Tituln fürgeſetzt werden.* Apud *Münſterum*, lib. 3. *Coſmograph.* cap. 20, pag. m. 450, occurrunt eadem: *Es hat noch des Bapſts Cantzley im Brauch, daß Sie, in ihren Bullen, und Brieffen, die Freyherren ſetzen in Titteln für Graven &c.* Hinc ſua Ill. Dn. ab *Eyben*, de *Titulo Nobilis*, c. 8, p. 16, Ejuſdemque Illuſtris Filius, de *Stylo Curiæ* §. VI, p. 10 & Dn. Baro de *Bibran*, l. c. §. 118, p. 81.

(20.) Præter Barones Imperii, ſunt adhuc Barones & Landſaſſii, & qui quotidie ab Imperatoribus fiunt; quales plurimi à Ferdinando II, III, *(a)* & Invictiſſimo noſtro *(b)* Imperatore, facti ſunt, & quotidiè adhuc fiunt &c.

NOTÆ.

(a) FERDINANDO *II*, & *III* &c. Nomina eorum ſiſtit *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXXI, §. 152, p. 914.

(b) NOSTRO &c. Barones, à Sacratiſſimo Imperatore *Leopoldo* creatos, præced. Tit. V, in Ejus vita, exhibui.

TIT. XVIII.

DE

CIVITATIBUS IMPERII.

Civitas *(a)* in genere, eſt Societas magna, ex pluribus minoribus compoſita, omnis penè ſufficientiæ finem habens, utilitatis cauſa inſtituta.

NOTÆ.

De Civitatibus Imperii, evolvi merentur: *Abrahami Sauer, Theatrum Urbium*, Francofurt. 1595; *Matthæus Dreſſerus* de *Urbibus Germaniæ*, Lipſ. 1613; *Nicolaus Reuſnerus*, de *Urbibus Imperialibus*; *Adrianus Romanus*, in *Deſcriptione Urbium præcipuarum*; *Petrus Bertius*, de *Urbibus Germaniæ*, part. 3. *Commentariorum Rerum Germanicarum*; *Münſteri Coſmographia*, paſſim; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXXII, quo de *Civitatibus Imperialibus* & *Hanſeaticis*, agit: *Philippus Knipſchild*, de *Civitatum Imperialium Juribus ac Privilegiis*, Ulmæ, fol. 1657, & 1687, *Andreæ Knichen* Velitatio Apologetica, de *Juribus Territorii Civitatum*, Helmſtadii, 1606. *Gründlicher Bericht: Von den Freyen und Kayſerlichen Reichs-Stætten, Ihren Stand und Regalien*; Francof. 1612, 4to. cujus Auctorem fuiſſe credunt *Johannem Gæddeum*. Auctor *der zween ausführlichen Rathſchlæge der Reichsſtætte* Seſſion *und* Votum *betreffend*: Francof. 1615, 4to, *Lehmanni Chronicon Spirenſe*, lib. 2. cap. *XVIII*, & lib. 4, cap. *II, III & IV*. *Limnæus*, lib. *VII. Jur. Publ.* cap. 1, tractans de *Civitatibus Imperialibus*, 1635, *Conringius*, Diſſ. de *Urbibus Germanicis*, 1641. quæ tertia eſt Diſſertationum de *Republica*. Auctor *des kurtzen, doch gründlichen* Diſcours, *über die empor gehende Frage: Ob die Alten Reichs-Vogtheyen dieſer Zeit, bey den Reichs-Stætten, mit berechtigtem Fug, und des H. R. Reichs verhoffender Wohlfahrt, wieder an- und zu Werck gerichtet werden ſollen, und kœnnen, oder nicht?* An. 1639, quo Præfectorum

rum Imperii obſoletum officium, eruditè ex Hiſtoriis deducitur, atque probatur, Civitates Imperiales, non minus ac Principes, autonomiam fuiſſe adeptas, cum æquè ac Principes Imperatoribus quondam fuerint addictæ. In Contrarium edebatur: *Beſtændige und Wohlgegründete Wiederlegung eines, über die, in den Reichs-Stætten, von Alters herkommene Reichs-Vogtheyen, in Druck ausgeſprengten* Diſcurſus, *ſo viel darinnen die Vogthey der Statt Augſpurg, zum vermeinten Exempel, in unterſchiedlichen Stellen, angezogen wird;* 1643, 4to. Auctor *Refutationis* hujus, (vel Judice Dn. *Conringio*, in margine *des Hiſtoriſchen Berichts von des Reichs Vogtheyen*, in Præfatione, cujus Exemplar poſſideo) fuit *Speidelius*, Jura Civitatum valdè ſupprimens, viceque verſa Epiſcoporum in Civitates ſuas Metropoles, utut liberas, nimium extendens. Huic oppoſuit, ſuppreſſo licet nomine, *Daniel Heiderus*, Lindavienſis Syndicus, *Gründlichen Hiſtoriſchen Bericht, von denen Alten Reichs-Vogtheyen, bey den Erb-Frey-und Reichs-Stætten, wie auch bey den Hohen und andern Stifften, und Klæſtern; ſo dann von denen Pfaltzgraffſchafften bey denen Weltlichen Fürſtenthumb und Lændern &c.* Ulmæ, 1655, 4to. cautè diſtinguens inter Præfectos & Advocatos, funditusque in Jura Civitatum inquirens. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. 1, Claſſ. 4, Cap. 20, quod *De Liberis Civitatibus*, *quartam Claſſem Statuum Imperii conſtituentibus*, inſcripſit, pag. m. 488 &c. *Johannis Joachimi Gwandſchneideri*, Diſſ. Inaugur. de *Liberis S. R. I. Civitatibus*, Præſide Dn. *Georgio Adamo Struvio*, An. 1676, Jenæ habita. Dn. *Chriſtiani Andreæ Voſſii* Diſſ. de *Incrementis Urbium Germanicarum*, Præſide Dn. *Jacobo Brunnemanno*, Halæ, Ann. 1703, defenſa. Dn. *Friderici Heilbronneri* Ulmenſis, Diſſ. Inaugural. *De Superioritate Territoriali Civitatum Imperii*, Præſide Dn. *Chriſtiano Wildvogel*, Jenæ An. 1709, ventilata. Dn. *Johannis Philippi Heuſſii*, Argentoratenſis, Diſſ. Inaugur. *De Civitatum diſpari nexu cum S. R. Imperio, von Reichs, und freyen Reichs-Stætten;* Præſide Dn. *Johanne Petro Ludewig*, Halæ An. 1710, publico examini ſubjecta. Dn. *Burchardi Gotthelfi Struvii, Syntagm. Jur. Publ.* Diſſert. XXI, de *Civitatibus Imperialibus*, pag. 437 &c. Lexicographi, v. g. *Beſoldus*, *Theſaur.* voc. *Reichsſtatt*, pag. m. 807 &c. qui ſimul ſingularem ſuum Tractatum: De *liberis Imperii Civitatibus*, nec non *Johannem Steinwichium*, de *Juribus Civitatum*, & *Johannem Michaëlem Heintzium*, de *Subjectione, & libertate Imperialium Civitatum;* inter Diſputationes Argentoratenſes, commendat. Quibus Additionator ejus, Dn. *Chriſtophorus Ludovicus Dietherr*, voc. *Reichsſtatt;* p. 809, Diſputationem *Adami Dappii*, de Civitatibus *Imperii*, addit. *Wehnerus Obſervat. Pract.* voc. *Freye Reichs-Stætte*, pag. 136 &c. *Speidelius* voc. *Reichsſtætte &c.* pag. m. 772 &c. Scriptores Juris Publici omnes.

(a) CIVITAS &c. definitur etiam, quod ſit *Societas multorum hominum perfecta, rebus neceſſariis inſtructa, certoque imperandi ac parendi ordine conſtituta, ad commodè, tranquillè & honeſtè vivendum.* Vid. *Bœcleri Inſtit. Polit.* lib. 1, Cap. VI, pag. m. 86. *Knipſchild* l. c. lib. 1, Cap. 1, §. 25, pag. m. 5. Vocem Germ. *Statt*, à Romanorum *Stativis*, abbreviata voce *Stat*: derivari, ex *Johannis Heroldi* Commentario de *Romanis in Rhetia littorali Stationibus*, notat *Beſoldus*, *Theſaur.* voc. *Stadt*, pag. m. 900; Quia ſæpius ibi conditæ Urbes, ubi Romanorum quondam Stationes erant.

Juridicè loquendo, *Urbs* & *Civitas* in eo differunt, quod *Urbs* de *Mœnibus;* *Civitas* verò de *Hominum cœtu*, ſeu *multitudine*, intelligantur; arg. L. 2. ff. de V. S. Apud *Juſtinum*, lib. 2, Cap. XII, §. 14: *Themiſtocles perſuadet omnibus: Patriam municipes eſſe, non mœnia: Civitatemque non in ædificiis, ſed in Civibus poſitam &c.* *Speidelius* voc. *Statt*, pag. m. 871 inquit: *Civitas*, *propriè loquendo*, *dicitur: quæ muris cingitur.* Sæpiſſimè tamen alteram pro altera poni, non heri demum uſitatum, *Tacito* teſte, *Hiſtor. I*, Cap. 84, §. 7: *Quid? vos pulcherrimam hanc Urbem, domibus, & tectis, & congeſtu lapidum, ſtare creditis?* Uſurpat hic *Tacitus* vocabulum *Urbis*, pro *Civitate.* Conf. *Grotius*, de. I. B. & P. lib. 2, Cap. XVI. §. 15, p. m. 284.

(1) Civitas Imperii in ſpecie, eſt Civitas, Votum, & Seſſionem in Comitiis habens, *(a)*

Civitatum diviſionem nullam aliam admittimus, quam eam, quæ eſt, quod ſint vel Rhenanæ, *(b)* vel Suevicæ; *(c)* Alii, eas dividunt in Civitates Imperii, & Civitates Imperii Liberas; *in Reichs-Stætte, und Freye Reichs-Stætte;* *(d)* Illas dicunt: Quæ ab initio liberæ fuerunt, & quæ in inſigniis integram Aquilam habent; Has: quæ, à Principibus liberatæ, Imperio ſe addixerunt, & in inſigniis dimidia Aquila utuntur. Alii *(e)* definitiones convertunt, & eas, quas deſcripſimus, liberas Imperii Civitates deſcribunt ſimpliciter, & contra. Verùm, vel inde patet, hanc diviſionem fundamento deſtitui, *(f)* eamque in nulla Lege Fundamentali haberi; imò, *in der Regiments-Ordnung* de Anno 1500, Civitates, quæ dicebantur: *Freye Reichs-Stætte;* ſimpliciter poſtea dicuntur: *Reichs-Stætte.* Et in Actis Publi-

Publicis (*g*) reperiri non poteſt, quid ſibi velit hoc diſcrimen, & in quo conſiſtat? Bœcler. in Notit. Imper. lib. XI, Cap. 2. Nec obſtant definitiones jam adductæ; falſæ enim ſunt; & certiſſimum eſt, ab initio nullas in Imperio fuiſſe Civitates Liberas.

NOTÆ.

(*a*) IN COMITIIS HABENT &c. Et quidem, jure reliquorum Statuum, *Votum deciſivum.* Jus *Suffragii deciſivi,* Civitatibus aliquando, ab Electoribus reliquisque Imperii Statibus, fuiſſe denegatum, ex querelis ipſarum, in Conventu *Eslingenſi,* Ann. 1522, deſuper motis, apud Dn. *Dattum,* de *Pace Imperii Publica,* Lib. *V,* Cap. *VI,* §. 10, pag. 804, cognoſci poteſt. An. 1523. prolixam Supplicationem, eandem ob rem, Civitates, Vicario Imperatoris, in Comitiis *Norimbergenſibus,* exhibebant, qua parum conſiderata, ſolenniter, hoc nomine, proteſtabantur. Vid. l. c. §. 11, pag. 805; In alio Conventu Civitatum, die *Judica,* eod. ann. 1523, *Spiram* indicto, conclusum fuit; in proximè futuris Comitiis, Cæſari & Statibus Civitatum fundamenta & rationes, in favorem ipſarum *Voti deciſivi,* exponendas eſſe; quas l. c. §. 12, p. 805 &c. offendis. Cum verò ne ſic quidem Civitates aliquid proficerent, mittebantur ab iis, *Bernhardus Wormſer,* Eques Argentoratenſis; Philippus ab *Eſch,* Eques Metenſis, *Simon Seitz,* Auguſtanus, & *Clemens Volckmer,* Norimbergenſis, in Hiſpaniam, ad Imperatorem, de quorum Oratione panegyrica, 8. Aug. 1523. *Valliſoleti* habita, Cæſarisque nomine, à Regni Cancellario, data ipſis reſponſione, vid. idem l. c. §. 14 &c. pag. 807. Commiſſarii examinandis Gravaminibus dati ſunt: Dn. de *Roccha* ſeu *Roſcha; Hanartus,* Præpoſitus de Waldkirch & *Maximilianus* Tranſſylvanus; Summa erat;

Allerdurchleuchtigſter, Groſſmæchtigſter, Unüberwindlichſter Keyſer, Chriſtenlicher Kœnig, Allergnædigſter Herr &c.

Anfangs: vermeinen Churfürſten, Fürſten und ander Reichs-Stennd, die Erbere Frey-und Reichs-Stett, in des H. Reichs Verſammlung, zu ihrer gebürenden Seſſion *und Stimm nit zuzulaſſen, ſondern, daſſ ſie ſchuldig ſeyn ſollen, dem zu volgen, daſſ durch Sy, die andern Reichs-Stennd, beſchloſſen würdet; deſſ ſich aber Unſer Herrn und Freund von Reichs-Stetten, aus folgenden Urſachen, beſchwært befinden.*

(1) Offenbahr iſt, daſſ die Erbare Stett im Reich biſſher, ye und alle weg, in aller des Reichs Handlungen, neben andern Reichs-Stennden, on underſchid, und, ohngeſondert, für einen Reichs-Stand geacht, und gehalten worden ſeyen, und noch werden,

(2) Daſſ die Ræmiſchen Kayſer und Kœnig, ſonderlich Ew. Kayſerl. und Chriſtlichſten Mayeſtæt Hochlœblichſt Vor-Eltern, auf alle und Jede Reichstæg, ſo Jr Majeſtæt, in Menſchen Gedæchtniſſ, bis auf heutigen Tag, gehalten, all Erbar Frey- und Reichs-Stætt, als ein Reichs-Stand, mit und neben andern Reichs. Standen, beſchreiben u. ervordern laſſen haben; Und mit dieſen nemlichen Worten, Form und Maſſ, daſſ Jr wollet erſcheinen, und, mit und neben andern Reichs-Standen, helffen handeln, rathſchlagen und beſchlieſſen &c,

(3) Werden nit allein all und Jede Reichs-Stett, ſo zu Zeiten auf den Reichstægen erſcheinen, mit und neben andern Reichs-Stænden, als ein Reichs-Stand, mit Nahmen in die Abſchid geſetzt, ſondern es iſt auch ye und allweg alſo gehalten, daſſ ſie dieſelben Abſchid, ſofern Sie die bewilligt, als ein Reichs-Stand, neben Kayſerl. oder Kœnigl. Mayeſtæt, Churfürſten, Fürſten, Prælaten, Graven und Herren, geſigelt haben.

(4) Iſt wahr, daſſ, noch heutigs Tags, auf den Reichstægen, der Reichs-Stett Pottſchafften in die Ausſchuſſ gezogen, und zu ihrer gepürender Stimm und Seſſion zugelaſſen werden; als Sie dann auch auf jezo gehaltenen Reichstag zu Nürnberg, in Ausſchuſſ zur Pottſchafft nidergeſetzt, die, neben andern Verordneten, befragt ſeyn, gerathſchlagt, und geſtimmet haben.

(5) Als Ew. Kayſ. Maj. mit Bewilligung der Reichs-Stennd, zu Wormſſ, im H. Reich ein Regiment auffgericht, haben Sie, unter andern, geordnet, daſſ allemal zwee von Stetten, neben andern Reichs-Stennden, in ſolchem Regiment ſizen ſollen: Wie dann dieſelben zween Stettmann bisher, nicht weniger dann Churfürſten, Fürſten, Prælaten, Grafen und Herren, in dem Kayſerl. Regiment, Ihr Seſſion *und Stimmen gehabt haben, und noch haben.*

(6) Werden die Erbern Frey-und Reichs-Stett, in des Reichs Anſchlegen, und andern Gemeinen Ausgaben, zu vilmalen hæher, denn andere Reichs-Stennd, und ſie wol vermœgen, angelegt, oder angeſchlagen &c.

Aus dem erſcheint, ſo die Reichs-Stett ein Stand im Reich ſeyen; des Reichs Sachen helffen zu rathſchlagen, beſchlieſſen, und vollziehen gefordert, darzu auch hæher denn andere Stænd angeſchlagen werden, wie gehært iſt, zu Ihrer Seſſion *in des Reichs Rath, und gepürenden Stimmen, gelaſſen ſollen werden, und nicht allemal ſchuldig ſeyn, ihrer Mit-Reichs-Stennd Beſchluſſ zu bewilligen: ſonderlich, dieweil, was viel Stennd und*

Per-

Digitized by Google

Perſonen antrifft von Jnen allen gehandelt und approbirt werden ſoll &c.

Vid. l. c. §. 17, pag. 807, & §. 20, pag. 808. Reſponſio, 19. Aug. 1524. ipſis data, legitur ibidem, §. 22, pag. 808 & 609, ſcil. Controverſiam hanc plenius in Comitiis terminatum iri. Acta in Comitiis extant l. c. §. 27 &c. pag. 809 &c. Ulteriorem controverſiæ ſeriem, ex Actis Conventus Imperii Spirenſis An. 1526 & 1529, ut & Auguſtani 1530, & Ratisbonenſium 1532 & 1541, diligenter notarunt Auctores Conſilii von der Erbarn Stett Seſſion, Stand und Stimm. Anno 1542, nova, Civitatum nomine, interpoſita Proteſtatio, de qua Ferdinandi R. Roman. Hugonis, Com. de Montfort & Johannis de Naves, Commiſſariorum Cæſaris, teſtimonium proſtat apud Limnæum, Tom. IV. Addit. ad Lib. VII, Cap. I, §. 48, p. 118 &c. add. Knipſchild, de Civitatib. Imper. lib. 2. cap. 2, § 47. An. 1544, in Comitiis Spirenſibus, novum Civitates obtulere libellum ſupplicem, cujus vel ipſe Cæſar in Decreto Auguſtano 1548, meminit. Vid. Knipſchildt l. c. §. 49. Tenorem ſubminiſtrat Dn. Datt l. c. §. 39, pag. 813 &c. ad 822. Recruduit lis An. 1547 & 1548, in Comitiis Auguſtanis; Summam actorum oſtendis apud Knipſchild l. c. §. 48 & 49, & Limnæum l. c. pag. 120 ad 122. Quæ An. 1550, in Comitiis Auguſtanis deſuper geſta, ſuppeditat Limnæus l. c. pag. 122. &c. Continuata lis Ann. 1555, 1582, 1594, 1597, 1603, & 1608; Civitatum Jura in primis Ludovico Grempio & Hieronymo von Lamb, J. U. Doctoribus, in Conſilio: Der Frey- und Reichs-Stætte Seſſion, Stand und Stimme belangend, adverſus Peucerum & Caninium, iis non niſi votum conſultativum in Comitiis competere, arbitrantes, tuentibus. In eandem rem faciunt excerpta quædam ex ſchedis Marci Ottonis, Reipublicæ Argentoratenſis Syndici & Conſiliarii, apud Bœclerum, lib. XI, Notit. Imperii, cap. 3, pag. m. 196, quibus probatur: Daß denen Frey- und Reichs-Stædten Jura Suffragiorum ferendorum, bey allen Reichs-Conventen, pari jure, wie den Hœhern Reichs-Collegien, competiren. Eandem fovet ſententiam Cothmannus, Volum. 3, Reſponſ. 29, §. 523 &c. cujus, aliorumque argumenta Bœclerus l. c. pag. 196 & ſeqq. ſummatim recenſet. An. 1641, Legatus Auſtriacus rurſus in Comitiis propoſuit; daß man ſich dieſes aus denen Reichs-Actis zu erinnern: daß denen Stædten nur Votum Conſultativum, aber nicht Deciſivum, verſtattet würde, und wüſte man niemahls, wann ſich der Chur- und Fürſten-Rath verglichen hætte, die Stædte aber diſcrepant geweſen, daß Sie ihnen das Votum vorbehalten &c. Vid. Lundorp, Tom. V. Act. Publ. lib. I, Seſſ. LXIX, 3-13. Mart. 1641, pag. 150. Civitatum reſponſio 19-29 April. eod. anno, in Comitiis dictata, reperitur ibidem, §. XCVI, pag. 228 & 229; cui jungas Statuum Imperii Proteſtantium Gravamina, Plenipotentiariis Cæſareis, nec non Moguntinæ Cancellariæ, An. 1645, exhibita, ibid. lib. 2, Cap. 115, §. 5, pag. 1056, ibi: Daß der Erbarn Frey- und Reichs-Stætte Votum Curiatum etwa in Diſputat gezogen werden wollen, iſt bekannt. Demnach aber ſelbige auff Comitia, und andere dergleichen Tage, nicht als Conſiliarii, oder Diener, ſondern als würckliche Stænde des Reichs, zu dem Ende beſchrieben werden, daß ſie, wie die andere beyde Reichs-Collegia, ihr Votum curiatum führen ſollen und mœgen; alſo iſt billich, und recht, gereichet auch zu guter conformitæt, daß, gleichwie die andern beyden Collegia, alſo auch Sie, bey dem Voto Curiato unbeeinträchtiget, cum effectu gelaſſen werden mœgen. Tandem, in Inſtrumento Pacis, An. 1648. Oſnabrugis initæ, Artic. VIII, §. Tam in univerſalibus &c. finis controverſiæ impoſitus, ubi cautum: Tam in Univerſalibus verò, quam particularibus Diætis, Liberis Imperii Civitatibus, non minus quam cæteris Statibus Imperii, competat votum deciſivum &c. Conf. Rudolphus Heiden, Conſiliarius Saxo-Vinarienſis, in der Grundveſte des H. R. Reichs, Part. 2, Cap. VI. p. 116 &c.

Utut hæc ita ſe habeant, attamen, haud ita pridem, nova Civitatibus quæſtio deſuper moveri cœpit, contra quam ſolenniſſime ſunt proteſtatæ; Vid. Reichs-Stædiſche Proteſtation, in der Münſteriſchen Erb-Mænner Sache, wider die Fürſtliche Münſteriſche Geſandtſchafft; dictat. Ratisb. d. 29, Aug. 1708, apud Fabrum, Tom. XIII. der Staats-Cantzley, Cap. VII, §. XVIII, p. 383 & 384.

Demnach man, von Seiten der Erb-Frey- und Reichs-Stædte, wider vermuthen, vernehmen müſſen, welcher geſtalt die Hochfürſtliche Münſteriſche Geſandſchafft kein Bedencken getragen, ſo wohl in dem, den 19 Julii gegenwærtigen Jahrs, in der ſo genannten Erb-Mænner Sache, publice dictirten Memoriali, als andern unter der Hand diſtribuirten piecen, weit ausſehende, und denen Erb-Freyen Reichs-Stædten, in ihrem, ex Inſtrumento Pacis Weſtphaliæ, und ſonſten, ungezweiffelt zukommendem Voto, verè & effectivè deciſivo, ſehr præjudicirliche Expreſſiones mit einflieſſen zu laſſen, und denenſelben den effectum ihres Juris Suffragii, maximè in Conventibus Particularibus, bey welchen jedoch die Reichs-Stædte ihr Votum deciſivum, eadem forma, modo & effectu cum reliquis Con-Statibus, unwiederſprechlich exerciret, in einem bißhero unerhœrt, und neuerlichen Diſput gleichſam zuziehen; Als wird man der Sachen weitreichenden conſequenz und præjudiz nach, unumgænglich gemüßiget, darwieder hiemit feyerlichſt zu proteſtiren, und denen ſæmptlichen Erb-Frey- und Reichs-Stædten, der tam in univerſalibus, quam particularibus Conventibus extra omnem controverſiæ, ſeu ſubdubitationis, aleam, competirendes Jus Voti, verè & effectivè deciſivi, per expreſſum zu reſerviren; der getrœſteten Hoffnung gelebend,

beyder

beyder Hochlœblicher Hæbere Collegiorum Directoria, *dieſe der Reichs-Stædte nothdringlich eingewendte* Proteſtation, *und rechtmaßige* Reſervation, ad Protocollum & Acta Imperii, *zu nehmen, wie hierum das geziemende Anſuchen hiemit beſchiehet, hochgeneigt geruhen werden &c.*

Circa modum exercendi *Voti Deciſivi*, inter Superiora duo Collegia, atque Civitates, quæſtionem verſari, Electoribus & Principibus Civitates, juxta beneplacitum, ad *Re- & Correlationes*, ut vocant, admittere nolentibus, palam eſt. Quid Civitates deſuper ad Electorem Moguntinum in literis dederint, ſolennibus in Comitiis Ratisbonenſibus An. 1653, 22. Junii St. V. ſiſtit *Lundorpius* l. c. Tom. VII, Lib. VI, §. 139, p. 58 & 59, ibi:

Hochwürdigſter Churfürſt, Gnædigſter Herr &c.

Demnach, in dem Inſtrumento Pacis, Art. VIII, §. Gaudeant ſine contradictione &c. *denen ſæmptlichen Reichs- und Frey-Stædten ihre hergebrachte* Jura Statuum *dergeſtalt erlæutert*, determinirt *und beſtættiget worden, daß ſelbige, in und bey denen* Univerſal *als* particular Diætis, *und Reichs-Zuſammenkünfften, ſo wohl, und nicht weniger, als andere Hæbere Reichs-Stænde, ihr hergebrachtes* Votum Deciſivum *würcklich haben, und daran nicht* gravirt, *gehindett, noch auf einigerley Weiß und Weg gekrænckt, ſondern*, ſalva graduum & ordinis ratione, *andern Stænden gleich gehalten werden ſollen: als zweiffelt uns anweſenden Reichs-Stættiſchen Geſandten und Bottſchafften nicht, Ew. Churfürſtl. Gn. werden von ſelbſten hæchſtrühmlich geneigt ſeyn, bey denen Hæbern Reichs-* Directoriis *dahin die gnædigſte Verordnung thun zu laſſen, damit auch Wir, Nahmens Unſerer Obern und* Committenten, in effectu *und erſprießlichen deſſen genieſſen, und alles, was demſelben hinderlich, aus dem Wege geraumbt; Dannenhero auch die künfftige* Re- *und* Correlationes *alſo* ſimultaneè *angeſtellet werden mœchten, daß mit- und neben denen beeden Hæbern* Collegien, *zur* Re- *und* Correlation *Herren* Deputirten, *auch der Stætte Abgeſandten* conjunctim *beruffen, der andern beeden* Collegien *Gutachten und Bedencken angehœrt, das Stættiſche gleich darauf erœffnet, und alſo, mit geſambter Handlung, ein Schluß, oder* majora, *gemacht werden mœchten; Geſtalt ſonſten, und auſſer Ergreiffung dieſes* modi ſimultaneæ Re- & Correlationis, *zu dem* Effect *des ohnwiederſprechlich* competirenden *Stættiſchen* Voti deciſivi, *nicht wohl zu gelangen ſey: ſondern vorige* defectus *und Beſchwærdten entſtehen werden; zu deſſen Vorkomm- und Benehmung aber aller* deſordre, *Ew. Churfürſtl. Gn. Wir hæchſtrühmlichſt und gnædigſt geneigt wiſſen, und darum dieſes allein* pro memoria *unterthænigſt anfügen und erinnern wollen. Ew. Churfürſtl. Gnad. das gantze Stættiſche* Collegium, *und Uns Abgeordnete, zu Churfürſtl. Gnad. unterthænigſt empfehlende, verbleibend,*

Ew. Churfürſtl. Gn.

Unterthænig-gehorſambſte
Der Erb-Frey- und Reichs-Stætte zu dieſer Reichs-Verſamblung Abgeordnete Ræth, Bottſchafften und Geſandte.

Conf. *Proteſtatio Civitatum Imperialium reiterata, contra modum re- & correferendi in duobus Sublimioribus Collegiis, hactenus exercitum*, Ann. eod. apud *Lundorpium*, l. c. lib. VI, §. 265, pag. 226 & 227. & Auctorem *der Grund-Veſte* l. c. pag. 119 &c. *Reſolution der beeden Hæbern Collegiorum, betreffend der Erb-Frey- und Reichs-Stædt prætendirende Admiſſion ad ſimultaneam Re- & Correlationem*, An. eod. ap. *Lundorpium*, l. c. §. 306, pag. 287. &c. & Auctorem *der Grund-Veſte*, l. c. p. 125 &c. Inde huc faciunt:

Deme allem nach, ſo erklæren ſich die Chur- und Fürſtliche Ræthe und Abgeſandte, im Nahmen, und anſtatt Ihrer Gnædigſten und Gnædigen Chur-Fürſten und Herren, nochmahlen und endlichen dahin, daß Dieſelbe denen Frey- und Reichs-Stætten, in ihrem Voto deciſivo, *wie daſſelbe Ihnen im Friedenſchluß* attribuirt *und zugeeignet wird, einigen Abbruch zu thun, nicht gemeynet, ſondern daſſelbig in allem, Krafft Kayſerl.* Propoſition, *zu Berathſchlagung vorgeſtelten, und noch künftig vorkommenden* materiis, *erfordern und ablegen, auch was daſſelbe mit deme, und was Chur-Fürſten und Stænde unter ſich bereits verglichen, und geſchloſſen haben mœchten, übereinſtimmen thæten, darüber im Nahmen aller dreyer Reichs-Ræthe, ein einhelliges Gutachten an Ihr. Kayſerl. Majeſt. verfaſſen; Wann es aber mißſtimmig, und man ſich, wie Herkommens, mit Ihnen, Stædten, einer ſæmptlichen Meinung, uff vorher gepflogene frühe Handlung, nicht vergleichen kænte, nichts deſtoweniger ſolches alles, wie es von einem oder andern* Collegiis, *bey den* Re- & Correlationibus, *eingebracht worden, als einen unvollkommenen Schluß, in ein geſambtes Bedencken, an Ihro Kayſerl. Majeſt. verfaſſen zu laſſen; Zu dem Ende, daß, durch dieſelbe, die fernere Vergleichung und Ausſchlag, bey einem oder anderm Stand, geſucht werden mœge: allermaſſen es die Reichs-Statt, wie oben eingeführt worden, hievor ſelbſt, und anderſt wo nichts, begehrt und verlanget haben. Darbey aber behalten die Chur- und Fürſtliche Ræthe ihnen nochmahlen* per expreſſum *bevor, daß Ihnen, wie bißhero, alſo auch ins künfftig, frey ſtehen, und unbenommen ſeyn und bleiben ſolle, Ihre* Re- *und* Correlationes, *abgeſondert des Stættiſchen* Collegii, *vorzunehmen, und unter ſich, ohne deſſelben Zuziehung, die ſtreitige Meinungen zu vergleichen: nicht der* Intention, *daß darumb die* Majora, in præjudicium *des Stættiſchen* Collegii, *gemacht, und daſſelbige eben* præ-

eitè *ſchuldig ſeyn ſolte, ſolchem Vergleich auch ſeines Orts ſtatt zu thun; ſondern, daß deſſen* Votum *nichts deſtoweniger hernach* in pleno *angehært, und gütlich verſucht werden ſolle: Ob, und wie, ſelbiges mit deme, was von beyden Hæhern* Collegiis *geſchloſſen und gut befunden worden, zu einer gleichſtimmigen Meinung, mæchte gebracht werden kænnen &c. Der Reichs-Stætte Antwort, auf der Beyden Hæhern Collegien Endliche Erklærung,* An. eod. habetur ibid. ſ. 307. pag. 290 & 291.

An. 1663, 18. Septembr. cum Directorium Moguntinum (per Cancellarium ſuum, Sebaſtianum Wilhelmum Mehlium) poſt Re- & Correlationes duorum Superiorum Collegiorum, Civitatibus Imperii, *vom* Puncto *der Reichs-Hülffe, gegen den Erb-Feind, und dan* perpetuæ Capitulationis, alternis vicibus *zu handeln*, ſignificaret, reſpondebant illæ, per Dn. Johannem Caſparum Lenzium, *daß die Anweſende der Reichs-Stætte Bottſchafften und Geſandte, über dieſen andern Punct der Kayſerlichen* Propoſition, *vor vielen Wochen* deliberiret, *und ein* Concluſum *abgefaßt. Weilen aber immittelſt ein und ander Umbſtand eingelauffen, wære von Ihnen nætig erachtet, den beyden Hæhern* Collegiis *ihre Meinung fürzutragen; Sie hætten der Hoffnung gelebt, es würde der gewæhnl.* modus re- & correferendi obſervirt, *und das Reichs-Stættiſche* Collegium *zugleich vernommen worden ſeyn, allermaſſen Sie deßwegen bey den* Directoriis *verſchiedene Erinnerungen eingewandt. Nachdem aber bereits acht Wochen verlauffen, daß dieſer Punct angetreten, und beyde Hæhere* Collegia *bey ſechsmal darüber* re- *und* correferiret, *und die* Concluſa *gegen einander eræffnet, ohne daß man das Reichsſtættiſche* Collegium *erfordert; als kænten und mæchten Sie nicht anders befinden, dan daß dieſer achtwæchliche Aufſchub dem Reich und der Chriſtenheit nachtheilig und betaurlich falle; Zumahlen der Feind der Chriſtenheit fortgefahren, ſo viel Lænder verheeret, und etliche tauſend Chriſten weggeführet; Dabeneben wolte auch dieſer* modus *dem Reichsſtættiſchen* Collegio, *wegen Ihres* Voti deciſivi, & ſimultaneæ re- & correlationis, *zu mercklichem Nachtheil gereichen. Verſehen ſich demnach gegen die beede Hæhere* Collegia, *und erſuchten dieſelbe gebührenden Fleiſſes, Sie wolten belieben, zu conſervirung des Vatterlands, ſo wohl die Haupt-*Deliberationen, *über die, in den Andern Kayſerlichen* Propoſitions-*Punct gehærige* Materien, *zu befærdern, als auch, mit Antretung der* Re- *und* Correlationen, *nicht,* excluſis Liberis Imperii Civitatibus, *zu verfahren, ſondern, was Herkommens, und denen,* Vigore Inſtrumenti Pacis *zukæme, Ihnen zu gænnen. Wann auch eine* Subdiviſion, *von denen* Directoriis *zu machen, dabey das Reichsſtættiſche* Collegium *nicht zu* præteriren &c, Directorium Moguntinum, repoſuit ad hæc; 22. Septembr. an eod. *Man habe aus der jüngſten* Re- *und* Correlation *vernommen, welcher geſtalt die Reichsſtætte ſich beſchwært befinden wollen, das Sie mit beeden Hæhern* Collegiis, ad ſimultaneam Re- & Correlationem *biß* dato *noch nicht* admittirt *worden; nun habe man ſich von vorigem Reichstag zu erinnern, wie es hierinnen gehalten, und was denen Herren Stættiſchen damals, auf ſolch Ihr Einwenden geantwortet worden; hielt alſo nicht dafür, daß Ihnen ſolcher geſtalt etwan* præjudicirt *würde; und wie man, an Seyten der beeden Hæheren* Collegiorum, *an dem, was den Herren Stættiſchen zukæme, nichts zu hindern, oder zu ſchwæchen, begehrte; alſo wolte man hoffen, und ſich verſehen, Sie würden ebenfals auch beyde Hæhere* Collegia *in Ihrem hergebrachten nicht* turbiren.

Civitatenſes: *Man habe vernommen, weſſen beede Hæhere* Collegia *ſich, über die Reichsſtættiſche* Concluſa, *entſchloſſen; Nun wære die eingewandte* Proteſtatio *aus hoher Nothdurfft, und* vi Juris competentis, *geſchehen; Sie auch, græſſer* Præjuditz *zu verhüten, dieſe Beſchwærden der Gebühr anzubringen, gemüſſiget worden. Und gleich wie man ihrer Seits, eines dergleichen, von beeden Hæheren* Collegiis *jetzt angeführten Herkommens nicht, aber deſſen ſich wohl erinnerte, was bey vorigem Reichstage,* rat. ſimultaneæ Re- & Correlationis, paſſirt, *auch welcher maſſen damals von denen Stætten* proteſtirt *worden; Als müßte man nochmahlen ſolcher* proteſtation inhæriren; *Zumahlen dieſe* Intention *mit ſatſamen* Fundamenten *zu behaupten ſtünde.*

Regeſſit Directorium Moguntinum, interrogando: *Ob Sie dan noch auf ihrer* Proteſtation *beſtünden? Dan, wiewohl Sie bey vorigem Reichstag,* ſuper hoc modo re- & correferendi, proteſtiret, *ſo hætten doch beede Hæhere* Collegia *entgegen* proteſtiret &c.

Civitatenſes: *Sie hætten ingleichen,* debita tamen cum reverentia, reproteſtiret &c. Hæc ex Protocollo.

Sic & hac vice, pro- & reproteſtando, res indeciſa manſit. *Nec hactenus aliud obtinere potuerunt Civitates, quam ut iis, ad vindicandum Deciſivi Voti effectum, ſententiam ſuam, ſi quando à ceteris diſcrepet, Cæſari ſeorſim offerre liceat.* Sunt verba *Kulpiſii* ad *Monzambanum*, Cap. 2. §. 12, pag. 584 & 585. Coronidis loco ſubjungam, ex tranſmiſſia mihi ſchedis, Actum Re- & Correlationis, in materia Ratificationis Pacis *Badenſis An. 1714*, cujus etiam mentio fit Tomo XXIV. *der Staats-Cantzley* Antonii Fabri, Cap. XI, §. 3. pag. 665 &c. ubi: *Zu Vollziehung der* Solennen Re- *und* Correlation in Puncto *die Reichs-*Ratification *des Baadiſchen Friedens, verſammleten ſich, den 9.* Octobr. 1714, *ſæmtpliche Churfürſtliche und Fürſtliche Geſandten, ſamt denen Reichsſtættiſchen, auf den ſo genanten* Re- *und* Correlations-*Saal, und, nachdem auſſer denen beyden Fürſtlichen* Directoribus, *welche ſich an ihren* Directorial-*Tiſch ſetzten, man allerſeits auf denen Bæncken kaum die gewæhnliche* Seſſionea *eingenom-*

Digitized by Google

(*f*) DESTITUI &c. *Knipſchildius* de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 1, cap. 2, §. IV, v. 25 &c. pag. m. 18; *Gylmannus*, T. 3. *Symphorematum*; *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Freye Reichs-Statt*, pag. m. 136; *Schützius, Jur. Publ.* Vol. 1, Diſſ. VIII, §. 22, lit. b, pag. 682 & 683; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. 1, Claſſ. 4, cap. 20, §. 40 ad 48, pag. 494 &c. *Limnæus, Jur. Publ.* lib. VII, cap. 1, §. 34, pag. 17 &c. *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, cap. 32. §. 139, pag. 1245; *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. 1, Diſcurſ. 21, Memb. 4, §. 24, pag. 403 &c. *Bæcler, Notit. Imperii*, lib. XI, cap. 2, pag. m. 193; Auctor *der Grundveſte des H. R. Reichs*; Part. 2, cap. VI, pag. m. 114; *Kulpiſius*, ad *Monzamban.* Part. 1, cap. 2, §. 13, pag. 182; ſexcenti alii; ejusdem ſententiæ ſunt: *nullam veram & realem differentiam eſſe, inter ſimpliciter dictas Civitates Imperiales, & Civitates Imperii liberas*; ob rationes, quod (1) in Receſſibus & Conſtitutionibus Imperii, promiſcuè mentio fiat *der Freyen und Reichs-Stætte*, ita, ut cumulativè ſumptæ *Freye und Reichs-Stætte*, in eodem ſæpe Receſſu, imò iisdem quandoque vel proximè ſubſequentibus paragraphis, ſimpliciter *Reichs-Stætte*, vocentur; arg. *Ordnung des Regiments zu Augſpurg*, An. 1500, Tit. *Wie zwantzig Perſohnen in das Regiment genommen ſeynd &c.* verb: Item, *ſollen auch alle Viertheil Jahrs, zwo redliche verſtændige Perſohnen, die jetzt aus den hernach benandten Stætten genommen, --- von der Frey- und Reichs-Stædt wegen, im Reichs-Rath ſitzen. Nemblich, des Erſten Viehrtel Jahrs, Einer*

ner von Cœlln; der Ander von Augſpurg; Des Andern Viertbel Jabrs: Einer von Strasburg; der Ander von Lübeck; des dritten Viertbel Jabrs, Einer von Nürnberg; der Ander von Goßlar; des vierten Viertel Jabrs, einer von Franckfurt, der Ander von Ulm &c. & rurſus §. V, *Frey- und Reichs-Statt &c.* ut & §. *VI: Frey- und Reichs-Statt &c.* nec non §. *VIII, IX, X* &c. aſt §. *VII,* reperiatur ſaltem: *Herren und Reichs-Statt &c.* ſic, in R. J. *Ratisb. 1532,* §. *4, Und wir Churfürſten &c. des H. Reichs Frey- und Reichs-Statt Bottſchafften und Gewaltbaber &c.* dicti, audiant immediatè ſeq. §. 5, duntaxat: *des H. Reichs-Statt Bottſchafften und Gewaltbaber &c.* licet, in eodem paragrapho, rurſus legatur: *von der Frey- und Reichs-Statt wegen &c. &c. &c.* (2) In Imperii Matricula nulla hujusmodi diſtinctionis appareant veſtigia; (3) genuinus deſit catalogus *Civitatum liberarum*, & earum, quæ ſimpliciter *Imperiales* audiant. (4) Plerique Doctores diſcrimen hoc rejiciant &c. Ad quæ Dn. *Heus* l. c. §. XV, pag. 39 & 40, reſpondet, & quidem ad (1) recentioris ævi Receſſus Imperii vel minus accuratè loqui, vel abuti vocabulo *liberarum*, ſignificatu laxiori. Adde, non eſſe contradictoria, cum *Frey- & Reichs-Statte* conjunctim ſumtæ, quandoque non niſi *Reichs-Statte* vocentur; quia vox *Reichs-Statte* utrisque conveniat, aliud foret, ſi omnes Civitates appellatione *der Frey-Statte* comprehenderentur. Ad (2) & (3) filum conſequentiæ nullum eſſe: catalogos nominum non haberi, ergò res ipſas eſſe falſas; Ad (4) non auctoritatibus Doctorum, ſed veritatis argumentis, certandum; præſertim ubi de vetuſtioris ævi monumentis quæſtio; præter quod farrago affirmantium negantibus opponi queat.

(g) PUBLICIS &c. Quorundam mentio facta præced. lit. d.

(2) Alii *(a)* Civitates Imperii dividunt: in Civitates Imperii: Civitates Provinciales *(b)* & Civitates mixtas, *(c)* ſeu, partim Imperiales, partim Provinciales. Verum, hæc diviſio hodie aut heri nata eſt, & à Doctoribus inventa; & Conſtitutiones Imperii (1) nulla alia Civitatum genera agnoſcunt, quam Civitatum Imperii & Provincialium; R. I. Spir. de An. 1544, §. *die Freye und Reichs-Stadte &c.* ibi: *die Freyen und Reichs-Stadte, und andere Stadte, ſo den Fürſten, und andern Herrſchafften, zugehœren.* R. I. Auguſt. de An. 1548, §. (47) *Und als erſtlich &c.* verb: *Wiewohl - - - daß etlicher Fürſten und Herren Stadt &c.* (2) In ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii nullibi Mixtarum Civitatum ſit mentio, ſed ſubſcriptio perpetua ita habet: *Und Wir Churfürſten, Fürſten, Prælaten, Graven, Herren, und des H. Reichs Freye- und Reichs-Stadte.* (3) Controverſiarum eventus docuit, hanc diſtinctionem non fundari in Legibus Imperii, e. g. Erfurtum, Brunſwiga, Monaſterium. Quid circa Hamburgum, *(d)* Bremam, *(e)* aliquando futurum ſit, dies docebit. (4) Certum non eſt, quis talem mixturam faciat. Vid. Bœcler, in Notit. Imper. lib. XI. Cap. 2.

NOTÆ.

(a) ALII &c. v. g. *Speidelius*, voc. *Reichs-Statt;* pag. 772 &c. & voc. *Statt*, pag. 871. Conf. *Lebmann Chron. Spir.* lib. 4, cap. 4, pag. 284.

(b) PROVINCIALES &c. Germ. *Land-Statt;* quæ Territoriales ſuos Dominos habent, quibus homagium præſtare tenentur, nec immediatè Imperatori & Imperio ſubſunt. Vid. *Lebman* l. c.

(c) MIXTAS &c. *Lebmannus* l. c. pag. 285, ait: *Die dritte (Art Stætte) haben einen vermengten Stand, in Anſehung ihrer Recht, Freyheit, Regalien, und der Hohen und Niedern Obrigkeit; ſind aber nichts deſtoweniger dem Reich unterworffen; aber, wann man ihre Freyheit und Gerechtigkeit betracht, ſo ſeynd ſie zum theil den Freyen Reichs Stætten in etwas gleich; im andern ungleich. In dem ſeind ſie ihnen gleich, daß ſie, von wegen ihrer Freyheit, Recht, Regalien, und Obrigkeitlichen Gewalts, wie die Freye Reichsſtatt, dem Reich unterworffen. In dem aber ungleich, daß ſie nicht unmittelbar unterworffen ſind. Dieſe befinden ſich hinwiederumb in dreyerley Unterſcheid: Die Erſten haben ſich anfænglich in einem freyen Stand, als Freye Reichs-Statt, befunden; Hernacher ſich den Chur-Fürſten, und andern Herren, unterthænig gemacht; doch auf gewiſſe Maß,* Pacta *und Vertræg. Die Andern ſeynd zuvor in Fürſten und anderer Gewalt, Herrſchafft und Gehorſamb geſeſſen; ſeynd aber, durch* præſcriptiones, *oder Vertræg, und gewiſſe Bedingungen, in etlichen frey und ledig worden. Die Dritte ſeynd, die, aus erlangten* Privilegien, *in freyen Stand kommen &c.* Fuſius argumentum tractat *Knipſchildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 1, cap. 3 tot. p. 23 &c. ſtrenuus *Civitatum mixtarum* propugnator; aſſentientes habet: *Gailium Obſervat. Pract.* lib. 2, Obſervat. 54, §. 10, p. m. 393; *Mynſingerum*, Decad. 2, Reſponſ. 13, §. 10; *Sixtinum* de *Regalibus*, lib. 1, Cap. 4, §. 84; Auctorem relationis in cauſa *Maintz, contra Erfurth*, apud *Gylmannum*, Tom. 1. *Symphorematum,*

matum, Part. 1, Tit. 2, de *Reconv.* Vot. 1, n. 97, fol. 90, *Schützium*, *Jur. Publ.* Vol. 1, Exercit. *VIII*, *ſ*. 22, lit. G, pag. m. 684; *Limnæum*, *Jur. Publ*, lib. *VII*, cap. 1, *ſ*. 31, pag. 14; *Reinkingium*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 4, Cap. XX, §. 5, pag. m. 489; *Speidelium*, voc. *Hanſee-Stætt*, pag. 472, & voc. *Reichsſtætt*, pag. m. 776; *Burgoldenſem*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. 1, Diſcurſ. *XXI*, Membr. 4, §. 19, pag. 398; *Klockium*, de *Contributionibus*, Sect. 2, Cap. *XIV*, §. 9, pag. 300, & *ſ*. 26, p. 301; multosque alios. Diſſentiunt: *Andreas Knichen* de *Jur. Territorii*, paſſim; *Paurmeiſter*, de *Juriſdict.* lib. 2, cap. ult. *ſ*. 17 & 31; *Engelbrecht* de *Juriſdictione*, Concluſ. 155 &c. *Boeclerus*, *Notit. Imper.* lib. *XI*, cap. 2, pag. m. 192 & 193; *Kulpiſius* ad *Monzamban.* Part. 1, cap. 2, *ſ*. 13, pag. 582, *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſ. *XXI*, *ſ*. *XVI*, p. 445, Alii; Argumenta horum profert Dn. Auctor; quibus κατ᾽ ἄνθρωπον diſputans *Knipſchildius*, l. c. §. 5, 6 & 7, p. 23 & 14, addit, quod (1) *Ludovicus Crempius*, & *Hieronymus zum Lamb*, negotiorum Imperialium peritiſſimi JCti, juriumque Civitatum vindices acerrimi, in Conſiliis ſuis, *Francofurti* editis, ejusmodi *mixtarum Civitatum* nullam mentionem faciant; inſuperque (2) in *Civitatibus*, quas *mixtas* vocant, Electores, Principes, Comites, aliive Status, jura plerumque maxima & ſumma habeant, præſertim territorialia, Regalia, aliaque ſimilia, ſubjectionem immediatam plane excludentia; (3) ejusdem generis Civitates Territoriorum Dominis homagium præſtare teneantur, quod indubitatum ſubjectionis ſignum. In contrariæ ſententiæ præſidium, affert *Knipſchildius* l. c. §. 8 & ſeqq. (1) *Hamburgenſem* Civitatem, quam Holſatiæ Ducibus in feudum concedi ſolitam, actuale homagium Territoriali Domino præſtitiſſe, ex *Cranzio*, *Hotomannum*, Diſput. Feud. cap. 24, probaſſe dicit; propterea que Holſatiæ Comites (nunc Duces) pro merè Provinciali eam uſurpare voluiſſe, aſt, Civibus libertatem ſuam objicientibus, litem An. 1375, ad *Carolum IV.* Imp. delatam, qui *Lubecæ* interloquendo eam ita terminaverit: *ut Hamburgum Comitibus quidem pareret, ſalvis tamen libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerint*; vid. *Crantz. Saxon.* lib X, Cap. 2; *Matth. Stephani*, de *Juriſdict.* lib. 2, Part. 2, Cap. 1, §. 22; *Beſold.* de *Jur. Univerſit.* Cap. 8, *ſ*. 51 hoc autem nihil aliud eſſe, quam ſi Cæſar dixiſſet: *Civitatem, quoad immunitates, libertates & Privilegia ſua, Imperio immediatè ſubjectam eſſe debere; in reliquis vero, Holſatiæ Comitibus*, ſeu *modernis Ducibus.* Quod argumentum lib. *IV*, Cap. *I*, *ſ*. XLIV, *ſ*. 78, & ſeq. p. 1016, latius proſequitur; (2) v. 9, Civitatem *Brunsſwigam*, cujus Cives, à *Maximiliano II.* Ann. 1575, in Diplomate, quodam, Part. 1. *Actor. Brunſwic.* fol. 72, *Imperatoris & Imperii Cives nominati*: *Unſere und des Reichs liebe getreue Burgermeiſter und Rath der Stadt Braunſchweig &c.* in cujus etiam favorem Imperialis Camera *Spirenſis*, 27 Sept. 1599, *Henrico Julio*, Brunſuicenſium Duci, purè & ſine clauſula mandaverit, ut à cognitione & proceſſibus cauſarum, *Regalia Civitatis* reſpicientium, plane abſtineret. *Beſold.* l. c. *Cluten*, *Syllog. Rer. Quotidian.* Concluſ. 27 lit. e; *Stephani* l. c. *ſ*. 23; undcſrurſus ſequi putat, Civitatem quidem, ratione *Territorii*, Ducibus ſubeſſe Brunſuicenſibus; ratione *Regalium* verò, immediatè ſubjectam Imperatori & Imperio dicendam. (3) *ſ*. 10 & ſeqq. auctoritatem Doctorum eandem *mixturam* defendentium. Quid autem ſolidi ineſt his argumentis? de *Hamburgo* ſeq. lit. d, plura diſſeram; præſens *Brunſwiga* Status non judicandus eſt ex iis, quæ *Limnæus* Tom. 3. *Jur. Publ.* lib. VII, Cap. IX. tot. &, ex eo, *Knipſchildius* l. c. lib. 4, Cap. I, *ſ*. XIX, v. 27, pag. 1008, in medium proferunt; ſed ex Sereniſſimi Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducis, *Rudolfi Auguſti*, reſponſione, in Caſtris *Riddagibuſanis*, 10. 20 Junii, 1671, ſubjectionem offerentibus Senatui Populoque Brunſuicenſibus, data, quam ipſa deditio biduo poſt ſecuta, apud *Lundorpium*, Tom. IX. *Act. Publ.* Cap. 223, pag. 780 &c. *Theatr. Europ.* Tom. X, Part. II, pag. 420 &c. & *Gaſtelium*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXXII, *ſ*. 64, pag. 1127 &c. Ne dicam, Municipia, quæ libertatibus & privilegiis quibusdam fruuntur, perperam ab aliis diſtingui, quæ iis carent; cum non quæſtio ſit: *Num omnia Municipia ejusdem conditionis exiſtant?* ſed: *Annon ea, quæ certa privilegia & immunitates ſibi acquiſiverunt, æquè ſint Municipia, ac alia, quæ ejusmodi libertatibus deſtituuntur?* nec intereſt, utrum Privilegia illa ab Imperatoribus, aut Territoriali Domino profluxerint! modò aliunde conſtet de ſubjectione, qua Territoriali Domino tenentur. Quis unquam *Civitatum Imperialium* conditionem ex numero Privilegiorum, æſtimaverit? certè una, quæ multis fruitur privilegiis, nec plus nec minus *Imperialis* eſt, ac alia, quæ totidem non gaudet. Quo fundamento igitur diſcrimen inter *Municipia* fingendum? Auctoritati Doctorum, auctoritas in partes contrarias euntium opponi poteſt.

(d) HAMBURGUM &c. Caſtrum *Hochbuchi*, vel *Hochburi*, à *Caroli Magni* Legato, *Odone*, Ann. 808, in ripa Albis conditum; biennio poſt, à *Wilſis*, Gente Slavica, deſtructum, annoque 811, ab Imperatore reſtauratum, initia Hamburgenſium dediſſe Civitati, præced. Tit. XVI, in Catalogo *Ducum Wendicorum*, v. 6, monui. Tanta Caſtro fuere incrementa, ut, ſub *Ludovico Pio* Imp. Metropolis Populorum trans Albim conſtitueretur, *Adamo Bremenſi*, lib. 1. *Hiſtor. Eccleſ.* cap. 17, pag. m. 18; aliisque teſtibus, quorum verba præced. Tit. XV, *ſ*. 12, lit. d, pag. 1166 & 1167 habentur. Frymon à ſylva, *Hamme* dicta, cujus reliquiæ quarta duntaxat milliaris Germanici parte ab Urbe diſtant,

diſtant, (nec ab *Hammone Lybico*, ut *Conradus Celtes* opinatur, nec ab *Hama*, exercitatiſſimo *Saxonum* pugile, à *Starcartero*, inuſitatæ magnitudinis Viro Dano, cum quo manus conſeruerit, occiſo, ut *Cranzio* lib. I. *Saxon.* Cap. XI, & lib. I. *Metrop.* Cap. XII, pag. 11, & lib. 2, Cap. VIII, p. 44, videtur, pugnam licet & *Saxo Grammaticus*, lib. VI, *Hiſt. Dan.* pag. 95, confirmet,) repetendum eſſe, clarè demonſtrat *Lambecius* lib. I. *Originum Hamburgenſium*, ad an. 814, §. 11, 12 & 13, p. m. 4. Cæſaris nomine, præerat Oppido *Bernarius Comes*, quo abſente, Danos An. 845, illud invaſiſſe atque inſtruxiſſe, fide S. *Remberti*, in *Vita S. Anſcharii*, Cap. XIV, apud *Lambecium*, l. c. §. 188, pag. m. 59, (in Edit. prior. p. 188.) conſtat, qui curarum memor, queis *Anſcharius* Metropolitanæ Eccleſiæ hortum condignè coluerit, ait: *Cum hæc in utraque parte laudabiliter & Deo digne agerentur, contigit, ex improviſo Piratas advenientes Hamburgenſem Civitatem navigio circumdediſſe; quod cum inopinatè & ſubitaneè accidiſſet, ſpatium non fuit Pagenſes congregandi, quippe cum & Comes, qui eo tempore præfecturam loci illius tenebat, Illuſtris Vir, Bernarius, tunc deeſſet. Dominus verò Epiſcopus ibi poſitus, cum bis, qui aderant in Urbe ipſa, vel in ſuburbio manentibus, primo quidem audito adventu eorum, locum ipſum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium; ſed implentibus Paganis, & Civitate jam obſeſſa, cum eis reſiſti non poſſe perſpexit ... etiam ſine cappa ſua, vix evaſit .... Denique hoſtes arrepta Civitate, & omnibus, quæ in ea, vel in vico proximo, erant, ſpoliatis, cum veſpertino tempore eo adventaſſent, noctem ipſam, cum ſequenti & nocte, ibi conſederunt; ſicque, ſuccenſis omnibus ac direptis, egreſſi ſunt &c.* notandum, hic jam *ſuburbii* fieri mentionem, quo, ſine dubio, tractus venit intelligendus, quem *S. Nicolai* parochia hodie occupat, *Nova Urbis* nomen præ ſe ferens. Tempus vaſtationis ſuppeditant *Annales Metenſes*, apud *Andream Du Cheſne*, ad An. 845: *Normanni etiam Caſtellum in Saxonia, nomine Hamburg, populati, nec inulti reverſi ſunt &c.* nec non *Fuldenſes*, apud *Freberum*, T. I. *Rer. German.* An. eod. pag. 19: *Nordmanni, Regnum Karli vaſtantes --- Caſtellum etiam in Saxonia, quod vocatur Hammaburg, populati, nec inulti reverſi ſunt &c.* & *Lupus*, apud *Sethum Calviſium*, An. eod. *Normanni in Galliam irrumpunt, omniaque cæde & incendiis vaſtant. Carolus cum vi minus poſſet, pecuniis, eos placat, & ex Regno dimittit. Iidem vaſtant Hamburgum in Saxonia &c.* Corrigendi hinc *Adamus Bremenſis*, lib. I, Cap. XXI, pag. m. 21, ſcribens: *Excidium Hammaburg ... ut ajunt, factum eſt, Anno Luthevvici Senioris noviſſimo;* adeoque An. 840; & *Albertus Stadenſis*, in eandem ſententiam vergens, ad An. 840, p. 901 *Nordmanni ... per Rhenum vecti Coloniam obſederunt; per Albiam vero, Hamburg incenderunt. Inclyta Civitas tota, aut præda aut incendio, diſperiit &c.* verius tradente *Helmoldo* lib. I. *Chron. Slav.* Cap. 5, §. 1. pag. m. 19, excidium contigiſſe poſt fata demum *Ludovici Pii*. Factum confirmat *Gualdo*, Corbejenſis, Monachus, in vita *S. Anſcharii*, Cap. 34 & 35, apud *Lambecium* l. c. pag. 97, & Edit. prior. p. 273 & 274. *Poſt non multum verò temporis, furore Danorum aliquantulum ſopito, cœperunt reædificari diruta Hammenburgenſis Urbis & Nordalbingorum Populi ad proprias Sedes reverſi ſunt.* Sunt verba *Helmoldi* l. c. §. 2. pag. 19.

Surgentibus paulò poſt *Saxoniæ Ducibus*, Civitas hæc mediata fieri cœpit, utpotè immediatè ſubjecta Ducibus. Quæ fata ſub *Bernhardo II.* Duce Sec. XI. habuerit, dictum præced. Tit. XVI. in *Catal. Ducum Saxoniæ*, in Vita *Bernhardi II.* v. 4 & ſeqq. Conf. ibid. vita Ducis *Magni*, v. 5; & 7; cujus beneficio, *Godefridum* quondam, an 1106. à latronibus jugulatum, *Holſatiæ* Comitatum tenuiſſe, teſtimonio conſtat eorum, quos l. c. v. 8. hoc titulo nominavi. Succeſſor *Magni, Lotharius*, anno ſtatim *Ducatus* primo, adeoque ipſo Anno 1106. contulit eundem, à *Godefridi* nece, in *Adolfum Schauenburgicum*; vid. ibid. vita *Lotharii*, v. 4. Defuncto *Adolfo*, obveniebat filio ejus, *Adolfo II.* (vid. *Albertus Stadenſ.* ad An. 1133, pag. 158.) Non multo poſt, extincto quoque An. 1137. *Lothario*, electo interea Imperatore, & contendentibus, *de Saxoniæ Ducatu*, ſecum invicem *Henrico Magnanimo*, Bojorum Duce, mortui Imperatoris Genero, atque *Adalberto* Aſcanio, ubi *Conradus III.* Imperiale ſolium conſcenderat, &, in Guelficæ Gentis perniciem *Adalbertum* in Ducatu firmare erat niſus, *Nordalbingiæ* Populi, *Adolfo* excepto, caſtra Ducis ſequebantur; pulſoque hinc *Holſatiâ Adolfo*, Comitatus, ab *Alberto* Duce, beneficiali lege, *Henrico de Badvvide* adſcriptus legitur, apud *Helmoldum* l. c. lib. I. Cap. 54. pag. m. 131; alioſque, de quibus præced. Tit. XVI. *Catal. Ducum Saxoniæ, Vit. Henrici Superbi*, v. 6. evolvas. Verum, recuperante ante obitum, *Henrico* Bavaro Ducatum, *Adolfus* quoque, An. 1139. in *Cometiam* rediit, deturbato inde *Henrico Badwidenſi*, utut, in vindictæ monumentum, arcem firmiſſimam *Hammenburg*, ab *Adolfi* Comitis matre, murato opere conſtructam, demolientem. Vid. l. c. v. 27. Comiter novum Ducem, *Henricum Leonem*, habuit *Adolfus II*, ad annum usque 1164, quo, una cum *Ditmarſorum* Comite, *Reinolao*, *Henrico* Duci, adverſus *Caſimirum & Bogislaum*, Pomeranorum Duces, ferendo ſuppetias, periit; vid. ibid. Vita *Henrici Leonis*,

Leonis, v. 4, ad An. 1164; Attamen Ejus filius, *Adolfus III*, ann. 1181, indignationem Ducis incurrens, Terris ejectus eſt, ſequenti licet 1182, ab Imperatore, in integrum reſtitutus; vid. l. c. An. 1180, 1181 & 1182; Anno 1189, priusquam Cæſarem in Terram Sanctam comitaretur, obtinuit ab Auguſto, pro Civibus *Hamburgenſibus*, immunitatem ab omni teloneo, & *ungeldo*, pro mercibus & hominibus, diploma, *(aus der Abgenœtigten in Jure & Facto wohlgegründeten Apologia Hamburgenſi*, contra *Chriſtianum IV*, R. Daniæ, an. 1641, §. 1. Documentorum, deſumptum,) ſubminiſtrante *Lambecio* l. c. §. 83 &c. pag. m. 25, & Edit. prior p. 85; inde notanda verba: *Fridericus D. G Romanorum Imperator, --- ad petitionem Dilecti & Fidelis noſtri, Comitis Adolphi, de Schouwenberg, concedimus & donamus Civibus ſuis, in Hamborch degentibus, ut, una cum navibus ſuis, & mercandiſiis, ac hominibus, de mare usque ad prædictam Civitatem, liberi ſint ab omni theloneo, & Ungelt exactione, veniendi & redeundi --- & in omni diſtrictu præfati eorum Domini Comitis, ipſos Burgenſes liberos facimus de theloneo, & omnis ungeldi exactione; ipſisque illam conferimus libertatem, quod nemo ædificet aliquod Caſtrum penes eorum Civitatem, circumquaque ad duo milliaria. --- Datum Nuenborch ſuper Danubium, anno Dominicæ Incarnationis 1189, Indict. 3, Non. Maji.* Quæ omnia *Adolphus*, anno 1190, in Vigilia Nativitatis Domini, Diploma exhibente *Lambecio*, lib. 2. *Originum Hamburgenſ*, ad An. 1225, §. 12 & ſeqq. pag. m. 33; rata habuit. Redux ex Anglia *Henricus* Dux, ubi aliquamdiu exulabat, eodem tempore redegit *Hamburgum*, locaque alia, in ordinem; Anno vero 1192, reverſus domum *Adolfus*, amiſſa recuperavit. Vid. *Arnoldus* Lubicenſis lib. IV. *Chron. Slav.* C. 1 & 2, pag. 384 &c. & Cap. 7, p. 391 &c. add. ſupr. l. c. ad Ann. 1192. Non multo poſt gravius inter *Canutum VI*, Daniæ Regem, Comitemque *Adolfum*, exarſit bellum, cujus cauſæ prætendebantur (1) conſpiraſſe *Adolfum*, cum *Woldemaro*, Sleſvicenſium Epiſcopo, *Canuti V*, quondam Regis, filio, adverſus laudatum *Canutum VI*, Regem; Vid. *Arnoldus* libr. 4, Cap. 17, pag. 408 &c. & libr. 6, Cap. 10, pag. 462; (2) VVendos, Regiæ ditioni ſubjectos, bello laceſſiviſſe; *Arnoldus*, lib. 6, cap. 10, pag. 462; (3) *Ottonem*, Marchionem Brandenburgicum, eadem in re adjuviſſe; ibid. ut & cap. 9, pag. 461 &c. (4) *Lawenburgum*, Caſtrum *Henrici Leonis*, Saxonum Bojorumque Ducis, in clientelam Danorum tunc traditum, adducta *Hamburgo* navium copia, expugnaſſe; ibid. Cap. 12; add. præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Venedicor.* v. 26, ad An. 1200. Hac rerum facie, ingreſſus, jubente Rege, *Canuto VI*, fratre, Holſatiam, *Woldemarus*, Sleſvicenſium Dux, fuſo, ad *Itzeboam*, *Adolfi* exercitu, 28. Oct. *Hamburgo* potitur, cui Nobilis Proſapiæ Virum Holſatum, *Radulfum* nomine, quem *Adolfus* exilio mulctaverat, præficit; quem tamen *Adolfus*, 1 Dec. *Hamburgum* recuperans, inde iterum abegit. Aſt, eodem adhuc menſe, denuò ceſſit *Woldemaro* Civitas, cui inſuper *Adolfus Lauenburgo* cedere promiſit, miſſo, hunc in finem, Præfecto Caſtri mandato, quo imperata facere denegante, vinctus compedibus *Adolfus*, in Daniam abductus eſt, An. 1291, biennio licet poſt, ex quo *Lauenburgenſes Woldemaro*, jam Regi, portas pandebant, in libertatem iterum vindicatus, datis ſervandæ pacis, qua Comes, *Holſatiæ Stormariæque* renunciavit, *Schawenburgica* Ditione contentus, obſidibus. Vid. *Arnoldus* cit. lib. 6, cap. 14, & 17, & ſupr. l. c. v. 26, ad Ann. 1201 & 1203; & *Lambecius* l. c. lib. I, §. 93, ad An. 1203, pag. m. 27.

Ab hoc tempore, præfecturam Holſatiæ geſſit *Woldemari* Regis frater uterinus, *Albertus*, *Orlamundis* Comes; teſte *Arnoldo* l. c. lib. 7, cap. 13, §. 2, p. 554; ſed Holſatis jugi Danici pertæſis, *Hamburgenſes* venienti in Saxoniam *Ottoni IV*, Imp. cum Exercitu procedunt obviam, An. 1215, ſeque ei tradunt, & juramento pollicentur, Ei & Imperio in perpetuum ſe fideles fore. Hinc *immedietatis* primordia, quam Civitas jactat; Vid. *Apolog. Hamburg.* an. 1641, pag. 18; *Albertum Stadenſem* ad an. 1215, p. 203; *Chron. Slavic. Lindenbrogii*, an. eod. pag. 257; *Cranzium*, lib. 7. *Daniæ*, Cap. 17, p. m. 165; & *Lambecium* l. c. v. 105, p. m. 30; & Edit. prior. pag. 108. indignè id ferens *Woldemarus* Rex, gravi obſidione circumdat *Hamburgum*, An. 1216, armataque manu ad deditionem rurſus compellit. Vid. *Albertus Stadenſis*, h. a. pag. 204; *Erici* Regis *Hiſtor. Gentis Danorum*, apud *Lindenbrogium*, ad h. a. p. m. 272; *Chronicon Slavicum*, ibid. an. eod. p. 258; *Crantzius* l. c. *Lambecius* l. c. v. 106, pag. m. 31; & Edit. prior. p. 109. Utque cives acerbius caſtigaret, vendidit *Alberto Orlamundano*, (qui durante obſidio, ſtrenuam navaverat operam,) *ſeptingentis argenti marcis*, ſeu 5600 Imperialibus, omne imperium, quod ſibi in Civitatem arrogabat; ſicque *Hamburgo*, juxta Danos, plena poteſtate præeſſe cœpit, cum reliquas *Nordalbingiæ* partes non niſi vicariè adminiſtraret. Vid. *Crantzius*, lib. VII. *Vandal.* cap. 4, & cit. *Apolog. Hamburg.* p. 4.

Capto, An. 1223. Rege *Woldemaro*, à Suerinenſium Comite, *Henrico*, *Adolfus IV*, extorris *Adolfi III.* filius, de recuperanda Terra ſua vehementer erat ſolicitus; quo vero *Albertus Orlamundanus Hamburgenſes* ſibi fideles haberet, confirmavit eis, Ann. 1224, omnia privilegia, à Cæſaribus *Fridericis I & II*, Duce *Henrico*, & *Adolphis* Comitibus, ipſis data; vid. *Lambecius* l. c. v. 116 ſeqq. ad An. 1223, pag. m. 33 & 34. His autem non obſtantibus, invaſit *Adolphus*, Ann.

1225,

1225, auxilio *Gerhardi*, Bremenſium Antiſtitis, & *Henrici*, Suerinenſium Comitis, *Nordalbingiam*, cui *Albertus* Orlamündanus, in ſocietatem belli tracto *Ottone*, Brunſuicenſium & Luneburgenſium Duce, copias opponere decrevit; metu tamen, ne ſi res infauſto Marte gererentur, pecuniæ *Woldemaro* Regi, pro *Hamburgo*, ſolutæ, faceret jacturam, vendidit ipſis *Hamburgenſibus*, priusquam turmas in hoſtes educeret, ſumma *mille quingentarum argenti marcarum*, quicquid in eos juris & imperii à *Woldemaro* comparaſſe ferebatur, liberos eos ſuique juris pronuncians. Vid. *Chytræus*, lib. 2, in fin. *Hiſtor. Saxon.* cit. *Apologia Hamburgenſis*, p. 4; *Knipſchild*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. IV, Cap. I, §. 44, v. 77, pag. 1015; *Lambecius* l. c. v. 119, pag. 34; Hisque demum pactis, congreditur cum *Adolfo*, aſt infelici eventu, hoſtibus nullo ferè negotio, *Holſatiam* totam, *Wagriam & Stormariam*, in ſuam iterum poteſtatem redigentibus. Vid *Albertus Stadenſ.* an. eod. pag. 206; *Lambecius* l. c. Sublata hoc modo Comitum *plenaria*, & Præfectorum *vicaria* poteſtate, & Juriſdictione, Senatus, ex primariis Civibus delectus, oriri cœpit. Metamorphoſi autem hac non contentus *Adolphus IV*, adhuc eodem anno 1225, *Hamburgo* militarem circumpoſuit coronam, cujus Cives, præeunte Senatu, in deditionem mox conſentiunt, intromittentes Comitem, attamen ſe dedentibus viciſſim privilegia quælibet & libertatem antiquam, quibus hactenus erant gaviſi, confirmantem. Hæcque eſt origo & baſis prætenſionum Holſaticæ Domus in *Hamburgum*. Vid. *Lambecius* l. c. §. 37 & ſeqq. pag. m. 6 & 7; ubi tenor ipſius Diplomatis, quod ſic incipit: ***Adolphus***, *D. G. Comes Wagariæ, Stormariæ, Holzatiæ, & de Schowenborch, omnibus, præſens ſcriptum viſuris, in Domino ſalutem. Innoteſcat & clareſcat, tam præſentibus, quam futuris quod Nos illam gratiam & libertatem, quam Glorioſus Princeps, Dominus noſter* ***Fredericus***, *Romanorum Imperator, ad requiſitionem Dilectiſſimi Patris noſtri, Comitis* ***Adolfi***, *fel. mem.* ***Civibus noſtris in Hamburch*** *privilegio ſuo contulit, & idem noſter genitor poſtmodum ipſis, ſub authentico, liberè conceſſit, confirmamus, verè prædictis* ***noſtris hominibus*** *conſervandam &c. Datum anno Dominicæ Incarnationis 1225 &c.* Contradixiſſe autem geſtis hiſce omnibus, Brunſuicenſium & Luneburgenſium Duces, (eò quod *Hamburgum* nec ad *Albertum*, nec ad *Adolphum*, ſed ad Saxoniæ Ducatum pertineret,) *Ottonemque* Ducem, quem vulgus *Puerum* vocat, anno demum 1239, juribus ſuis in *Hamburgum* renunciaſſe, *Adamus Tratziger*, Civitatis Syndicus, poſteaq; Holſatiæ Ducis. Cancellarius, in Chronico MS. *Von Ankunfft und Veränderung der Stadt Hamburg*, An. 1577, ultro fatetur; pariter ac *Lambecius* l. c. ad An. 1239, §. 163, pag. m. 26, verbis præced. Tit. XVI, *Catalog. Ducum Saxoniæ*, in vita *Ottonis Pueri*, v. 5, ad h. a. pag. 200, occurrentibus.

Surgentibus Sec. XIV, inter Holſatiæ Comites, *Henricum Ferreum*, Segebergenſem; *Nicolaum*, ejus fratrem, Rendsburgicum, *Adolphum* Kilonienſem, & *Ottonem* Pinnebergicum, atque *Hamburgum*, circa *Homagium* præſtandum, litibus, imperavit *Carolus IV.* Imp. *Tangermündæ* An. 1375, Civibus obedientiam, Decreto, quod in cit. *Apologia*, §. 17. *Documentor.* reperire eſt:

Wir Carl &c. entbieten den Bürgermeiſtern und dem Rath der Stadt Hamburg, Unſern Lieben Getreuen, Unſere Gnade, und alles Guts. Lieben Getreuen! Uns haben geklagt die Edelen: Heinrich, Claus, Adolph *und* Otto, *Grafen zu* Holſtein *und* Schawenburg, *Unſer und des Reichs Lieben Getreuen, wiewohl das ſey, daß Sie, und Ihre Vorfahren,* ***rechte Erb-Herren*** *geweſen ſeyn, und noch ſeyn,* ***der Stadt Hamburg***; *jedoch ſeyd Ihr Ihnen nicht gehorſam, noch mit Huldigungen und andern Sachen, unterthænig, als Ihr billig ſchuldig ſeyd, und von Rechte; darumb gebieten Wir euch ernſtlich, und wollen, daß Ihr den ebegenanten Grafen von Holſtein und von Schawenburg,* ***als Euren Erb-Herren***, *gehorſam ſeyn ſollet, und euch an Sie haltet, als Ihr von Rechte ſchuldig ſeyd, Ihn und Ihren Erben zu thun. Ob das nicht geſchehe, wann Wir Sie, als Grafen des H. R. Reichs, ob Sie das muthende und begehren werden, von Rechts wegen, nicht gelaſſen mægen, ſo müſſen Wir Ihn zu dem Rechten geholffen ſeyn. Geben zu* Tangermünde, *des Freytags vor Aller Heyligen Tage, Unſerer Reiche in dem* XXXII, *und des Kayſerthumbs in dem* XXIIIſten *Jahren.* Conf. *Knipſchild* l. c. v. 78. p. 1016.

Extinctis, An. 1459, in *Adolpho*, Sleſuicenſium Duce, Comitibus Lineæ *Rendsburgicæ*, cum quæſtio eſſet: Utrum vacuè facta hereditas ad *Chriſtianum I*, Daniæ Regem, ipſiusque Fratres, *Mauritium & Gerhardum*, Comites *Oldenburgicos*, defuncti, ex ſorore *Hedwige*, Nepotes? num vero ad *Ottonem*, ejusdem Agnatum Lineæ *Pinnebergicæ*, pacta Chilonienſia An. 1390, in cauſæ præſidium, allegantem, ſpectaret? (vid. *Crantz* lib. 12 *Vandal.* Cap. 22; *Chytræus* l. c. *Apologia* cit. pag. m. 5.) *Holſatiæque* Ordines, certis pactis, An. 1460, deſuper initis, laudato Regi ſe ſubderent, *Hamburgenſes*, An. 1461, eundem in Dominum ſuſceperunt, ſequenti Formula, quam Dani *Homagium*, Hamburgenſes verò *Aſſumptionis Formulam*, Germ. *Annehmungs*-Formul, vocant, ſe obſtringentes:

Gnedigſte Leve Here. De Rath und Bærgere van ***Hamborch***, *hüt yegenwarig, vullmæchtig van der gantzen Menheit, und der Stadt wegen,* ***annahmen Juvv e***

***Gnade vor enen Heren,** ſo Gy van den Prælaten, de Manſchop, und den Inwahnern der Lande Schleſwyck, Holſten und Stormarn, dartho Koren ſyn; willen uns tho Juwen Gnaden hebben, unde holden, ſo wy tho unſem Gnedigen Heren, Heren Alfue,* (Adolpho) *Juwer Gnaden Ohme, ſeliger Dechtniſſe, hath und holden hebben; und don, des uns gebærlyck ys tho doende, unde **annehmen,** nach Juwer Gnaden Dode, enen van Juwen Erven, de van den Prælaten, der Manſchop, unde gemenen Inwahnern der Lande, **mit Vullbord unde Willen des Rades tho Hamborch,** dartho Koren wert; und bidden, Juwe Gnade willen uns annehmen, Unſer Stadt und Bærgere Fryheide, Privilegie, redelyke Wonheid, unde Handfeſte, confirmeren unde beſtedigen; Uns færder mit Fryheiden, ſo dat beſpracken ys, in deme Hartigrike beſorgen, Uns, und Unſe Bærgere, vorbidden, unde by Recht beholden, **ſo enen Heren gebærd, by ſynen Underſaden** tho doende.*

Vid. cit. *Apologia* §. 2. *Document.* ubi ſimul §.3, confirmatio Privilegiorum, a Rege, An. eod *am Donredage vor Sunte Anthoniſſes Dage, Hamburgi* ſcripta.

An. 1473, ſub dato *Nieder-Baden, am Freytage für Jacobi,* præcepit in contrarium Imperator, *Fridericus III, Hamburgenſibus, bey Verliehrung aller Ihrer Gnaden, Freyheiten, Brieſen, Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten, ſo Sie von Ihr Kayſ. Majeſt. und dem H. Reich, oder ſonſt jemanden anders, haben, auf den angeſetzten Reichstag gen Augſpurg, Ihre treffentliche Botſchaft zuſchicken &c.* Cumq; Comitia in diem *Epiphaniæ* an. 1474. prorogarentur, certiores deſuper facti ſunt aliis literis Cæſareis, *Coloniæ, am Mitwochen nach S. Andreas, 1473,* datis; rurſusque aliis, ſub dato *Nürnberg, am Freytag vor Mitfaſten, 1474,* cum denuo in diem dominicum *Quaſimodogeniti,* ejusdem anni 1474, differrentur; Vid. *Gaſtelius,* de *Statu Publico Europæ,* Cap. XXXII, p. 1096.

An. 1479, *am Mitwochen nach dem Sonntag* Reminiſcere, Grætzii, rurſus ad Comitia *Friſingam* vocati ſunt. Vid. *Gaſtelius* l. c.

Hæc omnia verò impedimento non erant, quo minus *Hamburgenſes* An. 1482, *Johanni,* Regi, ejusque Fratri, *Friderico,* Holſatiæ Ducibus, eo modo, ac cit. *Apologia,* §. 4. *Documentor.* continetur, fidelitatem pollicerentur, licet interea *Immedietatem* ſuam *Maximiliano* Imp. & Ordinibus Imperii, ſummoperè commendarent; ſicut etiam,

An. 1484, ſub dato *Antwerpen, am Montage vor S. Catharinen Tag,* ipſis diplomate Cæſareo injunctum fuit, *bey der Pflicht, damit Sie Ihrer Majeſt. und dem H. R. Reiche, und dem Chriſtlichen Glauben verbunden ſeynd, auf* Purificationis Mariæ, *bey Ihr Kayſerl. Majeſt. in Ihrer und des H. Reichs Stadt Wormbs, durch ihre Botſchafft, zu erſcheinen, und mit ſambt andern daſelbſt hin beſchriebenen Chur-Fürſten und Stænden des Reichs, das beſte, nützlichſt und getreulichſt berathſchlagen zu helffen, und ferner von dannen, mit Ihrer Kayſerl. Majeſt. zu dero Krænung, nach Rom zu ziehen.* Vid. *Gaſtelius* l. c.

An. 1497. ſub dato Worms, *am Freytage nach* Aſſumptionis Mariæ, celebrandis *Friburgi* Comitiis, *wurden Hamburgenſes abermahl in einem Kayſerlichen Ausſchreiben, der Pflicht, damit Sie Ihrer Majeſt. und dem H. Reich, verbunden, ermahnet, anbey Ihnen, bey Vermeidung ſchwerer Ungnade und Straffe, geboten, auf Michaëlis Abend, zu Freyburg zu erſcheinen, und ſampt Chur-Fürſten und Stænden, des Reichs Anliegen und Nothdurfft berathſchlagen zu helffen.* Vid. *Gaſtelius* l. c. addens: *Faſt gleiches Einhalts Ausſchreiben, auf dem Reichstag zu Franckfurt, unter* dato Nürnberg, *am Freytage des H. Creutz Tages* Exaltationis, Ann. *1501, an die von **Hamburg** abgangen. Noch ein anders dergleichen, unter* dato: *Schwæbiſchen Werdt,* den 7 Maji, An. 1504. *an die von **Hamburg** abgangen, darinn dieſelbe auf den Reichs-Tag zu Franckfurt am Mayn, auf* S. Jacobs *Tag angeſetzt, erfordert werden. Deßgleichen auch ein Ausſchreiben des eilenden Reichs-Tags zu Wormbs, auf den* 16 Julii *angeſetzet, an die **von Hamburg,** unter* dato *Cællen, den letzten* Maj. an. *1508. ergangen. Folgends ein ander Ihr Kayſ. Majeſt. Ausſchreiben aufm Schloß Kofereyt,* am 18 Novemb. An. 1509 datirt, *worinnen die **von Hamburg**, bey den Pflichten, damit ſie Ihrer Kayſerl. Maj. und dem Reiche verwandt ſeyn, ermahnet und gebotten worden, Ihre Bottſchafft, auf den zu Augſpurg am* 18 Januarii *angeſetzten Reichstage zu ſenden, und des Reichs Nothdurfft berathſchlagen zu helffen.*

Num vero Civitas ad omnia hæc Comitia Legatos miſerit, dicere non auſim, cum in Receſſuum ſubſcriptionibus nulla hujus rei fiat mentio, excepto quod *Gaſtelius* l. c. pag 1097, doceat, reperiri *Credentiales* Imperatoris *Maximiliani I,* die *Ægidii, 1491,* datas, *in welchen Ihr Kayſ. Majeſt. einer Zuſage, von dero von Hamburg Abgeſandten, auf dem nechſtgehaltenem Tag zu Nürnberg beſchehen, allergnædigſte Erwehnung thæten, daraus genugſam abzunehmen, daß die Statt Hamburg daſelbſt aufm Reichstag zu Nürnberg Ihre Geſandten werde gehabt haben.* Quicquid ſit, examinatis utrinque argumentis, emanavit An. 1510, in Comitiis *Auguſtanis,* Decretum, vigore cujus ***Hamburgum*** Civitas inter *Immediatas Imperii* relata eſt; etiam ſub dato *Veldkirch,* 9 Sept. eod. an. ad Comitia *Auguſtana* vocata; pariter ac, ſub dato *Inſprug,* 20. Julii 1511. ad Comitia ibidem, circa feſtum *Galli,* 16. Oct. celebranda; ne de Mandato Cæſareo, ſub dato *Weylheim in Bayern für dem Gebirge,* 20. Maji, an. eod. ipſis inſinuato loquar, quo *(Hamburgenſes) zuförderſt*

ermah-

Digitized by Google

ermahnet werden: der Pflicht und Gehorſam, damit Sie Gott dem Schæpffer, auch nachmahls Seinem H. Glauben, und Ihr Kayſ. Majeſt. als deſſelben Vogt und Beſchirmern, und Ihrem rechten natürlichen Herrn, verwandt wæren; darzu, aller der Gnaden und Gutthaten, die Ihnen, von Weyland dero Vorfahren, Ræmiſchen Kayſern und Kænigen, auch von Ihr, der Kayſerl. Majeſt. ſelbſt, und dem H. R. Reiche, Ihr beweiſt ſind; und demnach, bey Privirung und Entſetzung aller Ihrer Regalien, *Lehen, Gnaden und Freyheiten, und was Sie von dem H. R. Reich hætten, ernſtlich gebotten werden, daß Sie Ihrer Vorfahren Liebe, gehorſamb und getreue Dienſtbarkeit, die Sie zu Gott, dem H. Reich, und Teutſcher* Nation, *getragen, dadurch Sie Ihr und aller Teutſchen gegenwærtige Ehre und Vermæglichkeit erlanget, betrachten, und darauf von Stund zu Angeſicht des Briefs, Ihrer Kayſerl. Majeſt. mit hahrem Gelde, das ſich ſo viel laufft, als Sie Ihrer Maj. an Leuten zuzuſchicken, und ſechs Monat lang im Feld zu halten, auf das hæchſte Vermægen, hierinnen zu Hülff und zu ſtatten kommen, und mit andern Ihrer Majeſt. und des Reichs Stædten, die zu næchſt umb Ihnen gelegen wæren, des vereinen und vertragen ſollen &c.* Vid. *Gaſtelius* l. c. p. 1097; annectendo, ad varia poſthæc Comitia eos iterum vocatos, veluti, ſub dato *Eslingen* 21 Dec. 1526, *Ratisbonam*, 1 April. 1527; ſub dato *Speyer*, 6. Novemb. 1527, *Ratisbonam*, Domin. *Invocavit 1528*; ſub dato *Lintz*, 16. Oct. 1541, *Spiram*, 14. Jan. 1542; ſub dato *Genua*, 27 Maji 1543, *Spiram*, ult. Novemb. an. eod. ſub dato *Valenci, im Hennegaw*, 26. Sept. 1544, *Wormatiam*, 2. Jan. 1545; ſub dato *Utrecht*, ult. Jan. 1545, *Ratisbonam*, 15. Mart. an. eod. ſub dato *Brüſſel*, 13. Mart. 1550, *Auguſtam*, 25 Junii an. eod. &c. &c.

Tenor laudati Decreti 1510, ut in cit. *Apologia*, §. 14. *Documentorum*, pariter ac apud *Gaſtekium* l. c. p. 1098 & 1099. occurrit, ſic ſonat:

Auf der Kænigl. Würde zu Dennemarck, und Hertzogen Friederichs zu Holſtein Schreiben, auch Ihres Geſchickten erſuchen, Bitt und Begehren an die Ræmiſche Kayſerl. Majeſt. Unſern Allergnædigſten Herren, und die Churfürſten, Fürſten und Stænde des Reichs, ſo auff dieſem Reichstag zu Augſpurg verſamlet geweſen, beſchehen, die Stadt Hamburg antreffende, iſt demſelben Geſchickten dieſe Antwort gegeben worden:

Nachdem die Kayſerl. Majeſt. auch die Churfürſten, Fürſten und Stænde des Reichs, aus viel tapffern und glaubwürdigen Uhrkunden und Unterrichtungen, auch ſonderlich aus allen Anſchlægen, von langen Jahren hero, und auf dieſe Zeit hero, im H. Reich beſchloſſen, und gemacht, eigentlich bericht ſeind, daß die gemelte Statt Hamburg allwegen für und als ein Stadt des H. Reichs angeſchlagen, geachtet und gehalten, auch zu dem Reich gehærig, und wie ein ander Statt des Reichs, von weyland Ræmiſchen Kayſern und Kænigen, mit ſondern Gnaden, Privilegien, und Freyheiten, und ſonderlich der Güldenen Müntz halben, læblich begabet und verſehen, darzu in den gemelten Anſchlægen, oder Aufflegung des Reichs, vor und nach ihr Gebühr, und nach Gelegenheit, wie andere Reichs-Stætte, angeſchlagen, darinne geſetzt, und niemals ausgelaſſen, oder abgeſondert worden, und deßhalben nicht anders, dan für ein Reichs-Stadt zu halten iſt; So will Ihr Kayſerl. Maj. auch den Churfürſten, Fürſten und Stænden des Reichs, aus ſchuldigen Pflichten gebühren, dieſelbige Statt Hamburg hinführo auch bey dem Reich, vorberührter maſſen, zu behalten. Wo aber die Kænigliche Würden zu Dennemarck, oder gemelter Hertzog zu Holſtein, in ſolchen beſchwært zu ſeyn, oder bey derſelben Statt Hamburg Gerechtigkeit zu haben, vermeineten; ſo mægen Sie ſolche Ihre Sprüche vor dem Kayſerlichen Cammer-Gericht ſuchen, und rechtfertigen, daſelbſt Ihnen fürderlichſt rechtens, ohne einige Verhinderung, oder Ausflucht, geſtattet und verholffen werden ſolle. Actum Augſpurg, *am dritten Tag des Monats* Maji; Anno (milleſimo quingenteſimo) decimo.

Ad mandatum Domini Imperatoris
& Congregationis Imperii.

Enimverò, *Chriſtianus III*, An. 1533, ſolium conſcendens, pro Domino iterum agnitus eſt formulâ, quæ in cit. *Apologia* §. 5. *Document.* extat:

Gnedigſter Here. Nachdeme Juwe Kænigl. Majeſt. na deme willen Gades, in deſſe Ehrer Maj. Stadt kamen, ſo erſchinen Wy, de Rath und Bærgere, vullmæchtig van der gantzen Gemenheit, und bekennen Uns tho weſende Lidtmate des Landes tho Holſten und Stormarn, und willen uns by Juwer Kænigl. Majeſt. und Ehren unmündigen Brædern, alſe Fürſten tho Holſten und Stormarn, holden und hebben, in allen gebærlyken Saken, alſe framen Lüden, ***by ehren natürlyken Erffgebaren Landes-Fürſten und Herrn,*** *tho doende gebæret, und alſe ſick unſe Vorfaren by der Herſchop tho Holſten und Stormarn geholden hebben, by alſo, dat wy by unſen Privilegien, Gerechticheiden, Fryheiden und olden redelyken Gewonheiden, blyven und geladen werden. Und bidden Juwe Kænigl. Maj. mede van wegen Ehrer unmündigen Brodern, wille uns darup annehmen, Unſere Privilegien, Gerechticheiden, Fryheiden, und olde redelyke Gewonheiden, confirmeren, und handhaven, uns ock* ***gelyk andern Juwer Kænigl. Maj. Underdanen,*** *tho Rechte verbidden, und verdedingen.*

Idem tentantibus *Friderico II*, Rege, Ducibusque *Adolpho & Johanne* Fratribus, an. 1566, 8 Sept. *Homagium* ſibi præſtari volentibus, prohibuit Cæſar, *Maximilianus II*, ſub pœna 50 marcarum auri puri, *Mandato inhibitorio*, (quod in cit. *Apologia*, §. 6. *Documentor.* legitur,) An. eod. 26 Aug. *Spiræ* dato, aliquid ejusmodi, durante *Exemptionis* Proceſſu, in præjudicium Imperii, fieri. Sicut etiam cuncta in ſtatu quo relinquebantur; aſt, An. 1544, in primis, &

An. 1570, in Comitiis *Spirenſibus*, controverſia hæc

acri contentione iterum agitata eſt; de qua Thuanus, lib. 45. Hiſtor. ad h. a. pag. m. 524 & 525: Cum Cæſarei Fiſci Patronus, anno hujus Seculi (XVI) quadrageſimo quarto, Hamburgenſeis, ad collationem pecuniæ, & onera Imperii ferenda, adigere vellet, illi, Chriſtiano, Rege Daniæ, & Holſatiæ Ducibus, appellatis, conſilium eorum, ac defenſionem in jure, petierant; Holſati verò, ampliſſima ad Carolum V Legatione tunc decreta, & poſtea ad Ferdinandum miſſa, Ratiſpona interceſſerant, & tenuerant, ut, ante omnia, à Camera cognoſceretur: Hamburgum Civitas, & Sleſvicenſis Diœceſis, ad Imperium pertineret, an Holſatia Ducibus ſine medio ſubjecta eſſet? ac, ſi quidem Holſatiæ membrum eſſet, ab Imperii oneribus immunis declararetur; ſin inter Imperii Ordines cenſeretur, ad collationem cogeretur. Ita cauſa Hamburgenſium, ad præſens oneribus Imperii levatorum, ad Cameram tunc quadriennio poſt remiſſa eſt: quod cum Holſatis Ducibus deberent, minus dignam gratiam eis poſtea rependerunt; quapropter, de ipſorum contumacia multum ac graviter conqueſti, per Legatos Holſati petebant: Ut, juxta Caroli & Ferdinandi Cæſarum Reſcripta, controverſia hæc Cameræ judicio dirimenda committeretur. Heic Hamburgenſium Legati negare: ullo ſe unquam tempore Holſatici Juris fuiſſe, &, ſi Holſatiæ Principes ſuo nomine appellaſſent, id ſine mandato feciſſe. Contrà, Holſati teſtimonia hæc adferebant (1) cum Carolo IV Cæſare, Anno Chriſti 1375, Hamburgenſes Rolandi ſtatuam, in libertatis ſignum, in foro erexiſſent, &, exemplo Lubecenſium, à fide, Holſatis debita, defeciſſent, Carolum Cæſarem, re ad Eum remiſſa Tangermundæ ad Albim, ſecundum Holſatiæ Principes pronunciaſſe, & Hamburgenſeis ad obſequium, Holſatis præſtandum, dejecta Rolandi ſtatua, condemnaſſe. Secundum hæc (2) Cives Chriſtiano I, & ejus fratribus, Chriſtiano III, qui & privilegia ipſorum confirmavit, fidem obſtrinxiſſe; & (3) folium urticæ, quod Principum Holſatiæ inſigne eſt, ab eo tempore, paſſim Urbis inſignibus, in Curia, portis, ſigillo publico, ac moneta, ſculpſiſſe; (4) à Cæſaribus ad Cameram citatos, hoc prætextu, quod Holſatis ſubjecti eſſent, Forum declinaſſe; (5) inter Ordines Holſatiæ olim ad Conventus comparuiſſe; in quem uſum (6) & ædes proprias Segenbergæ habuerunt. Cum verò (7) ab Henrici Brunſuici Exercitu, ante XVI annos, infeſtarentur, auxilium ob Holſatis petiiſſe, quorum interventu res Bergeredorpei compoſita ſit: denique (8) nuper, cum ad onera Imperii, à Cæſarei Fiſci Patrono, cogerentur, ad Holſatos provocaſſe. Quibus rationibus utrinque re diſceptata, nihil tamen certi pronunciatum, ſed amplior de ea diſceptatio ad Senatum remiſſa eſt. Hactenus Thuanus. Unde ſua Strauchius, Diſſert. Exot. I, §. 20, pag. 27. Conf. Dn. Chriſtoph Hermanni Schwederi Theatrum Hiſtoricum Prætenſionum Illuſtrium, Lib. 2, Sect. 2, Cap. XI, pag. 131 &c.

Subſtitit ita res ad Annum usque 1601, quo, Chriſtiano IV Rege, Ducibusque Johanne Adolpho & Johanne Friderico, ab Hamburgenſibus Homagium rurſus exigentibus, Imperator Rudolphus II, duplici Mandato inhibitorio, ſub dato Pragæ, 1 Aug. 1601, quibus ibid. 26 Sept. 1603, tertium additum, ſub pœna banni, pendente lite in Camera, nihil innovari prohibuit, quorum Mandatorum copiæ in cit. Apologia, §. 9. Document. reperiuntur; attamen, iis non obſtantibus, cœpta Rex Ducesque, adhuc eodem anno 1603, 28 Octob. ad finem perduxere, teſte Caſparo Danckwerth, Part. 3. der Holſteiniſchen Landes-Beſchreibung, Cap. XII, pag. 260: Nachdem Kœnig Chriſtian der IV, das 25 Jahr erreichet, ſeind Ihr Majeſtæt, wie dan auch Ihr Fürſtl. Durchl. Hertzog Johan Adolph zu Schleſſwig Holſtein, von den Hamburgern, in der Statt Hamburg, als Hertzogen zu Holſtein, gehuldiget worden; und haben Ihr Maj. und Fürſtl. Durchl. die Hamburger, Trew und Hulde, ſalvis privilegiis, nicht zwar mit einem Eydſchwur, ſondern mit einem Handſchlage, angelobet &c. Conf. Winckelmanni Chronic. Oldenburg. Part. 1, Cap. 2, pag. 36, Ludolphi Schaubühne, lib. 3, Cap. 9, pag. 113; Schowart, Obſervat. Geneal. Hiſtor. Cap. 4, §. 16, pag. 144; quo minus verò in Civitatis damnum id vergeret, dabantur ei Reverſales, hujus tenoris:

Wir von Gottes Gnaden, Chriſtian der IV, zu Denemarcken, Norwegen, der Wenden und Gothen Kœnig; und Johann Adolph, Erwählter Biſchoff zu Lübeck, Erbe zu Norwegen, Gevettern, Hertzoge zu Schleſſwig, Holſtein, Stormarn, und der Dithmarſchen, Grafen zu Oldenburg und Delmenhorſt &c. thun kundt hiermit, vor Uns, Unſere Erben, und Nachkommende Regierende Hertzogen zu Schleſſwig, Hollſtein, Stormarn &c. Nachdem Wir von Unſer Statt Hamburg die gewœhnliche Huldigung gefordert, Uns auch, durch unſere darzu verordnete Rathe, mit Bürgermeiſter und Rath, der Solennitaten halben, gnædigſt und gnædig, auch unterthænigſt und unterthanig, nach dem Exempel unſerer Vorfahren, verglichen, wie deſſhalben ein Receſſ unter Unſern Handen und Secreten, zwiſchen Uns und ihnen, auch unter Ihrem Stadt-Siegel, aufgerichtet, und beyderſeits, zur Nachrichtung, behalten; und aber immittelſt, von der Rœmiſchen Kayſerl. Maj. Unſerm freundlichen Lieben Herren, Oheimen, und allergnædigſten Herrn, ein ernſtlich, betraulich Inhibitorial-Mandat an gemelte Unſere Statt Hamburg, bey hœchſter Straff und Pœn der Acht, ausgegangen, auch

Brü-

Digitized by Google

Bürgermeiſtere, Rath und der gantzen Gemeine inſinuirt *worden, welches Uns zwar faſt befrembdlich, (weilen Wir und unſere lœbliche Herren Vorfahren,* in poſſeſſione vel quaſi *ſolcher Huldigung geweſen, und noch ſeyn) fürgekommen; Bemelte Bürgermeiſtere, Rath und gantze Gemeine auch faſt beſtürtzt darüber geworden, und die Leiſtung der Huldigung derhalben in Zweifel gezogen, auch uns, mit unterthænigſt und unterthænigem Fleiſs, biß auf andere gelegene Zeit, dieſelbige zu* prorogiren *und einzuſtellen, gebeten, welches Uns doch, vielerley Urſachen, unter andern auch, Unſerer, und von unſern Hochſeeligen Herren Vor-Eltern, auf Uns wohlhergebrachten* poſſeſſion vel quaſi *halben, auch daß Wir albereits, mit Unſerer darzu beſchriebenen Aufwartung, im Abzug geweſen, nicht bewilligen, oder Ihnen einræumen kœnnen: Daß Wir derhalben Ihnen gnædigſt und gnædig, ſampt und beſonderlich, bey Unſern Kœniglichen Würden, und Fürſtlichen wahren Worten, verſprochen und zugeſagt, thun auch ſolches krafft dieſes, hiemit, ernſtlich, daß der* Actus *dieſer bevorſtehenden Huldigung, dem H. R. Reich, der Rœmiſ. Kayſerl. Majeſt. und der Statt Hamburg, auch der im Kayſerl. Kammer-Gericht hangenden ſtreitigen* Exemption-*Sachen, zu keinem* præjudicio *und Nachtheil gerechnet, gedeutet, oder verſtanden werden, ſondern denſelbigen allen, nicht weniger als Uns, und unſern Erben, Nachkommenden Regierenden Hertzogen zu Schleßwig-Hollſtein, alle Recht und Gerechtigkeit, dadurch unverkürtzet ſeyn und bleiben ſolle. Darnachſt, daß auch Wir die gantze Stadt in gemein, auch einen jeden Kauffmann und Bürger derſelbigen, obgemeltes Kayſerlichen hochverpœnten* Mandati *halben, bey hœchſtgemelter Rœm. Kayſerl. Majeſt. entſchuldigen, vertretten und verbitten, ja auch gegen den Kayſerl.* Fiſcal, *und ſonſt jedermænniglich, inn- und auſſerhalb Rechtens, ſo offt, und wan es von nœthen ſeyn wird, und da ſie ingemein, oder jemand ihres Mittels inſonderheit, dieſer Huldigung halben, in ihren Gewerben und Handthierungen, einigen Schaden, an Leib oder Gut, nehmen würden, dieſelbigen noth- und ſchadloß halten ſollen und wollen. Deſſen zu mehrer Sicherheit, Urkund, auch ſteter und feſter Haltung, haben Wir, Kœnig Chriſtian, und Hertzog Johan Adolph &c. Gevettern, beyde Regierende Herren, Hertzogen zu Schleßwig, Hollſtein &c. dieſen unſern offenen Brieff, mit unſerm Kœnig- und Fürſtlichen* Secreten *bekræfftiget, und mit eigenen Handen unterſchrieben.* Actum Wandersbeck, *den 27 Monats-Tag* Octobris, *Eintauſend Sechshundert und drittem Jahre.*

Chriſtian Mpp. (L. S. Regis.) *Johan Adolph.* Mpp. (L. S. Ducis.)

Vid. Cit. *Apologia Hamburgenſis, §. 7. Documentorum;* & Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs,* Contin. 2, *IV. Abtheilung, X. Abſatz, §.* 40. pag. 53 & 54.

Anno 1618. novum in *Camera* Decretum, in favorem *Hamburgenſium immedietatis*, vulgatum eſt, cujus tenorem eit. ſiſtit *Apologia, §. 19. Documentor.*

In Sachen des Kayſerlichen Fiſcalis, *Klægern eins, wieder weyland Herrn Chriſtian, Johan und Adolphen, jetzo Herren Chriſtian und Friederichen, Hertzogen zu Holſtein,* pro Intereſſe, *auch Bürgermeiſter und Rath der Stadt Hamburg, beklagte, anders theils,* Exemptionis, *iſt dieſe Sache, von Ampts wegen, vor beſchloſſen angenommen, darauff, und allen fürbringen nach, zu Recht erkant, daß gedachten Hertzogen fürgewandte* Intereſſe *angeregter* Exemption *halber ungehindert, berührte Bürgermeiſtere und Rath der R. Kayſ. Maj. und des H. Reichs hohen Obrigkeit, und unmittelbahren* Subjection, *ſich, geklagter maſſen, eigens Gewalt zu entziehen, und frey zu machen, nicht geziemet noch gebühret, ſondern daran zu viel und unrecht gethan haben, ſich deſſen hinführo gæntzlich zu enthalten, und daß beſagte Statt Ihr. Kayſ. Maj. und dem H. Reich, ohne Mittel zuſtændig, unterworffen, und verwandt, auch von mænniglichen dafür zu erkennen, und deßwegen Sie Bürgermeiſtere und Rath deſſelbigen Reichs-Anlage, Steuer und Bürden zu tragen, und zu leiſten, auch deroſelben Anſtand zu entrichten, und zu bezahlen, ſchuldig, und zu ſolchen allen zu* condemniren *und zu verdammen ſeyn; als Wir Sie dazu* condemniren *und verdammen; jedoch mehrernandten Hertzogen ihre Sprüch und Fürderung, ſo ſie ſonſten an gedachte Stadt zu haben vermeinen, ordentlicher Weiß Rechtens, ob Sie wollen, auszuführen, hiemit unbenommen, ſondern vorbehalten: die Gerichts-Koſten deßwegen auffgelauffen, aus bewegenden Urſachen, gegen einander compenſirend, und vergleichend.*

Speyer, den 6. Julii An. 1618.

Anno 1640, vocata *Civitate* ad Comitia, *Immedietatis* Punctum acriter iterum diſputari cœpit. *Fridericus* ArchiEpiſcopus, ante omnia ſub dato *Vœhrde*, 29 Octobr. 1640, literis, ſequentia ob oculos poſuit Civibus Bremenſibus, apud *Lundorpium* l. c. Tom. IV, lib. 3, Cap. 41, pag. 850 & 851, *was maſſen Bürgermeiſter und Rath der Statt Bremen, über und wider Alte und Junge Vertræge, auch abgelegte Huldigung, durch die Ihrige, am Kayſerl. Hoff, es dahin practicIren laſſen, daß Sie, als ein ohnmittelbahrer Stand des Reichs, zu dem wehrenden Reichstage zu Regenſpurg erfordert, auch Sich, zu der Stimme und Stand, in dem Reichs-Rath geſetzet; welches in den næchſten Zweyhundert Jahren, auch ſonſten wohl niemals geſchehen, auch* in ſpecie *dem Stadiſchen Vertrag vorigen Jahrs, ſchnur ſtracks zu wider; .... Wir auch daraus anders nit abzunehmen, als daß der Rath Unſer Statt Bremen nurent dahin zielet, wie, ohne Noth und Urſach, Sie Uns vorſetzlich einen Schimpff über den andern erweiſen, und Unſerm Ertz-Stifft ſchædlich und verdrüßlich ſeyn, auch die rechte Grund-Veſte angeregten Stadiſchen, und andere Ertzſtifftliche* Receſſe *und Vertræge, auf einmal umbkehren, und übern hauffen werffen mægen. So habt Ihr, als vernünfftige Leute, zu ermeſſen, daß Wir, als der ordentlich von GOtt vorgeſetzte und gehuldigte Lands-Fürſt und Herr, auch in Krafft Unſerer* Capitulation, *ſolche unleidliche Newer- und Zerreiſſung Unſers Ertzſtiffts nicht geſtatten, ſondern nothwendig, auf alle im Recht erlaubte zulæſſige* Defenſion *und Rettungs-Mittel, werden gedencken müſſen &c.* Proximè ſequenti 5. Novembr. prolixius ſcriptum *Ratisbonam* miſit, 28. Dec. St. V. & 7. Jan. 1641. St. N. publicè dictatum, apud *Lundorpium*, T. V, lib. 1, §. L, p. 2 &c. perhibens *(1) Die Statt Bremen ſeye, von* Caroli Magni *Zeiten an, ſtets vor eine Ertz-Biſchoff-Bremiſche Statt gehalten worden; (2) Habe jederzeit denen Ertz-Biſchoffen, als Ihren wahren Lands-Fürſten, und ordentlichen Immediat-Obrigkeit, die treugeleiſtete Huldigungs-Pflicht abgeſtattet; Wie Sie dan noch Ihr Selbſt, den 22 Mærtz 1637, auf dem Rathhauß in Bremen, als Sie Ihren Lands-Fürſtherrlichen Eintritt daſelbſt gehalten, mit erhobenen Hænden, zu GOtt gelobt, und den Homagial-Eyd geſchworen; (3) Wære niemalen, als ein unmittelbahrer Reichs-Stand, zu Reichs- oder Craiß-Tægen beſchrieben; vielweniger* ad votum & ſeſſionem *alda gelaſſen worden; (4) Habe hingegen bey denen Ertz-Biſchœffen, als Ihren Lands-Fürſten, und ordentlicher Obrigkeit, Recht geſucht, und genommen, auch in ſolcher Abſicht, wan Sie am Kayſerl. Hoff, oder auf Craiß-Tægen, beſprochen werden wollen, ihre* exceptiones Fori declinatorias *eingeſchickt, und für die Ertz-Biſchœffe, als Ihre ordentliche Obrigkeit, ſie zu* remittiren *geſucht, auch erhalten; (5)* Ann. 1246, *Ertz-Biſchoffen* Gerhardo, *einen* Revers *gegeben, darinn Sie deſſelben* Jura *und* Jurisdiction *aſſeriret, auch ins künfftig nichts darwider zu thun, verſprochen.* (6) Anno 1259, *einen Vergleich mit Ertz-Biſchoffen* Hilleboldo, *getroffen, Krafft deſſen, der Gerichts-Vogt in Bremen, allemal von einem zeitigen Ertz-Biſchoffen zu beſtellen, der, durch denſelben, die* Jurisdiction in Civilibus & Criminalibus *exerciren lieſſe. (7) Seye von Ihr Kayſerl. Majeſt. Ferdinando I, in einem* Mandato pœnali, de non offendendo, ſub dato *Franckfurt am Mayn,* 5. Decembr. 1562, *vor eine Ertz-Biſchoffliche Land-Statt erkannt worden,* verbis: *Dieweil Wir Sie (den Rath zu Bremen) der Irrungen*

Digitized by Google

gen halber, zwiſchen Ihnen und obbemelten ausgewichenē Bürgern, an Deine Andacht, den Ertz-Biſchoffen zu Bremen, als Ihren Lands-Fürſten, und ordentliche Obrigkeit, gewieſen &c. (8) Kanne aus ſo vielen Receſſen, *Vertrægen*, Confirmationibus Privilegiorum &c. *dargethan werden, daß Sie jederzeit die Ertz-Biſchœffe vor Ihre* immediat-*Obrigkeit gehalten &c.* His autem non obſtantibus,

Anno 1641, 7-17 Junii, declarata eſt *Brema*, ab Imperatore *Ferdinando III*, *Immediata Civitas Imperii.* Decretum reperitur in *Brevi adumbratione Status Civitatis Bremenſis, ante & poſt Pacificationem Oſnaburgenſem*, pag. 25, ſub §. 1; Conf. *Lundorpius*, Tom. VII, lib. VI, §. 364, pag. 350; *Gaſtelius* l. c. Cap. 32, pag. 1051; Declarationem hanc Juſtitiæ regulis, juribusque ſuis conformem, ut probarent, publico ſcripto, An. eod. in rationes duxere Bremenſes, apud *Gaſtelium* l. c. pag. 1055 &c. *(1) Daß Burgermeiſter und Rath* notoriè *ihre eigene Freye Statt-Regierung, in Geiſt- und Weltlichen Sachen, ohne zuthun der Ertz-Biſchœffe, verwalteten: Die ledige* Magiſtrats-*Stellen beſetzten: andere Statt-Bedienungen und Aempter*, pro lubitu, *austheileten: Von denen Officianten Rechnung einforderten, und darüber quittirten: Ihre Bürger in Eyd und Pflicht nehmeten, Zünffte und Gilten anordneten, und mit* Privilegien *und* Statuten *verſæhen: Policey- und andere Ordnungen, macheten:* Die Jurisdiction *und* protection *der kœniglichen Heer-Straſſe, wie auch der Weſer*, ab utraque ripa, *von der Statt Bremen an, biß in die ſaltzene See, hætten: Auf ihren Güldenen und Silbernen Müntzen, als Sie*, (vigore Privilegii *Caroli V*, an. 1541, 24 Maji, apud *Limnæum*, Tom. IV. Addit. ad lib. VII, Cap. 7, pag. 183.) *ſchlagen lieſſen, nicht allein den Titul Reipublicæ; ſondern auch den Reichs-Adler, führeten; Zoll- und Staffel-Gerechtigkeit, genœſſen- Wælle und Mauren, nach belieben aufbaueten: Zeug-Hæuſer unterhielten:* merum & mixtum Imperium, *und viele andere* Regalia *mehr, damit Sie von Rœmiſchen Kayſern und Kœnigen begnadiget, ohne eintzige Widerrede, exercirten &c. (2) Die Rœmiſche Kayſer, ſonderlich* Carolus V, *und die Ihme in der Regierung gefolget, ſolche Freyheiten und* Privilegia, *aufs kræfftigſte confirmiret;* tenorem & formulas exhibente *Limnæo* l. c. pag. 176 &c. *(3) Die Ertz-Biſchœffe auch niemalen die Huldigung erlangen mœgen, ehe und bevor Sie oberzæhlte* Privilegia, *Freyheiten und* Jura, *ungekrænckt zu laſſen, ſchrifftlich verſprochen; (4) Bürgermeiſter und Rath, weder in* prima, *noch in* ſecunda Inſtantia, *vor jemand anders, als vor Ihr Kayſerl. Majeſt. und Dero Kammer-Gericht, belangt werden kœnten, und zwar bloß auf den Fall, wenn die* Summa *über 600 Goldgülten austrægt; Der* appellans *das* juramentum calumniæ *vorhero abgeſtattet, und* eaution *auf 50 Goldgülten*, in caſum ſuccumbentiæ *geleiſtet* (vid. Privilegium *Caroli V.* an. 1541, apud *Limnæum* l. c. pag. 180.) *(5) Die Stadt in verſchiedenen Reichs-*Matriculn *befindlich*, v. g. de Ann. 1431, 1471, 1480 &c. *und dahero ſo wohl, als das Reich ſelbſt*, fundatam intentionem, ratione immediatæ dependentiæ, *habe; (6) Hiebevor zu ordentlichen Reichs-Tægen beruffen worden, auch Stimm und Sitz im Reichs-Rath genoſſen; (7) So offt die Rœmiſche Kayſer Sie zur Reichs-Hülffe gefordert, Sie ihr* quantum immediatè *an das Reich geliefert; (8) Beneben andern Fürſten Graffen und* immediat-*Reichs-Stænden, zu* Executoren *der abgeſprochenen* Sententien *verordnet worden; (9) Mit den Ertz-Biſchœffen œffters in* alliance *eingetretten; (10) Mit dem Kayſer ſelbſt*, teſte Pacificatione Religioſa Norimbergenſi 1532, apud *Hortlederum von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. I, Cap. 10, *Frieden geſchloſſen &c. &c.* Reſpondendo ad Archi Epiſcopi Objectiones, (1) Non ſequi, *Carolum Magnum* fundaſſe Epiſcopatum Bremenſem, ideo competere Epiſcopo Jurisdictionem & ſuperioritatem in Civitatem, (2) Homagium, Præſulibus præſtitum, nunquam fuiſſe ſimplex, ſed condiuonaium, Præſule prius ſpondente: ſe Juribus & Privilegiis Civitatis nihil damni illaturum, ſed omnia ſarta tecta relicturum; nec fuiſſe præſtitum à tota Civitate, ſed à duobus ſaltem Senatoribus Camerariis, nudaque manus elevatione; inſuper illud de mera fideliiate, non de ſubjectione, loqui; adhibita ſemper formula: *Wie frommen Leuten* (non, *wie Unterthanen,*) *zu thun gebühret &c.* nec à fundaiione ſtatim Epiſcopatus illud præſtari conſueviſſe, ſed demum, ex quo *Gerhardus I* Præſul, An. 1246, deſuper cum Civitate tranſegit, ſalvis ubique ejus juribus & libertate priſtina; (3) Theſin eſſe falſam, Civitate utique à *Friderico III*, ad Comitia vocata; (4) nec verum eſſe, quod, quarto loco, in medium profertur, niſi quoad bona Civitatis, in Archi-Epiſcopatu ſita *; was ihre Landgüter betrifft, die im Ertzſtifft gelegen;* verſa vice, notorium, *daß die Stadt Bremen vor niemand, als vor Ihrer Kayſerl. Maj. und dem Hochpreißlichen Kammer-Gericht, zu ſtehen ſchuldig ſey.* Quod, tempore ſchiſmatis, pars Senatus Archi Epiſcopi Jurisdictionem aliquando agnoverit, in conſequentiam non trahendum. Prædicatum *Landes-Fürſt, Landes-Herr*, innuere titulos honoris, convenientes Præſulibus, ratione dictorum bonorum, quæ Civitas in Territorio ipſorum poſſideat, *wegen Ihrer Land-Güter;* nec reſpectu Civitatis ipſius, utpote immediatè Cæſari ſubjectæ & Imperio. (5) *Reverſalium* An. 1246, authenticum exemplar neminem haetenus vidiſſe, nec produci poſſe, multo minus probare: Civitatem, condendo Statuta, Archi Epiſcoporum conſenſu, vel approbatione, habuiſſe opus; quin potius Antiſtites poteſtatem Civitatis *liberè ſtatuendi*, teſtibus Documentis ſolennibus an. 1303, 1391, 1433, 1534 &c. ultrò agnoverint. (6) Nec Transactionem cum *Hil-*

lebol-

Digitized by Google

leboldo Præſule An. 1259, in rerum natura eſſe, minimum neutiquam ad finem perductam; Etiamſi eſſet, Jus Advocatiæ neceſſariò Superioritatem non inducere, exemplo *Colonienſis* Archi Epiſcopi, qui, per Advocatum, ſeu Comitem, omnem Juriſdictionem criminalem, cognoſcendo & exequendo, *Coloniæ* exerceat, citra Civitatis *Immedietatis* diſpendium; Advocato *Bremenſi* in *Civilibus*, planè nullas eſſe partes; obſoletumque, quod rogatus olim nonnunquam Arbitros dederit, à quibus ad Senatum provocari potuerit; in *Criminalibus*, non alias, quam ut ſententiam à Senatu latam, ſibique intimatam, percipiens, ac, ut judicio interſit, rogatus, ex malefico confeſſionem ipſemet intelligat, ac deinceps carnifici, cui prius idem mandatum à Senatu datum, executionem committat; vigore Privilegii *Caroli V, 1541*, à *Ferdinando III.* an. 1637 confirmati, apud *Limnæum*, l. c. pag. 193. (7) Majorem Senatus partem exceptiones fori declinatorias oppoſuiſſe; Cæſaremque remiſſionem, ad Epiſcopum factam, poſtea revocaſſe, (8) Non ſequi: Civitatis Privilegia confirmata eſſe ab Archi Epiſcopis; ergò Archi Epiſcopos eſſe Civitatis Dominos Territoriales, cum Privilegiorum confirmationes ſubjectionem firmiter non arguant, exemplo Civitatis *Spirenſis*, cujus Privilegia, ab Epiſcopis confirmentur, *Lehmanno* teſte lib. 4. *Chron. Spir.* Cap. 13, etſi notoriè, inter *Imperiales* referatur. Exteros Reges & Reſpublicas confirmare *Civitatibus Hanſeaticis* Privilegia, liberum commercium concernentia, citra priſtinæ ipſarum conditionis immutationem. Reſpectu Privilegiorum & Regalium, quibus ab Imperatoribus ſint aucti, quæque præcipuè *Statum Immedietatis* involvant, confirmationem Præſulis eſſe nullam, niſi honorariam. De quibus reliquiſque objectionibus Epiſcoporum, & Civitatis reſponſionibus, legas etiam *Limnæum* l. c. p. 204 &c. & *Burgoldenſem*, ad *Inſtrumentum Pacis*, Part. 3. Diſcurſ. 13. §. 3. pag. 98 &c. Minimum palam eſt, Civitatem *Receſſum Imperii* Anno 1641 ſubſcripſiſſe.

Anno 1643, ſub dato *Wien*, 15. Dec. abolevit quidem Imperator, *Ferdinandus III*, *Edicto caſſatorio*, cujus copia *im Abdruck der, von den Kœniglichen Schwediſchen*, zu Formir- *und Verfaſſung des Etats und Regiments, in die Hertzogthümer Bremen und Verden verordneten* Plenipotentiarien, *hinterlaſſenen* Remonſtration, de Anno 1651, pag. 131, §. 5, reperitur, dictam vocationem; enim verò

Anno 1645, ſub dato *Melck*, 7. Febr. formulam ſiſtente Auctore *Aſſertionis libertatis Reipublicæ Bremenſis*, An. 1646, pag. 1000, ad Tractatus Pacis Weſtphalicæ, *Bremenſes* iterum vocavit. Hinc Sueci, *Johanne Chriſtophoro Kœnigsmarckio* Duce, adhuc eodem anno, Ditionem Bremenſem occuparunt; vid. *Brachelius* lib. VI. *Hiſtor. ſui temporis*, pag. 104; Auctor cit. *Brevis adumbrationis*, pag. 9; *Lundorpius* Tom. VII, lib. VI, cap. 364, pag. 350. Quo ſimul tempore, novum Cæſar, ſub dato *Lintz*, 1. Jun. 1646, in favorem *Immedietatis Civitatis Bremenſis*, Diploma edidit, quod in cit. *Brevi adumbratione*, pag. 26, §. 2; ut & in cit. *Aſſertione Libertatis Bremenſis*, pag. 1003, & apud *Lundorpium*, Tom. VI, lib. 3, Cap. X, pag. 430 &c. *Limnæum*, Tom. IV. *Addit.* ad lib. VII, Cap. VII. §. 13, pag. 210 &c. & *Knipſchildium*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 3, Cap. VI, §. 58, pag. 665 & 666, legitur; inde huc ſpectant: *Ab welchem allen befunden, daß die Statt Bremen, von uhralten Zeiten hero,* **des H.R.Reichs ohnmittelbahre Freye Reichs-Statt** *geweſen, und alſo Uns und dem H. Reich allein, und* **ohne Mittel**, *untergehœrig iſt; Geſtalt Wir Sie dann hiemit dafür nochmals declarirt und erkandt, auch in ſolcher qualität in Unſern Kayſerlichen Schutz und Schirm genommen, auch, Krafft dieß, Kayſerlich erklärt haben wollen, daß von Uns, und Unſern Nachkommen am* **Reich**, *Bürgermeiſtere und Rath dieſer* **Unſer und des H.R.Reichs-Statt Bremen**, *allemal zu künfftigen Reichs-Tagen,* **gleich andern Freyen Reichs-Stätten**, *beſchrieben; in poſſeſſione Voti & Seſſionis in Imperio gelaſſen; Die Reichs-Anlagen und Gebühr, (worzu ſie ſich, denen alten Reichs-Matriculn, und fernern erfolgten Determination nach, gehorſambſt erbotten) von Ihrer Bürgerſchafft und Einwohnern, und hergebrachten Statt-Intraden, auch aus allen andern Ihren Diſtrict, und Gebieth, Aemptern, Gerichten und Gob-Graffſchafften, als die, und darinn befindliche Unterthanen und Güter, billig allein der Statt, als ohngezweiffelter Obrigkeit, folgen, und davon collectirt werden, (allermaſſen* **wie andere ohnmittelbahre** *Reichs-Stände, aus ihren Einkünfften, und von ihren Unterſaſſen, Ihre Gebührniß ein und abtragen) durch Sie aufgebracht und abgeſtattet; auch bey dieſen, und allen andern hergebrachten Recht und Gerechtigkeiten, Privilegien und Freyheiten, zu allen Zeiten, Keyſerlich und kräfftigſt geſchützet und gehandhabet werden ſollen. Gebieten darauf allen und jeden .... mit dieſem Brief, und wollen, daß Sie mehrermelte Unſere und des H. Reichs-Statt Bremen, obgehœrter maſſen, nun hinführo ewiglich, für* **eine des H.R.Reichs ohnmittelbahre Freye Reichs-Statt**, *erkennen, ehren, achten und halten, Sie,* **gleich andern Freyen Reichs-Stätten**, *aller ihrer hergebrachten Recht- und Gerechtigkeiten, Privilegien und Freyheiten, genieſſen und gebrauchen, inſonderheit aber auch auf künfftigen Reichstägen, in poſſeſſione ſeſſionis & Voti in Imperio, geruhiglich bleiben laſſen, und an ſolchen allen nicht hindern, irren, beſchwaren, und anfechten, noch das jemands anders zu thun geſtatten ſollen, in keine Weiß noch Wege, als lieb einem jeden ſeye, Unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und Straff, und darzu eine*

Pœn,

Digitized by Google

Pœn, nemblich ein Hundert Marck lœtiges Golds, zu vermeiden &c.

Contra Diploma hoc, evolarunt: *Conſiderationes, ſuper pronunciato quodam, nomine S.C. Majeſt. ſub dato Lintz, 1. Junii 1646, in cauſa Civitatis Bremenſis, contra tunc temporis Dn. Archi-Epiſcopum Bremenſem, prætenſæ exemptionis à Superioritate ordinaria, publicato;* quarum auctor, maximè *Conſideratione* X, probare contendit: *Bremam nunquam Imperii fuiſſe Civitatem immediatam*, argumentis, quod (1) Civitatis Advocati *(Gerichts-Vœgte)* ſemper à Præſulibus ſint conſtituti, (2) Præſules, omni tempore, portam unam Civitatis, cum clavibus, poſſederint, (3) Homagium à Senatu exegerint, (4) Privilegia eorum confirmaverint, (5) in tutelam eos receperint, (6) Urbem ingreſſi ſubditorum cenſu eos habuerint, (7) ab iis contra, inſtar Dominorum Territorialium, ſint ſuſcepti, (8) In variis Receſſibus ſe ArchiEpiſcoporum ſubditos eſſe, ultrò agnoverint, (9) Ad eosdem, tanquam ad immediatum Judicem, provocaverint, (10) In literis ad Electorale Collegium, ſe Imperatori & Imperio immediatè ſubjectos negaverint; (11) In Diætis Provincialibus comparuerint, (12) Aſſeſſores, ad Judicium Aulicum, reliquorum Statuum Provincialium exemplo, ablegaverint, (13) ſervitia Feudalia, ut reliqui Vaſalli, Præſulibus præſtiterint &c. Reſpondebant *Bremenſes,* (1) ſe præſtitiſſe quidem homagium fidelitatis, aſt non ſubjectionis, & ſalvis adhuc ſuis privilegiis & libertatibus; (2) Confirmationes Privilegiorum ab ArchiEpiſcopis impetratas, nihil aliud eſſe quam Reverſales, quibus Præſules promiſerint, ſe Civitatis jura ſarta tecta relicturos; (3) Diætas Provinciales ſe frequentaſſe, reſpectu bonorum ſuorum in Territorio Epiſcopali ſitorum, *wegen ihrer Landgüter,* (4) Præſules non aliter à ſe eſſe exceptos, quam in aliis Imperii Civitatibus fieri ſoleat (5) Reliqua ſimiliter contigiſſe reſpectu bonorum ſuorum ruralium in Territorio Epiſcopali; (6) cætera eſſe ficta &c.

Pacificatione Weſtphalica interim ad finem perducta, *Ducatusque* titulo, Archi-Epiſcopatu *Bremenſi* Regibus Regnoque Sueciæ vindicato, inſertum Art. X, *Inſtrum. Pacis Oſnabrugenſis* An. 1648, §. 8: *Civitati Bremenſi, ejusque Territorio, & ſubditis, præſens ſuus ſtatus, libertas, jura, & privilegia, in Eccleſiaſticis & Politicis, ſine impeditione, relinquantur. Si quæ autem ipſi cum Epiſcopatu, ſeu Ducatu, aut Capitulis, ſint, aut impoſterum enaſcantur controverſiæ, eæ vel componantur amicabiliter, vel jure terminentur, ſalva interim cuique parti ſua, quam obtinet, poſſeſſione.* Quæ *Salvius*, Legatus Suecicus, ita intelligi voluit, ut, per *Territorium Civitatis*, non niſi fundus & ſubditi ſolius Civitatis, eique immediatè circumjectorum pagorum, nequaquam verò territorium & ſubditi Præfecturarum ejus, procul ab Urbe ſitarum, veniant; pariter ac, per *præſentem Civitatis ſtatum*, ille, qui tempore inchoati pacis tractatus, non, qui tempore ſubſcriptæ & ratihabitæ Tranſactionis, fuerit, ceu ex Teſtimonio Cancellariæ Moguntinæ, ſub dato *Münſter* 16 Octobr. 1648, nec non Legationis Cæſareæ, ſub dato *Münſter*, 2. Novembr. 1648, apud *Lundorpium*, Tom. VI, lib. 3, Cap. 9 & 10, pag. 429 & 430, conſtat; conf. idem, Tom. VII, lib. VII, Cap. 90, pag. 930 &c. Quo minus verò novæ lites inde ſurgerent, *haben Ihr Kœn. Majeſt. in dero*, ſub dato *Stockholm, den* 18 Septembr. Ann. 1649, *unter Kœn. Hand und Siegel, den Statt-Bremiſchen Abgeordneten, ausgereichten Gnædigſten Erklærung,* Art. 2, miſſo illo atteſtato declarationis Salvianæ, *austrücklich ſetzen laſſen, daß Sie nicht verſtatten wolten, daß hinführo dem* Inſtrumento Pacis, *auch deſſen klaren und rechten Wort-Verſtand zu wider, der Statt, und dero Zugehœrigen, zu nahe getretten werden ſolte. So hat auch der Kœnigl. Schwediſche Reichs-Cantzler, Herr Graf Axel Ochſenſtirn, zu Stockholm daſelbſt,* eodem tempore, *die Bremiſche Abgeordnete, mit dem* Titul: *des H. Reichs-Stadt Bremen Abgeſandte, empfangen und beehret.* Hæc ex cit. *Brevi adumbratione Civitatis Bremenſis Status &c.* apud *Lundorpium*, Tom. *VII.* lib. *VI*, Cap. 364, p. 352.

An. 1652, ſub dato *Wien*, 27 April. ſolenni rurſus diplomate, vocata noſcitur *Brema* ad Comitia Imperii. Cum vero, adhuc eodem anno, 22 Octobr. occaſione controverſiæ cum Comite Oldenburgico, ratione telonii in Viſurgi, in Imperii bannum declararetur, formulâ, quam *Lundorpius*, Tom. *VI*, lib. *IV*. Cap. 185, pag. 673, *Limnæus*, Tom. V. Addit. ad lib. *VII*, Cap. *VII*. §. 10, pag. 107 & 108, & *Knipſchildius* l. c. lib. 3, Cap. 6, pag. 670, §. 74, ſiſtunt: *In der Executions-Sach Herrn* Anthonii Günthers, *Graffens zu Oldenburg &c. Klægern, an einem, gegen und wider Bürgermeiſter, Alterleut, Bürger, Einwohner, Unterthanen, und gantze Gemeinde der Kayſerl. Majeſt. und des H. Reichs-Stadt Bremen &c. beklagte, andertheils, den Weſer-Zoll betreffend, nachdeme jetzgedachte Beklagte, auf Anklag und Verfolgung obgemeltes Klægers, durch die Rœm. Kayſ. Maj. Unſern Allergnædigſten Herrn, in die Pœn 200 Marck lœthiges Goldes, auch des Friedenbruchs, und Ihr. Kayſ. Maj. und des H. Reichs Acht, mit Urtheil und Recht geſprochen und erklært worden, hierumb ſo denunciren und verkünden Ihre Kayſ. Maj. mehrerwehnte Beklagte, als offenbare Aechter, in ſolcher Ihrer Kayſ. Maj. und des H. R. Reichs Acht, ſetzen Sie aus dem Frieden, in den Unfrieden, und erlauben Ihr Leib, Haab und Gut, dem klagenden Theil, und jedermænniglichen. Signatum zu Prag, unter Ihrer Kayſerl. Majeſt. hervorgedruckten Secret-Inſiegel, den* 22 Oct. An. 1652.

(L. S.)

Ferdinand Graf Kurtz,

Wilhelm Schrœder.

Digitized by Google

De libertate ejus actum videbatur, Suecis prædæ avide inhiantibus. Imminente malo, recipit eam Cæſar, mediante abſolutionis Decreto, ſub dato *Regenſpurg*, 18. Septembr. 1653, cujus tenorem *Lundorpius* Tom. VII, lib. VI, Cap. 268, pag 229 & 230, *Knipſchildius* l. c. pag. 670 & 671, §. 75, & *Limnæus*, l. c. pag. 108, infra quoque, lib. 3, Tit. 4, §. 6, occurrentem, referunt, iterum in gratiam, fruſtra Sueciæ Regina allegante citata Inſtrumenti Pacis Art. X, §. 8, verba: *Præſens ſuus ſtatus*, accipienda eſſe, de *ſtatu mediato*, in quem Cæſar, per Decretum An. 1643. eam poſuerit; & Diploma Cæſareum An. 1646, docere ſaltem, eam multis retrò annis liberam fuiſſe & immediatam, nullatenus verò inter Imperiales modernas recenſendam, propterea que nec ad Comitia hoc titulo vocandam, utpote notorium Ducatus Bremenſis membrum &c. vid. *Lundorpius* l. c. Cap. 295, pag. 276 &c. Conf. *Loccenius*, lib. IX. *Hiſt. Suec.* pag. 751. Quid Legati Civitatis proteſtando deſuper reſponderint, 25 Octobr. 1653. publicè dictatum, exhibet *Lundorpius* l. c. Cap. 335, pag. 320 & 321. Cæſareæ Commiſſionis Decretum in hac cauſa, 4. Novembr. an. eod. Directorio Moguntino inſinuatum *Ratisbonæ*, ſiſtit idem, l. c. Cap. 351, pag. 331 & 332, nec non *Limnæus* l. c. pag. 112 & 113; & *Knipſchildius* l. c. pag. 671, §. 76, inde notanda verba: *Nun hætten Ihro Kayſerl. Majeſt. in Erwegung, daß ermelte Statt Bremen nicht allein vor dieſem eine Freye-Reichs-Immediat-Statt, zum Reichstag beſchrieben, ſondern auch Ihrer Kayſerl. Majeſt. Intention bey denen Münſter- und Oſsnabrückiſchen Friedens-Tractaten, und Uberlaſſung des Ertzſtiffts Bremen für die Cron Schweden, niemalen anders geweſen, als daß mehr beſagte Statt Bremen, ſampt ihrem Territorio und Unterthanen, dem Reich immediatè reſerviret und vorbehalten bleiben ſolte, wohlbefugte Urſach gehabt, Deroſelben Gevollmæchtigte Abgeordnete alſo gleich, nach erſt erfolgter Abſolution a Banno, und in priſtinum ſtatum, zu ihrer gebührender Seſſion und Stimm, in Stætt-Rath kommen zu laſſen; Nachdem ſie aber auch gleichwohl beede, ſo wohl der Kænigl. Schwediſch, als der Statt Bremen Abgeſandten, eingebrachte Memorialia den Stænden des Reichs, umb Ihr Gutachten, communiciren laſſen, ſolches aber biß dato nicht eingelangt; alß haben Sie, bey mehrgedachtem Chur-Mainziſchen Reichs-Directorio, fernere Anmahnung zu thun befohlen, ob daſſelbe, ſeines vielvermægenden Orts, daran ſeyn wolte, damit das begehrte Gutachten von den Læblichen Stænden unverlangt erfolgen mœchte &c.* . Decretum hoc, proximè ſequenti 24 Novembr ſecutum Protectorium, quo Cæſar omnes & ſingulos Civitatis Cives & Membra, eorumque ſubditos, & bona, in protectionem & tutelam Imperialem ſuſcepit; formulam aſſervante *Lundorpio* l. c. Cap. 350, pag. 331. Quid Legati Sueciei, ſub dato *Regenſpurg*, 23 Decembr. St. V. 1653, & 2 Januar. St. N. 1654, ſupplicando ulterius ad Cæſarem detulerint, exponit *Lundorpius* l. c. Cap. 408, pag. 449; qui ſimul l. c. Cap. 410, pag. 451, aliud eorundem *Memoriale* ſub dato *Regenſpurg*, 29 Decemb. 1653. St. V. & 8 Januar. 1654. St. N. Cæſari oblatum, recitat. His autem non obſtantibus, concluſere Status in Comitiis, 10 Januar 1654, *Daß, in Krafft des Friedenſchluſſes, der Statt Bremen, ihre, toto tempore tractatuum Pacis, gehabte, und gleich andern Reichs-Stætten, geübte Poſſeſſion vel quaſi Seſſionis & Voti in dem Reichs-Stættiſchen Collegio, allerdings zu laſſen, und deroſelben auf gegenwærtigem Reichs-Tag Abgeordneten die hergebrachte Sitz und Stimme, ohne fernern Verzug, würcklich einzuræumen, und ſolches von Ihrer Kayſerl. Majeſt. dem Reichs-Directorio, per Decretum, allergnædigſt anzubefehlen ſeye; jedoch wollen Chur-Fürſten und Stænde, und der abweſenden Ræthe, Bottſchafften und Geſandten, einem und andern Theil, an ſeinem ex Inſtrumento Pacis, ejusdemque Tractatibus, habenden oder prætendirten, in poſſeſſorio ordinario, vel petitorio, durch Güte, oder Rechtliche Handlung ausführenden Gerechtſamen, nichts præjudiciret, oder benommen haben &c.* Integrum Gutachten occurrit apud *Lundorpium* l. c. Cap. 416, pag. 455 & 456; Conf. *Limnæus* l. c. p. 113 & 114. Cæſar deſuper ſequens Decretum vulgavit:

Von der Ræmiſchen Kayſerl. Majeſt. Unſerm Allergnædigſten Herrn, dem Læblichen Churfürſtl. Maintziſchen Reichs-Directorio in Gnaden anzuzeigen; Nachdeme Ihrer Kayſerl. Majeſt. und des H. Reichs-Statt Bremen Abgeordnete, ſeithero erlangter Abſolution à Banno, und Reſtitutionem in priorem ſtatum, umb Admiſſion zur Seſſion und Voto im Stætt-Rath, zu mehrmahln allergehorſambſt angehalten, und nun Ihrer Kayſerl. Majeſt. Meinung, auf eingelangtes der ſæmptlichen Stænde Gutachten, nicht iſt, Sie von dem Reichs-Stættiſchen Collegio auszuſchlieſſen; als haben Sie vor wohlermeltes Reichs-Directorium deſſen zu dem Ende zu erinnern, gnædigſt anbefohlen, damit daſſelbe ermelter Statt Bremen Abgeordneten hinführo, zugleich andern Reichs-Stættiſchē Abgeordnetē, zu allen Seſſionibus in dem Stætt-Rath anſagen zu laſſen, wiſſen mœge. An deme beſchicht Ihrer Kayſerl. Majeſt. gefælliger Will und Meinung &c. Regenſpurg den 18. Febr. An. 1654.

Vid. *Lundorpius* l. c. Cap. 467, pag. 523 & 524. *Limnæus* l. c. pag. 114 & 115; *Knipſchildius* l. c. pag. 671. §. 77. Proteſtatio Bremenſium Legatorum 14-24 Februar. an. eod. in Comitiis interpoſita, reperitur apud *Lundorpium* l. c. Cap. 473, pag. 527. & Dn. *Lunigium*, Contin. 2. Partis Specialis *des Reichs-Archivs, IV. Abtheilung, V. Abſatz*, §. 33, pag. 459. Attamen Civitatis Ablegatus, *Johannes Wachmannus* ad ſeſſionem & Votum iterum eſt admiſſus; Teſtimonium Cancella-

riæ

Digitized by Google

riæ Mareſchalli Pappenheimii, 20. Februar. St. V. & 2 Mart. St. N. in fidem laudato Ablegato datum, extat apud *Lundorpium* l. c. Cap. 501, pag. 586. At ſic controverſia nondum ſopita fuit, ſed potius ad arma itum, Suecis, *Kœnigsmarckio* Duce Civitatis munimentum, *Burg*, intercipientibus, una cum arce *Broxlen*, & *Bederkes*. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VII, ad An. 1654, pag. 613 & 624; *Thulden*, Contin. *Hiſtoriæ Univerſal.* pag. 109; *Puffendorf*, lib. XXVI. *Rer. Suec.* §. 14. pag. 1038. Recuperaverant equidem Bremenſes, 14-24. Jun. dictum Caſtrum *Burg*, in ſua ſimul verba adigentes, die ſequenti, Caſtrum *Vergeſack*, & 23 Jul. *Tedinghuſum*, *Verdamque;* aſt Sueci 5-15 Septembr. *Burgo* vice altera ſunt potiti. Vid *Theatr. Europ.* l. c. pag. 625 &c. *Thulden* l. c. pag. 110 & 111: *Puffendorf* l. c. §. 15. Tandem, 28 Novembr. eod. An. *Stadæ*, inter belligerantes, de pacis articulis convenit, quibus cautum: (1) Bremenſium Immedietatem, ad aliam usque conventionem, ſalvam fore, (2) Eos Regi Homagium, eo modo, quo anno 1637. ultimo Præſuli præſtitum, 4. Decembr. præſtituros, (3) nullam Senatui jurisdictionem in Civitatis Advocatum, *(Gerichts-Vogt)* competere; (4) Relinquenda Civitati jura Territorii in quatuor Pagos, vulgo *vier Goben*, annexo judicio in *Barchfeld*, ad amicabilem usque compoſitionem &c. &c. Integra Transactio occurrit in *Theatro Pacis*, Tom. 2. pag. 303 &c. Conf. *Lundorpius*, Tom. IX, Cap. 95, pag. 385 &c. *Knipſchildius* l. c. §. 78. pag. 672, & ſeqq. *Limnæus* cit. Tom. V. Addit. ad lib. 7, Cap. 7, pag. 115 &c. *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ* Cap. 32, §. 55, pag. 1072 &c. *Loccenius* in appendice lib. IX. *Hiſt. Suec.* p. 896 &c. Dn. *Lunigius* l. c. §. 34. p. 460 &c.

Subſtitit ita res ad Annum usque 1663, quo, vocatis ad Comitia Bremenſibus, Legatus Suecicus, oblato ſupplici libello, ſub dato Regenſpurg, 27. Januar. 1663, copiam ſubminiſtrante *Lundorpio*, Tom. *VIII*, lib. IX, Cap. 238, §. 5, pag. 966, eos ad Votum & ſeſſionem non admitti petiit, verb: *Wann aber verlauten will, daß ſich auch einige Abgeordnete von offtgemelter Statt Bremen allhier befinden ſollen; ſo habe, zu Verhütung alles* præjudicii, *das Hochwürdige Hochlœbliche Chur-Mainziſche Reichs-*Directorium *deſſen, im Nahmen meines Allergnædigſten Kœnigs und Herrn, Krafft habenden Befehls, unter- und dienſtlich berichten, und zugleich erſuchen ſollen, daß, zum Fall gemelte Bremiſche Abgeordnete* Seſſionem & Votum *in dem Reichs-Stættiſchen* Collegio prætendiren *mœchten, ſolches* in præjudicium *Ihrer Kœnigl. Majeſt. und Cron Schweden, als Hertzogen zu Bremen, nicht zu verſtatten, vielmehr von hinnen ab- und zu Ihrer Landsfürſtlichen Obrigkeit zu verweiſſen.*

Civitatis contrà Legatus, Dn. *Brochardus Eden*, alio memoriali libello, laudato Directorio exhibito, juribus Comitiorum Civitati toties adjudicatis, inſtitit, apud *Lundorpium* l. c. §. 7, pag. 966, petens, *daß Sie, die Statt, als die ſolcher Meinung von der Rœm. Kayſerl. Maj. zu dieſer Anſehnlichen Reichs-Verſammlung, gleich andern des H. Reichs Stænden, eingeladen, Ihre Abordnung gethan, auch daſelbſt* admittirt *worden, unausſetzlich, bey*continuation *ihrer* poſſeſſion *der* Immedietæt, *kræfftiglich geſchützet und beſchirmet werden mœchte.* Qua rerum facie, Sueci, ductu *Caroli Guſtavi Vrangelii*, An. 1666, *Bremam* obſedere; priusquam verò belli flamma latius ſerperet, mediantibus Cæſareis, Brandenburgicis, Brunſuico-Luneburgenſibus, & Haſſo-Caſſellanis Miniſtris, Pax, in caſtris *Habenhauſenſibus*, 15. Nov. An. eod. tandem concluſa eſt, vigore cujus *(1) Ihrer Kœniglichen Maj. zu unterthænigſten* Reſpect *und Ehren, die Statt ſich erklæret, nach geendigtem dieſen noch wæhrenden Reichs-Tage, ſich der* Seſſion *und Stimme* in Comitiis Imperii, *biß zu dem Ende dieſes* Seculi, *oder, wann man, nach Gottes willen, ſchreiben wird: Ein Tauſend, Sieben Hundert, zu enthalten, und, wann in wæhrender ſolcher Zeit Reichs-*Conventus *ausgeſchrieben, und die Statt mit darzu* invitirt *wird, ſoll und will dieſelbige, weder durch Ihre Abgeordnete, noch durch andere Frembde, die* Seſſion *im Reichs-Stættiſchen* Senatu *bekleiden, oder darinn* votiren *laſſen; jedoch hat ſich die Statt hierbey vorbehalten, daß hieraus keine* præſcription, *oder andere nachtheilige Folge, gegen dieſelbe gezogen werden ſolle: die Statt auch, nach Verflieſſung ſolcher Zeit, wann immittelſt in Güte kein anders verglichen, oder mit Recht erkænnt wird, bey den Reichstægen, ihrer* Seſſion *und* Voti *ſich wieder zu gebrauchen, bemæchtiget ſeyn wolle. (2) Erklæret ſich neben dieſem die Statt Bremen dahin, daß Sie, biß gleicher geſtalt ein anders verglichen, oder mit Recht erkannt, auf denen Nieder-Sæchſiſchen Kraiß-Tægen,* Seſſionem & Votum *ferner nicht ſuchen, noch begehren wolle. (3) Wegen der Reichs-Steuer iſt verabredet, und verglichen worden, daß die Statt ihren Anſchlag zwar ohnmittelbahr in die Reichs-Caſſa entrichten mag. Damit aber die Land-Stænde des Hertzogthumbs Bremen, durch ſolchen Abgang, über ihr Gebührniß nicht beſchwæret werden, ſoll Bürgermeiſter und Rath der Statt Bremen, obliegen, bey Ihrer Kayſerl. Majeſt. und dem Reich, der Landſchafft die Abſchreibung des vierzehenden theils ihres Reichs-Anſchlags auszubringen, und, biß ſolches geſchehen, ſelbiges* Quantum *von der Landſchafft ab- und auf ſich zu nehmen; (4) Betreffend aber die Krayß-Steuern, ſoll es damit folgender geſtalt gehalten werden, daß, ſo offt auf denen Nieder-Sæchſiſchen Craiß-Verſammlungen, einige Steuer bewilliget, und der Kœniglichen Regierung nach Stade ſolche, Krayß wegen,* notificiret, *und durch dieſe hinwieder Bürgermeiſter und Rath der Stadt Bremen davon Verkündigung geſchehen ſeyn wird, Sie alsdann den vierzehenden Theil des gantzen Hertzogthumbs* Quotæ, *in ihrer Kœnigl. Ma-*

Majeſt. Rentkammer zu Stade zu entrichten; und, da die Craiß-Hülffe an Mannſchafft beliebt würde, ſelbige, nach obgemelter proportion, *bey die übrige des Hertzogthumbs Bremen Kraiß-Völcker zu ſtellen, jedoch beydes*, citra præjudicium, *ſchuldig ſeyn ſolle &c. (5) Wegen der übrigen* Jurium & effectuum immediatis, *ſo dann des* Juris Territorialis *in denen vier Gohen, und darzu gehörigem Gerichte Barchfeld, ſoll die Statt bey ihrem Beſitz, ſo weit und in dem Stand ſie denſelben vorhin gehabt, biß gleicher geſtalt ein anders, entweder in Güte verglichen, oder mit Recht erkannt wird, verbleiben, und* unperturbirt *gelaſſen, auch die jezige Einquartierung und* Contributiones *in den vier Gohen, und Gerichte Barchfeld, in keine* conſequenz *gezogen werden; jedoch daß dieſe* reſp. Convention *und* contradiction *keinem theil an ſeinen Rechten præjudicirlich ſeyn ſolle &c. (6) Iſt, jedoch ohne beyderſeits* Præjuditz, *verabſchiedet und beliebt worden, daß Bürgermeiſter und Rath der Statt Bremen hinfüro, und biß zu erfolgendem Vergleich, oder Rechtlicher Erkäntniß, ſich des Prædicats, oder Tituls,* **einer Kayſerlichen Freyen-Reichs-Statt, gegen Ihr Kön. Maj. und dero Regierung, oder andere dero Collegia ù Miniſtros, ſo dan in Büchern, ù. offenbahren Schrifften, oder Edicten, welche in die vier Gohen, nach Blumenthal und Neukirchen, oder ſonſten ins Land, zu ihrer Notitz, ausgehen oder affigiren werden, nicht gebrauchen ſollen,** *In andern Fællen aber, wollen Bürgermeiſter und Rath ſich deſſen nicht begeben haben. Und wollen hingegen Ihro Kœn. Majeſt. ſich der Wörter:* **der Statt Bremen,** *und des Worts:* **Begehren,** *gebrauchen. (7) Erklæren Sich Ihr. Kœnigl. Majeſt. auch dahin, daß Sie die Statt aller Ihrer hergebrachten* Privilegien, *Rechten, Frey- und Gewohnheiten*, tam in Eccleſiaſticis, quam Secularibus, juxta Inſtrumentum Pacis, *geruhig genieſſen laſſen, und darwieder nicht beſchwæren, noch beſchwæren laſſen wollen &c. (8) Sollen Bürgermeiſter und Rath der Statt Bremen, nach erfolgter und ausgeantworteter* Ratification *dieſes Vergleichs, die Huldigung, in der vor dieſem beliebter* Form, *nach Inhalt des* II. Articuls *des Stadiſchen* Receſſus *(1654) Hœchſtgedachter Ihrer Kœnigl. Maj. als Hertzogen zu Bremen, auf dieſe Ihro darzu beſtimmte Zeit, ableiſten &c. Doch iſt dabey beliebt worden, daß, ſo lange Ihr Kœnigl. Majeſt. wegen des Orts, zu der Burck, und deſſen* demolition *und* Reſtitution, *ſich gnædigſt willfæhrig nicht erklæret, und man alſo deſſenthalben, nach dem* VIII. Art. *des Stadiſchen* Receſſus *ſich nicht verglichen, die Abſtattung obgedachten Eydes* in ſuſpenſo *bleiben und gelaſſen werden ſolle &c. &c.* De quibus, reliquisque Capitibus, legas *Theatrum Pacis*, Tom. 2, pag. 291; add. *Gaſtelius* l. c. pag. 1087 &c. *Lundorpius* l. c. Cap. 115, pag. 443 ad 461: *Theatrum Europæum*, Tom. X, pag. 110, ad 133; *Diarium Europæum*, Contin. XIII, Append. pag. 181 &c. Dn. *Lunigius* l. c. pag. 366 &c. §. 35.

Anno tamen 1677, Syndicus Bremenſis, Legatus Civitatis, in Comitiis *Brunſuicenſibus* Circuli Inferioris Saxoniæ, ad votum & ſeſſionem iterum ſuſcipi petiit, libello, quem apud *Lundorpium* Tom. X, lib. XI, C. 179, p. 419 & 420 oſtendimus, ibi: *So gelanget an Ew. Wohlwürd. Hochedel-Geſtreng- Veſt- und Hochgelahrten Herrlichkeiten und Günſten, Nahmens meiner Herren Obern und Committenten, meine unter- und dienſtlichſte Bitte, dieſelbe geruhen nunmehr ſich hochgeneigt und großgünſtig dahin zu erklæren, daß, zu folge der beym* H. R. R. in publicis Imperii Comitiis *erhalten und continuirenden* Seſſionis & voti, *zu der* Seſſion *und dem* Voto *auch bey dieſem Hochlœblichen Nieder-Sæchſiſchen Craiſe, und in dero Nahmen jetzo ich, auf übergebene* Vollmacht, admittiret, *auch ſodane Stadt Bremen ad* Matriculam Circuli, *wie albereits vor dieſem, bey den Nürnbergiſchen Friedens-*Executions-Tractaten, *geſchehen,* referiret, *auch inzwiſchen und hinfüro alles, was Crayſes wegen, an die Glieder deſſelben zu* notificiren, *nicht weniger Ihro, der Statt Bremen, maſſen gleichfals vor dieſem ſchon geſchehen,* notificirt, *und Sie, andern Craiß-Standen gleich, angeſehen und gehalten werden mœge &c.* Conf. *Europ. Heroldt* Edit. An. 1688, Append. p. 1541; addens: *Es haben ſich aber die anweſenden Geſandten, mit Mangel der* Inſtructionen, *entſchuldiget und* reſolviret, *die Statt, mit ihrem Geſuch, zum næchſten Kreißtage zu verweiſen.* Seculum XVII dudum jam præteriit, nec tamen *Brema* Comitiorum juribus frui hactenus potuit.

3. Quoad *originem* (a) Civitatum Imperii, *primò* diſtinguendum eſt, inter earum extructionem, & libertatem, atque ſuperioritatem territorialem; *ſecundò*, inter Civitates cis Rhenum, & trans Rhenum; *tertiò*, inter Civitates Magnæ Germaniæ, *(b)* & Sueviæ atque Bavariæ. Civitates cis Rhenum, *Argentoratum, Spira, Wormatia, Colonia Agrippina, (c)* jam tum extructæ fuerunt, tempore antiquorum Imperatorum, ab Auguſto usque: Civitates in Suevia atque Bavaria, jam tum tempore Carolingorum, (*d*) contra irruptiones Hungarorum, fuerunt extructæ & muris cinctæ, & Norici *Norimbergam*, (*e*) Bavari *Ratisbonam*, (*f*) *Salisburgum*, (*g*) *Auguſtam*, (*h*) Suevi *Conſtantiam*, (*i*) contributa pecunia, fortalitiis cinxerunt. Ceteræ civitates in magna Germania, Saxonia, Weſtphalia &c. nec op-

oppida quidem fuerunt, ſed Regiæ tantum Villæ, (*k*) ſeu villæ publicæ, *Reichs-Flecken*, Regum Palatiis condecoratæ, celebratisque inibi Comitiis, in pratis & campis, tentoriis, in hunc finem, ibi erectis, *Lehm. Chron. Spir. lib. 6. c. 16.* Ita in ſpecie Ulmam, ſuam Regalem villam, *Kæniglichen Flecken*, vocat Carol. M. pari modo *Franckfurth, Ingelheim, Nordhauſen, &c. villæ Regiæ* vocantur, *Lehm. lib. 2. c. 18.* *Henrici Aucupis* (*l*) tempore, oppida in Germania hinc inde noviter *muniri* cœperunt contra Hungaros, translato nono quoque viro ex agro & pagis, in prædicta oppida; tertiam quoque partem omnium frugum illorum, in ædibus à ſe extructis, reſervare juſſit, ut in bello nihil alicui rerum deficeret, omniaque rebus & viris plena adeſſent. Exinde diſcrimen oriebatur, inter plebem urbanam, & ruſticam, *unter Bürgern* (*m*) *und Bauern*, hanc à colendo, *vom Bauen*, illam verò *Bürger* à burgis dicebant.

N O T Æ.

(*a*) ORIGINEM &c. Lacædemoniorum more, veteres Germanos *Civitatis* tutamentum non in mœnibus, ſed armatis Viris, quæſiviſſe, dubio caret. *Julius Cæſar*, lib. IV. de *Bello Gallico*, Cap. 3 & 4 & ſeqq. meminit quidem Germanorum *Civitatum*, quarum quasdam amplas florentesque fuiſſe teſtatur, & *Vicorum; Urbium* verò nullibi. Conf. idem, lib. VI. Cap. 23, pag. m. 160; nec non *Tacitus*, cui Germanorum res compertiſſimæ erant, ſub *Trajano* Imp. cap. XVI, de *Moribus Germanorum*, §. 1, ſcribens: *Nullas Germanorum Populis Urbes habitari, ſatis notum eſt; ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti, ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant, non in noſtrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: ſuam quisque Domum ſpatio circumdat, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitia ædificandi.* Sermonem tamen hic eſſe de *Germania Magna* duntaxat, nobis *cis-rhenana*, fatentur omnes; *trans Rhenanam* enim, quæ *Romanis* parebat, *Urbibus* fuiſſe præditam, rectè docet *Coringius* de *Republica*, Diſſert. 3, de *Urbibus Germanicis*, §. XVI, pag. m. 78; &, poſt eum, Dn. Author noſter. Spectat huc locus *Ammiani Marcellini*, lib. *XVI*, Cap. 3, pag. m. 65: *Audiens itaque* (Cæſar) *Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Saliſonem, Nemetas, & Vangionas, & Maguntiacum Civitates, Barbaros poſſidentes, Territoria eorum habitare, (nam ipſa Oppida, ut circumdata retibus luſtra, declinant,) primam omnium Brotomagum occupavit &c.* Conf. ſeq. lit. b. & e.

(*b*) MAGNÆ GERMANIÆ &c. Dividebatur quondam *Germania*, in *Transrhenanam*, ſeu *Magnam*, (quæ nobis *Cis-Rhenana* eſt; & *Cis-rhenanam*, ſeu *Minorem*, (nobis *Trans-Rhenanam*, (*Romanis* ſubditam. Hæc rurſus erat vel *Prima*, ſive *Superior, Argentoratenſem, Spirenſem, Wormatienſem, & Moguntinum* agros, continens; vel *Secunda*, ſeu *Inferior*, cujus metropolis *Colonia Agrippina* fuit, protenſa ad Belgas usque. Cœpit hæc diviſio jam *Julii Cæſaris* ætate, qui ipſe lib. IV. de *Bello Gallico*, cap. *XVI*. p. m. 91, ſcribit: *Germanico bello confecto, multis de cauſis Cæſar ſtatuit ſibi Rhenum eſſe transeundum &c.* & p. 92: *Ubii autem, qui uni ex Transrhenanis ad Cæſarem Legatos miſerant, amicitiam fecerant &c.* & Lib. V, Cap. 2, pag. m. 108: *Cæſar - - - cum Legionibus expeditis quatuor, & equitibus D CCC. in fines Trevirorum proficiſcitur; quod hi neque ad concilia veniebant, neque Imperio parebant, Germanosque Transrhenanos ſollicitare dicebantur &c.* Sic *Tacitus*, lib. *IV. Hiſtor.* cap. 63, §. 4. *Sed transrhenanis Gentibus inviſa Civitas*, (Colonia Agrippinenſis) *opulentia auctuque. Nec alium finem belli rebantur, quam ſi promiſcua ea ſedes omnibus Germanis foret &c.* add. idem, cit. lib. *IV*, Cap. 73, §. 5, & cap. 76, §. 1, paſſimque alibi, & *Suetonius*, in vita *D. Julii*, cap. XXV, pag. m. 18 & 19: *Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte fabricato, aggreſſus, maximis affecit cladibus &c.* & *Julius Capitolinus*, in *Maximino* Imp. apud *Sylburgium*, in *Hiſtoria Auguſta*, Tom. 2, pag. m 227: *Mirandum autem apparatum belli Alexander habuit; cui Maximinus multa dicitur addidiſſe. Ingreſſus igitur Germaniam Transrhenanam, per 300, vel 400 milia barbarici ſoli, vicos incendit, greges abegit, prædas ſuſtulit &c.* & *Flavius Vopiſcus*, in *Probo* Imp. apud eundem, l. c. p. 292: *Agros, & horrea, & domos, & annonam, Transrhenanis omnibus fecit &c.* *Valerianus*, in Epiſtola ad Gallos, teſte *Trebellio Pollione*, de *Triginta Tyrannis*, in Vita *Poſthumi*, apud eundem, pag. 255, ſe *Poſthumum Transrhenani limitis Ducem* conſtituiſſe, fatetur, verb: *Transrhenani limitis Ducem, & Galliæ Præſidem Poſthumum fecimus &c.* Et hæc *Germania*, *Transrhenana* Romanis dicta, nobis *Cisrhenana*, vocatur *Ptolemæo*, lib. 2, Cap. XI, *μεγάλη*, i. e. *Magna*, reſpectu ſcil. *Minoris*, à Roma-

nis in Provinciam redactæ; quæ poſterior, ut jam monui, in *Primam* ſeu *Superiorem, & Secundam*, ſeu *Inferiorem*, erat ſubdiviſa; de qua diviſione ita *Ptolemæus*, lib. 2, Cap. IX: *Pars Regionis, quæ Rheno adjacet, à Mari, ad Obringam flumen, dicitur Germania Inferior; pars autem ab Obringa, ad Meridiem verſus, vocatur Germania Superior &c.* (Per *Obringam*, intelligendum fluvium *Are*, inter *Bonnam & Andernacum*, in Rhenum ſe projicientem, docet *Cellarius*, lib. 2, *Geographiæ Antiquæ*, Cap. 3, pag. m. 235;) &, poſt eum, *Dio Caſſius*, lib. 53. pag. 503, partitionis Provinciarum Auguſtum inter & Populum factæ memor: *Celtarum quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Galliæ regionem, quæ Rheno adjacet, occupaſſent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur Superior, quæ à Rheni fontibus incipit; Inferior, quæ ad Oceanum Britannicum usque porrigitur.* Quem locum *Cluverius* quoque lib. 2. *Germaniæ Antiquæ*, Cap. 37, pag. 187, & *Cellarius*, l. c. annotarunt. Apud *Tacitum* eadem hinc inde vocabula occurrunt, v. g. Lib. 3. *Annal.* Cap. XLI, §. 3: *Turonii legionario milite, quem Viſellius Varro, Inferioris Germaniæ Legatus, miſerat &c.* & lib. IV. Cap. LXXIII, §. 1: *Quod ubi L. Apronio, Inferioris Germaniæ Prætori, cognitum, Vexilla Legionum è Superiore Provincia, peditumque & equitum auxiliarium delectos accivit, ac ſimul utrumque Exercitum, Rheno devectum, Friſiis intulit &c.* & lib. XI, Cap. XVIII, §. 1: *Per idem tempus Chauci - - - Inferiorem Germaniam incurſavere, Duce Gannaſco &c.* & Lib. XII, Cap. XXVII, §. 2: *Iisdem temporibus in Superiore Germania trepidatum* &c. & Lib. I. *Hiſt.* Cap. XII, §. 2: *Superioris Germaniæ Legiones &c.* & Cap. LII, §. 1: *Aulus Vitellius Inferiorem Germaniam ingreſſus &c.* & Cap. LIII, §. 1: *At in Superiore Germania &c.* & Cap. LV, §. 1: *Inferioris tamen Germaniæ Legiones &c.* & Cap. LXI, §. 3; & Lib. 2. *Hiſtor.* Cap. 93, §. 4, & lib. 4, Cap. XIX, §. 3 &c. &c. Jung. *Suetonius* in *Vitellio*, Cap. VII, pag. m. 326: *à Galba in Inferiorem Germaniam, contra opinionem, miſſus eſt &c.* & In *Domitiano*, Cap. VI, pag. m. 366: *Bellum Civile, motum à L. Antonio, Superioris Germaniæ Præſide, confecit abſens, felicitate mira &c.* nec non *Ammianus Marcellinus*, lib. XV, in *Conſtantio*, apud *Sylburgium* l. c. pag. 326: *Indicabat autem Coloniam Agrippinam, ampli nominis Urbem in Secunda Germania, pertinaci Barbarorum obſidione reſeratam &c.* & p. 328: *Superiorem & Inferiorem Germaniam, Belgasque, duæ Jurisdictiones iisdem* (Julii Imp.) *rexere temporibus. At nunc numerantur Provinciæ, per omnem ambitum Galliarum: Secunda Germania prima, ab occidentali exordiens cardine, Agrippina, & Tungris munita, Civitatibus amplis & copioſis; deinde, Prima Germania, ubi, præter alia Municipia, Magontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, Barbaricis cladibus nota. Poſt has, Belgica Prima, Mediomatricos prætendit, & Treviros, domicilium Principum clarum. Huic adnexa eſt Secunda Belgica, qua Ambiani ſunt, Urbs inter alias eminens, & Cathelauni, & Remi &c.* & *Sextus Aurelius Victor*, in Epitoma Vitarum Imperatorum, in *Domitiano*, Cap 23, p. m. 57: *His Ejus ſævitiis, ac maximè injuria verborum, qua ſe ſcortum vocari dolebat, accenſus Antonius, curans Germaniam Superiorem, Imperium corripuit &c.* & Inſcriptiones apud *Gruterum*, pag. 375, §. 1; pag. 381, §. 1, pag. 389, §. 2, pag. 457, §. 6, pag. 502, §. 6, ad quas etiam Dn. *Cellarius* l. c. lib. 2, cap. 3, pag. 235 & 237, provocat; Aliorum teſtimonia longè plura ut mittam

(c) COLONIA AGRIPPINA &c. Quam *Ammianus Marcellinus* cit. Lib. XV, verbis modo allatis, *ampli nominis Urbem*, appellat, & Lib. XVI, *Urbem munitiſſimam*, verb: *Agrippinam ingreſſus, non ante motus eſt exinde, quam Francorum Regibus furore niteſcente perterritis, pacem Reipublicæ firmaret interim profuturam, & Urbem reciperet munitiſſimam &c.* add. *Moguntiam, Tungros, Rigodulum*, de quo poſteriori Oppido legi meretur *Cellarius*, lib. 2. *Geograph. Antiq.* Cap. 3, pag. 206 &c. aliaque plura, quæ *Cluverius*, in *Germania Antiqua*, paſſim conſignat. Conf. *Lehman. Chron. Spir.* lib 1, Cap. V, pag. 14 &c. De hac *Germania* intelligendi omnino Veteres, cum mentio Oppidorum munitorum fiat, veluti apud *Dionem*, lib. LVI. *Hiſtor.* ubi, ſub *Tiberio* Auguſto, de *Variana* narratur clade: *Loca quædam Germaniæ Romani tenebant; non ſimul, ſed ut fortè ſubacta fuerunt, hinc inde; hibernaque inibi milites eorum habebant, & Opida condebant; jamque mores eorum Barbari accipiebant, in forum conveniebant, commeatusque inter ſe pacificos faciebant &c.* & apud *Florum*, lib. IV. *Hiſtor.* Cap. XII, pag. m. 208: *Victor namque Druſus equos, pecora, torques eorum, ipſosque præda diviſit, & vendidit; præterea, in tutelam Provinciarum, præſidia, atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam fluvium, per Albin, per Viſurgim; nam per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius Caſtella direxit &c.* Nec obſtat *Tiberio* Imp. coævus *Strabo*, lib. 4. *Geograph.* pag. 141, inquiens: Οἱ ἐςίωνες τῶν Οὐινδελικῶν εισι, καὶ Βριγάντιοι καὶ πόλεις αὐτῶν, Βριγάντιον, καὶ καμπόδουνον: *Eſtiones*

nes Vindelicorum ſunt & Brigantii: & Oppida illorum: Brigantium & Campodunum &c. quem locum & Cluverius in Vindelicia, Cap. IV. pag. 14. & Dn. Cellarius l. c. lib. 2. Cap. 7, pag. 329. adnotarunt; nec Ptolomæi auctoritas, qui nonaginta amplius Germaniæ Magnæ loca, πόλεων nomine, recenſet; quibus Conringius de Republica, Exerc. 3. de Urbibus Germaniæ, §. 21, pag. m. 80, ſatis facit; Nec poteſt negari, Ptolemæum amplius nonaginta in Magna Germania recenſere loca, πόλεων nomine. Sed non eſt dubitandum, Auctores illos, per πόλεις, aut Oppida, nil quicquam aliud, quam Vicos non munitos, intellexiſſe. Etenim neque ἡ πόλις, neque Oppidum, propriè Urbem ſignificat, aut locum munitum. Et quidem ejus naturæ fuiſſe tunc τὰς πόλεις Germanicas, vel unum Herodiani teſtimonium evincit, lib. VII, in Hiſtoria rerum Maximini, cum enim ſcripſiſſet: Vicosq; omnes incendendos diripiendosque militibus conceſſit; ſubjungit: namque Opida eorum (τὰς πόλεις αὐτῶν) atque ædificia omnia, ignis depaſcitur. Ut liqueat, Herodiano τὰς πόλεις hic eſſe idem, atque τὰς κώμας, &c. Quæ ex Cluverio lib. I. Germaniæ Antiquæ, Cap. 13, pag. 105; deſumpta. Cui ſententiæ ſuffragatur, quod (1) nec Julius Cæſar, nec Tacitus, Urbium Germaniæ meminerint, ut jam præced. lit. a, monui, (2) Fidem fugiat omnem, Strabone vivente, Urbes in Germania Magna fuiſſe; tempore verò Taciti, nullas; verſaque vice, Ptolemæo florente, qui LX. circiter annis duntaxat poſt Taciti Germaniam, ſub Marco Aurelio Antonio, vel Suida teſte, Geographiam compoſuit, tot rurſus condita extitiſſe Opida munita, quæ Taciti ætas ignoraverit: (3) Ammianus Marcellinus, quamvis bellorum trans Rhenum frequenter excitet memoriam, nihil quicquam de Urbis alicujus, vel Opidi muniti vel Caſtelli, vel Munimenti, à Germanis exſtructi, tradat. Conf. Cluverius l. c. Knipſchild, de Juribus Civitatum Imperialium, lib. I, Cap. V, §. 5 & 6, pag. 49. Conringius ad Lampadium Part. 3, Cap. 7, pag. 250 &c. & Diſſert. de Contributionibus, Reſpondente Gothardo Marquarto, Lubecenſi, an 1675. habita, §. 53.

(d) CAROLINGORUM &c. Imò & ante; cum non minus Germaniam, ac reliquas Chriſtianorum Provincias, Sardicenſis Concilii An. 347, al. 350, Decretum tangat, quo cautum, non niſi in Civitatibus majoribus conſtituendos eſſe Epiſcopos; Non licet ſimpliciter Epiſcopum conſtituere in aliquo pago, vel parva Urbe, cui vel unus Presbyter ſufficit: non neceſſe eſt enim illis Epiſcopum conſtitui, ne Epiſcopi nomen & authoritas vilipendatur &c. ad quod reſpicere videtur Leo Papa, Epiſt. 85. ad Epiſcopos Africanos, Cap. 2, apud Gratianum, Diſtinct. 80, Can. Illud, 4. ibi: Illud ſanè, quod ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus Canonum ſtatuta ſervari, ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet caſtellis, & ubi ante non fuerunt, Epiſcopi conſecrentur: cum ubi minores ſunt plebes, minoresque conventus, Presbyterorum cura ſufficiat: Epiſcopalia autem gubernacula non niſi majoribus Populis, & frequentioribus Civitatibus, oporteat præſidere: ne, quod Sanctorum Patrum divinitus inſpirata Decreta vetuerunt, viculis, & poſſeſſionibus, vel obſcuris & ſolitariis municipiis, tribuatur ſacerdotale faſtigium &c. nec non Zacharias Pontifex, in literis ad Bonifacium Moguntinum, An. 742, referente Othlono, in Vita S. Bonifacii, lib. 2, Cap. 2. apud Surium, 5 Junii, p. m. 70; Meminiſſe debes, Chariſſime, quod ſacris Canonibus præcipimur obſervare, ut minimè in Villulas, vel in modicas Civitates, Epiſcopos ordinemus; ne vileſcat nomen Epiſcopi. Sed Nos, ſuis ſinceriſſimis atque dilectis Syllabis provocati, quæ popoſciſti, abſque mora concedimus, & ſtatuimus, per Apoſtolicam authoritatem, Epiſcopales eſſe illic ſedes, & per ſucceſſionem Epiſcopos teneri, qui Populis præſint, atque verbum prædicationis ſubjectis inſinuent: unam quidem in Caſtello Wirtzburg; & alteram, in Oppido, quod nominatur Buriburg; tertiam verò in loco, qui dicitur Erphesfort &c. Hinc Pallavicinus, lib. 2. Hiſtor. Trident. Cap. 4: Fabrianum, cum jura Civitatis non obtineat, Epiſcopi ſedem non habet &c. Nec male hinc Dn. Wagenſeilius, in Comment. de Civitate Norimbergenſi, Lib. I. Cap. I. pag. 9. hac de cauſa factum affirmat, quod Norimberga interdum Villa duntaxat vocetur, quia ſcil. ſemper Epiſcopo caruit. Legas in eandem ſententiam Lehmanni Chronicon Spirenſe, lib. 2. Cap. 18. pag. 88; Stætte hat man geheiſſen, eine groſſe Gemeine, in welcher, ſampt dem gantzen Gaw, ein Biſchoff und ein Grafe, im Nahmen, und von wegen eines Teutſchen Kœnigs und des Reichs, geiſtliche und weltliche Obrigkeit verwaltet, und mit Mauren oder Wællen, wehrlich geweſen &c, Ad exempla ut eamus, Caſtrum Civitatis Juvaviæ, hodiè Saltzburgum, celebratur jam ævo Theodoberti, Bojorum Ducis, circa annum 578 defuncti, in vita S. Rudberti, Cap. 8. præced. Tit. XVI. Catalog. Ducum Bavariæ, v. 10. in vita Theodoberti. Sic Caſtrum Friſingen, ſub Grimoaldo, Majore Domus in Francia, apud Aribonem, in vita Corbiniani, Cap. 20, præced. Tit. XV. §. 13. lit. mm. p. 1239, Caſtrum Wirtzburg, ſub Pipino, adhuc Majore Domus in Francia, in Vita Caroli Magni, apud Lambecium, Tom. 2. Biblioth. Vindobon. Cap. 5. pag. 346. ad Annum 746. præced. Tit. XV. §. 13. lit. d. pag. 1178. & apud Auctorem Tranſlationis S. Liborii, Cap. V. præced.

Digitized by Google

ced. Tit. XV. §.13. lit. k. p.1192. *Conſtantia Civitas*, anno octavo *Pipini* Regis, in Charta 59. *Autwingi Lectoris*, apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Antiquitatum Alamann.* Part. 1, pag. 44. *Civitas Regancsburg*, an. 792, apud *Adelmum Annal. Franc.* h. a. p.399; & *Annal. Franc. Reuber.* An. eod. p. m. 29; *Ratisbona, muris* cincta, occurrit in Diplomate *Leonis III*, P. R. An. 798, præced. Tit. XV, §. 13. lit. ii, pag. 1231. In antiquiſſimo Codice de *Metropolibus*, circa Annum 810 ſcripto, apud *Goldaſtum*, mentio fit ſex Civitatum in *Provincia Bajoariorum*, quibus hæc nomina: *Metropolis Civitas Juvavo, id eſt, Saltzburg; Civitas Regino; Civitas Patavia; Civitas Frigiſienſis* (Friſingenſis) *Civitas Nova; Civitas Sabionenſis;* Vid. ibid. lit. hh, p. 1230, & aliarum octo, in *Provincia Secunda*, inter quas: *Civitas Wirtzburgenſis; Civitas Conſtantia; Caſtrum Rubilocus, quod Eichſteti dicitur: Civitas Auguſta Vindelicûm &c.* Vid. ibid. lit. c, p. 1177. *Caſtrum Arbona*, ad *Lacum Potamicum*, tempore *Childeberti II*, Auſtraſiorum Regis, teſte *Ratperto*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. 1, præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Alamann.* v. g. in vita *Cunzonis I.* De *Caſtro Potamo*, ſub *Carolingis*, evolve, quæ ibid. §. 20, in Vita *Godefridi II*, notavi. *Ekkehardus Junior*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. 1, vocat *Potamum*, *Juris Cameræ Nunciorum Oppidum*, vid. ibid. v. 21. Alia ut taceam.

(e) NORIMBERGAM &c. De cujus Civitatis prima origine, nihil certi habemus. Eam à *Norico, Herculis* filiorum natu majori, conditam, fruſtra aſſerit *Aventinus*, lib. 1. *Annal. Boicor.* Cap. VI, §. 22, pag m. 20. Nec majori ſundamento, vindicat ejus primordia *Gerhardus Mercator*, in Not. ad *Atlantem Majorem*, pag. 254, Imperatori *Claudio Tiberio*, Thuringis bellum illaturo. *Wagenſeilius*, cit. Comment. de *Civitate Norimbergenſi*, Cap. 4, pag. 21, ex *Hermanni Schedelii Chronico Norimbergenſi*, An. 1493 impreſſo, & *Bertius*, part. 3. *Commentariorum Rerum Germanicarum*, voc. *Norimberga*, pag. 219, ætate *Caroli Magni*, inter *Civitates* eam fuiſſe relatam, pro certo habent. Cum quibus tamen *Dreſſerus, Iſagog. Hiſtor.* de *Urbibus Germaniæ*, part. 5, pag. 466; *Limnæus*, lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. 35, §. 3 & 4. p. 377; *Knipſchild*, de *Juribus Civitatum Imper.* lib. 3, Cap. 38, §. 1, p. 806 &c. diſſentiunt.

(f) RATISBONAM &c. Ducum Bavariæ quondam Sedem, de cujus vetuſtate, præced. Tit. XV, §. 13, lit. ii, pag. 1231, quædam dicta. Conf. *Nicolaus Reuſnerus*, de *Urbibus Imper.* part. 2. Cap. 1; *Dreſſerus* l. c. pag. 506; *Bertius* l. c. voc. *Ratisbona*, p. 237 &c. *Limnæus* l. c. Cap. 39, pag. 430: *Knipſchild*, l. c. Cap. 43. pag. 827.

(g) SALISBURGUM &c. Vid. præced. lit. d, & præced. Tit. XV. §. 13. lit. hh. pag. 1230. Add. *Bertius* l. c. voc. *Saltzburgum*, p. 245. Vocatur *Ottoni Friſingenſi*, lib. 1, de *Geſtis Friderici I*, Cap. 59. pag. 443, & lib. 2, Cap. 29. p. 471. *Juvania*; ſed minus accuratè, pro *Juvavia*.

(h) AUGUSTAM &c. Juxta *Ottonem Friſingenſem*, lib. 3. *Chronic.* Cap. 4. pag. m. 56, nomen trahit ex *Auguſto* Imperatore, vel conditore, vel inſtauratore; conf. *Dreſſerus* l. c. pag. 130; *Bertius* l. c. voc. *Auguſta Vindelicorum*, p. 55 &c. *Limnæus* l. c. Cap. 4. pag. 106 &c. *Knipſchild*, l. c. lib. 3. Cap. 3. pag. 630 &c. Mittimum antiquiſſimum Oppidum eſt, de quo multa *Cluverius* in *Vindelicia & Norico*, cap. 4. pag. m. 13 & 14, & *Cellarius Geograph. Antiq.* lib. 2, cap. 7. pag. 329 &c. Add. præced. lit. d, & præced. Tit. XV, §. 13. lit. i, p. 1190.

(i) CONSTANTIAM &c. Vid. præced. lit. d, & præced. Tit. XV, §. 13. lit. g, pag. 1189. Conf. *Bertius*, l. c. voc. *Conſtantia*, pag. 95 &c. *Knipſchild* l. c. lib. 4, cap. 1, §. 33 &c. pag. 1008. *Cellarius* l. c. lib. 2. cap. 3, p. 179 & 180.

(k) REGIÆ TANTUM VILLÆ &c. *Lehmannus* lib. 2. *Chron. Spir.* Cap. *XVIII*, p 90, factà mentione requiſitorum Civitatum veterum, inquit: *Ob nun wohl in folgenden Zeiten, viel Flecken, an Volck und Reichthumb, trefflich gewachſen, und jetzo fürnehme Reichsſtætte ſeind; ſo iſts doch gewiß, daß ſie, zu Zeiten der Teutſchen Frænckiſchen Kænig und Kayſer, noch keine Stætte geweſen, und die qualitæten nicht gehabt, die zuvor erzæhlet worden; ſondern werden in den Hiſtorien nicht anders als* Villæ Regiæ *genennt, in welchen die Kænig gleichfals* Palatia *gehabt, und bißweilen auch Reichstæge dahin gelegt haben. Alſo werden austrücklich, in der Caroliner Hiſtorie,* Villæ Regiæ, *Reichs-Flecken: genennt; Franckfurth und Ingelheim; in welchen beyden* Palatia, *und etliche Reichs-Verſamblungen, (geweſen) Auch ſagt Regino*, lib. 2. *Annal. Franc: von Franckfurth, daß daſelbſt* An. 875, *die Kænigliche Hofſtatt im Land zu Francken, geweſen;* item *Seltz, Trebor, Flemersheim, und andere &c.* Unde ſua *Fritſchius*, in *Sylloge*, & quidem in Commentatione ad L. Un. Cod. de *Palatiis & Domibus Dominicis*: cap. 8, §. 27. pag. m. 185. Exemplis verò probant *Spelmannus*, Gloſſ. voc. *Villa Regia*, pag. m. 557, & *Du Freſne*, Gloſſar. voc. ead. pag. 1331, haud raro, voce hac comprehendi quoque *Urbes, Regiasque Sedes* vulgo *Reſidentias*. Quod & *Lambecius*, lib. 2. Comment. *Bibliothecæ Vindobon.* cap. V, pag. 86. adverſus eos urget, qui *Urbano V*, P. R. vitio vertunt, quod in Diplomate Fundationis *Academiæ Viennenſis*, 19 Julii 1365, *Avenione* dato, *Viennam* ſaltem *Villam Rudolfi Ducis Auſtriæ* appellet verb: *Cum itaque, ſicut nuper,*

en

ex parte dilecti Filii, Nobilis Viri, Rudolfi, Ducis Auſtriæ, fuit propoſitum in Conſiſtorio coram Nobis, ipſe Dux, non ſolum ad utilitatem & proſperitatem hujusmodi Reipublicæ, & incolarum Ducatus ſui Auſtriæ, ſed etiam aliarum partium vicinarum, laudabiliter intendens, in Villa ſua Wiennenſi, Patavienſis Diœceſis, in Ducatu prædicto conſiſtente, tanquam inſigniori, & magis ad hoc accommoda, & idonea, plurimum deſideret fieri, & ordinari, per ſedem Apoſtolicam. Studium Generale in qualibet licita Facultate &c. voce Villæ ſæpius in ſequentibus repetita; ajens: Notandum eſt, Imperatoriam Archiducatus Auſtriæ Metropolin, Vindobonam, in hoc diplomate appellari Villam, non per contemptum, quaſi ſimplex aliquod prædium ruſticum, vulgò ein Mayer-Hoff; vel exiguum ac Urbis nomine indignum pagum, vulgò ein Dorff, oder Flecken; ſed potius per excellentiam, veluti primariam Principis ſedem ſive, ut loquuntur, Reſidentiam. Teſtatur enim hoc ipſe Pontifex, Urbanus V, dum in eodem Diplomate expreſſe refert, Ducem Auſtriæ Rudolphum eam ob cauſam Vindobonæ potius, quam in ullo alio Ducatus Auſtriæ Oppido, Generale Studium, ſive Academiam, fieri deſideraſſe, quod ille locus cæteris omnibus eſſet inſignior, ideoque magis ad hoc idoneus. Similiter paſſim, apud mediæ ætatis Hiſtoricos Latinos, Villa Regia, ſignificat non ſolum ipſam Aulam Regiam, ſed & Urbem, in qua ea commoratur &c. &, paucis interjectis, pag. 87: Hinc itaque etiam nunc apud Gallos, quæcunque Urbs, ſive Civitas, appellatur une Ville; & in Ducis Auſtriæ, Alberti III, præfatione, Privilegiis Academiæ Vindobonenſis præfixa, conjunctim legitur, (Ibid. pag. 103.) in Oppido ſeu Villa noſtra Wiennenſi, hoc eſt, in Unſer Reſidentz-Stadt Wien &c. Add. Statuta Generalia ad laudatam Univerſitatem pertinentia, Tit. I, §. 4. pag. 95. ibid: Quod ſi ſcholaris, vel Magiſter, Civem, vel Caſtrenſem, vulneraverit, aut aliàs enormiter læſerit, emendet, ad judicium Rectoris & duorum Decanorum, quos iſti de Conſilio Oppidi Wiennenſis duxerint nominandos &c. rurſus l. c. §. 13. pag. 96: Ante omnia offenſiones Civium & popularium Oppidi Wiennenſis &c. Suffragatur Lambecii ſententiæ Wagenſeilius, Comment. de Civitate Norimbergenſi, lib. I, Cap. I. pag. 9. inquiens: Apud mediæ ætatis Hiſtoricos Latinos, cum Civitatem dicere volunt, crebro verbum Villa occurrit. Hinc Gallicum Ville, pro Urbe, & tot nomina Urbium apud Gallos, uti: Neuville, Ville neufe, Villebois, Ville Franche, Granville, Janville, Thionville, & plurima alia, ex voce illa compoſita &c. nec non Dn. Johannes Henricus Eggelingius, in Miſcellaneis Germaniæ Antiquitatibus, Exercit. 3. de φαβιεώνω, pag. 28: So wenig nun das Wort Locus, der reputation Unſerer Statt (Bremen) einigen Nachtheil zubringet, ſo wenig kan Ihr auch verkleinerlich ſeyn, daß Sie, in Libro Donationum Eccleſiæ Bremenſis tertio, Cap. I, zum æfftern Villa publica geſcholten wird; ſintemahlen Villa zu denen Zeiten eine Statt bedeutet; dahero Rutilius Numatianus, in Itinerario ſuo, v. 225. ſchreibt:

Nunc Villæ grandes, Oppida parva prius.

Und Wilhelmus Brito, lib. 2. Philipp. von der groſſen ehemahligen Pæbſtlichen Reſidentz-Statt Avignon:

Quos Villæ ſtatuit cuſtodes Rex Ludovicus.

Ingleichen Lambertus Schafnaburgenſis, von der Statt Hartesburg (ad an. 1073.) Et quia Villam, Viris fortibus, Vallis & feris, undique munitam, incurſare, haud ſatis tutum putabatur &c. Dieſer locus ſolte mich faſt beyſtimmig machen, derer opinion, die wollen, daß Villa à Vallo, id eſt, aggere terræ, benennet, (vid. Iſidorus, Origin. lib. XV, Cap. 13.) Und mit dem Frantzæſiſchen Ville einerley ſey. Ich hab in Franckreich, an der Statt Carcaſſone obſerviret, daß Sie den Theil der Statt, ſo auf der Hœhe und mit Mauren umbgeben, La Cité: den andern aber, der drunten liegt, und mit Wællen verſehen iſt, La Ville, nennen. Diß erlæutert ſehr Johannes de Janua: Villa dicitur à Vallis, quaſi vallata, eò, quod vallata ſit ſolùm vallatione Vallorum, & non munitione murorum, inde Villanus; Einmahl iſt es gewiß, daß der Alten Teutſchen Fortifications-Werck eher in Wællen, als Mauren beſtanden &c. Adeoque Villæ Regiæ perperàm indiſtinctè Oppidis Majoribus, ſeu Civitatibus, opponuntur.

(l) HENRICI AUCUPIS &c. Witichindus, Corbejenſis Monachus, ſcriptor coævus, lib. I. Annal. apud Meibomium Tom. I. Rerum German. pag. 639. teſtis eſt fide dignus, quantam hic Princeps die noctuque exſtruendis Germaniæ Urbibus operam dederit, cujus verba præced. Tit. 2. §. 8. lit. a, voc. Henricus Auceps, pag. 62, una cum teſtibus aliis, idem affirmantibus, produxi, quibus Conradi Urſpergenſis Chronicon, in vita hujus Regis, pag. m. 154. & Nauclerum, Vol. 2. Generat. 31, pag. m. 727. jungas. Nec tamen propterea Conſtitutio Ejus, hoc titulo à Goldaſto, Tom. I. Conſtitutionum Imperialium, pag. 211. inſerta, pro genuina eſt habenda, utpote ex Witichindi relatione conflata. Quarundam harum Urbium meminit Ditmarus lib. I. Chronicorum, veluti, pag. 9: Antiquæ Civitatis, id eſt, moderni Aldenburgi; (Conf. Vulpii Alten-

Altenburgiſche Chronica, cap. 2. pag. 3 & 4, & quos ille citat alios.) *Miſna*, de qua, pag. 11: *Hic* (Henricus Auceps) *Montem unum, juxta Albim poſitum, & arborum denſitate tunc occupatum, excoluit, ibi Urbem faciens, cui, de rivo quodam, qui in Septentrionali parte ejusdem fluit, nomen Miſni impoſuit, quam, ut hodiè in uſu habetur, præſidiis, & impoſitionibus cæteris, munivit &c. Merſeburgi*, ajens pag. 12: *Antiquum opus Romanorum muro Rex prædictus in Mersburg decoravit lapideo &c.* & mox: *Cæteras quoque Urbes, ad ſalutem Regni, & Templa Domino, ob remedium animæ, devota mente fabricavit &c.* de *Quedlinburgo*, immediate annectit: *Poſt innumera virtutum inſignia, Idem, decurſo vitæ ſuimet ſtadio, ſexto decimo Regni, ætatis autem ſuæ ſexageſimo, anno, ſexto Non. Julii, in Miminleve moritur, & in Quedelinburg, quam ipſe à fundamento conſtruxit, ſepultus, a cunctis Optimatibus meritò defletur &c.* Conf. ſeq. §. 9, lit. c. & Dn. *Heineccii Antiquitates Goslarienſes*, lib. I, ad Ann. 923 & 924, p. 7 & 8.

(m) BüRGERN &c. Comprobant rationem etymologiæ & differentiæ hujus: *Burgoldenſis*, ad *Inſtrumentum Pacis*, Part. I, Diſcurſ. XXI, Membr. IV, §. 10, pag. 383; *Limnæus*, lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 19 & 20, pag. 8; *Speidelius*, Spec. voc. *Bürger*, pag. m. 155 & 156; *Fritſchius*, de *Jure ac ſtatu Pagorum Germaniæ*, Cap. 2, §. 3; & Cap. 4, §. 1. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I. Tit. XVIII, §. 2, p. 276; *Schilterus*, Comment. *Cod. Juris Alamannici Feudalis*, Cap. 151, p. 454 & 455.

(4) Non tantum autem Civitates in Saxonia *(a)* condi juſſit, ſed illis etiam generalia quædam privilegia conceſſit, ad annonæ & mercaturæ commoditatem promovendam. Et de Magdeburgenſi *(b)* Civitate legitur, quod Otto I. ipſi conceſſerit *(c)* jus mercatus, monetæ, telonii, ſtapulæ & geranii. Tempore ſubſequenti, ad exemplum aliorum Statuum Imperii, opibus & imperio creverunt; *Danngleicher weiſe, wie die Kayſer in Teutſchland die Fürſten und Herren hochêrhaben, alſo haben Sie auch nachmahls, aus ſonderbarer Gunſt und Gütigkeit, gefreyet die Alte Stædte des Reichs, Thaler und Flecken, denſelben eigene Regierung vergænnet, deßgleichen einen mercklichen Theil der Zællen, Umgelts, und andern Gefallen, Ihnen zugeſtellet. Lehman*, *(d)* lib. 4, Cap. 3.

NOTÆ.

(a) SAXONIA &c. Ante *Henrici Aucupis* imperium, rariora in *Saxonia* fuiſſe *Oppida*, certum eſt. *Luitprandus* lib. 2. *Hiſtor.* cap. 8. apud *Reuberum*, pag. m. 207, facta mentione obitus *Conradi I*, Germanorum Regis, in Ejusque locum ſurrogati *Henrici* laudati, ait: *Sed & Saxonum ac Thuringorum Terra facile depopulatur, quæ nec montibus, nec firmiſſimis Oppidis eſt munita &c.* Quem locum *Gryphiandrum* quoque de *Weichbildis*, Cap. 34, §. 3, pag. 85, notaſſe deprehendo; quamvis non ſimpliciter probandum; cum multa *Caſtra & Loca*, ſeu *Civitates*, *Carolingorum* jam temporibus in *Saxonia pariter & Thuringia*, floruerint. Ecce! *Caſtrum Saxonum Hochſiburg*, in *Annal. Francorum Reiberianis*, ad An. 743, pag. 15; (vel, *Hoſcoburg*, ut *Adelmus* legit apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Franc.* an. eod. pag. 382, aut *Obsburg*, ut *Annal. Francor. Pithœani*, an. 745, p. 4. vel *Obſeburg*, ut *Annal. Fuldenſ.* apud *Freherum* T. I. *Rer. German.* an. 745, p. 3 vel *Ochſenbrug*, ut *Regino*, an. eod. p. m. 21.)

Locus Horheim, *Super Obacrum fl.* Vid. *Annal. Reuber.* Ann. 747, pag. 16, & An. 780, pag. 23; (vel *Orheim*, ut *Adelmus* an. 747, pag. 382; vel *Oreheim*, ut idem, ad An. 780, pag. 393, vel *Horoheim*, ut *Annal. Pithœani*, ad An. 748, p. 5, & *Annal. Fuldenſ.* an. eod. pag. 3.)

Locus Schaninge, *ſuper fl. Miſſabam*, vid. *Annal. Reuber.* An. 747, pag 16, (vel *Skahumgi*, ut *Adelmus* an. eod. p. 381; *Reginoni*, an. eod. p. 22, vocatur *Vicus Schabaningi*,)

Locus Rimi, *ſuper Wiſeram*, vid. *Annal. Reuber.* an. 753, p. 16; (vel *Rum*, ut *Adelmus*, an. eod. p. 383.)

Caſtrum Eresburg; *Annal. Reuber.* an. 772, pag. 20, an. 775, pag. 21. *Adelmus*, an. 772, pag. 389; an. 775, pag. 390; an. 376, pag. 391, an. 780, pag. 392; *Vita Caroli Magni* apud *Pithœum*, pag. 239; *Annal. Fuldenſ.* an. 772, pag. 5. an. 776; pag. 6, ubi *Æresburgum* audit, & apud *Reginonem*, ad an. 772, p. 25, *Heresburg*; in *Annal. Reuber.* An. 776. p. 21 & 22, & an. 780, p. 23. vocatur: *Arx.*

Caſtrum Sigisburgum; *Annal. Pithœani* an. 775 & 776, pag. 9; *Vita Caroli Magni, apud Pithœum*, pag. 239; *Annal. Fuldenſ.* ann. 775, pag. 6; *Regino*, ann. eod. pag. 26. *Caſtellum* nominatur in cit. *Vita Caroli Magni* pag. 241, & *Adelmo* ad an. 776, pag. 391; & *Arx*, *Annal. Reuber.* an. 775, pag. 21; *Adelm.* an. eod. p. 390.

Locus

Digitized by Google

*Locus **Brunnesberg**, ad Wiſaram; Annal. Reuber.* An. 775, pag. 21; (ſeu ***Brunesberg***, ut *Adelmus*, an. eod. pag. 390; & *Annal. Fuldenſ.* an. eod. pag. 6; & *Annal. Pithœani*, an. eod. pag. 9; vel ***Brunisgurgo***, ut *Vita Caroli Magni*, cit. pag. 239, vel ***Brunisberg***, ut *Regino*, an. eod. p. 26.)

*Locus **Hudbeki**, ad Wiſaram; Annal. Reuber.* An. 775, pag. 21; *Adelmus* an. eod. p. 390; (vel ***Lidbechi***, ut *Annal. Pithœani*, an. eod. pag. 9; vel ***Lidbeki***, ut *Annal. Fuldenſ.* an. eod. p. 6.)

*Caſtellum **ad Lippiam**; Annal. Reuber.* An. 776, p. 22; *Adelmus*, an. eod. p. 391; *Regino*, ann. eod. pag. 27.

*Locus **Paderborna**; Annal. Reuber.* An. 777, p. 22; an. 785, pag. 25; an. 815, p. 41; (vel ***Padrabrunno***, *Annal. Pithœani*, an. 777, pag. 9; vel ***Padrebrunno***, *Annal. Reuber.* an. 815, pag. 416; vel ***Padrubunno***, ut *Adelmus*, an. 777, p. 391; an. 783, p. 394; & an. 785, p. 795; vel ***Padresbrunna***, ut *Regino*, an. eod. p. 27.)

*Locus **Bucholt**; Annal. Reuber.* An. 779, p. 23; (vel ***Buocholt***, ut *Adelmus* an. eod. p. 391; vel ***Hocholtz***, ut *Annal. Pithœani*, an. eod. p. 10; & *Fuldenſes* ann. eod. p. 6; vel ***Bucholtz***, ut *Regino*, an. eod. p. 28.)

*Locus **Meduſulli**, ad Wiſeram; Annal. Reuber.* An. 779, p. 23; (vel ***Medoſulli***, ut *Annal. Pithœani*, an. eod. p. 10, & *Fuldenſes*, an. eod. pag. 6; & *Regino*, an. eod. p. 28. vel ***Nuduſulli***, an. eod. p. 392.)

*Locus **Ferdi** ad Alaram fl. Annal. Reuber.* An. 781, p. 24; vel ***Fredi***, ut *Adelmus*, an. eod. p. 394.

*Locus **Thietmelle**; Annal. Reuber.* an. 783, pag. 24; (vel ***Theothmelli***, ut *Adelmus*, an. eod. pag. 394; vel ***Thiotmellie***, ut *Annal. Pithœani*, an. eod. p. 11; vel ***Thiotmelli***, ut *Annal. Fuldenſ.* an. eod. pag. 7; vel ***Thietmalli***, ut *Regino* an. eod. p. 29.)

*Locus **Huculbi**, ad Wiſaram; Annal. Reuber.* An. 784, pag. 25; *Adelmus* an. 784, p. 395. *Regino*, an. eod. p. 29, legit ***Huculin***.

*Caſtrum **Dekidroburg***, ad *Ambram* fl. *Annal. Reuber.* An. 784, pag. 25; vel ***Skidroburg***, ut *Adelmus*, an. eod. p. 395.

*Civitas **Eſelsfelth***, ad *Sturiam* fl. condita adverſus Danos; *Annal. Reuber.* Ann. 809, pag. 37; *Adelmus*, ann. eod. p. 411.

Caſtrum Eſesfeld**; Annal. Pithœani*, An. eod. p. 20; *Caſtrum **Heſfeld**; Annal. Fuldenſ.* ann. eod. p. 11. *Locus **Eſſelfelt, *Regino*, an. eod. p. 38.

*Caſtellum **Hobbuoki**, ad Albim; Adelmus*, An. 810. pag. 412; an. 811, p. 413; *Annal. Reuber.* an. 810 & 811, pag. 38 & 39. *Annal. Pithœani*, an. 810 & 811, pag. 22 & 23; (Vel ***Hobbuochi***, ut *Annal. Fuldenſ.* an. 810 & 811, p. 11; vel ***Obuoki***, *Vita Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 276; vel ***Hammaburg***, ut *Annal. Pithœani* an. 845, pag. 41, & *Annal. Fuldenſ.* an. eod. p. 19; vel ***Huobbuocki***, ut *Regino*, ann. 810, p. 38.)

*Caſtellum **Delbende**, Adelmus*, An. 822, pag. 413; *Annal. Reuber.* an. eod. p. 47.

Me quidem non fugit, quale diſcrimen inter *Oppidum & Locum*, *Cicero*, lib. VII. ad *Atticum*, Epiſt. 3, circa finem, conſtituat, ſermonem faciens de *Piræeo*, tanquam de *loco*, ibi: *Noſtrorum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, quod, non ut de Oppido, locutus ſum, ſed ut de Loco &c.* Nec me latet, quid in præſentiarum *Caſtellum* inter, vel *Arcem*, *Oppidum*, *Urbem*, *Civitatem*, & *Locum*, differentiæ ſit, ſi eum *Grammaticis*, loqui velimus; aſt quis ejusmodi ſubtilitates, in medii ævi Scriptoribus, ubi ſtylus barbarus, quærat? recté Dn. *Eggelingius*, in *Miſcellaneis Germaniæ Antiquitatibus*, Exercit. 3, de *Ptolemæi* φαβιράνω, pag. 17: *Daß Bremen*, ***Locus*** *genannt werde, kan ich demjenigen, was dieſerwegen inangezogener Aſſertion* (Aſſertio Libertatis Bremenſis) *pag. 256, und 267, ausführlich verhandelt worden, nichts hinbey thun, als nur, ... daß die Scriptores medii ævi, dies generale Wort, in ſpecie auf eine* ***Statt*** *reſtringiret, denn, weil ſie gefunden, daß die beyde Lateiniſche Wœrter:* ***Urbs***, *vel* ***Civitas***, *und* ***Locus***, *auf Teutſch, mit dem einen Wort:* ***Statt***, *oder* ***Stede***, *gegeben werden; ſo haben Sie eine* ***Statt***, *auf Lateiniſch, promiſcuè* ***Locum & Civitatem*** *genennet &c.* Hæc vera eſſe, antiquiſſimis documentis, boniſque rationibus, firmari poteſt. Præcedente §. 3, lit. d, dictum eſt, *Epiſcopos*, non niſi in *Civitatibus*, ſeu *Oppidis majoribus*, fixiſſe ſedes; & præced. Tit. XV, §. 12, lit. d, pag. 1166 & 1167. & Tit. XVI, *Catalog. Ducum Venedicorum*, v. 6, pag. 454. ***Hamburgum***, jam à *Ludovico Pio* Imp. Metropolim omnium Populorum trans Albim fuiſſe conſtitutam, valido argumento, eam omninò *Civitatibus* fuiſſe annumeratam, & tamen, adhuc anno 845, ut modò vidimus, *Caſtellum* ſaltem appellatur. De *Eſfelto*, cujus itidem, præced. Tit. XVI, in Catalogo *Ducum Venedicorum*, v. 6, ad Ann. 809, memini, conſtat, quod promiſcuè *Civitas & locus Adelmo* vocetur; *Annalibus* verò *Pithœanis & Fuldenſibus*, an. eod. *Caſtrum*.

Sic ***Villa Franconovurd***, apud *Adelmum*, An. 793 & 794 pag. 818, (ſeu ***Franconofurt***, ut *Annal. Reuber.* Ann. 793 & 794 pag. 29, & An. 823, pag. 53; & *Annales Pithœani*, ad Ann. 870, pag. 76, & *Fuldenſes* An. eod. pag. 33; ſeu ***Franconoford***, ut *Author Vitæ* Lu-

Digitized by Google

Ludovici Pii, apud *Pithæum*, pag. 379;) nunc *Locus* vocatur, apud *Adelmum*, An. 822 & 823, pag. 423 & 424, & *Vit. Ludovici Pii*, cit. an. 823, pag. 378; nunc ſimpliciter *Palatium*, *Annal. Fuldenſ.* An. 876, pag. 40; *Thegan.* apud *Pithæum*, An. 832, pag. 311. Pariter ac *Villa Heriſtellium*, *Adelmi* ad An. 783, pag. 395, vocatur eidem, ad An. 797, pag. 402, *Locus*, & in *Chronico Laurisbamenſi*, apud *Freherum*, T. 1. *Rer. Germ.* pag. 59. *Palatium*; Ita quoque *Villa Ingilinheim*, apud *Adelmum*, ad An. 787, pag. 397, & An. 828, pag. 431; & *Annal. Reuber.* ad an. 787, pag. 27; eſt *Reginoni*, ad An. 774, pag. 26, *Locus*, & *Annal. Pithæan.* ad An. 787, pag. 12, ut & *Fuldenſibus*, ann. 878, pag. 42 & *Thegano*, pag. m. 309, *Palatium*. *Civitas Cabillo* (Chælon) apud *Adelmum*, ad An. 761, pag. 386, & *Annal. Reuber.* An. eod. p. 18; nominatur *Urbs*, in *Vita Ludovici Pii* apud *Freherum*, ad An. 840, p. 421; & *Caſtrum*, ibid. ad annum 835, pag. 466, & *Oppidum*, ibid. Verba notanda ſunt: *Warinus Comes, cum plurimis ſociis, Caſtrum Cabillonum utcunque communivit: ut, ſi quid ab adverſariarum partium ſtudioſis moliretur novi, ſibi ſuiſque foret receptaculo, ac munitioni. Quod cum compertum Lothario foret, improviſus illuc advenire diſpoſuit; quod tamen facere nequivit. Advenit tamen, & Oppidum circumdedit: quæ vero in circuitu Civitatis erant, incendio conſumpta ſunt. Pugnatum eſt acriter diebus quinque, & tandem ad deditionem primum Urbs recepta eſt; poſtea autem, verſa vice, crudelium more victorum, primo quidem direptionibus Eccleſiæ vaſtatæ, theſauri deprædati, & communes ſunt direptæ copiæ. Ad ultimum verò Civitas voraci depaſta eſt incendio &c.* Quæ & in vita *Ludovici*, apud *Pithæum*, pag. 405 & 406, occurrunt. Sic *Henricus Auceps*, in donatione, Conjugi *Mathildi* ſacta Ann. 929, ait: *Actum in Loco, qui dicitur Quitilingaburg &c.* vid. Dn. *Kettner*, *Antiquitat. Quedlinburg.* inter Diplomata Seculi X, §. 1, pag. 3. Ejus filius contra, *Otto Magnus*, in Diplomate Ann. 937, ait: *Ut idem Conventus illic certum famulatum obtineat, Urbem in Quidilingoburg, ſupra montem conſtructam --- donavimus &c.* vid. l. c. §. 3. pag. 5; in alio diplomate *Ottonis III*, An. 994, ibid. §. 25, pag. 33, legitur: *In Metropoli Quedelingburg &c.* Similiter *Magdeburgum* promiſcuè appellatur *Ottoni Magno*, in Diplomate Ann. 937, apud *Meibomium* Tom. I. *Rer. German.* pag. 741, *Locus & Civitas*, ibi: *Noverint omnes Fideles Noſtri --- qualiter Nos --- in Loco, Magdeburg nominato, Eccleſiam conſtruere ſtuduimus S. Petri, Principis Apoſtolorum --- In Pago Northuringia, in Comitatu Thietmari, in Magdeburg curtem Noſtram, cum ædificio, & territorium illuc pertinens, cum omnibus locis ex Occidentali parte Albiæ fluminis, ad eandem Civitatem pertinentibus, vel ſervientibus --- & quicquid, ad præfatum Locum pertinens, habuimus, ex Aquilonari parte Horaba fluminis --- præfatæ Congregationi concedimus &c.* De aliis multis ne dicam. Hæc ſaltem eo fine profero, ut pateat, *Villam & Locum & Caſtrum*, perperàm ſemper, & indiſtinctè, ab *Urbibus* ſeu *Civitatibus*, diſtingui, ſæpius licet diſcrimen inter ea reperiatur.

(*b*) MAGDEBURGENSI &c. Condidiſſe *Ottonem Magnum* hanc Urbem, docet Bulla *Johannis XIII* P. R. An. 968, qua Pallii prærogativa *Adelberto* Præſuli credita, apud *Sagittarium*, in *Originibus Magdeburgicis*, §. 108, pag. 79; *Quia Glorioſiſſimus Spiritualis* (filius) *Otto, Imperator Auguſtus, Civitatem, quam Magdeburg dicunt, in confinio Saxonum & Sclavorum, in ripa fluminis Albiæ, in parochia ſcil. Halberſtadenſis Epiſcopi, fundavit, & Eccleſiam inibi conſtruxit &c.* & *Ditmarus*, itidem coævus ſcriptor, ſub initium lib. 2, pag. m. 15: *Cujus* (Edithæ Conjugis) *inſtinctu, Magdeburgenſem ædificare cepit Civitatem*, (Otto Rex) *ad quam Reliquias Chriſti Martyris, Innocentii, cum magno adduxit honore. Nam hanc Urbem, ob æternæ remunerationis gratiam, Patriæque communis ſalutem, & acquiſivit, atque conſtruxit &c.* & *Adamus Bremenſis*, lib. 2. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 7, pag. m. 47; *Helmoldus*, lib. I, *Chron. Slavor.* Cap. XI, §. I, pag. 30; *Albertus Stadenſ.* ad Ann. 971, aliique, quorum verba præced. Tit. XVI, *Catal. Ducum Venedicorum*, v. 14, pag. 465. habentur. De tempore, ſcribit *Sigebertus Gemblacenſ.* ad An. 939, p. m. 580: *Rex Otto conſtruit Urbem Magdeburch, quæ & Parthenopolis, id eſt, Virginum Civitas, dicitur &c.* Antiquiorem decennio eam facit *Chronographus Saxo*, ad Ann. 929, pag. m. 153, inquiens: *Otto Magnus Edith, filiam Erthmundi, Regis Anglorum, matrimonio ſibi jungendam Saxoniæ advexit, eique Urbem Magdeburg, quæ nunc Metropolis eſt Saxoniæ, tunc vero Halberſtadenſi Diœceſi ſubjecta fuit, inter cæteras opes, pro dote obtulit &c.* In Chronico *Fundationum quarundam Eccleſiarum, à temporibus Caroli M. ad Ottonem M. usque*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunſuic.* pag. m. 164, legitur: *Anno Domini 938, Otto Primus, filius hujus Henrici, Urbem Magdeborch ædificavit &c.* & in *Mindenſi*, apud *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* p. m. 559:

Dum

Dum Nongentenus ter denus ducitur annus,
Extitit à Chriſto, tunc Rex Magnus pius Otto,
Magdeburg Anno fuit hujus ſtructa ſecundo.

Minimum conſtat *Ottonem* jam anno 937 eam appellaſſe *Civitatem*, teſte ejus diplomate hujus anni, apud *Meibomium* l. c. pag. 741. Factum confirmant: *Gobelinus Perſona*, ætat. 6. *Coſmodromii*, Cap. 48, apud *Meibomium* l. c. pag. 248: *Otto, ad inſtantiam Edgith, Uxoris ſuæ, Civitatem Magdeburgenſem condidit, quam poſtea quidam curioſi Parthenopolin nominabant, quod ſonat Virginis Civitas, quoniam Magdeburg, Virginum Caſtrum* vulgò *ſonat &c.* & *Johannes Schiphower* in *Chronico ArchiComitum Oldenburgenſium*, Cap. 3, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2, p. 130, *Gobelini* verba repetens; Perperam igitur vindicat *Petrus Bertius* Part. 3. *Rerum Germanicarum*, voc. *Magdeburgum*, pag. m. 184 & 185, gloriam hanc ipſi *Edithæ* Reginæ, ſcribens: *Ego ad Editham, Ottonis I Conjugem, filiam Echtmundi, Anglorum Regis, hoc totum referre malim. Hæc enim locum iſtum, quod eſſet dotalitius, quodque ipſa amœnitate ac commoditate ejus delectaretur, dilexit. Precibus ergò contendit ab Imperatore marito, ubi ſibi Urbem illic condere liceret, neque id difficulter impetravit. Mulier ergò, in agro dotali Urbem conditura, unde potuit nomen commodius petere, quam à ſuo ſexu, & quidem ſui ſexus flore? Vocavit igitur Magdeburgum,* planè ac *ſi dicas* παρθενόπολιν, *& ſignum Urbi dedit Virginem, in arce ſtantem, cum ſerto virginali &c.* Vera tamen ſunt, quæ Ill. Dn. *Rhetius*, Diſſert. de *Statuis Rolandinis*, C. 2, §. 22, tradit: *Otto, non penitus fundavit iſtam Urbem,* (Magdeburgum) *ſed fuit, ante Ottonem, jam diu Vicus celebratus, & Burgo ornatus, quod in dotalitium Conjugis Reginæ Editta, erat conſtitutum, prout pluribus aſſerit Dreſſerus, Chron. Saxon. p. 113.* Sanè *Caroli Magni* ævo vel nomen *Magdeburgi* jam inclaruiſſe, ex *Capitulari* Ejus *ſecundo*, An. 805, Tit. VII, diſcimus, ubi: *De negociatoribus, qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quousque procedere cum ſuis negotiis debeant, id eſt, partibus Saxoniæ, usque ad Bardenwich, ubi prævideat Hredi; & ad Schesla, ubi prævideat Madalgoz; ad Magadoburg, prævideat Hatto; ad Erpisfurt, prævideat Madalgaudus &c.* Quæ & in ejusdem anni *Capitulari tertio*, Tit. IX, Edit. *Stephani Baluzii* noviſſ. & apud *Anſegiſum*, lib. 3, *Capitularium*, Cap. VI, paulum licet decurtata, occurrere, ante me obſervavit *Sagittarius*, l. c. §. XXVII, pag. 11. Hinc eſt, quod multi *Burggraviatus Magdeburgici* initia ad *Carolina* tempora referant. Vid. præced. Tit. XVII, §. 14, lit. e, pag. 683. putatque *Crantzius* lib. 4. *Saxon.* Cap. 7, arcem *Magedeburg*, non niſi conſentiente *Burgravio* Reginæ oblatam: *Erat etiam Burggravius de Magdeburgo, qui Regi permiſit, ut eam arcem primæ Conjugi donaret, titulo propter nuptias &c.*

(c) CONCESSERIT &c. Multæ quondam de hoc Privilegio lites, de quibus Magdeburgenſium Legatorum Memoriale, Ordinibus Imperii, 23 Decemb. 1653, *Ratisbonæ* oblatum, inſpicias, apud *Lundorpium*, Tom. VII *Actor. Publ.* lib. VI, Cap. 394, p. 429 &c. ibi datum ſcribitur, 7 Junii, An. 940: *Daß der Stat (Magdeburg) ihre uhralte* Fundation, *und Ottoniſches* Privilegium, de Anno 940, *(welches zwart, durch Unglück der Zeit, von Handen kommen, doch bey den alten Sächſiſchen Rechts-Büchern, und andern beglaubten* Authorn, *in wahrhaffter* copia *befindlich iſt,) wiederumb* renoviret, *und erneuert werden mœchte; dargegen hat man alſofort von Ertz-Stiffriſcher Seiten, ſonderlich in einer* de dato *Oßnabrück, den 25 Februar.* An. 1647, *wieder die Statt,* ad dictaturam *gegebenen und hernach getruckten Schrifft, ſich ſo hefftig* opponiret, *alles, was nur, wider ſolch* Privilegium, *zu erdencken geweſen, vorgebracht, und es unter andern, eben ſo wie jetzo, vor ein* non-ens, *und* purum figmentum, *ausgegeben, und ſich diſſfalls auf den* Petrum Heigium, Quæſt. VIII, n. 38, *beruffen - - - - Man hat aber, von Seiten der Statt, hierwieder gar ein anders, und das, was* Heigius *von einem* Privilegio, *ſo* Anno Chriſti 999 *datirt ſeyn ſolte,* narriret, *daß ſolches der Statt, an dem Ihrigen* de An. 940, *nicht irren kœnte,* remonſtriret - - - - *Inmaſſen dan dieſes* Privilegium, *vor 2, 3, und mehr Hundert Jahren her, mit ſeinem gerechten* dato, *in den alt geſchriebenen Magdeburgiſchen Weichbilden, und Sächſiſchen Landrecht, geſtanden, von dar es in die getruckte* Exemplar, *und unter denen abſonderlich, in deme zu Leipzig,* per Michaël Lottern, An. 1535; *wie auch in dem,* per Nicolaum WVolrab, An. 1540; *desgleichen,* per Georgium Meinium, An. 1585; *und* per Gotthard Vogelin, An. 1614, *auch ſonſt hin und wieder, in Polen, mit ſeinem gerechten* dato, *des 940 Jahrs,* transferiret, *œffentlich heraus gegeben, theils dem Churfürſten zu Sachſen, als* Defenſori Juris Saxonici, *theils dem Ertzbiſchoffen* Alberto *zu Magdeburg ſelbſt, durch den vornehmſten Juriſten, Chriſtoff Zobeln,* dedieiret, *von Ihrer Fürſtl. Durchl. nicht widerſprochen, alſo länger, den, vor 150 Jahren, ins gantze Reich* diſtrahiret, *auch ſonſten unterſchiedlichen Chronicken, als des* Matthæi Dreſſeri, Profeſſoris Hiſtoriarum *zu Leipzig,* Chronico Saxonico, *wie auch des* Pomarii, *zu Wittenberg, und andern Büchern, wœrtlich einverleibet: ja, in den alten* textibus Juris Saxonici, *ſich darauf* referiret, *und von* Goldaſto, *unter die* Conſtitutiones Imperiales *geſetzet worden - - - - Es würden auch ſo viel beglaubte* Chronologi *und* Coſmographi *des Jahres und Tages dieſer beſchehenen Privilegirung nicht ſo austrücklich gedencken, wie dann Bucholcerus, in ſeiner*

Chronologia, *thut, da er ſaget: Magdeburgum, Civitas Imperialis, ab Ottone I, Anno Domini 940, 7 Junii, Privilegiis & Libertatibus eſt donata. Deßgleichen Andreas Hondorff, in Calendario Hiſtor. & Eccleſ. unter dem 7 Junii, ſetzet: Anno Chriſti 940, iſt die Kayſerliche Stadt Magdeburg, von Ottone I, mit Privilegien, und mit Freyheiten, begnadet worden. Und M. Johannes Ran, in Coſmographia ſchreibet: daß Kayſer Otto Magnus die Stadt Magdeburg privilegiret, und zu einer Freyen Reichs-Statt gemacht habe,* An. 940. *Wie auch Paulus Eberus, in ſeinem* Calendario, *ſolches, mit folgenden Worten, bekræfftiget: Otto Magnus hat die Stadt Magdeburg Anno 940, den 7 Junii, privilegirt &c. Und Matth. Dreſſerus, in Millenario ſexto Iſagoges Hiſtoricæ,* Part. 2. *Imperator Otto I. Civitatem Magdeburgum, Anno Chriſti 940, Privilegiis præclarè ornavit. Item, Michaël Sachs, in ſeiner Kayſer-Chronica,* part. 3: *Kayſer Otten Gemahl, Editha, hat Magdeburg wieder aufgerichtet, und derſelben herrliche Privilegien zu wege gebracht, An. Chriſti 940. Eben alſo Samuel Meiger, in Nucleo Hiſtor. von den berühmten Stædten in der Welt, ſaget: Magdeburg, an der Elbe gelegen, iſt eine alte Stadt; die unglaubigen Wenden haben ſie verwüſtet, und hat Sie Kayſer Otto, Anno 940, aufgerichtet und privilegiret. Dergleichen ſich bey Abraham Sauer, und vielen andern mehr, befindet &c.* Attamen *Sagittarius, Antiquit. Magdeburg.* §. 51, ex *Leubero, §. 1184,* & *Meibomius,* Tom. I. *Rer. German.* p. 742, illud exhibent, ſub dato 941, ille quidem, *V. Kal. April.* adeoque 28 Mart. hic verò *IX Kal. Maji,* id eſt, 23 April. Verba, huc facientia, ſunt: *Totum, quod à Vectigali, & teloneo, vel moneta, ejusdem Loci,* (Magdeburg) *venire potuit, ex hoc in antea, ad uſus illorum* (Fratrum, ad ſervitium Dei, Sanctorumque Martyrum, Mauritii atque Innocentii, ibi congregatorum) *hoc Imperiali Regiæ authoritatis præcepto, jure perenni, in proprium conceſſimus &c.*

(d) LEHMAN &c. Conſentiunt B. *Rhenanus,* lib. 2, ſub rubr. *Status Germaniæ ſub Imperatoribus Saxon.* f. 96; *Beſoldus* Diſſ. de *Jur. Civit. Imper.* n. 2, p. 119; præſertim *Heiderus, von Reichs-Vogtheyen,* lit. C. pag. 39 & 40.

5. Quamvis autem Civitatibus multa privilegia fuerint conceſſa, longo tamen intervallo poſt Principes, aliosque Imperii Status, ad tantum libertatis faſtigium aſcenderunt, *(a)* & diu ita Imperatoribus ſubditæ fuerunt, ut nunc Principibus aliis, ſuæ Civitates municipales: *(b)* Imperatoresque Jurisdictionem & Imperium merum, per Præfectos Imperiales, *durch die Reichs-Vægte,* (c) explicare ſolebant.

NOTÆ.

(a) ASCENDERUNT &c. Locum parallelum exhibet Dn. *Rhetius,* de *Statuis Rolandinis.* Cap. 4, §. 20, Modos conquiſitæ libertatis recenſet *Lehmannus,* lib. 4 *Chron. Spir.* Cap. 4, p. 286 ad 288.

(b) MUNICIPALES &c. Adeoque, pro lubitu eas oppignorare, vendere, aliove titulo alienare poterant. Vid. ſeq. §. 6 & 7; Conf. *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XVIII, §. 4, p. 277.

(c) REICHSVOEGTE &c. Quo munere Duces quoque & Comites quandoque functi ſunt. Vid. *Lehman,* lib. 4, Cap. 3, p. 272 & 273. Auctor Notarum *Documentorum Würtenbergicorum Monaſterii Denckendorfenſis,* p. m. 457, lit. a, ait: *Imperatores in Civitatibus Imperialibus Vicarios habebant, quos Reichs-Vægte vulgò dicebant, &, per eos, Jurisdictionem & Imperium exercebant. Ejusmodi Præfecti Civitatum plerumque Comites, vel Epiſcopi, erant, qui Vicarium habebant, quem Schultheis dicebant.* Conſ. *Magerus* de *Advocat. armata* c. 2, §. 216 &c. *Beſoldus,* Theſaur. voc. *Reichs-Vogt; Speidel,* voc. ead.

6. Præfecti autem Imperiales erant adminiſtratores Juſtitiæ, & Judices Criminales, *welchen für ihre Beſoldung, ein Theil von des Landes, oder der Stadt, Gefællen, bevorab von den Freveln und Büſſen, aſſigniret und überlaſſen, oder gar zu Lehen angeſetzt worden. Und haben dazumahlen auch die Einziehung der Stædte-Reichs-Steuer, item, die Verwaltung der Zællen, der Müntzen, und des Wechſels, gehabt; Beneben ſo ſind ſie auch den Bürgerlichen Gerichten vorgeſtanden.* Daniel Heiderus, *von Reichs-Vægten,* in Apolog. Cap. 8, fol. 293. Hoc tempore ab Imperatoribus, Jure pignoris, obligari, *(a)* aut penitus ab Imperio alienari poterant. Id quod apparet ex Privilegio Francofurtenſi, a Wilhelmo, *(b)* Ludovico IV. *(c)* & Carolo IV *(d)* obtento; item, ex Privilegio Fridbergenſium, ab Imperatore Richardo *(e)* 1257, impetrato, aliisque Civitatum Privilegiis. Inſuper Civitatibus Privilegia libertatis, pro lubitu Imperatorum, adimi poterant. Quæ ſæpius poſtea Epiſcopis concedebantur. Ita Otto III. Spirenſi Civitati Jurisdictionem ſuſtulit, eandemque Epiſcopo, Ruperto, *(f)* conceſſit. Lehman, lib. 4, Cap. 3.

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(a) OBLIGARI &c. Secus ac hodiè, ob prohibitionem *Capitul. Leopold*, Art. 3, præſertim, art. 12; ut & *Capitul Joſeph.* Art. 3 & 12; & *Capit. Caroli VI.* Art. I. & X; nec non *Inſtrumenti Pac. Weſtphal.* Art. V, §. 26.

(b) WILHELMO &c. ſub dato *Leyden*, 4. Id. Auguſti, Indict. XII, An. 1253, apud *Limnæum*, lib, VII. *Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 13, pag, 219; verb: *nec volumus ipſos* (Cives Francofurtenſes) *a modo diſtrahi, vel obligari, ſive alienari, aut infeudari, ſed, ad ſervitia noſtra & Imperii, decernimus ipſos de cætero conſervandos.* Conſ. *Knipſchild*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, libr. 3, Cap. 14, §. 24. pag. m. 710.

(c) LUDOVICO IV &c. Varia quidem Privilegia conceſſit Imperator hic Francofurtenſibus, quæ apud *Limnæum* l. c. §. 16, p. 221, §. 17. p. 223; §. 20, p. 225, §. 25, p. 232; §. 26, p. 233; §. 27, p. 234; §. 33. p. 245, occurrunt, & ſummatim à *Knipſchildio* l. c, §. 26, 29, 34. 35 & 40, p. 710 & 711, recenſentur, de interdicta verò oppignoratione vel alienatione, nullum offendi.

(d) CAROLO IV &c. ſub dato *Nürnberg*, Ann. 1366, an *S. Barbaren Tag*, apud *Limnæum* l. c. §. 14, p. 220; verb: *Daß Sie* (Francofurtenſes) *vor Uns und des Reichs Niemand Pfandbahr ſeyn ſollen, umb einerley Sache; und wollen und ſollen auch Wir und das Reich keine Pfand-Brieffe über Sie geben; und ob Wir Pfand-Brieffe über ſie geben, ſo ſollen die Brieffe keine Macht haben &c.*

(e) RICHARDO &c. ſub dato *Maguntiæ*, 7. Sept. An. 1257, apud *Limnæum* l. c. §. 12. p. 218 & 219, verb: *Præſentium tenore promittimus, & ſimpliciter proteſtamur, quod Civitatem* **Franckenfortenſem, Fridbergenſem, Wetslarienſem, & Gailenhuſen,** *à Nobis & Imperio, nullatenus alienare ſeu ſeparare volumus, ſed eas immediatè Nobis & Imperio reſervare &c.* Conſ. *Knipſchild* l. c. §. 23, pag. 710.

(f) RUPERTO &c. ſub dato *Ingelheim*, 3 Calend. Aug. An. 989, apud *Lehmannum*, lib. 4. *Chron. Spir.* Cap. 3, p. 274. &c.

(7) Cum autem, ſucceſſu temporis, Epiſcopi Imperatores, quo minus ibi Curias Regias & Conventus Imperii agere poſſent, impedirent; Imperatores Henricus IV & V, (a) plurimas Civitates Imperii in priſtinum ſtatum & libertatem vindicarunt, Civitatum reditibus, penſionibus, aliisque Regalibus, Imperio rurſum dicatis. Vid. *Goldaſtus* in Conſtit. Imp. Tom. I, fol. 252.

NOTÆ.

(a) HENRICUS IV & V &c. Fusè argumentum hoc tractat *Lehmannus* lib. 4. *Chron. Spir.* Cap. 3, pag, 280 & 281. Addit. Dn. *Rhetius*, de *Statuis Rolandinis*, Cap. 4, §. 20: *Liberæ verò & Imperiales Civitates Jus Territoriale, diu poſt Principes & reliquos Status, acquiſiverunt. Nam, usque ad Henrici IV. Imp. ævum, ſi non omnes, pleræque non alio modo ab Imperatoribus, quam nunc Provinciales à Principibus, fuere adminiſtratæ - - - - à tempore verò Henrici IV. Imp. ob ſummam fidelitatem, quam Imperatori, contra Principes, præſtabant, earum multæ jure autocratias potitæ, & regiminis publici in Comitiis participes factæ, non à ſolo Imperatore, ſed conſenſu omnium Statuum &c. & §. 22: Poſt, aliæ vel gratia, vel pretio, idem jus redemerunt &c.* Rectè quidem; non parum ſiquidem Pontificum Romanorum, ab ætate maximè *Gregorii VII*, ſeu *Hildebrandi*, datæ, in Imperio turbæ, quibus & Principes, Eccleſiaſtici præſertim, tanquam Romanæ Sedi addicti, involvebantur, commovebant Imperatores, ad auferendas Epiſcopis Civitates, immediatèque Imperio iterum vindicandas, ut, earum auxilio, hac ratione, majoribus viribus Pontificum tela elidere poſſent. Vid. *Lehman, Chron. Spir.* lib. 4. c. 3; Dn. *Wencker*, Differt. de *Pfalburgeris*, §. X. pag. 11; add. ſeq. §. 9. lit. a; diſcimus hine ſimul, nec uno eodemque tempore Civitates libertatem fuiſſe conſecutas, ut *Stephani*, lib. 2. de *Jurisdict.* pag. 2. c. 2. §. 13, ad ætatem *Caroli Magni* aſcendendo, arbitratur. Conſ. Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I. Tit. XVIII. §. 7. & 8. p. 278 & 279.

(8) Iisdem tamen authoribus fundamenta Superioritatis Territorialis (a) poni & Civitates dignitatem Statuum obtinere cœperunt, ſed diverſo tempore (b) & diverſo modo. Aliæ, ex mera gratia Imperatorum, eam obtinuerunt, ut Auguſta Vindelicorum, (c) Ratisbona, (d) Lubeca, (e) à Friderico I. Aliæ à Principibus ſuis Imperio ſunt donatæ, ut Offenburg, (f) Gengenbach, (g) Zella (h) Pfullendorf &c. (i) Aliæ pretio numerario eam conſecutæ, ut Iſni, (k) Ulma, (l) Lindavia; (m)

NOTÆ.

(a) TERRITORIALIS &c. Germanicè: *Stattliche Hohe Obrigkeit; Stattliche Ober-Herrlichkeit; Landes-Herrliche Bottmæſſigkeit &c.* Vid. *Mylerus* de *Stat. Imper.* c. 36, §. 1. p. m. 331. De qua Superioritate, plura ſeq. Lib. 3. Tit. XV. §. 13.

(b) DIVERSO TEMPORE &c. *Lehmannus* lib. IV.

IV. *Chron. Spir.* Cap. 3. pag. 273. ait: *Solche Befreyung der Statt von den Weltlichen Reichs-Officiren, hat ihren Anfang, unter Kayſer Ottone dem Erſten, und ſeinen Nachkommen; hat aber den Stætten und Landen wenig oder nichts fürgetragen, iſt aber doch ein Anfang zu der hernach erlangten Vollkomlichen Freyheit &c.* Add. B. *Rhenanus*: *Sub Saxonibus libertatem nacti ſunt, non ſolum Provinciarum Gubernatores, Duces & Comites, ſed & Civitates ipſæ &c.* ***Norimbergam***, jam ſub Imperatore *Ludovico III*, extinctis in *Alberto* Franconiæ Ducibus, conſecutam libertatem, putat *Gerhardus Mercator*, in *Atlante Majori*, pag. 254, cujus ſententiam tamen à vero recedere, poſt *Limnæum*, lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. 35, §. 5, pag. 378. notat *Knipſchildius*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. 3. Cap. 38. §. 9. pag. 807. Illuſtris *Schützius, Coll. Jur. Publ.* Part. I. Exercit. VIII. §. 24. lit. B. pag. m. 695. dubiè ſcribit; ***Norimberga**, Imperio adjuncta, & libera facta, tempore* ***Conradi I**, circiter An. 913, vel, ſecundum alios,* ***Conradi II**, An. 1027.* Ita quoque *Limnæus* l. c. *Imperio autem adjuncta* (Norimberga) *& libertatis charactere inſignita fuit, ſi* MS. *Noricorum Chronicorum Codicem ſequimur, tempore* ***Conradi I**, Imp. circa An. 913. vel potius* ***Conradi II**, circiter An. 1027, ut rei literariæ dictatorum communior fert opinio &c.* ad auctoritatem *Stephani Vinandi Pighii*, in *Hercule prodicio*, pag. 89. *Dreſſeri*, de *Urbibus Germaniæ*, pag. 467. & *Irenici* lib. 3. *Exegeſ. German.* Cap. ult. pag. 101. provocans. Id certum eſt, adhuc Anno 1127, *Fridericum & Conradum*, Alamanniæ & Franconiæ Duces, Fratres Germanos, *Norimbergæ* fuiſſe dominos; quod *Otto Friſingenſis* lib. I. de *Geſtis Friderici I.* Imp. Cap. XVI, pag. m. 415 & 416, affirmat, memor *Lotharii* Imp. ajens: *Nondum odio in hæredes Imperatoris Henrici* (Quinti) *ſatiatus,* ***Fridericum Ducem**, Fratremque ſuum* ***Conradum**, perſequitur; cujus rei gratia* ***Caſtrum Noricum**, ubi ipſi præſidia poſuerant, & tanquam Jure hæreditario poſſidebant, adjuncto ſibi Bœmorum Duce,* ***Ulrico**, & Bajoariorum,* ***Henrico**, obſidione clauſit &c.* & Cap. XVII. p. 416: *Princeps* (Lotharius) *tutius judicans alio in tempore præfatum Caſtrum obſidione cingere, quam infidæ Fortunæ fidei ſe incautè committere, obſidionem ſolvit, ac per Babenberg tranſiens, in Civitatem Herbipolim ſe contulit. Oppidani, cum ingenti clamore deſcendentes, caſtra jam vacua irruunt, &, ſi qua ibi remanſerant, diripiunt,* ***Dominosque ſuos**, cum magna lætitia ſuſcipientes, in Caſtrum ducunt, Duces, Oppidum ipſum victualibus, aliisque neceſſariis, muniunt &c.* Contigiſſe hæc An. 1117. ex *Dodechino*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad h. a. pag. 470, diſcimus; Conf. *Lehmannus*, l. c. lib. 4. Cap. 4. pag. 287. qui *Friderico I.* acceptam Norimbergenſium libertatem ferendam arbitratur, verb: *Soll der Hertzogen Beherſchung erlediget, und in ihrer Freyheit geſetzt ſeyn, von Kayſer Friderich dem Erſten, ſo* An. 1190. *Todes verfahren*, Dn. *Wagenſeilius*, Comment, de *Civitate Norimbergenſi*, Lib. I. Cap. 4. p. 20. in primordia Reipublicæ hujus inquirens, nihil certi definit. Modorum quosdam recenſet quoque *Bodinus*, lib. 2. de *Republica* Cap. VI. 227. pag. m. 364 & 365. miſcendo tamen, more ſuo, vera falſis, vel narratione de *Brunſuico* teſte.

(c) AUGUSTA VINDELICORUM &c. *Albicius* eam ſemper Imperatoribus immediatè ſubditam fuiſſe, opinatur. Vid. *Limnæus*, lib. VII. Cap. 4. p. 109; *Marcus Welſerus* contra, de *Rebus Auguſt.* fol. 111. Auguſtanos *titulo oneroſo* in libertatem ſe vindicaſſe, cenſet: ***A Conradino**, ultimo Duce Sueviæ, Cives Auguſtani ſe ſuaque in libertatem non parvo aſſeruerunt argento &c.* Quæ etiam ſententia *Cruſii*, Part, 3. *Annal. Suev.* lib. 2. Cap, 17; cujus verba *Knipſchildius*, de *Juribus Civitatum Imper.* lib. 3, Cap. 3, §. 34, pag. 634 & 635, mutuatur, & *Lehmanni* l. c. pag. 286 & 287; *Von der Statt Augſpurg wird geſchrieben, daß ſie im Jahr 1266 von Conradino, dem letzten Herzogen zu Schwaben umb groß Gelt, ihre Freyheit, und die Beſtellung des Statt-Regiments, erkaufft, und von derſelben Zeit, den Rath, Burgermeiſter und Statt-Pfleger zu erwæhlen hergebracht, und hernacher von Kayſern und Kænigen ſtattliche* Privilegia *erlangt habe.* In idem ferè argumentum ſcribit *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. 32, §. 90, pag. 1103; *Hujus* (Auguſtæ) *Civitatis libertas cœpit tempore* ***Friderici I**, Imp. ſed ad perfectionem redacta, An. 1268, à* ***Conradino**, Sueviæ Duce, certa pecuniæ ſumma interveniente, Werlich, Chron. Auguſt. part. 2. Cap. 5.*

(*d*) RATISBONA &c. De hac inquit *Lehmannus* l. c. pag. 286: *Die Statt Regenſpurg nennt* ***Otto Friſingenſis**, lib. 2. de* ***Geſtis Friderici**, Cap. 28. An. 1155,* ***Norici Ducatus Metropolim**; vor Zeiten der Kænig, hernach der Hertzogen zu Bayern, Hofſtatt, Ducum Bojoariorum Sedem. Demnach Hertzog Heinrich der Læw des Hertzogthumbs Bayern, von Kayſer Friederich, und Stænden des Reichs, An. 1177. (1180) entſetzt, und damit Pfaltzgraf Ott von Wittelſpach belehnet, iſt die Statt vom Hertzogthumb gefreyet, und dem Reich zugewendt &c.* Ad quæ *Gaſtelius* l. c. §. 86, pag. 1203, & *Knipſchild* l. c. lib. 3, Cap. 43, §. 5. pag. 828, provocant. Conſentiunt *Aventinus* lib. VI, *Annal. Bojor.* Cap. VI. §. 18. pag. 617, & Cap. VII. §. 6. pag. 621, ad an. 1180; ***Reginoburgium** Urbs, ea tempeſtate potentiſſima, hactenus domicilium Ducibus atque Regulis Bojorum fuerat. Cives, nacti occaſionem, ob toties mutatos Principes, excuſſo jugo Regulorum Bojariæ, ſe vindiciis redemptos in libertatem vindicant. Vectigalia tamen & portoria, ſervitutemque hujusmodi, ſibi non* *aſſe-*

aſſeruere: eadem adhuc noſtri Principes partim poſſident, partim Cives ex pacto obtinent &c. *Bertius*, de *Urbibus Germaniæ*, Part. 3. *Rer. German.* voc. *Ratisbona*, p.m. 238; *Reuſnerus*, de *Civitatibus Imperialibus*, p. 105; *Limnæus*, lib. VII, Cap. XXXIX, §. 4. p. 430.

(*e*) LUBECA &c. Libertatem nacta eſt Ann. 1182; vid. præced. Tit. *XVI. Catalog. Ducum Saxoniæ*, in Vita *Henrici Leonis*, ad An. 1182.

(*f*) OFFENBURG &c. *Dicitur* à *Conditore, Offone, Equite Anglo. Hæc Civitas oppignorabatur Marchioni Badenſi, ſed Anno 1330, ab Epiſcopo Argentinenſi redempta. Biſchoff Wilhelm zu Straſsburg übergab Kayſer Ruprechten von Bayern* **Offenburg, Gengenbach halb, Zell und Ortenburg** *gar &c. vergebens, ohne Geld, daſs er ihn, wieder die Statt Straſsburg helffen ſolte; vid. Hertzog, Chron. Alſat. lib. 4, pag. 107.* Hæc *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. 32. §. 117. pag. 1240. Conf. *Münſteri Coſmographia* lib. 3, Cap. 278. pag. m. 781; *Reuſnerus*, de *Civitatibus Imperialibus*, Part. 3, Cap. 23; *Zeiler, Topograph. Sueviæ*, voc. *Offenburg*, pag. 339; *Dreſſerus*, de *Urbibus Germaniæ*, p. 100; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. *VII*. Cap. 38. pag. 429; *Knipſchild*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. 3, Cap. 40. voc. *Offenburg*, pag. 819 &c. & Illuſtr. *Rhetius*, de *Statuis Rolandinis*, Cap. 4. §. 22; *Imò alias* (Civitates) *Principes Territorii Imperatoribus obtuliſſe leguntur, ſicuti de* **Offenburgo, Gengenbacho, &** **Zella**, *refert Hertzog, in Chronico Alſatico, lib. 4. ſub Epiſcopo* **Wilhelmo** *75, f. 107. Jacobus à Kœnigshofſen*, in *Chronico Alſatico*, Cap. 4. §. 67, Edit. *Schilter*. pag. 258, vindicat reluitionem *Offenburgi* Epiſcopo *Berchtoldo de Buchekc*, memor ejus ſcribens; *Er læſte ouch* **Offenburg, Ortenberg, Gengenbach**, *und das darzu gehœret, an das Biſtum, von dem Marggraven von Baden, dem es Phandes ſtunt von dem Riche.*

(*g*) GENGENBACH &c. Quo tempore libertatem ſit nacta, incertum eſt. Conf. de hac Civitate, *Reuſner, de Urbib. Imper*, Part. 1. Cap. 24, pag. 101; *Dreſſerus, Iſagog. Hiſtor.* Part. 5, pag. 272; *Knipſchild* l. c. Cap. 18. p. 723; *Limnæus* l. c. Cap. 21, pag. 325. Ejusdem memini, præced. §. 1. lit. e. voc. *Gengenbach*, & immediatè præced. lit. f. voc. *Offenburg*.

(*h*) ZELLA &c. Vulgò, *am Hammerſpach*, in finibus Circuli Suevici, in *Mortenavia*. Vid. *Reuſnerus*, l. c. Part. I, Cap. 25; *Zeiler, Typograph. Sueviæ*, voc. *Zell am Hammerſpach*, pag. 224; *Knipſchild* l. c. Cap. 63. pag. 918. *Limnæus*, Tom. IV. *Jur. Publ.* Addit. ad lib. *VII*. poſt Cap. 56. p. 375, ubi: *Zell am Hammersbach iſt An. 1545, und 1551 umb 12 zu Fuſs geringert worden, ſoll alſo monatlich geben 10 zu Fuſs, thut an Gelt, 40 fl. und zum Unterhalt des Kayſerlichen Cammergerichts jæhrlich* $8\frac{1}{2}$ *fl.* Ejusdem memini præced. §. 1. lit. e, voc. *Zell am Hammerſpach*.

(*i*) PFULLENDORF &c. In *Hegovia*, in Suevia ſuperiori, de quo *Zeilerus* l. c. voc. *Pfullendorf*, p. 153: *Hat vor Zeiten eigene Grafen gehabt, und ſtehet jetzt deren von Pfulendorff Hochgericht an dem Ort, wo vorhin gemeldter Graffen Reſidentz geweſen, wie Cruſius*, Part. 2. *Annal. Suevic.* f. 353, *ſchreibet: Graf Rudolf von Pfulendorff, der nur eine Tochter, hat ſich bereden laſſen, daſs er dem Kayſer Friderico I. die Grafſchafft Pfulendorff, und die Kaſten-Vogtey des Biſtumbs Chur, wie ſie vor Ihme Graff Rudolph von Bregentz gehabt, ſamt allen den Reichs-Lehen, übergab, und ſtarb er hernach* Anno 1180. *Seine beſagte Tochter, Itha, hatte Graff Adelbertum III. zu Habſpurg, deme der Kayſer ſonſten Ergetzlichkeit thate. Johannes Gulerus* in deſcript. Rhætiæ, Lib. IX, fol. 133, b. &c. Quæ *Knipſchild* l. c. Cap. 41. pag. 820. repetit. De Quota ejus matriculari vid. *Limnæus*, Tom. *IV*. Addit. ad lib. 7. Cap. 38, pag. 291.

(*k*) ISNY &c. In *Algovia*, de qua Civitate *Gaſtelius* de *Statu Publico Europæ*, Cap. 32, §. 115, pag. 1240. ex *Heideri Actis Lindavienſibus*, fol. 631, ait: *Die Bürger zu Iſsny, als ſie ſich von dem Erb-Truchſeſſen zu* **Waldburg**, *umb 8000 Pfund, ledig gemacht, und an das Reich ergeben, ſind vom Kayſer Carl dem vierdten dergeſtalt zu einer Reichs-Statt aufgenommen und erhaben worden, daſs ſie Kayſerl. Majeſt. und Dero Nachkommen am Reich, jæhrlich Hundert Heller, auf S. Martins-Tag, reichen, geben, und bezahlen ſollen &c.* Conf. *Münſterus* l. c. Cap. 289. pag. m. 791; *Zeiler*, l. c. voc. *Iſsny*, p. 100; *Dreſſer*, de *Urbibus Germaniæ*, p. 343; *Reuſnerus*, de *Urbibus Imperialibus*, p. 208; *Limnæus*, lib. *VII. Jur. Publ.* Cap. 26, pag. 343.

(*l*) ULMA &c. *Carolum Magnum* ſubjeciſſe *Ulmam*, eum omni Juriſdictione, an. 813. peculiari Diplomate, (quod *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. *XXVII*, pag. m. 698, & ex eo *Petrus Bertius*, Part. 3, *Commentar. Rerum German.* de *Urbibus Germaniæ*, voc. *Ulma* p. 297 & 298; *Cruſius, Annal. Suev.* lib. I. Part. 2. c. 7. *Martinus Magerus*, de *Advocatia Armata* Cap. V. §. 431. & *Tentzelius in Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Ludovici* Imp. *Lindavienſibus* dati, Append. *III*, §. 1, pag. 70 & 71. exhibent,) *Augiæ Divitis*, vulgò *Reichenow*, Cœnobio, vulgaris opinio eſt. Vid. *Bruſchius*, de *Monaſteriis German.* voc. *Augia Dives*, pag. m. 30 & 31; *Münſterus* l. c. lib. 3. cap. 337, pag. 840; *Knipſchildius de Juribus Civitatum Imperial.* lib. 3, Cap. 54. pag. 889; *Lehmannus Chron. Spirenſ.* lib. 4. Cap. 4, pag. 287; *Limnæus* lib. *VII. Jur. Publ.* cap. 50, pag. 485; alii multi. Verùm, rectè *Conringius* in *Cenſura* dicti *Diplomatis*, quod *Cœnobium Lindavienſe Ludovico* Imperatori fert acceptum, Cap. XVI, pag. 306, diploma hoc pro ſuppoſititio habet, ejus memor inquiens: *Arguit falſimoniam manifeſtè* (1) *illud, quod* **Carolus**, *præter morem, non Rex Francorum & Longobardorum, ſed duntaxat*

Digitized by Google

Imperator Auguſtus, ibi audiat; (2) in fine Diplomatis, non annorum vel Regnorum vel Imperii ulla fiat mentio; (3) quod manu Caroli non fuerit ſubſcriptum, contra quam alias perpetuo ſolet fieri; (4) quod, ſub finem Diplomatis, nulla loci, ubi ſit conditum, nulla menſis aut diei, quando ſit conditum, facta fuerit mentio; taceo nunc (5) quod annus Chriſti ſubſcriptus videatur novo, non autem recepto tunc more. Addit hiſce rationibus Dn. *Tentzelius* l. c. pag. 72 (6) *Ulmam*, adhuc ſub *Ludovico Pio*, & *Ludovico Germanico*, fuiſſe *Villam Regalem*, adeoque Cœnobio Augienſi à *Carolo Magno* haud ſubjectam, vel *Ludovici Pii*, Diplomate, de *Translatione* Monaſterii *Schwarzachenſis*, An. 826, apud *Guillimannum*, de *Epiſcopis Argentinenſibus*, pag. 121, teſte, ubi: *Petiit igitur, ut liceat ſibi, ultra Rhenum flumen, transferre in propria Salica Terra, quæ pertinet in Curiam Ulmenam, ſic tamen, ut jus, quo Cœnobii fundator, Comes Ruthardus, ipſam Curtem dotavit, firmum ſit &c.* & *Radperto*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. VIII, pag. 28: *Interea contigit, Hludovicum, piiſſimum Regem, publicè Placitum ſuum habere in Villa, quæ dicitur Ulma, præſentibus filiis ſuis, aliisque Regni ſui principibus &c.* (7) notas adeſſe, illud, ad normam genuini alicujus à *Carolo Craſſo* profecti, compoſitum eſſe, quandoquidem (1) parem præ ſe ferat inſcriptionem, qua *Carolus Craſſus* uſus fuerit, (2) ſub hoc Imperatore *Augiæ* Cœnobio præfuerit *Hatto*, poſtea Moguntinæ Eccleſiæ Præſul, in hoc ſpurio Diplomate vocatus *Hetto*, (3) ſub eodem, vixerit *Adalbertus*, Pagi Turgaugenſis Comes &c. De libertate ejus, ſcribit *Lehmannus* l. c. *Iſt von Kayſer Conrado dem III. erweitert, und mit Græben wehrlich gemacht; unter Kayſer Ludovici des Bayers Regierung hat ſich die Statt der Beherrſchung des gedachten Kloſters mit Geld erlediget, und vom Kayſer umbs Jahr 1346, einen Rath zu wæhlen, und, durch denſelben die Statt zu regieren, Gewalt und Freyheit bekommen. Jedoch haben die Münch ihr Gerechtigkeit wieder zu erlangen allen Fleiß fürgewendt, und mit der Statt hierumb gerechtfertiget, biß zu Kayſer Friederichs des III. Regierung, welcher die Statt, von des Kloſters Gerechtigkeit dergeſtalt ledig geſprochen, daß ſie demſelben vier und zwantzig tauſend Gülden zahlen ſollen &c.* Eadem dicit *Münſterus* l. c. *Cruſius* l. c. Part. 3. lib. 4. Cap. 15; *Schützius* Vol. I, *Jur. Publ.* Exercit. VIII, *t.* 24, lit. b, p. 696; *Limnæus* l. c. *Bertius* l. c. p. 299 &c.

(m) LINDAVIA &c. Ad lacum Bodamicum, ſeu potius Inſula ipſius lacus; refertque *Strabo*, Inſulam hanc, in qua Urbs ſita eſt, debellatis Rhætis, à Romanorum cohortibus fuiſſe occupatam, ex eoque munito loco, illatum à *Druſi* fratre, *Tiberio, Vindelicis* bellum. Francorum poſtea Regibus paruit, quorum curâ frequenter incrementa acceſſerunt. Succeſſu temporis Cœnobium quoque ibi conditum; hinc finxit *Cruſius Annal. Suevic.* Part. 3, lib. 2, cap. 15, Civitatem hanc Monaſterii Abbatiſſæ fuiſſe ſubjectam; deinde à Sueviæ Ducibus poſſeſſam, tandemque, imperante *Rudolpho I.* ſub tutelam & poteſtatem Imperii Romani ſe recepiſſe; quæ etiam ſententia *Reuſneri*, de *Urbibus Imperialibus* Part. 2. Cap. 18; *Dreſſeri*, Part. 5. *Iſagog. Hiſtor.* qua de *præcipuis Germaniæ Urbibus* agit, voce *Lindavia*; pag. 355; *Lehmanni*, lib. 4. *Chron. Spir.* Cap. 4. pag. 288; *Zeileri, Topograph. Sueviæ*, voc. *Lindaw*, p. 121. *Limnæi*, lib. VII, Cap. 29. §. 4. pag. 345, aliorumque plurium; eos omnes autem errare, *Lindaviamque* nunquam Abbatiſſæ, Sueviæve Ducibus, ſed Comitibus Bregantinis, fuiſſe ſubjectam, latè demonſtrat *Heiderus*, in *Actis Lindavienſibus*, pag. 40. & ex eo, *Knipſchildius*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. 3, Cap. 31. p. 771 & 772. ubi addit: *Verius igitur eſt, Civitatem, ſive Villam Aeſchach, & ex ea natam Lindaviam, primitus Comitibus Bregantinis paruiſſe, & ab iisdem, & quidem Hugone, Comite Bregantino, libertatem accepiſſe, & emiſſe quadraginta & duabus marcis auri & argenti; prout atteſtantur Author Actorum Lindavienſium pag. 57, ad finem, & pag. 613, in medio; Beſoldus, Theſaur. Practic. verb. Lindaw, pag. 521 & ſeqq. Münſter, Coſmograph. lib. 3, Cap. 239, p. 788.* (in mea Editione, *Baſileenſi*, Ann. 1578. lib. 3, Cap. 253, pag. 762 & 763.) noviſſimè Dn. *Tenzelius*, cit. *Vindiciis Conringianis Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Cap. XII. §. VII, pag. 261 &c. & §. VIII. pag. 264 &c. Add. *Gaſtelius* de *Statu Publico Europæ* cap. 32, § 106, pag. m. 1232.

9. Imperatores, ſub quibus potiſſimum Civitates ſuam libertatem obtinere cœperunt, ſunt *Henricus IV. Fridericus I. & Fridericus II.* Civitates, potiſſimum ad tractum Rheni, *qui Henrici IV.* Imperatoris partes, ſtrenuè contra Principes Imperii, defendebant, *(a)* territorii ſublimitatem ab eo conſecutæ ſunt, & à jugo Ducum propter bene merita ſe exemerunt: *Solche auff rechte Hülffe, Huld, Treu und Beyſtand der Stædte, haben die Kœnige u. Kayſer behertziget, und dem Reich und ihren Nachfolgern an demſelben ſonders vortræglich, nutz-gedeylich, und zu Erhaltung Ihrer Kayſ. Hoheit gemæß erachtet, daß ſie die Stædte gleichergeſtalt, als die Fürſten, aller Freyheit der Regierung theilhaftig machten, welches nachgehends den Fürſten und*

und Standten auf allgemeinen Reichstag eræffnet, und mit dero Conſens *bekræfftiget worden.* Idem accidit circa Civitates Sueviæ, quæ à *Friderico II.* propter fidele auxilium, quod ipſi, contra *Wilhelmum* Hollandiæ Comitem, tulerunt, in præmium laborum & fidelitatis, ſuam libertatem conſecutæ ſunt. Potiſſimum tamen, poſt mortem *Conradini, (b)* ultimi Ducis Sueviæ, plurimæ ſe in libertatem vindicarunt, & hinc etiam eſt, quod tot Civitates Imperii in Suevia habeantur. *Fridericus I.* Auguſtus largiter plurimis Civitatibus libertatem conceſſit, exemplo *Lubeca, Auguſta Vindelicorum, Ratisbona.* Hinc Guntherus in Ligurino *lib. 1.* ita canit:

Ex omni Regione fluunt ad publica Regni,
Weſtphalieque urbes & Norica jura regentes,
Quique ſuas urbes, huc direxere potentes.

De Goslaria in ſpecie tradunt, *daß ſolche* Henricus I. *gebauet,* (c) Secundus *gebeſſert,* *(d)* Tertius *(e) mit Kayſerlichem* Palatio *gezieret, und* Henricus IV. *als eine Reichs-Stadt (f) bewohnet: Dan. Heid. in Apolog. vom Reichsv. cap. 2. fol. 151.*

NOTÆ.

(c) DEFENDEBANT &c. Spectat huc locus *Lehmanni,* lib. 4. *Chronici Spirenſis,* Cap. 3. pag. 280: *Als die hochſchædliche Spaltungen und Krieg im Reich, zwiſchen Kayſer Henrich dem vierten an einem, und den Biſchoffen und Hertzogen in Sachſen, Bayern, Schwaben, am andern Theil, angezündet, und daraus langwürige groſſe Kriege entſtanden, zeugen die* Hiſtorici, Albertus Stadenſis; Helmoldus, Chron. Slav. lib. I, Cap. 28, *daß die Stætte am Rheinſtrom ſich inſonders gegen dem belæſtigten Kayſer getreu und behülfflich verhalten, dahingegen die weltliche Fürſten den freyen eygenen Fürſtlichen Gewalt, den ſie von ſeinen Vorfahren, am Kayſerthumb empfangen, deßgleichen die Biſchoff ihre Macht wider den Kayſer, und andere, verwendt und mißbraucht haben: Solche aufrechte untertbænigſte Hülffe, Huld, Treu und Beyſtand der Stætte haben die Kœnige und Kayſer behertziget, und dem Reich, und Ihren Nachfolgern an demſelben, inſonders fürtræglich, nutz-gedeylich, und zu Erhaltung Ihrer Kayſerl. Hoheit, gemæß erachtet, ſo ſie die Stætt, gleicher Geſtalt als die Fürſten, aller Freyheit der Regierung theilhafftig machten: haben auch ſolch Ihr Vorhaben, nach Gelegenheit, auf allgemeinen Reichs-Verſammlungen, den Fürſten und Stænden des Reichs eræffnet, und mit derſelben* Conſens *und Bewilligung, die Biſchœffliche Reichs-Stætt, als Cœlln, Maintz, Wormbs, Speyer, Straßburg, Baſel, und andere am Rhein, erſtlich der erſten Eigenſchafft, deren Sie zuvor unterworffen geweſen, nemblich der Regierung der Hertzogen, Grafen und* Præfectorum, *oder, die derſelben Statt und Verwaltung getragen, allerdings ledig gezehlt, alſo, daß ſie keinen Obern oder Herrn in weltlicher Regierung erkennen und wiſſen, dann die Kayſerliche Majeſt. das Oberſte Haupt des gantzen Reichs, und aller derſelben zugehœrigen Stænde und Glieder. Und, nach beſchehener Erledigung, alle Herrlichkeit, Recht, Gerechtigkeit, ſampt allen Gefællen und Nutzungen, ſo die Kœnig- und Kayſerliche* Præfecti, *oder Graffen, gehabt, mit ſolchen allen die Freye Reichs-Stætte mildiglich begabt, und in den Stand erhœhet, an deren ſtatt, Ort und Verwaltung ſie geſetzt und gefolgt ſeind &c.* Hinc ſua Dn. *Rhetius* de *Statuis Rolandinis,* Cap. 4. §. 20.

(b) CONRADINI &c. Qui Sueviæ Franconiæque Ducum poſtremus fuit, cujus vitam præced. Tit. V, in vita *Conradi IV.* Regis, p. 617 & ſeqq. dedi.

(c) GEBAUET &c. Vetuſtus Auctor *Fundationis Eccleſiarum quarundem à temporibus Caroli Magni, ad Ottonem Magnum* usque, apud *Maderum, Antiq. Brunſuicenſ.* pag. m. 163, ait: *Idem Rex Henricus* (Auceps) *Caſtrum Misna ædificavit, & Goslar, & mineralia in monte invenit, qui dicitur Ramesberch &c.* quæ poſteriora tamen minus rectè ſe habent, cum *Ramelini* montis divitiæ ante *Ottonis I.* ætatem nemini fuerint cognitæ. Auctor Chronici MS. de *Principibus Romanorum, qui Goslariæ, aut in vicinia, egerunt,* apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz,* Tom. 3. *Scriptorum Rer. Brunſuicenſ.* pag. 426. in vita laudati *Henrici* Regis, ait: *By düſſes Kyſers Tyden, was gebuwet Goslar &c.* Nec aliter *Gobelinus Perſona,* ætat. VI. *Coſmodromii,* cap. 47, apud *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* pag. 248: *Henricus* Rex *condidit Goslariam, Quidelinborg & Misniam Civitatem &c.* & Vetus *Chronicon Thuringicum* apud Dn. *Schlegelium,* de *Numis Iſenacenſibus,* pag. 143: *Derſelbe Kayſer Heinrich buwitte in derſelben Zeit die Stæte Quedelingeburg, Winghuſen, und Goßlar &c.* & *Conradus Botho,* in *Chronico Picturato Brunſuicenſi,* apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 306: *Oppe der Stidde, do Goſſeler licht, begunde Kayſer Hinrick eyn Dorpp to buwen, unde wart geheten, na dem Water, dat dar nach dorch hen flut, unde het de Goſer. Na der Wiſe is dat Wort vorlenghet, unde het*

Goſſeler. Alſus is duſſe Keyſer **Hinrick** *der Erſte Fundator der Stadt Goſſeler &c.* De Auctore *Hiſtoriæ Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. IX, apud *Piſtorium*, p. m. 912; *Johannis Schiphoweri Chronico Archi-Comitum Oldenburgenſium*, Cap. 3, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2, pag. 130; *Alberto Crantzio*, lib. 3. *Saxon.* Cap. 12, aliisque multis, quorum Dn. *Heineccius* lib. 1. *Antiquitatum Goslarienſium*, ad Ann. 923 & 924. meminit, ne dicam.

(d) GEBESSERT &c. Teſtis eſt *Ditmarus* coævus, lib, VII. *Chronic.* pag. m. 99, qui memor *Henrici Sancti* ait: *Ad* **Goslariam** *tendens* **Villam**, *ibidem quatuor ſedebat hebdomadas. Hanc enim tunc multum excoluit. Et quia tunc Quadrageſima fuit, quæ Chriſto oportebant, & Seculo in multis neceſſaria erant, operari ſtuduit &c.* Quem locum Dn. *Heineccius* l. c. ad An. 1002, pag. 23, indigitat, fuſius l. c. & annis ſequentibus, demonſtrans, quanti Civitatem hanc laudatus Cæſar æſtimaverit; ***Conradum II.*** Imp. confirmaſſe *Goslarienſibus* Jus Mercatus, diſcimus ex Ejus confirmatione Privilegiorum Quedlinburgenſium Anno 1038, apud Dn. *Kettnerum*, in *Antiquitatibus Quedlinburgenſibus*, Dipl. V. Seculi XI, p. 164.

(e) TERTIUS &c. *Conradus Botho* l. c. pergit: *Keyſer* **Conrad**, *unde Keyſer* **Hinrick de Dridde**, *de bemuren de Stadt* **Goſſeler**, *unde buweden dar Kerken unde Cloſter in, unde to voren dat Münſter in de Ere Sunte Matthias, unde den Hoff, dat des Keyſers Hus het &c.* Minus rectè *Adamus Bremenſis* lib. 3. *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 30, pag. m. 101: *Ea tempeſtate, Cæſar* **Heinricus** (Tertius) *ingentibus Regni divitiis utens, in Saxonia* **Goslariam** *fundavit, quam de parvo, ut dicitur, molendino, vel tugurio, formans venatorio, in tam magnam, ſicut nunc videri poteſt, Civitatem bono auſpicio & celeriter perduxit. In qua etiam ſibi conſtruens Palatium, duas Omnipotenti Deo congregationes inſtituit &c.* &, ex eo forſan, Author *Chronici Stederburgenſis*, apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. Tom 1, pag. 851: *Eccleſia noſtra miſerabiliter, per annos centum viginti ſex, decidit in eadem deſolatione & miſeria, ſub quinque Regibus: Henrico Bavenbergenſi; Conrado; Henrico, filio Ejus, Fundatore Goslarienſis Civitatis; Heinrico, qui Senior dicebatur, & Henrico, filio ipſius &c.* Diu enim ante fundatam *Goslariam*, nec parvum molendinum, aut tugurium venatorium fuiſſe, modò dicta teſtantur, quibus adde, quod Ann. 1015, & 1017, Cæſar *Henricus Sanctus* Principes Regni eo convocaverit, & An. 101[illegible], magna Synodus ibidem fuerit celebrata; vid. præced. Tit. 2. §. 10, lit. d, ad hos annos, pag. 99 & 100. Id amplius judicari poteſt ex *Hieronymi Emſeri Vita Bennonis*, Miſnenſium Epiſcopi, Cap. XI, apud *Surium*, 16. Junii, pag. m. 233, ubi: *Contigit, ut piiſſimus Imperator* **Henricus** *Rex III Eccleſiam* **Goslarienſem**, *(cujus fundamenta jam antea jecerat* **Conradus** *deceſſor, ipſius ſive Pater ſive ſocer,) magnifico, ac Regio cultu abſolutam dedicari faceret, per manus Beatiſſimi Pontificis* **Leonis IX**, *præſentibus ibidem Cardinalibus, Epiſcopis & Abbatibus, numero* **LXXIII**; *quam quidem Eccleſiam cum idem Imperator digniſſimus ſpecialem deinceps, (ut ſuis utar verbis)* ***Imperii Capellam***, *& Canonicos ipſius,* ***Capellanos Regios***, *paſſim haberi & nominari vellet, exactam dedit operam, ut Viros tanto honore dignos, & tam literis, quam ſanctæ converſationis moribus probatos, eidem Eccleſiæ præficeret &c.*

(f) REICHS-STATT &c. *Goslariam* Civitatibus Imperialibus annumerandam, fuſius probat *Knipſchild*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. 3, Cap. 20, p. m. 725; Conf. *Limnæus* lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. XIX, pag. 304. *Matth. Stephani*, de *Juriſdict.* lib. 2, part. 2, Cap. 1, §. 25 &c. De litibus Ejus cum Sereniſſimis Ducibus Brunſuicenſibus, evolvas *Hortlederum* de *Cauſis belli Germanici*, lib. 4, Cap. 46, pag. 859 &c. Transactionem An. 1642, 16. Jan. *Goslariæ* initam, ſiſtit *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. 32, §. 50, pag. 1044 &c. Anno 1705, 5. Nov. præſtitiſſe *Goslarienſes*, *Alberto Antonio* Comiti *Schwartzburgico in Rudelſtatt*, qua Legato *Joſephi Imperatoris*, homagium, palam eſt.

10. Quamvis autem Civitates ita habuerint libertatem & immedietatem, & initium Superioritatis Territorialis, non tamen omnino Superioritas Territorialis erat adquiſita; majora enim Regalia, longo adhuc tempore, Imperatores ſibi reſervarunt, inter quæ potiſſima erant, Collectæ Imperiales, quas Steuras vel Stiras, *die Reichs-Steuren*, vocabant; vectigalia & telonia *(a)* in præcipuis Germaniæ fluminibus; jus monetæ cudendæ; Judæorum tributa; pœnæ & animadverſiones in facinoroſos, & alia varia Jura & reditus, *von Acker, Weiſen, Holtz-Wachs, Waldung, Neue und Alte Behauſung, Gülten und Zinſen, davon die Bürger und Innwohner der Kayſerlichen Kammer*, in ſpecie, *Steuer, Zinß, Beeth, und dergleichen bezahlet, welche nicht allein beethhafftige und dienſthafftige ſondern auch Kayſerliche Cammer-Güther genennet worden.* Lehman, in Chron. Spirenſ. lib. 4, Cap. XIX, fol. 334.

NOTA.

NOTA.

(a) TELONIA &c. Vid. ſeq. Lib. 3, Tit. 2, §. 51, & Tit. 4, §. 6.

11. Hæc Jura, ut dictum ſupra, Imperatores exercebant per Præfectos Juſtitiæ, Præfectos Imperiales, *Reichs-Vægte, (a) Reichs-Schultheiſſen und Reichs-Amptmann.* Eorumque officium, ut item ex ante dictis patet, non parile fuit ubique, ſed pro diverſitate Civitatum, earumque Privilegiorum, varium & diverſum. Alicubi tantum Criminalibus *(b)* præerant, ut in Helvetia & Suevia, ut ex Simlero conſtat, lib. 2, de Republ. Helvet. Alicubi Civilibus *(c)* quoque Judiciis præfuerunt, & mulctas & debita in cauſis civilibus exigebant. *Daß Sie auch, an etlichen Orten, Bürgerlichen Gerichten vorgeſtanden, oder allein beygerechnet, und die Bürgerlichen Straffen eingezogen.* Stumpff, lib. 6, cap. 14. lib. 7, cap. 2, ut in Ducatu Sileſiæ. Schickfuſius, in Chron. Sileſ. lib. 3, cap. 25. Ad Advocatum Suinfurtenſem pertinere dicitur, *die Burg, Marckung, Gericht, Zoll, Zehend, und andere Müntz daſelbſt. Daniel Heider, von Reichs-Vogtheyen,* fol. 78.

NOTÆ

(a) REICHS-VOEGTE &c. Etiam in Civitatibus, quarum *Jurisdictio Civilis* Epiſcopis jam fuit tradita. Quo ſenſu *Lambecius* lib. 1. *Originum Hamburgenſium,* §. 33, pag. m. 11. (Edit. Prior. pag. 33.) ait: *Quamvis Bremæ, aliarumque aliquot Urbium & locorum Jurisdictio Civilis Epiſcopis & ArchiEpiſcopis ceſſerit, non tamen fas erat, civilibus ipſos præſidere judiciis; ſed, ad hæc nomine ſuo exercenda, Advocatos habebant, homines profanos, vel ut vulgò ajunt, Laicos: qui quidem etſi, usque ad Imperatoris Friderici II. tempora, plurimum ab Imperatoribus ipſis conſtituti fuerint, nonnullis tamen Epiſcopis & ArchiEpiſcopis, ſpeciali quodam permiſſu, libera eos eligendi poteſtas conceſſa eſt &c.* Evolvendus hic *Du Frêne*, Gloſſ. voc. *Advocati*, p. 78 &c.

(b) CRIMINALIBUS &c. Urbium Advocatos judiciariam poteſtatem, non ſolum in *Civilibus*, ſed & in *Criminalibus*, exercuiſſe, palam eſt, fuſiusque id probat *Heiderus, von den Reichs-Vogtheyen,* lit H H H. pag. 78: *Wie noch bey Friderici II Zeiten, die Ræmiſche Kayſer über die Biſtumb, Klæſter und Herrſchafften en Alemannien, die Hohe Obrigkeit gehalten, und Ihnen, zu Verübung des Blut-Banns, Reichs-Vægte gegeben (uti Stumpfius Chron. Helvet. lib. 4, cap. 50, fol. 278; Urſtiſen, Chron. Baſil. lib. 2, cap. 11, fol. 95; Guler, in Rhætia, lib. 5, fol. 659, & Beſoldus, de Jure Civitat. n. 2, pag. 119, teſtantur) alſo iſt es auch mit den Reichs-Lændern und Reichs-Stætten hergangen; ſintemahl in dem Reich allenthalben der Brauch geweſen, daß ein Ræmiſcher Kænig, oder Kayſer, in den Freyen- und Reichs-Stætten, auch in den Freyen- und Reichs-Thælern, Richter, und Vægte verordnet, die, im Nahmen des Reichs, den Staab führeten, wie Münſter Coſmograph. lib. 3, Cap. 68, in pr. davon ſchreibet, und ſolche Staabführung bald hernach auf die Hohe Gerichte reſtringirt und ziehet &c. & p. 79: Ehgemelter Stumpff meldet auch lib. 4, Cap. 52, f. 281, daß die Landvægt in bemelten dreyen Reichs-Lændern, Uri, Schweitz, Underwalden, nicht Ober-Herren, ſondern allein Vægt und Richter geweſen ſeyen, Ihnen von dem Reich gegeben. Gleichwie noch in vielen Reichsſtætten der Kayſer, einen Vogt über das Maleſitz ſetze, als auch vor Zeiten Zürich, Baſel, und andere Stætte, gehabt haben &c.* & lit. J J J, pag. 80: *Es haben die Teutſche Kayſer, allein zu Erhaltung der Kayſerlichen Hohen Obrigkeit, den Stædten Reichs-Vægt verordnet; Urſtiſ. Baſilienſ. Chron. lib. 2, c. 11, f. 95; hinc Münſter, Coſmograph. lib. 3, Cap. 68, f. 675, ex literis Senatus Weiſſenburgenſis, profert: Daß ein Vogt, von des Reichs wegen, allezeit zu Weiſſenburg gewohnet, und noch heut zu Tag verordnet ſeye, daß er in Peinlichen Sachen, von Kayſerl. Maj. wegen, execution thue. Inde etiam eſt, quod Baſileæ, Urbi olim Imperiali, in Civilibus Actionibus, Prætor Urbanus Judicio Majori, quod Stattgericht vocant, præeſt; in cauſis autem criminalibus Præfectus, ſeu Advocatus Imperii, jus dicit. E contra Scaphuſiæ, quæ & ipſa Urbs non ita pridem Imperialis eſſe geſtiit, duo ſunt Judicia, Urbanum, quod etiam vocatur das Schuldgericht &c. alterum Judicium vocant das Vogt- oder Bußgericht; propterea, quod Præfectus Imperii, ſeu rerum capitalium, (der Reichs- oder Blut-Vogt) huic præſideat, & mulctas, etiam civiles, irroget. Simler de Republ. Helvet. lib. 2, Rubr. de Rebuspublicis ſingulorum Pagorum, f. 140. b. & f. 142. Denique, zu Schwæbiſchen Hall iſt das Kayſerliche Schultheiſſen-Ampt vor Jahren das Hæchſte Ampt geweſen, an des Kayſers ſtatt; ſo viel leibeigene Leut, und alle beſtelte Diener alda zu ſeinem Dienſt gehabt, und dem peinlichen Halßgericht vorgeſtanden. Cruſius, Annal. Suevic. part. 3, lib. 2, Cap. 13, fol. 91.* & Lit. L L L, pag.

83, paſſimque alibi. Jung. ejusdem *Apologia*, Cap. 2, pag. 153 & ſeqq. nec non *Franciſcus Guillimannus*, lib. 2. *Rer. Helveticar.* Cap. 16, § 10, pag. m. 129 & 130: *Antea tribus Civitatibus (Uri, Schweitz & Underwalden) jus rerum criminalium, & quæ ad Imperium pertinere videbantur, unus tantùm* (Præfectus, ſeu Advocatus) *dicebat, cujus jurisdictioni plerumque Tigurini, aliæ liberæ & vicinæ Civitates adjiciebantur &c.* Quod argumentum quoque Auctor Notarum *Documentorum Würtenbergicorum, Monaſterii Hirſaugienſis*, part. 1, pag. m. 536, ut & *Monaſterii Steinheimenſis*, §. XVI, l. c. part. 2, pag. 406 &c. tractat, & Dn. *Guilielmus Tobias Stempel*, in Diſſ. Inaugur. de *Jurisdictionis & Magiſtratuum differentia, ſecundum mores Germanorum*, Præſide Ill. Dn. *Thomaſio*, An. 1703, Halæ ventilata, *t.* 103, p. 69 & 70, latius proſequitur.

(c) CIVILIBUS &c. Dn. *Joh. Nicol. Hertius*, Diſſ. de *Origine & Progreſſu Specialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum*, An. 1701 *Giſſæ*, publicæ diſquiſitioni expoſita, §. 7, pag. 25 & 26, inquit: *In Urbibus Regalibus, loco Cæſaris, erant Advocati Urbici, Reichs-Vægte, Reichs-Schultheiſſen, Reichs-Cæmmerer dicti, de quorum auctoritate & officio, Patrum quidem memoriâ, diſputatum fuit; hoc tamen ab omnibus conceditur, Judiciis præſediſſe, rei nummariæ, redituum, vectigalium & aliorum jurium, ad Cæſarem ſpectantium, curam geſſiſſe. Quam in rem pluribus diſſeruit rerum Germanicarum peritiſſimus Vir, Daniel Heiderus, libro, von den alten Reichs-Vogtheyen, & in Apologia &c.* Add. Dn. *Henricus Erneſtus Keſtner*, Diſſ. de *Summis in Imperio Romano-Germanico Perſonis, earumque officiis & juribus*, §. XI, p. 22.

12. Tempore Ottonum, ut ſupra dictum, hæ Advocatiæ in Epiſcopos, translatæ erant, (*a*) ut evincunt exempla Wormatienſium, (*b*) Spirenſium, Argentinenſium, Baſileenſium, Auguſtanorum; ab Henrico autem IV & V, & aliis, Epiſcopis ademptæ ſunt, (*c*) & iterum in ſeculares translatæ; Lehman lib. 4. c. 3. liqueve Principes, (*d*) vel Comites, (*e*) vel Barones, (*f*) vel alii Nobiles & Strenui Viri (*g*) fuerunt, qui hanc Præfecturam non ſemper in perſona, ſed plerumque per Vicarium & Subſtitutum exercebant; ***und haben alda ihre Schultheiſſen gehabt.*** Simler. lib. 2. Ipſi quotannis ſemel, aut ſæpius, ut negotia poſtulabant, Conventus agebant, aut Civitates inviſebant. Franciſcus Guillimannus, Rer. Helvetic. lib. 2, c. 2, pag. 29. De ſalario (*h*) ipſorum itidem ſupra dictum.

N O T Æ.

(a) TRANSLATÆ ERANT &c. Conſilio quidem Principum verè pernicioſo; ut *Bilibaldum Pirckamerum*, in Epiſt. ad *Johannem Baptiſtam Egnatium*, Venetum, de *Cenſura Reipublicæ Germanicæ*, inter opera ejus politica, pag. 201, diſertè judicantem, *Henricus Zællnerus*, Diſp. de *Electione Regis Romanorum*, *t.* 7, in Not. lit. A, &, ex eo, *Heiderus, von den Reichs-Vogtheyen*, lit. Q q q. p. 90, notarunt. Imò, jam ante tempora *Ottonum*, Imperatores Regesque Germaniæ, tranſtuliſſe in Cœnobiorum quorundam Antiſtites conſtituendi *Advocati* jus, documento ſunt diplomata *Ludovici Germanici* Regis, de An. 887, Abbati *Werthinenſi*; & *Caroli Craſſi*, An. 887, Epiſcopo *Paderbornenſi*, conceſſa, præced. Tit. XV, §. 8, lit. e, p. 1156 & 1157. Ipſum *Ottonem Magnum* liberalitatem hanc erga Monaſteria exercuiſſe, teſtantur ejus Privilegia, An. 937, Congregationi *S. Mauricii & Innocentii* Martyrum *Magdeburgi* data, ibid. §. 5, lit. d, pag. 1143; ut & Virginibus *Heriſienſis* Cœnobii, in Epiſcopatu Paderbornenſi, An. 941, ibid. pag. 1144; & Epiſcopo *Mindano*. An. 961, ibid. pag. 1145; & *Bremenſi* An. 966, ibid. p. 1148. De *Ottone II* evolvas Diploma An. 973, ArchiEpiſcopo Magdeburgico donatum, ibid. §. 8, lit. e, pag. 1157; & *Henrico Sancto*, Dipl. An. 1016, Cœnobio *Kemnadenſi* prorrectum, ibid.

(b) SPIRENSIUM &c. Locus parallelus apud *Heiderum, von denen Reichs-Vogtheyen*, lit. M m m, pag. 85.

(c) ADEMPTÆ ſunt &c. Quia in abuſum rapiebantur. Poſſe verò Privilegia (modo non ſint oneroſa, vel conventionalia) iterum tolli & reſcindi, ex quo in abuſum rapiantur, conſtans doctorum eſt ſententia; vid. Diploma *Friderici I.* Imp. An. 1163, Cœnobio *Tegernſee* dato, apud *Gewoldum*, T. 3. Addit. *Metropolis Hundii*, p. 408 & 409; *Maſcardus de Probationibus*, Vol. 2. Concluſ. 46, §. 30, p. m. 750; & quos *Heiderus von Reichs-Vogtheyen*, lit. F F F F, p. m. 104, hoc titulo allegat; Conf. idem, lit. E e e e, G g g g, & H h h h, p. 104 & 105.

(d) PRINCIPES &c. *Otto Magnus* conſtituit an. 937, ut ſemper *Potentiſſimus Cognationis ſuæ*, Advocatus *Quedlinburgenſis* exiſtat. Vid. Dn. *Kettnerus, Antiquit. Quedlinburg.* Dipl. Seculi X, 3, pag. 7. Advocatiam Urbis *Tigurinæ* conceſſam fuiſſe ab *Henrico IV* Imp. Zæringiæ Ducibus, docet *Stumpfius, in der Schweitzer Chronick*, cap. 19, p. 160. Ex iisdem, *Berchtoldus* egit ſimul Præpoſitum & Advocatum trium Epiſcopatuum, *Sedunenſis, Lauſannenſis, & Genevenſis*; teſte *Cruſio*, *Annal. Suev.* part. 2, lib. 8, cap. 4, f. 254, & lib. 12, c. 18; Conf. *Heiderus*, l. c. lit. M m m, p. 86. An. 1162, deficientibus, in *Adelgozone, Schwa-*

beccciis

Digitized by Google

beccīis, Comitibus, Advocatiam Urbis ***Auguſtanæ***, hereditario Jure ab Imperatore *Friderico I.* Sueviæ Ducibus fuiſſe aſſertam, obſervavit *Heiderus* l. c. lit. M m m, pag. 85, *Rudolphus*, & *Stephanus*, Bavariæ, & *Leopoldus* Auſtriæ Duces, eidem præfuerunt Advocatiæ; vid. *Heiderus* l. c. lit. N n n, pag. 88. *Burggravii Magdeburgici* perpetui audierunt Advocati Archi Epiſcoporum *Magdeburgenſium*; vid. Idem, l. c. lit. 22, p. 70, ex *Pomarii* Chronico Saxonico, Rubr. *von dem Nahmen, Ampt und Unterſcheid der Pfaltzgraffen*, fol. 163. De ſexcentis aliis ne dicam.

(*e*) COMITES &c. *Comites Oetingenſes, Caſtellenſes, Helfenſteinii, Kirchbergenſes, Tecceenſes, Hohenbergenſes, Advocatos* ***Auguſtanos*** *egerunt* &c. Hæc *Heiderus* l. c. lit. N n n, p. 87, qui p. 88. pergit: *Comites etiam Dillingenſes in Urbe Franckfort ad Mænum, longè ab ipſis diſſita, Advocatiam obtinuerunt* &c. de quibus etiam *Bruſchius*, de *Monaſteriis* German. voc. *Neresheimium*, pag. m. 337: *Eſt in eo Cœnobio celebris ſepultura eorundem Comitum Dillingenſium --- Fuerunt illi olim, Imperatoris nomine, Advocati in Urbe Franckhenfurt* &c. Comitibus de *Schwabeck* commendatam, ann. 1058, ab *Henrico IV*, Imp. Urbis *Auguſtanæ* Advocatiam, docet *Heiderus* l. c. lit. *M* m m, pag. 85. Sic nota bella inter Imperatores & Comites *Würtenbergicos*, ob *Advocatiam* Civitatum Imperii Suevicarum, quam poſteriores ſibi vindicaverant, de quibus plura *Heiderus* l. c. lit. Y y y y. p. 122 & 123.

(*f*) BARONES &c, *Anno 1298, Regnante Imperatore Alberto, Hermannus à Bonſtetten, Baro Zürchgavienſis, Præfectum Provincialem in Turgovia,* & *ſimul etiam Advocatum Urbis S. Gallenſis egit.* Ita *Heiderus* l. c. lit. N n n, p. 88.

(*g*) STRENUI VIRI &c. *Otto* Eques à *Ravenſpurg*, Advocatiam Urbis *Bernæ*, à *Berchtoldo*, Zæringiæ Duce, Imperio Romano Germanico attributam, nactus eſt Anno 1218, ab Imperatore *Friderico II.* Vid. *Simler.* de *Republ. Helvet.* lib. I. Rubr. *Berna*, pag. 47. & lib. 3, Cap. 8. pag. 365; *Heiderus* l. c. lit. O o o, pag. 89. *Civitates Elſatiæ, Columbaria, Schletſtat, Ehenheim, Rosheim, Hagnowe, quæ Friderico adhæſerant* (Auſtriaco) *territæ, Albertum Humelionem de Liechtenberg, Militem Suecum, in Advocatum, Ludovici* (Bavari) *nomine, receperunt* &c. Sunt verba *Alberti Argentinenſis*, ad An. 1323. apud *Urſtiſium*, pag. m. 122. Hinc ſua Illuſtr. *Obrechtus*, in *Prodromo Rer. Alſat.* Cap. 13, ad h. a. p. 321. *Rudolphus I.* Imp. Abbatiæ *S. Gallenſi* Advocatum dedit *Ulricum de Ramswag*; vid. *Vadianus*, de *Abbat. S. Galli*, f. 116; *Stumpfius* lib. V, *Rer. Helvet.* c. 5, ff. 309; *Heiderus* l. c. lit. 22. pag. 70. Conf. idem, lit. O o o, p. 89.

(*h*) SALARIO &c. Vid. præced. §. 6. Nonnunquam vocatur *Jus Advocaticum*, ſeu *Vogt-Recht*, veluti in Charta *Eberhardi*, Com. Würtembergici, qua ſe Advocatiam Monaſterii *Lorch*, An. 1291, in ſe ſuſcepiſſe teſtatur, ibi: *Quod de Bonis prædictis non recipiemus niſi tantummodo Jus Advocaticum, quod vulgariter dicitur Vogtrecht, ab antiquo inſtitutum.* Vid. *Docum. Würtemberg. Monaſterii Laureacenſis*, Part. 1. §. 8. pag. 734, ubi Gloſſator, pag. 735, annectit: *Advocaticum, ſeu ſalarium Advocati, non datur ob ſubjectionem, ſed propter laborem* & *ſumptus defenſionis. Ac ſanè, ſub Henrico III, An. 1103, in Concilio Ratisbonenſi, taxatum fuit Salarium illud, ut ſit tertia pars mulctarum; quod* & *ubivis pene terrarum receptum atteſtatur Chokier, de Advocatiis, Quæſt. 59. Aliquando etiam præſtatur Vogthaber; certitudo deſumenda eſt a conſuetudine Regionis, vicinorumque; Cardinalis Mantica, de Tacitis* & *ambiguis Conventionibus, Part. 2. lib. 23, Tit. 8, §. 9.* & *Tit. 10, §. 43; Chokier, Quæſt. 85* & *ſeq.*

13. Sed ut omnia viciſſitudini ſunt obnoxia, ita quoque advocatiæ civicæ, *dieſe Reichs-Vogteyen*, tandem labaſcere cœperunt; & Imperatores, vel propter importunas impetrantium preces, eas ceſſerunt; vel, neceſſitate urgente, Statibus oppignorarunt; vel gratis, in præmium, vel in ſolutionem debitorum Imperialium, dederunt; vel, propter abuſum Advocatorum, & concurrentiam Magiſtratus civici, ipſæ civitates defecerunt, & in omnimodam libertatem ſe aſſeruerunt. Ita, ut Civitates Imperii, poſtquam à regimine & onere Advocatorum Imperii, vel pretio, vel prece, vel fraude ſe liberarunt, ac inſuper Imperialia bona adhuc ſuper exiſtentia & Regalia, veluti vectigalia, monetas, collectas & ſimilia Jura, quovis titulo, vel Jure dominii, vel oppignoratione, remota omni reluitione, adquiſiverunt, non minus Jura ſuperioritatis territorialis habeant, & Status Imperii ſint, ac reliqui Principes. Et quamvis hodie (*a*) adhuc quædam tales præfecturæ, *Reichs-Vogteyen, oder Reichs-Schultheiſſen-Aempter*, in civitatibus nonnullis reperiantur, veluti *Norimbergæ, Rotenburgæ ad Tubarim, Halæ Suevorum, Northuſii, Reutlingæ*, tamen hæc ſimulacra &

præ-

præfecturæ veteris umbræ ſunt. *Und haben alſo endlich auch die Reichs-Stædte* circa annum Chr. 1400. *durch Verdienſt gegen dem H. Ræm. Reich, durch Liberalitat und Conniventz der Kayſer, durch Tauſch, Kauff, Schenckungen, durch ſtillſchweigende langwierige* Alluvion *ſich von den Reichs-Vogteyen und dero Beſchwernüſſen in ihrem* Territorio *auch endlich erworben. Dan. Heider vom Reichs-Vogt. fol. 14.*

NOTA.

(a) HODIE &c. Conf. *Speidelius* in *Spec.* voc. *Reichs-Vogt*; ibi: *Ejusmodi autem Officia, nomine quidem tenus, etiamnum hodiè, in multis Germaniæ Urbibus, ſuperſunt, qui vulgo Reichs-Schultheiſſen, Reichs-Richter, Reichs-Pfleger, Reichs-Ambtmænner, Mandatarii, vel perpetui Vicarii Imperatoris, dicuntur, ipſum olim repræſentantes, ut Norimbergæ, Rotenburgi ad Tubarum, Hallæ Suevorum, aliisque paſſim locis &c.* Add. *Knichen.* de *Sublimi & Regio Territor. jure*, cap. 4. §. 115. pag. 134. *Lubecæ*, ſingulis annis, actum ſolennem celebrari, comparente Præfecto, *(Vogt)* quem Senatus interroget, num iſto anno, rectè Juſtitia adminiſtrata ſit? commemorat *Lindemannus*, in *Hiſtoria Juris*, 8. 27.

14. Et quamvis quidam ſint, qui exiſtiment, utiliſſimum eſſe Imperatori, talium urbium *Præfectos (a) renovare* & denuò conſtituere, de quorum fide ſecurus eſſe poſſit: quique malignos in officio contineant, ac inſimul efficiant, ut omnes in Imperatorem & Imperium machinationes, ſibimet ipſis quoque Civitatibus detrimentoſæ confœderationes impediantur: urbium etiam Imperialium Politiam ad interitum ruere, & magno detrimento Imperium afficere. Tamen nec utile nec juſtum eſſet, ſi fieret; quia licet & tale quid ſuſciperetur, multa damna redundare poſſent in Civitates, quæ tamen ſua Jura à tot ſeculis quietè poſſeſſa, nunquam ſibi eripi paſſuræ eſſent, non minus ac reliqui Status Imperii ſua Jura. Nec minus obligatur conſervare civitatibus Imperii ſua Jura Imperator, quam reliquis Statibus Imperii: *Vide omnes Capitulat. & Inſt. Pacis art. 8. §. gaudeant.* Remedium non eſt, quod à corpore avellit membrum ſanum, & licet fortè quædam civitates eſſent, quæ hoc ſuo jure abuterentur; inhumanum tamen eſſet, toti Civitatum ordini imputare, quod in uno vel altero fortè deſideratur. *Dan. Heid. von Reichs-Vægten, lit. W. W. W. W. & ſeqq. per tot. Vide de his omnibus Myler. in archol. c. 17. 18. 19. 20. 21.*

NOTA.

(a) RENOVARE &c. *Lucius Verus*, in *Nova Apocalypſi, pro innocentia Cæſarum*, Conf. 86. fol. 254. putat, Imperatorem pro lubitu id facere poſſe. Rectè verò reſpondet Dn. Author; cui jungendus *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pac.* pag. 1. Diſc. 23. membr. 4. §. 23.

15. Tandem quæritur, *an Coloſſi, ſive Statuæ Rolandinæ, (a) (Roland) ſint ſignum libertatis (b) Urbium?* Vulgo dicunt, *Carolum M.* in quibusdam Saxoniæ urbibus *Rolandum* poſuiſſe, argumento libertatis iſtarum urbium. Cæterum hæc vulgi ſententia eſt falſiſſima. Nam, *Primò*, tempore *Caroli M.* in universa Saxonia, nulla fuit urbs, præter nobiles villas. *Deinde*, *Carolus M.* Sororium ſuum, *Rulandum (c)* in bellis Saxonicis non adhibuit. *(d) Tertiò*, non præſumitur, *Carolum M.* voluiſſe ponere ſtatuam miniſtro, *(e)* & ſibi ipſi nullam. *Quartò*, omnes hi Coloſſi demum *ſeculò X. (f)* erecti ſunt, & quidem probabile eſt, primitus, in quolibet ſaltem Marchionatu, unam ſtatuam fuiſſe, & poſtea plures erectas. Tales ſtatuæ in Marchionatu Brandenburgenſi plures ſunt: *Stendaliæ, Brandenburgi, Kinsbergæ & Premiſlaviæ*; talis eſt *Bremæ, Magdeburgi*, & in pluribus aliis locis. Et hinc *Goldaſtus* exiſtimat, hujusmodi ſtatuas, fuiſſe Judicium Malli *(g)* Imperialis, ſeu loci Judicium, ſeu *eine Stadt oder der Ort, da man ruhen mag*; & Rolandum dici, quaſi Rugelandum. Ab hac tamen opinione recedere videtur Dominus Rhætius *in Tr. de Statuis Rolandinis, c. 2*, ubi ita loquitur: *Ante milleſimum annum Chriſti, Rolandinas ſtatuas non fuiſſe erectas, cum Conringio Diſſ. de Urb. Germ. th. 72. ſtatuerem, ſi dilucidiores aſſerti rationes expreſſiſſet. Jam cum aquè præ-*

prægnantes, ſtatuas has, ante eundem annum, fuiſſe, credere jubeant, modeſtè diſſentire cogor. Aliud certè, nomen, ante annum milleſimum, non fuiſſe in ſtatuis auditum: & aliud, ſtatuas ante non exſtitiſſe. Quamvis annum præcisè determinare non audeam, cap. 3. n. 6. ita: *ut paucis agam, res meo judicio ita ſe habet: initio colonos, in Venedorum locum deductos, à Carolo M. vel ſponte, vel Imperatoris juſſu, eas collocaſſe; id præſertim denotando, tractum aliquem, quando in celebriori ejus vico talis ſtatua apparet, Cæſaris Imperio ſubjacere. (i) Adeò ut hodie vetuſtiora loca, ubi ejusmodi ſtatua collocata, ſignum ſint, talem tunc vicum antiquitate maxime eſſe conſpicuum, & immediatè quondam Imperatori alicui ſubfuiſſe; poſtea tamen, alia loca etiam ſub Saxonibus Imperatoribus, has ſtatuas imitata, & ſequentem ætatem, vel æmulandi ſtudio, vel erroris occaſione, alia privilegia iis affricaſſe: dictam ſententiam & priorem eſſe & vero conſentaneam, teſtem voco Lindenbrog. in Chron. Caroli M. 18. fol. 269. Wie Kayſer Carl die Sachſen bekrieget hat, da hat er ihme das groſſe Bild ſetzen laſſen, damit angezeiget, daß ſolche Stadte in des Kayſers Gewalt und Schutz wæren &c.*

NOTA.

(a) ROLANDINÆ &c. *Gryphiander*, de *Weichbildis Saxonicis*, c. 71. ex *Goldaſti deductione*, *von der Stadt Magdeburg Freyheiten*, c. 4. ait: *Dem ſey nun wie ihm wolle, ſo iſt bey mir gewiß, das Ruland nicht ein* Nomen proprium, *ſondern ein* Appellativum *ſey*, quaſi Rugeland, compoſitum ex ruen, *oder Rugen, und Land; dann Rügen heiſt ſo viel bey den alten Teutſchen, als* - - - - judicare - - - - *nach Verhærung beyder Theil, und fleißigem Nachforſchen, erærtern und urtheilen* - - - - *Iſt derowegen* Statua Rulandina, *Rulands Bild, nichts anders, als Weichbild*, hoc eſt, Statua, per quam notatur, ibi eſſe forum publicum cauſarum, Juriſdictionem, locum juſtitiæ, diſtrictum, territorium, *oder, wie es die alten Teutſchen eigentlich genant haben*, Mallum publicum, *Mahlſtadt, da man frey Kayſerl. Gericht hat &c.* Conf. *Speidelii Spec.* voc. *Rulands Bild*; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ* Cap. 32. §. 140. pag. 1245; & Dn. *Strauchii Diſſ. Exot. I. t.* 26. pag. 40. Sententiam hanc refutat Illuſt. *Rhetius* in diſſert. de *Statuis Rolandinis*, quam reſpondente *Conrado Erenreich* de *Mærner*, Nob. March. erudito Orbi communicavit, Cap. I, §. 28, 32 & 35. quod Urbibus quibusdam ejusmodi Statuæ fuerint, antequam exercendæ Juriſdictionis facultatem habuerint; Deinde, *Weichbildi* vox, exceptis Civitatibus Saxoniæ, in quibus Saxonicum jus receptum, nullibi viguerit: cum tamen *Marchicæ* Urbes, diu ante Saxonicas, *Rolandos* poſuerint. Renititur aliis quoque derivationibus, à magnitudine *Rolandi* deſumptis. Conf. Dn. *Joh. Henrici Eggelingii*, Diſſert. *Miſcellanearum Germaniæ Antiquitatum*, Quinta, de *Statuis Ruhlandicis*, An. 1700. vulgata, qui pag. 10 & 11. denominationem vocis hujus, à vocabulo *Rügen*, deſumptam, rejiciens, eam à voce *Rouwen*, ſeu *Ruhen*, id eſt, *quieſcere* repetendam arbitratur. Add. Dn. *Becmannus* Tom. 1. *Hiſtor. Anhalt.* Part. 3. lib. 2. Cap. I. §. XV. p. 241 &c.

(i) LIBERTATIS &c. *Goldaſtus* l. c. inquit: *Daß* Statua Rulandina, *oder Rolandsbild*, indicium libertatis, *und ein Anzeige der freyen unmittelbahren Gerechtigkeit, Hoheit und Superioritæt, ſeye, erwehnen die Reichs-Conſtitutionen; Weichbild*, art. IX. in medio, & ibi Gloſſ. Conf. *Strauch.* Diſſ. Exot. I. *t.* 26. Add. *Cranzii* lib. X. *Saxon.* cap. 2. pag. 260: *Imperator interlocutus juſſit Hamburgum Oppidum Comitibus parere, ſalvis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerunt. Illi domum redeuntes, Rolandi Statuam, quam, pro ſigno libertatis, in ponte; qui hodie nomen tenet, ab olim erectam habuere, dejiciunt, Comitibus ſuis deinceps, ut ſemper, conjunctiſſimi &c. Klockius* de *Contributionibus*, Cap. V, §. 94. pag. m. 135, ait: *Non tamen immediata Civitatum à S. R. Imperio dependentia, in præjudicium mediatorum dominorum, ex Rulandinis Coloſſis concludenter arguitur; cum multæ Civitates, quæ ejusmodi ſtatua ornatæ ſunt, aliis Principibus, & ſic imperio mediate pareant, ſicut Neoſtadium ad Rhenum, in Archi Epiſcopatu Colonienſi ſitum, Statuam Rolandinam ante aliquot annos habuit, & tamen, ſalvis privilegiis & immunitatibus, Archi Epiſcopum, pro ſuperiore agnovit &c.* & §. 95. pag. 136: *Contrà, ſunt multæ Civitates immediatè ab Imperio dependentes, non ſolum in Superiori Germania, ſed etiam in ipſa Saxonia, ut Lubeca &c. quæ tamen Statuas hujusmodi non præferunt. Hinc Joh. Gryphiander, in ſuo Commentario Hiſtorico-Politico, de Weichbildis Saxonicis, ſive Coloſſis Rulandinis, iisdem non immediatam dependentiam, neque indefinitam libertatem, ſed quatuor potiſſimum Privilegia, adſignat, (1) Jus Fori, mercatus & Civitatis, (2) Jus banni Regii, ſive Juriſdictionem & Imperium, daß an ſelbigem Ort ein Dingſtuhl ſey, unter Kænigs-Bann, (3) Pacem Publicam & Tutelam Imperii, Weichfried-Recht, (4) Jus Municipale, daß dieſelbe Statt Weichbildes-Recht habe und daſſelbe an dem Ding-Stuhl gelte,*

Art. IX. Weichbildt &c. Apud *Juſtum Georgium Schottelium*, de *Singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*, Cap. IX. §. 10. pag. m. 278. legimus: *Ruland* (Rugland) *id eſt, Signum Juris & Juſtitiæ in Regione: Statua ſpecie Herois alicujus efficta & erecta, plerumque publicè in Foro, interdum & alibi &c.* Aliter Dn. *Rhetius* l. c. Cap. 4: *Immedietatis priſtinæ Statuas Rolandinas indices cenſeri poſſe, ſupra aſſertum fuit. Quod verò libertatis, vel autocratiæ, notam præ ſe ferant, nulla veri ſtudet ratio. &c.* & §. 5. *Verum, à Caroli Magni ævo, nullæ villæ, vel vici, quicquam accerſere valent, præter immedietatem; ſi quid liberioris juris aliquibus competiit, diu poſt Carolum accepiſſe oportet .... ſane nullum hactenus incorruptæ fidei innotuit privilegium immunitatis, quod Carolus Civitati alicui tribuiſſet &c.* Dn. *Eggelingius* l. c. pag. 11. *Rolandi* Bremenſis memor, inquit: *Welcher dan dahero gerade am Marckte ſeinen Stand hat, weilen Er Jus & Pacem Mercatus, Gerechtigkeit, Fried und Freyheit des Marckts, folglich eben dasjenige bezeichnet, was in obangezogenen* Diplomatibus, *die Kayſere*, Otto I. (de An. 966.) Henricus, Chonradus II. (An. 1035.) Henricus IV. *und* Fridericus I, *nennen*, reſpectivè: *Suum Bannum, Patrocinium, Tuitionem, Tutelam &c.*

(c) ROLANDUM &c. *Gryphiander de Weichbildis*, negat *Carolum Magnum* habuiſſe ſororem *Bertham*, multoque minus ex ea Nepotem, *Rolandum*. Ejusdem ſententiæ ſunt: *Benjamin Leuberus*, de *Stapula Saxonica*, n. 1256. & ſeqq. Dn. *Eggelingius* l. c. p. 9 & 10; Dn. *Becmannus*, l. c. in primis, Dn. *Rhetius* l. c. Cap. I. §. 9. ibi: *Sed nec Rolandum ullum, Caroli Magni, ex ſorore, filium fuiſſe, & inde nec Statuas has primo Rolandinas appellari potuiſſe, vero magis, ut puto, convenientes evincunt rationes ſequentes. &c.* Profert autem eas l. c. §. 10. 15. & 17. Summa eſt, quod ex coævis Scriptoribus probari nequeat, *Carolo Magno* plures fuiſſe ſorores, ne quidem *Bertham*, *Eginhardo*, in vita Ejus, non niſi *Gislæ*, Religioni dicatæ, mentionem injiciente: verba *Eginhardi* ſunt: *Erat Ei UNICA ſoror, nomine Gisla, à puellaribus annis Religioſæ converſationi mancipata. Quam ſimiliter, ut Matrem, magna coluit pietate: quæ etiam paucis, ante obitum illius, annis, in eo, quo converſata eſt, monaſterio, deceſſit &c.* Conf. *Adelmus*, Annal. an. 781. pag. m. 393. & Chronicon *S. Benigni Divionenſis*, An. 753. apud *Labbeum*, T. 1. *Biblioth.* MS. pag. m. 293; & *Albertus Stadenſis* ad An. 768. pag. m. 74. (quamvis *Uffingus*, Werthinenſis Monachus, in Prologo Vitæ *S. Idæ* apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 171 & *Gertrudis*, *S. Pipini* filiæ, mentionem faciat.) De *Johanne Turpino*, perſonato Rhemorum Epiſcopo, nihil dicam, etiamſi, in Epiſtola ad *Leoprandum*, Decanum Aquisgranenſem, *ſedulum Caroli M. Imp. in Hiſpania conſocium*, ſe appellet, & in Geſtis hujus Cæſaris, *Rolandi* titulum hoc modo proferat: *Rolandus, Dux Exercituum, Comes Cenomanenſis, & Blavii Dominus, Nepos Caroli, filius Ducis Melonis de Angleris, natus Berthæ, SORORIS Caroli &c.* Cum jamdudum *Petrus Matuanus*, & ex eo Illuſt. *Rhetius* l. c. §. 15. quam plurima ficti *Turpini* librum falſa complecti, oſtenderint. Pergit Dn. *Rhetius* l. c. §. 17: *Nam primò, præterquam merum commentum eſt, Bertham Caroli Magni ſororem, Ejus Matrem fuiſſe, nec Patre Milone, Comite Cenomanenſi, & Blavii domino, genitus eſſe potuit, cum Hiſtoriæ σύγχρονοι, & omnes, usque ad dictum Turpinum, de Eo taceant &c.* In *Annalibus* certè *Francicis* nihil de *Rolando* extat. *Eginhartus* l. c. meminit quidem cujusdam *Rutlandi*, Britannici littoris Præfecti, à Vaſconibus trucidati; Eum autem *Caroli Magni*, è ſorore Nepotem, extitiſſe, nullibi affirmat; vix etiam ſilentio præteriiſſet tanti nominis Ducem, totam Cæſaris Familiam deſcribens, unquam ſi vixiſſet. Contrà ſentiunt *Rolandi* aſſertores apud *Strauchium*, *Diſſ. Exot. I. t.* 26. pag. 40. *Spangenberg*, *Chron. Saxon.* cap. 74. *Dreſſerus Chron. Saxon.* pag. 405. *Fabricius*, de *Origin. Saxon.* lib. 7, pag. 785. *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. V. §. 93. pag. 135. & ipſe *Schottelius*, cit. Tr. de *Singularibus quibusdam & antiquis Germaniæ Juribus*, Cap. IX. §. 8. pag. 274. *Petrus Bertius*, Comment. *Rer. German.* Part. 3. de *Urbibus Germaniæ*, voc. *Magdeburgum*, p. 185 & 186; *Henricus Vagedes*, Oper. Acad. p. m. 290. Alii.

(d) NON ADHIBUIT &c. Ne quidem Ejus in *Annalibus Francicis*, nec apud *Eginhartum*, mentio occurrit, cum tamen longe minoris nominis Duces, quorum opera adverſus Saxones Cæſar uſus fuerat, ibi reperiantur. Conf. Dn. *Rhetium* l. c. §. 26. & §. 28.

(e) MINISTRO &c. Idem argumentum contra *Rolandum* adhibet Illuſtr. Dn. *Rhetius* l. c. Cap. 2. §. 10. nec non *Goldaſtus* in citata *Deductione von der Stadt Magdeburg Freyheiten*, Cap. IV. ubi: *Was aber von Hertzog Rulanden, Kayſer Carls des Groſen Schweſter Sohn, von den Hiſtorienſchreibern fürgegeben wird, laſſe ich als ein lieblich Gedichte, Fabel, Tand und Mær, in ſeinem Werth beruhen, dann nicht glaublich, noch der Wahrheit ehnlich erſcheinen will, daß die Kayſerl. Majeſt. eines Reichsfürſten, und alſo Unterthanen, Bildniß, in ſeiner Majeſt. und des H. Reichs unmittelbare Stætte und Plætze, ſolle zur Freyheit gegeben haben, und nicht vielmehr, nach der alten Rœmiſchen Kayſer Sitt und Gebrauch Sr. Majeſt. ſelbſt eigen Bildniß &c.*

(f) SECULO X. &c. Ejusdem ſententiæ eſt *Conringius*, Diſſ. de *Urbibus Germaniæ*, t. 72. & Dn. *Vagedes* l. c. Dn. *Rhetius* autem l. c. Cap. 2. §. 1 & 2. docet, aliud eſſe, nomen in Statuis, ante annum milleſimum, non fuiſſe auditum; & aliud, Statuas antea non extitiſſe.

(g) MALLI &c. *Mallum*, (inquit, *Papias*,) *Generale*

nerale Placitum dicebatur, quando totus conveniebat Populus ter in anno &c. Reverendiſſ. Fürſtenbergius, in Monumentis Paderbornenſibus, Saltus Teutoburgenſis memor, p. m 45 ait: Mallus & Mallum, judicium ſeu Placitum, in quo majora negotia à Comite finiebantur, Francis, multisque aliis Gentibus, ſignificavit &c. Nec aliter Du Freſne, Gloſſ. voc. Mallus, p. 368: Mallus, Mallum, publicus Conventus, in quo majores cauſæ diſceptabantur, judiciaque majoris momenti exercebantur à Comitibus, Miſſis Dominicis, aliisque Judicibus &c. & Spelman, Gloſſ. voc. ead. pag. 385: Mallum, ſeu Mallus, Placitum majus, in quo majora Comitatus negotia, quæ in Villis Centuriisve terminari non poterant, a Comite finiebantur &c. Vadianus de Monaſteriis Germaniæ veteribus, Lib. I, Cap. XXI, §. 8, apud Goldaſtum, Tom. 3. Rer. Alamann. p. 16, ſcribit: Mallum vocabant Conventum judiciarium, Landgericht, in quo, præter alia, etiam de libertate, & ſervitute, & aſſertionibus, agebatur &c. Conf. idem, in Addit. ad librum II, ibid. p. 108, verb. Malli, Landgericht &c. Ipſe Goldaſtus l. c. Tom. I, in Ratperti Caſus, Cap. VIII, p. m. 106: Mallus, ſive Mallum, propriè ſignificat Judicium Generale, Landgericht, Cammergericht, cujus Judices Rachenbürger vocabantur &c. &, interjectis paucis: Interdum Mallus ſignificat Conventum Procerum alicujus Regionis certæ, Kreystag, Landtag. Nonnunquam etiam, ſed minus frequenter, Comitia Imperii &c. Dn. Meibomius, de Pagis Saxonicis, Tom. 3. Rer. German. pag. 97: Erat enim tota etiam Saxonia in Comitatus diviſa, quorum Dynaſtæ, vel Regum Francicorum, vel poſt Cæſarum Saxonicorum, aliorumque Ipſis ſuccedentium Auguſtorum, nomine, jus per Pagos dicebant, ipſi in Burgo aliquo, id eſt, Oppido arcem impoſitam habente, reſidentes, in quo Mallus Publicus, id eſt, Auditorium & Tribunal eſſet &c. Dn. Freberus, in Originibus Palatinis Cap. V, pag. m 55, pari utitur ſtylo: Cum Francorum omne Regnum in Comitatus diviſum eſſet, qui Comites, Regio nomine, Jus per Pagos dicebant, ipſi in Burgo aliquo, id eſt, Oppido arcem impoſitam habente, reſidentes, in quo Mallus Publicus, id eſt, Auditorium & Tribunal eſſet &c. &, in Gloſſario, Tom. I. Rerum Germanicarum præfixo, voc. Mallus, ait: Locus Judicii, Tribunal; & in margine, ad Cap. 83 Chronici Fredegarii, Tom. I. Rer. Francic. pag. 148. verb. Anno tertio Regni Chlodovei Regis, Æga (Major domus) in Clippiaco Villa vexatus à febre moritur; ante paucos dies, Ermenfridus, qui filiam Æganis Uxorem acceperat, Ainulfum Comitem, in Albiodero vico, in Mallo interfecit &c. notat: i. e. Foro, Loco judicii; repetens gloſſam hanc, in margine ad lib. IV. Aimoini Cap. 37, Tom. 2. Rer. Francic. p. 377, ad verb: Ermenfredus quidam --- Arnulfum Comitem, apud Albiodurum Vicum, in Mallo interfecit &c. ibi: id eſt, Foro Publico. Sic Paulus Hachenberg, in Germania Media, Diſſert. 3, de Legibus Veterum Germanorum, §. 27, p. m. 96: Indicto Judicii conſeſſu, quem Mallum, ſive Placitum, dixerunt, partes litigantes in jus vocabantur; quod mallare, & mannire appellabant &c. Quid autem opus teſtimoniis? ecce Chartam, Purgolfi Monachi, Ann. 3. Caroli Calvi, apud Goldaſtum Tom. 2. Rer. Alamann. §. 79, p. 51 & 52, Notum ſit --- quod quidam homo, nempe Erphrich, quandam hereditatem in Eiganteswilare --- ad S. Gallum pertinentem, injuſte invaſam, quaſi hereditario jure ſibi vindicavit, donec Advocatus S. Galli, nomine Hildibrant, temporibus Hartmoti Abbatis, in Publico Mallo, easdem res, ab eo, Juſtitia dictante, coacto, recepit & in jus S. Galli redegit &c. aliamque de Sententiis Judicum, 99, ibid. p. 58: Cum reſederet Unfredus, Vir Inluſter, Retiarum Comes, in Curte ad Campos, in Mallo Publico, ad univerſorum cauſas audiendas, & recta judicia terminanda, ibique veniens homo aliquis nomine Hrothelmus, proclamavit, eo quod in contradrutum ſuum manſum ei tollutum fuiſſet, quod ei advenit à parte Uxoris ſuæ --- idcirco ſuum eſſe deberet. Tunc prædictus Comes convocatis illa teſtimonia, qui de ipſo Pago erant, interrogavit eos, per ipſam fidem, & ſacramentum, quam noſtro Domno datam haberent, quicquid exinde ſcirent, veritatem dicerent &c. in fine legitur: Actum Curte ad Campos, Mallo Publico, Anno 7 Imperii Caroli Auguſti, 7 Id. Febr. Viderunt hanc chartam Dn. Tentzel, Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis, Cap. 9, §. 13, pag. 216; & Dn. Okel, de Palatio Regio, t. 75, pag. 70 & 71, integram eam reddens. Nolo adducere Diploma Caroli, Anno 788, Trutmanno Comiti datum, apud Meibomium, In Not. ad Lib. 2 Witichindi Monachi, Tom. I. Rer. German. pag. 689, eandem formulam ſubminiſtrans, cum omnibus genuinum non videatur; plenam contrà fidem meretur Zuentepoldus, Lotharingiæ Rex, in Diplomate Abbatiæ Werthinenſi ad Ruram, An. 898 conceſſo, in cit. Monumentis Paderbornenſibus, pag 45: Præcipimus, ut nullus Judex publicus in eorum hominibus habeat ditionem, ſed Advocatus eorum ſuper eis juſtitias agat, nec ad Publicum Mallum quisquam ſucclamationem faciat, priusquam Advocatum eorum interpellaverit, pro juſtitia facienda &c. In Chronico Lauriſhaumenſi, apud Freberum, T. I. Rer. German. p. 79, occurrunt Tabulæ donationis, quibus Udalricus

Abbas, An. 1071, Cœnobium *Aldenmünſter Minori Sachſenheim* donavit, ubi; ***Mallum***, German. ***Ungeboden Ding***, vocatur, ibi: *Ut familiam ejusdem Curiæ ab omni gravedine & moleſtia immunem redderemus, à tribus **principalibus Mallis**, qui vulgò **Ungeboden Ding** vocantur, quibus ad curtim **Luitereshuſen** annuatim **manniebatur**,* (i. e. in jus vocabatur) *utrorumque conſenſu eam omnimodis abſolvimus, ſoli Præpoſito in Aldenmünſter, ſuisque Fratribus, omni poſſeſſione, omni ſubjectione, omni functione perpetuò ſervituram &c.* Hinc etiam corrigit Dn. *Schilterus*, Diſſ. de *Curiis dominicalibus*, Comment. *Codicis Juris Alamannici Feudalis*, annexa, §. 5, p. 550, *Johannem Ulricum Durrium*, quod in Diſſ. Inaugur. de *Curiis dominicalibus*, ſeu *Dinckhœffen*, An. 1648, Argentorati habita, §. 7, ***Mallum, Ungebetten Ding***, loco ***Ungeboden Ding***, nominet; cum *Mallum* fuerit *Judicium*, ſeu *Placitum Ordinarium*, ſtato tempore ter quotannis celebratum, ad differentiam Judicii, juſſu domini extra ordinem indicti. In Etymologiam ſi eamus, vox *Saxonicæ* quidem originis, ſed fontis dubii eſt, ***Mal*** enim ***congregationem*** pariter ſignificat, (unde *Ehegemahl*, & ***malen*** conjungere, ***vermahlen***, matrimonio jungi;) & ***Convivium***, unde *Mittagsmahl, Abendmahl, Mahlzeit &c.* (vid. *Spelman* l. c. p. 385. *Gryphiander* de *Weichbildis*, c. 65, §. 9, p. m. 163; *Winckelman, Notit. Weſtphal.* lib. 4, Cap. 5, §. 9, & 10, p. 554, ex *Pontano*, lib. 6. *Orig. Franc.* cap. 11, p. 485, *Schilterus* l. c. §. 20, p. 564,) & ***Vicem***, unde *zweymahl, zehenmahl* &c. vid. *Gryphiander* l. c. & ***ſignum***, unde *das Mahl geben*; & compoſita: *Mahlzeichen, Mahlſchatz*, ſeu arrha; *Mahlbaum* ſeu limes. Vid. idem l. c. & ***cenſum***, teſte Diplomate *Ottonis I.* an. 959, Eccleſiæ Magdeburgenſi dato, apud *Sagittarium, Antiquit. Magdeburg.* §. LXIX, p. 36, ibi: *In Comitatu & Legatione **Henrici** Comitis, omnem Juſtitiam, & **cenſum**, qui Saxonicè **Mal** vocatur --- in proprium damus &c.* Hoc ſenſu vox ***Malman***, qua alias Hominem alterius juriſdictioni ſubjectum, *einen Dingpflichtigen Mann*, intelligimus, ſumi quoque poteſt pro ***Homine Cenſuali***, vid. *Meibomius*, Tom. I. *Rer. German.* ad Diploma *Ottonis*, An. 937. p. 742; (quamvis Dn. *Caſpar Calvœr*, Part. 2. *Antiquæ Saxoniæ Inferioris*, lib. 2, Cap. 7, Sect. 8, §. 67, p. 211, in genere ***Servum***, hoc titulo ſub intelligendum tradat, oppoſitum ſcilicet ***Mundmannis***, ſeu uſ vocem hanc interpretatur, *Hominibus Liberis*, de quibus plura ſeq. Tit. 22, §. 7. lit. b, voc. *Mundmanni*;) Frequens alias hujus vocabuli in Diplomatibus mentio, v. g. *Caroli Magni*, Anno Imperii Ejus tertio, ſcripto, apud *Mabillon*, *de Re Diplomatica*, lib. V, Tab. XXV, pag. 390, ibi: *Omne Regale vel ſeculare judicium, ſuper ſuos ſervos, & liddònes, & liberos, **Malman** & **Mundman** &c.* & *Caroli Craſſi*, de An. 887, apud *Schatenum*, lib. 3, *Annal. Paderbornenſium*, p. 199: *Hominibus quoque famulatum ejusdem Monaſterii facientibus, in burſtemorarca, qui Saxonicè **Malman** dicuntur, prædicatum mundeburdum & tuitionem noſtram conſtituimus &c.* & *Ottonis I*, an. 961, Eccleſiæ *Mindenſi* conceſſo, apud *Piſtorium*, in *Chronico Epiſcoporum Mindenſium*, pag. 734, & *Schatenum*, l. c. lib. IV. ad Ann. 961, p. 307, verb: *Hominibus quoque, famulatum ejusdem Monaſterii facientibus, qui Saxonicè **Malman** dicuntur, prædictum Mundeburdum & tuitionem Noſtram, conſtituimus &c.* & *Conradi Salici*, An. 1032, quo fundatio *Abdinckhoviana* confirmatur, apud *Schatenum*, l. c. lib. V, an. 1032, pag. 486: *Hominibus quoque eidem Eccleſiæ collatis, qui vulgò **Malman** dicuntur, prædictæ Regiæ auctoritatis tuitionem Noſtram conſtituimus &c.* Conf. Diploma *Henrici III*, An. 1039, apud *Schatenum* l. c. lib. VI, pag. 515, ibi: *Homines ipſius Eccleſiæ, francos, liberos, & Eccleſiaſticos, litones, **Maalman**, vel ſervos cujuslibet conditionis, ſeu colonos &c.* Quæ repetit in alio diplomate an. 1049, l. c. pag. 532; Add. *Gryphiander* l. c. §. 10, p. 163. Id certum eſt, ***Mallare*** idem quondam fuiſſe, ac in *Judicium vocare*; quo facit *Lex Salica*, Tit. 52, §. 2; *Rogo te Judex, ut hominem illum denominatum, Gaſachionem* (i. e. Adverſarium, vid. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Gaſachio*, pag 595, & *Spelman*, voc. ead. pag. 258) *meum, qui mihi fidem fecit, de debito tali denominato, ſecundum Legem Salicam, mihi inde eum adſtringas. Tunc Judex dicere debet: Ego Gaſachium tuum in hoc **mallo** &c.* & *Lex Alamannorum* Tit. 35, §. 3: *Si quis alium **mallare** vult, de qualicunque cauſa, in ipſo **mallo publico** debet **mallare** ante judicem ſuum, ut ille Judex eum deſtringat ſecundum Legem &c.* vid. *Goldaſtus*, Tom. 2 *Rer. Alamann.* Cap. 35, p. 15; & *Lex Bojorum*, Tit. I, Cap. 11, §. 2. *Si Epiſcopus contra aliquem culpabilis adparet, non præſumat eum occidere, quia Summus Pontifex eſt; ſed **mallet** eum ante Regem, vel Ducem, aut ante Plebem ſuam &c.* Conf. *Monumenta Paderbornenſia* l. c. pag. 45 & 46, *Spelman* l. c. voc. *Mallare &c.* *Du Freſne*, Gloſſ. voc. ead. p. 369. Num ***Mallum & Placitum*** ſynonyma ſint? diſſentiunt à ſe invicem Doctores; affirmativam tenent *Gryphiander* l. c. §. 8, pag. 163; *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Mahl, Mahlman*, pag. m. 613; *Hachenberg* l. c. alii; negativam propugnat *Goldaſtus*, in Not. ad *Ratperti caſus*, Cap. 8, Tom. I. *Rer. Alaman.* p. 106: ***Placitum**, Comitia, Conventus Procerum Publicus, Reichstag, de quo multi multa dixere. Ab eo differt **Mallus**, ſive **Mallum**, quod propriè ſignificat Judicium Generale, Landgericht, Cam-*

mer-

Digitized by Google

mergericht &c. Du *Freſne*, voc. *Placitum*, p. 291, ait: *Placita vocabant Conventus Publicos totius Regni Ordinum, quibus Reges ipſi praerant, & in quibus de arduis Regni negotiis, & imminentibus bellis tractabatur &c.* Pertinent huc verba *Hincmari*, præced. Tit. 2. §. 10, lit. d, pag. 79, adducta. Interpretatio autem hæc de *Generalibus Placitis*, duntaxat accipienda videtur, quale *Dagobertum*, Francorum Regem, celebraſſe *Aimoinus* lib. 4, Cap. 30, pag. m. 372, teſtatur: *Convocatisque Filiis, ac turba amicorum, Generale indixit Placitum, in loco nuncupato Bigargio, ad quod properè convenientibus cunctis Franciæ Primoribus, 10. Kal. Majas, Rex, ſolio reſidens aureo, hoc apud eos diſſeruit modo &c.* Nec non *Carolus Magnus*, An. 811, ceu ex *Annalibus Francorum Reuberianis* h. a. pag. 39, diſcimus, verb: *Imperator verò cum Hemmingo*, (Danorum Rege) *pace firmata, & Placito Generali, ſecundum conſuetudinem, Aquisgrani habito, in tres partes Regni totidem Exercitus miſit &c.* ita quoque *Adelmus*, aliique, quorum præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 811, p. 78, nomina conſignavi. De laudato Cæſare, canit *Poëta Saxo*, ad Ann. 777, apud Dn. de *Leibnitz*, T. I. *Rer. Brunſuicenſ.* p. 127:

--- Conventum Placiti Generalis habere
Cum Ducibus ſe velle ſuis denunciat illic.
Tanto Concilio locus eſt electus agendo,
Quem Pathalbrunnon vocitant &c.

Conf. præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 777, pag. 77. Exempla alia profert *Du Freſne* l. c. At, non omnia *Placita* erant *Generalia*, quod *Du Freſne* l. c. teſtimoniis illuſtrat. Hinc nec indiſtinctè ferendum de paritate *Malli & Placiti* judicium, cum vox *Placitum* variè accipiatur, æquè ac *Mallum*. Add. quæ præced. Tit. XVII, §. 8, lit. e. p. 600. de *Placito* dicta.

(h) RUHEN &c. Ita Dn. *Eggelingus*, Diſſert. *Miſcellan. Antiquitatum German.* ordine *Quinta*, de *Statuis Rublandicis*, p. 10 & 11.

(i) SUBJACERE &c. Ill. Dn. *Rhetius*, de *Statuis Rolandinis* Cap. 2, §. 34, ait: *Probabilius puto, cum Carolus M. Saxones penè deviciſſet, & Venedos cis Havelam, Brandenburgum verſus habitantes, ejeciſſet, ipſisque Harlungos ſubſtituiſſet, (de quo apud Andream Angelum, in Annalibus Marchiæ Brandenb. p. 25, ubi, ex aliis majori fide dignis, eadem deſumſit,) in celebratis Vicis, vel Burgis, à novis iſtis colonis, uti Brandenburgi, Carolo Magno Statuam eſſe poſitam, tam in immortalis partæ gloriæ ſignum, quo Magni nomine ornabatur, quam quod hæc ipſa loca Caroli imperio jam ſubjacerent. Horum exemplo deinde vicinos Saxones motos, eidem Carolo, vel alii Imperatori Francico, Coloſſum collocaſſe, non tam forte in Gloriæ, quam ab omnibus deprædicatæ Clementiæ memoriam, qua durioribus tributis, ceu jam victos, liberavit &c.*

(k) Coronidis loco quæritur: *Quo tempore Civitates Imperii ad Comitia vocari cœperint?*

Tangit quæſtionem hanc *Limnæus*, lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 48, p. 29 & 30, ex *Hieronymi Canini*, Diſcurſu ad *Auream Bullam*, part. 2, p. 90, ubi: *Quant aux Villes Libres, il ne ſemble pas, qu' elles fuſſent reçües aux Diétes, beaucoup, devant l' Empereur Charles IV. Cela ſe void aſſez clairement aux prémiers Siécles d' apres Charlemagne, car étant ſujettes abſolument à l' Empereur, toute l' authorité, & la dignité de conſulter étoit poſſedée par les Princes, & Seigneurs de l' Empire &c.* In Additionibus verò Tom. IV, ad Lib. VII, Cap. I, §. 48, pag. 117 & 118, inquit *Limnæus*: *Comitiis Imperii, quando de eligendo Imperatore, vel aliis negotiis actum, Civitates Imperii, etiam longe ante Caroli IV tempora, interfuiſſe, hiſtorici nos docent.* Quam ſententiam *Lehmannus*, lib. 2, *Chron. Spirenſ.* Cap. 37, pag. 143, & ſeqq. teſtimoniis fide dignis confirmat. Minimum, ſi, per *Populum*, Civitates intelligamus, palam eſt, dudum ante *Caroli IV* ætatem, Civitates Comitia frequentaſſe; *Henricus Auceps* unanimi *Senatus, Procerum, Populi, & Plebis* conſenſu, declaratum ſe Regem eſſe, vel ipſe fatetur; præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 919, pag. 90. Add. ibidem, ad An. 936, p. 90 & 91, electionem *Ottonis Magni*. An. 961, in Comitiis VVormatienſibus, *conſenſu & unanimitate Regni Procerum, totiusque Populi, Otto II. Rex eligitur*; vid. ib. ad an. 961, p. 92. An. 980, laudatus Imp. *Otto II, ſolemnem apud Roncalias, Procerum ac Civitatum Italicarum, Conventum habuit*; ib. h. a. p. 94. An. 1013, Comitiis, quæ *Henricus II.* in Roncaliis celebravit, interfuiſſe rurſus *Civitates*, ex ibidem dictis ad an. 1013; p. 99, patet. *Unanimi Procerum & Populi clamore, Conrado Salico* impoſitum diadema; vid. l. c. ad Ann. 1024, pag. 100 & 101. Idem Princeps; An. 1026. in *Roncalias* profectus, *Conventum omnium Principum ac Populorum frequentiſſimum habuit*; vid. l. c. ad h. a. p. 102. Biennio poſt, *Principibus Regni, cum tota multitudine Populi, id probantibus*, Idem Cæſar filium ſuum, *Henricum, apud Aquisgrani Palatium, in Regem ſublimari fecit &c.* vid. ibid. ad An. 1028, p. 102. Idem, *à Majoribus & Minoribus Regni, ad regendam Burgundiam, electus eſt*, An. 1033, vid. ibid. ad h. a. p. 103. *Fridericus I.* Imp. *maximo Colloquio Roncalienſi intereſſe quoque Civitatum Conſules* præcepit Ann. 1158, vid. ibid. ad h. a. p. 132. Receſſum *Herbipolenſem* An. 1287, Imperante *Rudolpho* Habſpurgico, conſentientibus quoque *Civitatibus*, fuiſſe conditum, dictum ibid. ad h. a. p. 163 &c. *Albertus Argentinenſis*,

in Chronico, apud *Urſtiſium* T. 2. *Rer. German.* p. 116, memor Imperialis Conventus, ab *Henrico VII.* Imp. An. 1309, *Spiræ* celebrati, ait: *Manſit verò ibi Rex ſex hebdomadibus, cum Principibus Electoribus, & aliis Principibus, & Civitatum Nunciis, de ſuo tranſitu, & de præſtandis ſervitiis in Italiam, diſponendo &c.* Conf. præced. Tit. V, Vita *Henrici VII*, v. 4, ad An. 1309, pag. 646. *Acta Comitiorum Francofurtenſium,* ſub *Ludovico* Bavaro Imp. Ann. 1344, hoc modo inchoantur, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Conſtit. Imper.* p. 90: *Anno Domini 1343, (1344) de menſe Decembri, indixit Imperator* **Ludovicus** *conventum, omnes Principes, & Civitates, & Oppida totius Alamanniæ, ad Parlamentum Publicum, ſuper Articulis Papæ, in Franckfort convocando &c.* & mox: *Convenientibus ergò in Franckfurt Principibus, Magnatibus, Baronibus, & Civitatum & Oppidorum Imperialium Nunciis, in hanc ſententiam eos allocutus eſt Imperator &c.* Comprobat hæc *Albertus Argentinenſis*, ad An. 1344, l. c. pag. 133 & 144: *Quibus articulis* (Clementis VI. P. R. qui *Ludovico* Imp. Imperium auferri voluit) *Principi præſentatis, ipſe eorum copiam univerſis Principibus, præſertim Electoribus, & Magnis Civitatibus, deſtinavit, omnes Principes, & Civitates, & Oppida totius Alemanniæ, ad Parlamentum Publicum, ſuper ejusmodi facto, in Franckfort convocando --- Convenientibus autem in Franckfurt Principum & Magnatum, & Civitatum, & Oppidorum Imperialium Nunciis, ſcilicet ſub Anno Domini 1344, de menſe Septembri, &, quærente Principe de Civitatibus Aquenſi, Auguſtenſi, & Uberlingenſi, & aliis, ſi adeſſent; & dicto quod ſic, & auſcultantibus omnibus, Magiſter* **Wigkerus**, *Protonotarius Archi-Epiſcopi Treverenſis, juſſus per Principem, ſic incepit: Gratioſe Domine, Domini Noſtri Principes Electores, & alii Imperii Fideles, pridem Coloniæ congregati, recenſentes, Articulos Reformationis veſtræ, quos Papa requirit --- in perniciem & deſtructionem Imperii, eſſe conceptos, & quod nec Vos, nec ipſi, virtute juramenti Imperio præſtiti, annuere valeatis. --- Quo dicto per illum finito, quæſivit ipſe Protonotarius à Moguntino præſente, & à Legatis aliorum Principum: Si ita eſſet in facto? illisque reſpondentibus: ita eſſe; dixit Princeps Nunciis Civitatum: Vos audiſtis Decretum & Conſilium Principum; Vos igitur Nuncii exite, nobisque Veſtram deliberationem referte. Illique exeuntes, diuque deliberantes, ad Principes rediere, & per Civem Moguntinum, de mandato omnium, taliter reſponderunt: Domine! (notando Principem) Civitates adverterunt, qualiter Papa cum articulis ad læſionem Imperii nititur; & cum Civitates non poſſint ſtare niſi cum Imperio, & Imperii læſio earum ſit deſtructio, ſi Dominus Papa in talibus perſiſtere vellet, nos inopes omnibus viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii, ad manutenendum Jura, honorem & integritatem Imperii, erimus obedire, & manutenere, parati. Et, quærente illo Cive à Nunciis: Si ita eſſet? omnibusque Nunciis dicentibus: quod ſic; Princeps, grates multiplices referens, ait illis: Poſt octo dies, ego & Principes conveniemus in Rens, ſuper Rhenum, & avunculus noſter, Carolus, Marchio Moravia, & deliberationem Noſtram, cum Vobis, ſcripſerimus; circa honorem Noſtrum & Imperii, ut confidimus, faciatis; Qui hoc facere concorditer promiſerunt &c.* Num vero ad omnia Comitia vocatæ ſint Civitates? alia quæſtio eſt, quam fruſtra affirmaveris, permultis exemplis in contrarium extantibus, de quibus præced. Tit. 2, §. 10, lit. d, paſſim. Conf. *Lehmannus* l. c. lib. 4, C. 3, p. 281; & lib. 5, Cap. 17, p. 412 & 413, & Cap. 58, pag. 509; & Cap. 108, pag. 627, 628, & 631; & lib. VII, Cap. 11, p. 732 & 733; & 735; & cap. 18, p. 755 &c. & cap. 32, p. 774 & 775 &c. *Limnæus* l. c. Addit. ad lib. 7, Cap. 1, §. 48. pag. 118; Dn. *Schilter*, *Inſtit. Jur. Publ.* Part. I, lib. 1. Tit. 23, §. 3, pag. 234 & 235; Dn. *Rhetius*, Diſſ. de *Statu Subditorum Imperii* c. 2, §. 67.

(l) Quid de Civitatibus Hanſeaticis notandum?

(1) Hiſtoriæ cognitioni harum Civitatum inſerviunt: *Johannes Angelus à Werdenhagen*, qui, ex inſtituto, grande Volumen de *Rebuspublicis Hanſeaticis* ſcripſit; *Joachimus Hagemeier*, Tract. de *Fœdere Civitatum Hanſeaticarum*, Ann. 1662, Francofurti edito; *Chytræus*, lib. 23. *Orig. Saxon.* ad An. 1572, p. m. 608 &c. *Thuanus*, Tom. 3, lib. 49, ann. eod. pag. m. 651 & 652, verba *Chytræi* repetens; *Caſparus Danckwerth*, Part. 3, *der Landesbeſchreibung der Hertzogthümmer Schleßwich und Holſtein*, Cap. 7, p. 217 &c. *Arumæus* de *Comitiis*, Cap. 4, §. 130; *Pontanus*, *Origin. Francic.* lib. 2, c. 8; *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Hanſee-Stædt*, pag. m. 355 &c. *Speidelius*, in Speculo, voc. ead. pag. 47 &c. *Wehner*, Obſervat. Pract. voc. ead. p. m. 208 &c. *Caſpar Lerch*, in Diſcurſu de *Ordine Equeſtri Germ.* 2. Fund. fol. 238 &c. *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XIV, Sect. 3, pag. 299 &c. *Knipſchildius*, *de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. I, cap. 4, pag. 41 & ſeqq *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico* lib. I, Claſſ. IV, Cap. XX, §. 50 &c. pag. m. 497 & ſeqq. *Petrus Bertius*, *Comment. Rer. German.* Part. 3; de *Urbibus German.* cap. 4. pag. 24 &c. *Gaſtelius*, *de Statu Publ. Europæ* cap. 32, tot: præſertim §. 130 &c. pag. 1243 & ſeqq. *Friſchius* Com-

men

Digitized by Google

ment. Synoptica ad L. un. C. de Monopoliis, Cap. XIV. quo Quæſtionem ventilat: An Societas Anſeatica ſit monopolica? pag. 94 &c. Conringius de Republica, Exercit. 3. de Urbibus Germanicis, §. 95 &c. pag. 124 & ſeqq. Limnæus Tom. 3. Jur. Publ. lib. 7. Cap. I. §. 59. & ſeqq. pag. 41. &c. Europæiſcher Heroldt Tom. I. pag. 966 &c. Dn. Schwederus, Introduct. in Jus Publicum, Part. Special. Sect. 2. Cap. 9. §. 7. p. m. 856; Dn. Struvius, Syntagm. Juris Publici, Diſſ. XXI. §. 9. p. 441. & 442; Dn. Brunnemannus, Diſſ. de Incrementis Urbium Germanicarum, Halæ an. 1703. defenſa, Cap. I. §. 13. pag. 15 &c. Dn. Joh. Franciſcus Berndes, Diſſ. Inaugur. de Negotiis, Capitulatione Cæſarea annullatis, Præſide Illuſtri Stryckio, ibid. an. 1703. habita, Cap. I. §. 13. pag. 57 &c. Dn. Georgius Guilielmus Kühlewein, Diſſ. Inaug. de Jure Stapulæ, habita Lipſiæ 1662. & an. 1702 recuſa, §. XV. p. m. 17 &c.

(2) Unde natum ipſis nomen ſit? tot ferè ſententias deprehendo, quot Auctores, qui de iis ſcripſerunt. Bertius l. c. pag. 25. ait: Conſpirarunt autem in eam Societatem inde à Finnico ſinu, quod eſt in ultimo receſſu Maris Balthici, usque ad Rheni oſtia, Urbes præcipuæ; nomenque ſibi indiderunt Anzeaticarum, vel à mari Teutonico, quod ad illud ſitæ eſſent, hoc enim eſt An Zee; vel à Fide, quam dextrà pangere receptus Gentibus mos eſt; manum enim Germani Handt vocant, vel, ut aliis placet, à Fœdere & Concilio, quod, priſca Germanorum voce, Hanſam dici ajunt; prolato etiam, ex Veteri Codice Novi Teſtamenti loco inſigni, ubi, pro eo, quod Latine dicitur: Concilium fecerunt in Eum; Germanicè legitur: Fecerunt Hanzam. Iidem, ab immunitatibus, quoque dicti ſunt Frye Hanſſen. Qui autem Francos, ex eo nomine contracto, derivant, quaſi Franſſen, manifeſtè errant; neque enim Franſos appellamus, ſed Francos; quæ vox, non ab Hanſis, vel Anſis, ſed à Franck, quod liberum ſonat, originem trahit &c. Jornandos, ſeu Jordanus, Ravennatenſium Epiſcopus, in Chronico de Rebus Geticis, Cap. 38. (non 13.) pag. m. 717, Gothorum, Romanis debellatis, memor, inquit: Jam Proceres ſuos, quaſi qui fortuna vincebant, non puros homines, ſed Semideos, id eſt, Anſes, vocavere &c. Qua ſignificatione moti, numero haud pauci, exiſtimarunt, Anſe-Statte, (ſeu Euphoniæ gratiâ, litera H. adjectâ, Hanſe-Statte) nihil aliud denotare, quam Civitates magnas; Anſehnliche Stætte; & licet Rutgerus Rulandus, lib. 5. de Commiſſar. Part. 2. c. 4. §. 56. etymologiam hanc rideat, tamen Reinkingio l. c. §. 55. pag. 497. vel propterea non adeo remota à vero videtur, quod adhuc hodiè, populari uſu loquendi, Weſtphalis ſupra ſortem plebis aſcendentes, Hanſe audiant, pariter ac Helvetis, Rhætisque, Nobiles & Optimates; hinc vulgare illud: Groſer Hanß; Gewaltiger Hanß &c. de quo, ex Reineccio, Hermannus Hamelman, in Chron. Oldenburg. f. 423. Daß die Hanſe Stadte von dem Gothiſchen Wort, Anſes, damit die Gothen ihre vornehmſte, Anſehnlichſte Herren, genennet, ihren Nahmen haben ſollen, als die, von wegen ihres Kauffhandels, Reichthumbs, und der Verbündniß, den andern vorzuziehen; Von welchem Wort: Anſes, ſollen auch die Teuſchen noch heutiges Tages, die Reichen und Gewaltigen, die Groſſen Hanſſen, nennen &c. Conf. Lindemannus, Orig. Jur. Civil. c. 31. Hadrianus Junius, Hiſtor. Batav. c. 9. pag. 73 & 99; Beſoldus, Theſaur. Pract. voc. Hanſeſtætt, pag. 355. & Diſcurſ. de Jure & imperio Civitatum Imperialium, §. ult. & c. Politic. claſſ. 2, c. 11; Limnæus lib. VII. Cap. I. §. 63. pag. 42. Münchmayr Jur. Publ. Cap. XVI. pag. 431. &c. Aliis dictæ videntur, quaſi Civitates plerumque Mari adjacentes, Stætte an der See. ita Lindeman l. c. Wehner, Obſervat. Pract. voc. Hanſee-Stædt, p. 208; Arumæus ad A. B. Diſcurſ. 6. c. 10; Stephani, de Juriſdictione, lib. 2. Part. 2. c. 3. §. 4; quibus tamen Limnæus l. c. §. 67. p. 43. ſatis reſpondet; cum frequens conjunctio See- und Anſee-Statt, hinc inde in Imperii Receſſibus occurrens, derivationi huic planè ſit contraria, v. g. R. J. Norimberg. 1543. §. 23. die Römiſche Kayſerl. Majeſt. verb: Daß die See- und Handel-Stadte &c. R. I. Auguſt. 1548. §. 47. Und das erſtlich &c. ibi: daß mit den See- und Anſee-Stadten gehandelt werden ſolte, die Hülff des gemeinen Pfennings, wider die Türcken, zu bewilligen --- wiewohl nun ſocher Articul allein auf die See- und Anſee-Stadt, die ſolcher Hülff halben, weder dem Reich, noch andern Churfürſten, Fürſten oder Herren unterworffen ſeyn wollen, geſtellt und verſtanden werden ſolt, ſo were doch derwegen eine Commiſſion, ohne Unterſcheid, von allen See- und Anſee-Stætten meldend, ausgangen &c. & §. 48. Solchem zu begegnen &c. dem Ertz-Biſchoffen zu Maintz beſtændigen Bericht in Schrifften zu thun; wie es umb die vielgemelte See- und Anſee-Stadt, (beſchaffen) gelegen? wer dieſelben ſind? wie Sie genannt? wo Sie gelegen? ob und wie Sie dem Reich, oder andern Stænden, unterworffen? &c. R. I. Ratisbon. 1557, §. 53. Wir wollen auch &c. auch den Hayn- und See-Stadten &c. R. I. Auguſt. 1566, §. 50: Die Hayn und See-Stadt belangend &c. Alia loca ſilentio ut prætercam. Henrici Sudermanni, per 40. Annos Hanſeatici Fœderis, Conſiliarii, & JCti Colonienſis, opinionem, qua vocabulum Hanſa, ſignificatu Wendico, congregationem involvere docet, præ reliquis amplectendam eſſe, tradit Limnæus l. c. §. 68. p. 43 &

Digitized by Google

43 & 44. addens, procul dubio, Gallis hinc: *Hanſer un Homme*, eſſe idem, ac *cooptare quendam in numerum Civium*, ſeu, ut *Nicodi* verbis utar, au *Grand Dictionaire François*, voc. *Hanſe: le recevoir en la compagnie des Bourgeois d'une Ville, pour joüir des Franchiſes & privileges des Bourgeois de la dite Ville &c.* Minimum, *Hanſari & in ſocietatem admitti*, ſynonyma eſſe, ex Veteri Arreſto apud *Molineum*, ubi: *Præceptum fuit Præpoſito Mercatorum Pariſienſium, ut reſtitueret cuidam Mercatori de Vaſconia, qui Pariſius adduxerat quandam navem vinis oneratam, quæ creverant in vineis ſuis, 60 ſolidos & 54 denarios Pariſienſes, quos ab ipſo levaverat, pro eo, quod non erat hanſatus Pariſiis, i. e. de Communia Pariſienſi &c.* probat Du. *Freſne*, Gloſſ. voc. *Hanſatus*, pag. m. 699. ſubjiciens, *Brodeum*, in *Conſuetud. Pariſienſ.* art. 173. verba: *Marchand hanſé, vel anſé*, in Veteribus Pariſienſium Statutis, veluti, c. 1. art. 3. c. 3; art. 4. 19. 20; c. 12. art. 4; c. 17. art. 2; c. 22. art. 3 &c. Crebrò reperiri. Eadem derivatio arridet *Lambecio* lib. 2. *Rerum Hamburgenſium*, ad Ann. 1241. §. 85. pag. m. 27. (Edit. Prior. pag. 83.) ſcribenti: *Civitates illæ confœderatæ, Societatem ſuam appellant: Hanſam Teutonicam; itidemque, à Regibus & Principibus illorum temporum, Civitates Hanſæ Teutonicæ nuncupantur. Jam vero quod Hanſa, Societatem, fœdus & Collegium ſignificat, clariſſimè apparet ex Privilegio, ab Angliæ Rege, Henrico III, Hamburgenſibus An. 1266. conceſſo, ubi primam vocabuli Hanſa mentionem reperi, his verbis: Concedimus Mercatoribus de Hamborch, pro Nobis, & heredibus noſtris, quod ipſi habeant HANSAM ſuam* (hoc eſt, ut ego interpretor, *Societatem & Collegium*) *per ſe ipſos, per totum Regnum in perpetuum.* Simili ſenſu paſſim in antiquis monumentis occurrunt hæ formulæ: *Hanſa ejicere; pro Societatis jure ſeu communione fœderis, aut collegii, privare; &, in Hanſam recipere; pro communionem fœderis vel ſocietatis impertiri.* Eademque ſignificatione etiamnum in uſu eſt Germanicum Verbum: *Hanſen, pro ſocietati alicui, ſolemnibusque cerimoniis, ac conceptis verbis, ſe addicere.* Itaque *Hanſa Teutonica* rectè vertitur: *Die Teutſche Hanſe, hoc eſt, Fœdus, vel Societas, Germanicarum Urbium &c.* Facit hanc in rem, principium Receſſus Trajectenſis An. 1474. inter *Eduardum* Angliæ Regem, Civitatesque Hanſeaticas: *Nos, ProConſules & Conſules totius Conſulatus & Communitatis Imperialis Civitatis Lubecenſis, cæterarumque Civitatum, Burgorum, Communium, Oppidorum, Villarum, & Locorum totius Hanſæ Teutonicæ Oratores & Nuncii &c.* (vid. *Lambecius* l. c. in Notis, §. 5.) magis adhuc Privilegium *Ludovici XI.* Regis Galliarum, An. 1483. laudatis Civitatibus conceſſum, apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Part. 2. *Mantiſſæ Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. XXXVI. pag. 172: *Notum igitur facimus univerſis, præſentibus & futuris, quod, cum ſuperioribus annis nonnullæ inter Nos, Regnumque, dominia, & ſubditos noſtros ex una, & Magnificos Viros, Amicosque Noſtros præchariſſimos, Proconſules, Conſules, Mercatores & Incolas Civitatum de Hanſa Teutonica, partibus ex altera, bellorum induciæ, ſeu treugæ, pactæ & initæ fuerint &c.* & pag. 173: *Ulterius, quod dicti Proconſules, Conſules, Aldremandi, Mercatores & Incolæ, eorumque Naucleri, qui, ut dictum eſt, in Regno & dominiis Noſtris prædictis moram trahent, de ſuis bonis, mobilibus & immobilibus, ibidem acquiſitis & acquirendis, ac donatione inter vivos, teſtamentariave, aut alias quomodocunque, eisdem libuerit, diſponere poſſint, eorumque heredes prædicta bona apprehendere, eisdemque uti, gaudere atque potiri, perinde atque ſi naturales ſubditi, ac ex Noſtro Regno oriundi eſſent &c.* & pag. 174: *Inſuper dilectos & Fideles Noſtros Archi-Epiſcopos & Epiſcopos Regni Noſtri, Curatos & alios Viros Eccleſiaſticos, curam & Regimen animarum habentes, ut, dum aliquem dictæ Hanſæ, in Regno & Dominiis Noſtris, mortem obire contigerit, talium morientium Cadavera in Terra benedicta, ut Noſtri ſubditi, veri & indubitati Catholici decedentes, ſepeliri ſolent, ſepeliantur, exhortari curabimus .... Præterea, ſi caſus contingeret, aliquam, ſeu aliquas, ex principalioribus, vel aliis, prædictæ Hanſæ Civitatibus & Oppidis, à corpore, communitate, & Liga ejusdem Hanſæ deficere, ſeu Aldermandis prædictis rebelles eſſe, poſteaquam ea de re, à Proconſulibus & Mercatoribus Civitatis Lubecenſis, quæ ipſius Ligæ obtinet Principatum, nec non ab Aldermannis prædictis, informati fuerimus, Mercatores, naucleros, aliosque earundem Civitatum & Oppidorum ſic deficientium, hac præſenti pace & concordia, aliisque Privilegiis & libertatibus, per Nos, & Prædeceſſores Noſtros, Francorum Reges Chriſtianiſſimos, eidem Ligæ & Communitati conceſſis, nullatenus gaudere permittemus, quousque tamen ab eadem Civitate Lubecenſi certioris effecti fuerimus, eosdem ſic deficientes eidem Ligæ & Communitati reconciliatos fuiſſe.* Et paucis interjectis: *Et ſi aliqua obſcuritas, aut ambiguitas, ſuper articulis prædictis, aliisque ſuperius contentis, in futurum oriretur, ipſas, clarioribus & luculentioribus verbis & ſententiis, in favorem & utilitatem prædictæ Communitatis & Hanſæ Teutonicæ, ſuorumque Mercatorum & incolarum, Nos interpretaturos & declaraturos ſemper pollicemur: Et demum, ut hujusmodi perpetua pax, concordia, amicitia & benevolentia, facilius & felicius obſervetur,*

Digitized by Google

vetur, ejusdem conſervatores perpetuos decernimus, facimus, conſtituimus & ordinamus, videlicet Admiraldum Franciæ, Vice-Admiraldum, Baillium Rothomagenſem, Seneſchallos Aquitaniæ, Lugdunenſis, & de Pontieu, Gubernatores Rupellæ, Arteſii & Bononiæ, pro tempore exiſtentes, vel eorum loca tenentes; quibus, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, plenariam & omnimodam poteſtatem, ac ſpeciale & generale mandatum damus & concedimus, de omnibus & ſingulis litibus & controverſiis, inter ſubditos noſtros, prædictosque Pro-Conſules, Mercatores & Incolas prætactæ Hanſæ Teutonicæ in futurum movendis & oriendis, cognoſcendi, decernendi, judicandi & terminandi, absque eo quod ipſi, nec eorum aliquis, coram aliis Judicibus, aut Officiariis Noſtris, conveniri, nec in cauſam trahi, in prima inſtantia quovis modo poſſint, ſive debeant &c. Datum in Montiliis prope Turones, in Menſe Auguſti, Anno Domini 1483 &c. Quod *Carolus VIII*, ſub dato *Amboiſe, le dixiéme d' Aouſt, l' an de grace 1489.* confirmavit, formulam exhibente Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 176 &c. ibi: *Nos tres-chers & grands Amis & confederez, les Proconſuls, Conſuls, Marchands, Anciens, Aldermans, Manans & Habitans des Villes & Citez de la Hanſe Teutonique --- nul de Nos Sujets fuſſent ſi oſez, ny ſi hardis, enfraindre la dite paix & amitié, ny aux dits de la Hanſe me faire, ny leur donner deſtourbier par Mer, ou par Terres*, verbi: *de la Hanſe*, toties repetitis; pariter ac *Franciſcus I.* ſub dato *Paris* 10. Janv. 1536. ibid. pag. 179 &c. ubi: *Nos tres-chers, grands amis & confederez, les Proconſuls, Senateurs, Marchands, Anciens, Aldermans, Manans & Habitans des Villes & Citez de la Hanſe Teutonique, dits Oſterlins &c.* & *Henricus II.* ſub dato *Paris*, 10, Janv. 1551. ibid. pag. 180 &c. *Nos tres-chers, grands amis & confederez, les Proconſuls, & Senateurs, Marchands, Anciens, Aldermans, Manans & Habitans des Villes & Citez de la Nation de la Hanſe Teutonique, dits Oſterlins &c.* paulo poſt: *d'autant que nous avons été advertis par aucuns des Sieurs & Republique de la dite Ligue ---- confirmons & ratifions, par ces preſentes, la dite amitié & confederation, à tous les privileges, par Nos Prédéceſſeurs donnez & octroyez à ceux de la dite Hanſe &c.* Add. Privilegium *Henrici IV.* ſub dato: *Fontainebleau, au mois de Novembre 1604.* l. c. pag. 181; & *Ludovici XIV.* ſub dato: *Paris, au mois de May, 1655.* ibid. pag. 183. &c. Quibus documentis luculenter conſtat, *Hanſam & Ligam*, ſeu *fœdus*, eſſe unum idemque. Hacque ratione patet ſimul, cur *Ratisbonenſes* Iudicem, qui de litibus, mercaturam & negotia nundinarum concernentibus, cognoſcit, *Hansgravium* appellent, de quo præced. §. 9. lit. b, voc. *Handsgravii &c.* quodque penſitatio, pro mercibus ſolvenda, *Hanſæ* nomine quondam venerit, teſte Charta Confirmationis conſuetudinum municipalium *S. Audomari*, in Morinis, à *Wilhelmo*, C. Flandriæ, An. 1127. ſcripta, notante *Du Freſnio*, voc. *Hanſa*, pag. 699: *Quisquis eorum ad Terram Imperatoris, pro negotiatione ſua perrexerint, a nemine eorum Hanſam perſolvere coguntur &c.* & alia *Philippi Auguſti*, R. Franc. An. 1201. in Regeſto Rerum Normannicarum, ſignato P. in Camera Comput. Pariſ. & in Regeſto *Philippi* Auguſti, f. 81: *Notum facimus --- quod homines Noſtri de Medonta habent ab antiquo omnes hanſas Medontæ, eam de Villa, quam de aqua, ſuas proprias pro ſervitio, quod nobis faciunt, & Anteceſſoribus noſtris fecerunt, ſcil. quod adjuvant, ad onerandas & ad exonerandas noſtras machinas infra Meduntam, & quod reddunt Præpoſituræ quinque denarios de hanſis aquæ &c.* Rectè propterea *Beſoldus*, Theſaur. voc. *Hanſee-Stædt*, pag. 355: *Etymon quod attinet hujus vocis, id nunc ſolicitè non eſt indagandum, cum Ratisbonæ ſit Magiſtratus, qui Hansgrav indigitatur, & qui cognoſcit de litibus concernentibus mercaturam. Hacque ratione Hanſee-Statt nihil aliud eſſent, quam Handel-Stædt. Hanſa namque Societatem, quam frequenter Mercatores inire ſolent, denotat &c.* Conſentiunt: *Marchant, deſcript. Flandr.* lib. I. fol. 23; *Joh. Goropius Becanus*, lib. 3. *Francicor.* p. 89; *Danckwert, Topograph. Holſat.* Part. 3. Cap. 7. pag. 218; *Stephani*, de *Jurisdictione*, lib. 2. pag. 2. c. 3. §. 4. *Morery*, Dictionaire, voc. *Hanſeatiques*, pag. m. 116; Dn. *Struve Syntagm. Jur. Publ.* Diſſ. XX. §. 37. pag. 434; &, poſt ſexcentos alios, Auctor Epiſtolæ, *Von den curieuſen Arten des Hænſelns, und vom Urſprung dieſes Worts*, Tom. I. *der Aufgefangenen Brieffe*, X. Pacquet, §. 132. p. 1020: *Obgleich die jetzige Oſter-Meſſe (1700.) wegen beſorglicher Zeit, gar ſchlecht geweſen, ſo hat man doch geſehen, daß die Fuhrleute ihre gewœhnliche Tandeley, oder ſo genanntes Hænſeln, ein wie allemal getrieben. Es iſt nemblich eine alte Gewohnheit unter ihnen, daß, wenn einer, ſo von neuen unter ihre Zunfft gekommen, und das erſte mahl in Leipzig ſich befindet, in dem Gaſthofe zu N. N. ſo im Brüel lieget, von ihnen gehænſelt, oder, in ihre Zunfft und Geſellſchafft genommen wird; wobey ſie denn, auf ihre Art, ihm allerhand Plage anthun, hernach er ein Trinckgeld geben muß &c.* & pag. 1021: *Es heiſſt das Hænſeln, einē in die Geſellſchafft, oder in den Bund, aufnehmen; und dahero iſt klar, woher das Wort: Hanſe-Stadt, herkommet; und daß es ſo viel, als eine zum Bund, oder zur Geſellſchafft, gehœrige Stadt ſey; indem Hanſa, auf Schwediſch, einen Bund heiſſet &c.* Add. Dn. *Berckenmeyeri, vermehr-*

mehrter Antiquarius, Edit. Hamburg. 1712. Tit. *von Teutſchland*, voc. *Ileſeld*, pag. m. 478: *Ileſeld iſt ein Kloſter zum Fürſtenthumb Calenberg gehœrig; bey dieſem Orte iſt das ſo genannte Nadel-Oehr, welches ein enges und ſchmales Loch, durch einen groſſen Felſen, alwo die Knechte von Nordhauſen, die zum erſten mahl in den Hartz fahren, Brenn-Holtz zu holen, gehænſelt werden, indem ſie dreymahl, von ihren Mitknechten, dardurch gepeitſchet werden &c.* De aliis etymologiis, minus ad rhombum facientibus, evolvas *Limnæum* l. c.

(3) Quo anno Fœdus hoc coaluerit, certo dici nequit. *Morery*, Dictionaire, voc. *Hanſeatiques*, pag. m. 116. ait: *On tient pour certain, que c'eſt la Ville de Bremen ſur le Weſer, dans la Baſſe Saxe, qui forma cette alliance, vers l'an 1164. pour favoriſer le trafic, que ſes habitans, & ceux de pluſieurs autres Villes maritimes faiſoient en Livonie &c.* Verum, qua auctoritate hæc? *Werdenhagius* l. c. Part. 3. c. 15. affirmat quidem, viſa ſibi documenta Privilegiorum ann. 1194. Societati huic datorum; ſed *Conringius* de *Republica*, Diſſ. 3. de *Urbibus Germanicis*, c. 96. pag. m. 125. benè reſpondet, Urbium Wendicarum pleraſque tunc vix coli cœptas. Propius accedit *David Chytræus*, lib. XXIII. *Originum Saxonicarum*, ad Ann. 1572. pag. m. 608: *Cœpit autem Hanſa Teutonica, ſeu Civitatum in littore Balthico, & cæteris Saxoniæ inferioris partibus Societas, fœdere certo inter ſe, ad tuendam libertatem commerciorum, & privilegia in quatuor exterarum Gentium emporiis, olim conjuncta, paulò ante Friderici II. Imperatoris ætatem, circa Annum Chriſti Milleſimum ducenteſimum, primò frequentius coire. &c.* Ejusdem ſententiæ eſt *Thuanus*, Tom. 3. lib. 49. ad eundem annum 1572. pag. m. 651 & 652. *Chytræi* verba repetens; Dn. *Brunnemannus* cit. Diſſert. de *Incrementis Urbium Germanicarum*, §. 13. pag. 15. Alii, *Lambecius*, lib. 2. *Rer. Hamburgenſ.* ad An. 1241. §. 83. p. m. 27. recedit ad An. 1241. inquiens: *Lubens eorum ſequor ſententiam, qui primum illud Lubecenſium & Hamburgenſium fœdus, quod anno 1241. percuſſum eſt, originem cenſent Celeberrimæ Societatis, quæ peculiari & vernaculo nomine, Hanſa Teutonica appellatur. Vero ſimillimum enim eſt, cum Lubeca & Hamburgum, beneficio primi fœderis, mercaturam liberè & ſecurè exercerent, &, incremento negotiationis, indies majores vires ac claritudinem acquirerent, petiiſſe vicinas Vandalicas & Saxoniæ Inferioris Urbes, ut certis Legibus in eandem reciperentur ſocietatem, iisdemque fruerentur ſecuritatis commodis; aucto ad hunc modum confœderatarum Urbium numero, &, cum numero, auctoritate & potentia, non dubium eſt, quin & complures aliæ remotiores, & extra Imperium quoque Germanicum ſitæ Civitates, deſideratam utilitatis ſuæ cauſa communionem fœderis impetraverint &c.* Debet hæc *Caſparo Danckwerth*, Part. 3, *Topographiæ Holſatiæ*, Cap. VII, pag. 217. ſcribenti: *Im Jahre 1241. haben die Lübecker die Erſte Hanſe, Union, oder Verbündnüß gemachet, mit den Hamburgern, daß nemblich beede Stætte die Straſſe zwiſchen Lübeck und Hamburg und ferner, den Elbſtrohm, von Hamburg an, biß in die offenbahre See, ſicher und rein halten, und jede Statt den halben Theil der Unkoſten, ſo darauf gehen würde, ſtehen oder erlegen wolte. - - - - Ich achte dieß Bündniß für den Erſten Grund zu der berühmten Teutſchen Hanſe, oder Bunde der Seeſtædte, in welchen hernach gleichwohl auch gar viel Landſtædte mit eingenommen worden. Dann daß Werdenhagen, in ſeinem* Tractatu *de Rebuspublicis Hanſeaticis*, Cap. XV. Part. 3. *vorgiebt: Er habe* Privilegia *der Lœblichen Hanſe geſehen, im Jahr 1194. læſt man Ihn ſelbſt* defendiren. *Iſt ſonſt glaublich, daß es eben dieſelben ſeyn, welche er* an. 1294. *mit einer geringen Veranderung der Zifern, allegiret, ſintemahl* an. 1194. *weder Stralſundt, noch Wiſmar erbawet, die Stætte Lübeck, Hamburg. Roſtock, Lüneburg, annoch geringe waren. &c.* Dn. *Schwederus*, Part. ſpecial. *Introduct. Jur. Publ.* Sect. 1. Cap. IX. §. 7. pag. 556. Fœderis hujus initium in eadem penè tempora incidere exiſtimat, quibus Civitates Rheno adſitæ in ſocietatem coiere, id eſt, Ann. 1255. vel *Lehmanno* teſte, lib. 5. *Chron. Spir.* Cap. 92, pag. 604 &c. *Conringius* l. c. §. 95. pag. 124. rectè minimum perhibet, veriſimile non videri, illud cœpiſſe, durante adhuc bello Danico cum Lubecenſibus, quod circa annum 1259. duntaxat confectum, quia non conſtat, *Lubecenſes* in bellis, pro libertate, contra *Woldemarum*, & filios *Ericum*, *Abelem* atque *Chriſtophorum*, Daniæ Reges, geſtis, Urbium maris Baltici, ſociis uſos armis; *itaque*, (pergit, §. 96. pag. 125.) *poſt annum Seculi XIII. ſexageſimum Fœdus illud demum coiit, pace ſcilicet cum Danis pacta, adeoque magis magisque florentibus jam maritimis commerciis &c.*

(4) Primarius Fœderis finis, ſecuritas commerciorum erat, qua privabantur, ſi quæ Societatis Legibus vim inferebant, Brunſuicenſium exemplo, de quibus *Cranzius*, lib. IX. *Vandal.* Cap. VII: *Quo tempore* (An. 1381.) *in Lubica cœtus agebatur, & Conventus Urbium omnium de Societate, quam Hanſam dixere; ibi Brunſwickcenſes, jam per annos octo, ab ea Societate diſcluſi, nec in ulla Mercatorum Societate, à communione intus vel foris admiſſi, cum reconciliari poſcerent de ſæviſſima tumultuatione, in qua Senatus ſui partem occiderant, partem ejecerant Urbe, publicam pœnitentiam & ſatisfactionem peregerunt. Qui ad hoc, communitatis nomine, miſſi ſunt, juſſa fecere, hac formula: nudis pedibus, nudo capite, cereos de Eccleſia B. Mariæ, in Prætorium publicè, cunctis ſpectantibus, detulere, & ge-*

Digitized by Google

& genubus nixi, veniam, ſuæ Communitatis nomine, poſtularunt, & meruerunt; ex quo tempore denuò admiſſi ſunt in communionem Hanſæ; hoc eſt, ad participationem Privilegiorum, quæ, in quatuor emporiis, in Flandria, Bruggis; in Anglia, Londoniis; in Norwagia, Bergis; in Ruſſia, Nouguardie, permiſſa ſunt olim Mercatoribus, ab retro Principibus, & Terrarum Gubernatoribus, univerſis ejus Communionis participibus &c. Conf. Idem, lib. IX. *Saxon.* Cap. 39; nec non de *Bremenſibus*, lib. IX. *Metropol.* Cap. 41. p. m. 257: *Accuſata erat in eo Conventu* (Lubecenſi Civitatum Hanſeaticarum) *multiplex Bremenſium contumacia; ejecti ſunt de communione Anſæ memoratæ. Opulentia tum illos fecit inſoleſcere, ut neque intus pacem, neque foris æquabilitatem poſſent ſuſtinere. Diu laborarunt, priusquam ad memoratam communionem iterum reponerentur, hoc eſt, ad uſum privilegiorum in mercaturis &c.* Add. *Conringius* l. c. *t.* 98, p. 127. Dn. *Brunnemannus* l. c. §. 14. pag. 26.

(5) Communiter in quatuor Claſſes, ſeu Circulos, dividuntur: *Lubecenſem, Colonienſem* ad Rhenum, *Brunſuicenſem & Dantiſcanum*; quare & hæ quatuor Civitates, *Metropoles* Fœderis audiunt; *David Chytræus* l. c. ad An. M. D. LXXII, p. m. 608, paucis totam rem expedit. *Civitates* (Hanſæ Teutonicæ) *numero plures octoginta fuerunt; diſtributæ primum in tres, deinde, Pruſſicis accedentibus, in quatuor Claſſes, ſeu Metropoles, Lubecam, Coloniam, Brunſvigam, & Dantiſcum; ex quibus ſeptuaginta duæ, adhuc anno 1494. ſimul in conſeſſu Legatos ſingulæ habuerunt. Sed in Reformatione Collegii Mercatorum Londinenſis, in Hanſæ Comitiis Lubecæ, poſtquam ego in Academiam Roſtochienſem acceſſi, inſtituta, Provinciæ & Urbes, privilegiorum Societatis Hanſæ participes, hæ recenſentur: primum,*

Vandalica: Lubeca, Hamburga, Roſtochium, Sund (Stralſund) Wismar, Luneburg.

Pomeranica: Stettin, Anclam, Golnou, Gripswald, Colberg, Stargard, Stolp, Rugenwald.

Pruſſica: Culma, Thorn, Elbing, Dantzig, Kœnigsberg, Braunsberg.

Livonica: Riga, Derbt, Revel.

Saxonica Tranſericana (Ober Heidiſche) Magdeburg, Brunſwig, Goslar, Einbeck, Gœttingen, Hildesheim, Hannovera, Ulſen, Buxtehud, Staden, Bremen, Hameln, Minden.

Weſtphalica: Monaſterium, Osnabrug, Tremonia (Dortmunt) Suſatum, (Sœſt) Hervord, Padeborn, Lemga, Bileſeld, Lippa, Cosfeld.

Clevenſes & Marchica: Colonia, Weſalia, Diviſburgum, Emmerich, Warburg, Unna, Hamm.

Geldrica: Neomague, Zutphania, Ruræmunda, Arenacum (Arnheim) Venlo, Elburg, Harderwic.

Tranſiſalana: Daventria, Suolla, Campi.

Friſiaca: Grœninga, Stavera, Bolswerda.

Harum ſexaginta ſex Urbium Cives, ad privilegia Hanſæ, in emporiis exterarum Gentium fruenda, ſoli admittuntur. Urbes verò, quæ, ob cauſas in Receſſu Anni 1518 expoſitas, partim ex Fœdere Hanſæ ejectæ, partim ſpontè illi renunciarunt, excluſæ manent: Stendalia, Soltwedel, Berlin, Brandeburg, Francofordia ad Oderam, Vratislavia, Cracovia, Hall, Aſchersleben, Quedlinburg, Halberſtadt, Helmſtett, Kiel & Northeim. Nulli igitur ex his Civitatibus excluſis, multo minus Angli, Scoti, Hollandi, Flandri, Alemanni, Dani, Suevi, Poloni, privilegiis Hanſæ in emporiis frui poſſunt, nec ſervos aut ſocios mercaturæ ex illis Gentibus habere licet. Nati verò in Oppidis & pagis Provinciarum Hanſæ, ad uſum privilegiorum non admittuntur, priusquam jus Civitatis in aliqua Urbium Hanſæ adepti fuerint.

Quatuor autem præcipua in exteris Regni Emporia, & domos in illis, ac Collegia, & Juriſdictionem propriam, hæ Civitates tenuerunt: Londini, in Anglia; Brugis, in Flandria; Berga, in Norwegia; & Neogardia, in Ruſſia &c. pag. 609, pergit: *Londinenſe in Anglia Emporium, ab Rege, Henrico III, Joannis filio,* (circa annum 1250) *privilegia primum accepiſſe, ex Polydori Virgilii* Hiſtoria (lib. XVI) *notum eſt; quæ Succeſſores illius, Eduardi, ac inprimis Eduardus III, in bello adverſus Philippum, & Joannem Valeſios, Galliæ Reges,* (1346, &c.) *feliciter geſto, auxilia Civitatum fida & firma expertus, ita locupletavit, ut ſuo ae Succeſſorum nomine, nullis novis vectigalibus, tributis, exactionibus, ſubſidiis, aliisve præſtationibus, in Gildehalla Teutonica Collegio negotiantes, onerandos, ac immunitates eorum minuendas eſſe, peculiari Diplomate ſanxerit; quod ſecuti Reges, Richardus II, Henricus IV, V, & VI, religioſè ſervarunt &c.* & pag. 611: *Brugenſe in Flandria Emporium, quod Anno Chriſti 1262 primum extitiſſe accepimus, olim florentiſſimum, anno 1488 labefactari & everti cœpit, cum Maximilianum, Archi Ducem Auſtriæ, Filii Philippi Belgarum Principis tutorem, & Romanorum Regem, recens electum, ex mera petulantia, Brugenſes cepiſſent, & Miniſtris aliquot, in conſpectu Illius, trucidatis, Galliæ Regi illum ſe tradituros minati eſſent. Cum enim Pater Fridericus, Filii liberandi cauſa, toto Imperio ad arma excitato, in Belgicum deſcendiſſet, inter alia*

incommoda Urbi illata, Portus etiam Brugenſis obſtructus & deletus eſt; Mercatores igitur Antverpiam deinceps petiverunt; &, cum Senatu Antverpienſi, de Reſidentia & privilegiis, quæ Brugis antè habuerunt, Antwerpiam transferendis, jam inde, ab anno 1516, agere cœperunt; donec tandem --- Anno 1563, de Domo Mercatorum Hanſa privilegiata, in qua propriam Jurisdictionem Senatus Mercatorum haberet, Antverpiæ inſtituenda, cum Senatu transactum, &, promiſſis Senatui Antverpienſi, ab Hanſa ſocietate, ſexaginta millibus Caroleorum, domus Oſterlingia ædificata, & jure hæreditario, Hanſæ immunis ab omnibus Acciſis & exactionibus impoſitis, & propriam, in omnibus cauſis, exceſſibus & delictis non capitalibus, Jurisdictionem habens, ſolennibus literis & ritibus, tradita eſt &c. & immediatè poſt: Novogardia verò, ampliſſimæ olim & potentiſſimæ totius Ruſſiæ Urbis --- Emporium, circiter trecentos annos ab Hanſa Teutonica mercatoribus frequentatum eſt --- Primum autem bello ſeptentrionali à Joanne, Moſcoviæ Duce, Baſilii Patre, Joannis, Tyranni noſtræ ætatis teterrimi avo, vexata (Livonia) & tandem capta, labefactari Mercatorum libertas cœpit. Anno autem 1494 prorſus extincta eſt; cum Johannes, Moſcoviæ Dux, vocibus contumelioſis quorundam Revalienſium, qui, combuſto Revalia, ob Sodomiticam libidinem, Ruſſo Nobili, jactitaverunt, ſe ipſi Moſcoviæ Duci, ſi in tali ſcelere deprehenderetur, nihilo magis quam cani, parſuros eſſe; irritatus, 49 Germanos Mercatores, ex Civitatibus Hanſa, Lubeca, Hamburga, Gryphiswaldo, Lunaburga, Monaſterio, Tremonia, Brackenfeld, Unna, Duisburgo, Einbeka, Düderſtadio, Revalia & Derbato, Novogardiæ deprehenſos, in carceres conjecit, ac circiter 3000 auri pondo merces Societati Hanſiacæ ademit. Etſi autem, poſt triennii tractationes, captivos pleroſque dimiſit, de mercibus tamen ne teruncium quidem reſtituit. Sic Hanſa Civitates ex illo etiam Emporio, tyrannide Moſchi, ejecti, nunquam deinceps Novogardiam frequentarunt; duas tamen domos, ſeu Curias amplas, quarum altera Teutònum, altera Gottorum dicitur, adhuc in ſua poteſtate retinent --- Deinceps igitur Revaliæ commercia Ruſſica, annis circiter quinquaginta, præcipuè exerceri ſolita ſunt &c. & pag. 615: Berga, in Norwegia, hucusque veteris Emporii veſtigia expreſſiora, quam alibi, remanent &c. Quæ omnia Emanuel Meteranus, lib. XIX. der Nieder-Ländiſchen Hiſtorie, ad. An. 1598, pag. m. 1045 &c. Edit. Arnhemenſ. 1614, verbis Germanicis repetit. Hinc quoque ſua Petrus Bertius, Lib. 3. Commentar. de Urbibus Germaniæ, Cap. 4, pag. m. 25 &c. Thuanus, Tom. 3, lib. 49, ad An. 1572, pag. m. 651 & 652; Danckwerth l. c. pag. 218; Hornius, Orb. Polit. p. m. 304 & ſeqq. Edit. Lipſ. 1685; Limnæus lib. VII, Cap. I, §. 70, & ſeqq. pag. 44 &c. Gaſtelius de Statu Publico Europæ, Cap. 32, §. 132, p. 1243 & 1244. Alii.

(6) Caput totius Societatis eſt Lubeca, vel Privilegio Ludovici XI, Galliarum Regis, An. 1483, Hanſæ Teutonicæ dato, teſte, apud Ill. Dn. de Leibnitz, in Mantiſſa Part. 2. Codicis Juris Gentium Diplomatici §. XXXVI, pag. 174, ibi: Poſtquam ea de re, à Pro-Conſulibus & Mercatoribus Civitatis Lubecenſis, quæ ipſius Ligæ obtinet Principatum, nec non ab Aldermannis prædictis, informati fuerimus &c. Add. Literæ Rudolphi II. Imp. ad Lubecenſes, ſub dato Pragæ, ult. Maji 1606, quibus mandavit, daß der Rath zu Lübeck, als Directorn der Hanſe-Stætte, alle und jede, alte und neue Hænſiſche Privilegia, Einigung, Bündnüß, Capitulationes, Statuta, und bey gehaltenen Hanſe-Tægen, aufgerichte Receß, auf Ihre Kayſerl. Maj. Reichs-Hoff-Cantzley, neben einer ordentlichen Verzeigniß alle Stætte, wie oder wann Sie in den Bundt kommen, überſchicken ſolle; part. 3. Actor. Brunſuicenſ. Conf. Chytræus l. c. Thuanus l. c. Meteranus l. c. p. 1046; Danckwerth l. c. pag. 218; Hornius l. c. pag. 305 & 306; Bertius l. c. pag. 25; Gaſtelius l. c. §. 132, pag. 1243. Alii multi. Hinc etiam Privilegia Societatis & Archivum aſſervat, Conventusque ſolennes indicit. Reinking, de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. I, Claſſ. 4, cap. 20, §. 69, pag. m. 501; Rulandus, de Commiſſar. lib. 5, pag. 2, cap. 4; Danckwerth l. c. Knipſchild, de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium lib. 1, cap. 3, §. 67, pag. m. 32; Stephani, de Jurisdict. lib. 2, part. 2, cap. 3, §. 21; Limnæus, lib. 7, c. 1, §. 77, pag. 48 &c. Non ſatis accuratè hinc Freherus, in Notis ad locum Laonici Chalcondylæ, lib. 2. Hiſtoriæ Græcæ Rerum Turcicarum, de Germania, Tom. 2. Scriptor. Rer. German. pag. 7, circa finem: Hamburgum, quæ Civitas eſt divitiis ſplendida, Populo potens, & commerciis longinquis celebris: Fœderis Hanſatici, quod vocatur, Civitatum hodiè Caput &c. Niſi dicas, Hamburgum eſſe Caput Scamni Civitatum Siniſtri. Totum namque Corpus in duo Scamna dividi ſolet, Dextrum, cui Lubeca præſidet; & Siniſtrum, cujus Caput Hamburgum.

(7) Comitia erant vel Univerſalia, à Lubecenſibus indicta, quorum noviſſima An. 1628, Lubecæ celebrata; in quibus Georgius Ludovicus, Com. Schwartzburgicus, Cæſaris nomine, 23 Febr. propoſuit, Domini ſui mandatum eſſe, Hanſeaticarum Civitatum naves, imperio Gabrielis de Roy, Archithalaſſi Hiſpanici, ſubjiciendas &c. vid. Theatr. Europ. Tom. I, ad h. a. pag. 1050 &c. Lundorpius Tom. 3. Act. Publ. lib. 8, Cap. 143, pag. 1018; Hagemayer de Fœdere Civitatum Han-

Hanſeat. c. 3; vel *Particularia*, quando Civitates Circuli alicujus duntaxat convenerunt. Ab anno 1500, Societas inſignia decrementa habuit; cum quod Principes Oceanum & Balticum Mare accolentes commercia frequentare ipſimet cœperint; tum quod minores Urbes, totum lucrum in majores redundare videntes, ſponte Societati ſe ſubduxerint. Nec ſpes eſt, veterem Fœderis ſplendorem unquam in integrum iri reſtitutum. Umbram ſuppeditat Conventionis formula, qua an. 1641, *Lubecenſes, Hamburgenſes & Bremenſes*, mutuum auxilium ſibi invicem ſpopondiſſe leguntur, apud *Lundorpium* l. c. Tom. V, lib. 2, c. 8, pag. 753, & *Gaſtelium* l. c. §. 146, p. 1246 &c. Conf. *Conringius*, l. c. §. 102, pag. 130 & 131; Dn. *Schweder*, part. ſpecial. Sect. 2, Cap. 9, §. 7, p. 856.

(8) De Legatione *Civitatum Hanſeaticarum* ad Tractatus *Pacis Weſtphalicæ*, An. 1648, legas *Lundorpium* Tom. V, lib. 2. Cap. 94, pag. 920; ut & an. 1678, ad Tractatus *Pacis Noviomagenſis*, quo titulo, nomine Civitatum *Lubecenſis, Bremenſis & Hamburgenſis*, inclareſcebant: *Henricus Paleman* J. U. D. *Burchardus Eden*, J. U. D. *Nicolaus Zobel* J. U. D. *Henricus Maurer* J. U. L. *Johannes Theodorus Schafshauſen* J. U. D. reſp. dictarum Civitatum Syndici & Senatores; l. c. Tom. X, lib. XI, c. 199, p. 533 &c.

(9) Privilegia, quibus eædem Civitates in Gallia fruuntur, exhibet *Lundorpius*, Tom. VII. lib. 7, Cap. 128 ad 134, pag. 988 &c. Conf. Ill. Dn. de *Leibnitz*, Mantiſſ. part. 2. *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 36, p. 172, ad 193.

(10) Gaudere eas pangendi fœderis jure cum Exteris documento eſt earum fœdus cum *Hollandis*, An. 1613, continuatum & confirmatum 1616, apud *Lundorpium*, Tom. I, lib. I, cap. 62, pag. 220 &c. Conf. D. *Joh. Georgius Simon*, Diſſ. de *Violatione Legati*, Reſpondente Dn. *Thoma Filitz*, Cüſtrino-Marchico, Jenæ, 1680, Cap. 2, contra *Kirchnerum*, de *ſublimi Territ. Jure*, lib. I, Cap. 3, ex *Henrici Bruningi*, Diſſert. de *Variis Univerſitatum ſpeciebus, earumque juribus*, Marpurgi impreſſa 1609, concluſ. 17, diſputans.

TIT. XIX.
DE
SUBDITIS IMPERII.

Subditus, eſt Civis, qui Civili Imperio, corpore & bonis, ſubeſt.

1. Subditus (*a*) Imperii: Romano-Germanici, eſt Subditus Imperatori & Statibus Imperii; (*b*) Tales ſunt, primò: (1) Auguſta, (*c*) (2) Rex Romanorum, (*d*) (3) Vicarii Imperii, (4) Electores, (5) Principes Eccleſiaſtici & Seculares; (6) Comites & Barones; (7) Civitates Imperii; (8) Nobilitas Imperii Immediata, (9) Liberi Homines, quorum meminit Goldaſtus, in Dedicatione *der Reichs-Handel auf der Land-Kircher Heiden*, (*e*) (10) Pagi immediati, de quibus Inſtrum. Pacis, art. V, §. 2, quos Goldaſtus deſcribit: *Es ſind Freye Reichs-Dœrffer* (*f*) *Suffelheim, Godramſtein, Gamb und andere, ſo mit Hoch-und Niedern Gerichten begabet, und allein Kayſerlicher Majeſtæt ohne Mittel unterworffen.*

Secundò, mediatè Imperio Subditi & Landſaſſii.

NOTÆ

(*a*) SUBDITUS &c. ſcil. *immediatus.* Status Imperii, votum & ſeſſionem in Comitiis habentes, convenientius *immediatorum Imperii Civium*, quam *Subditorum*, titulo compellari, docet *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. I, Diſcurſ. 23, §. 2, pag. 413 & 414, adjiciens, contradictionem ferè in adjecto involvere: *Principem Imperii decernendi ac ſtatuendi poteſtate in Comitiis Imperii gaudere, & ſimul eſſe ſubditum;* Quæ Philoſophia tamen, ob rationes a Dn. Auctore, ſeq. §. 3, prolatas, falſa. Id verum eſt: non omnes *ſubditos* eſſe ſtatim *Cives*; nec *immediatorum Civium, ſubditorumve*, unam eandemque eſſe Conditionem; cum aliis, ut *Civibus*, ſuffragium ferre & ſententiam, de rebus ad ſocietatem pertinentibus, competat, quo jure alii, *ſubditi* ſcilicet *propriè tales*, deſtituuntur. Vid. *Conring.* de *Civibus Imperii*, t. 7, pag. 3. Ill. Dn. *Coccejus*, *Juris Publici Prudentia*, Cap. 25, §. 1, pag. 388. Hinc nec Electores, Principesve Imperii reliquos, pari cenſu cum *Immediata Imperii Nobilitate, Pagisque & Hominibus immediatis*, utpote jure ſuffragii, in Imperii Comitiis, carentibus, adeoque *vere ſubditis*, habendos, extra controverſiam puto.

(*b*) IMPERII &c. Conjunctim conſiderati.

(*c*) AUGUSTA &c. De *Auguſta, Romanorum Imperatrice*, ejusque Juribus, Tractatum edidit *Ahasverus Fritſchius*, Rudolſtadii, 1667. Huc etiam faciunt:

Limnæus, lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. XIV, de *Auguſta* inſcripto, pag. 152 &c. *Carpzovius*, ad *Legem Regiam Germanorum*, Cap. XI, Sect. XI, pag. m. 311 &c. *Bechmanni* Exercit. VI. in *Auream Bullam*, Jen. 1670; *Schilterus*, lib. I. *Inſtit. I. P.* Tit. XVI, pag. 173 &c. Veteres Principes eadem *Auguſtis* conjugibus privilegia, quæ ipſi habuerunt, tribuiſſe, L. 31. ff. de *Legibus*, conſtat, quoad reverentiam puta, immunitates, vacationes &c. vid. *Carpzov* l. c. §. 14, pag. 312. In *Auguſta* crimen L. M. committi poſſe, rectè tradit *Fritſchius* l. c. Cap. VI, §. 6 & 7, pag. 49; an & in *Eam?* negat *Fritſchius* l. c. affirmat *Lazarus Gradenthaler*, Ratisbonenſis, in Diſſ. de *Crimine L. M.* Præſide Dn. *Wilhelmo Leiſero*, VVittebergæ, 1687. habita, §. XI; neſcio autem, an ejus rationes validæ? Abbates *Fuldenſes*, *Archi-Cancellarios Imperatricis* nominari, &, hoc titulo, in *Auguſtarum* inaugurationibus, coronam ejus imponendi, deponendi, tenendique, quoties conducit, jure frui, ex Diplomate *Caroli IV.* ann. 1358, unde quædam præced. Tit. XV, §. 16, lit. b, pag. 1279. adduxi, diſcimus. Abbates *Murbacenſes*, ejusdem *Archi-Mareſchalli* audiunt; ceu ibidem, lit. e, pag. 1285. dixi. Feſtivitatum tempore, Sedes *Imperatricis* tribus quidem pedibus dimiſſior Imperiali eſſe jubetur, eminentior tamen totidem pedibus Electorum menſis; vid. A. B. Cap 28, §. 1. Conf. *Rumelinus* ad A. B. part. 3. Diſſert. VI, §. 3, pag. 878; religiosè licet non ſemper id obſervetur; teſte *Mylero*, in Notis ad *Rumelinum* l. c. pag. 879. De Coronationibus *Auguſtarum* legas *Carpzovium* l. c. §. 19 & ſeqq. p. 312 &c.

(d) REX ROMANORUM &c. Qui hoc ſenſu etiam Imperatorem *ſeinen Allergnædigſten Herrn* vocat. Vid. præced. Tit. X, §. 7, lit. b, p. 927.

(e) LAND-KIRCHER HEIDEN &c. Rectius *Leutkircher Heide*, in Suevia; ita ſanè *Goldaſtus*, in Epiſtola dedicatoria *der Reichs-Hændel: Es ſind freye Reichs-Leute auf der Leitkircher Heyd, und zu Meglos &c.* Conf. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. 6. §. 26; Ill. Dn. ab *Eyben*, *Elect. Juris Feudalis*, c. 8. p. 169; Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. V, §. VI; *Europ. Heroldt*, Tom. 1. pag. m. 770; *Rutpertum* Imperatorem confirmaſſe ann. 1402 Jura & Privilegia *Ihrer und des Reichs Lieben Getreuen, der Freyen Lüten uf Luckilicher Heyde geſeſſen, die Sie haben von ſeel. Gedæchtniß etwan Rœmiſchen Kayſern und Kœnigen*, docet Dn. *Schilterus* Lib. I. *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. XXIII. §. 4. pag. 235 & 236, addendo, laudatum Imperatorem dediſſe, anno eodem, diploma *Ihren und des Reichs Lieben Getreuen, Schultheiſſen, Schœffen Bürgern, in dem Dorffe zu Niedern-Ingelheim, daß die Lüte, die in dem Sale zu Nieder-Ingelheim Wonende ſint, alle ſolche Freyheiten haben, als die in demſelben Dorffe zu wonen, haben &c.* Spectant huc quæ *Merian*, in *Topographia Sueviæ*, voc. *Iſny*, pag. m. 101, ſeribit: *Es ſollen vor dieſem der Stadt Iſny Schutz und Schirm die Richter, Rath, Gemeind, und Freye Leut zu Meglets, oder Meglofs, ſo ein Fleck und Schloß beym Waſſer Argen, als dem H. Reich immediatè zugehœrig, befohlen geweſen ſeyn. Der Zeit werden Sie, wie man berichtet, unter den Oeſterreichiſchen Schutz, doch mit Vorbehalt ihrer Freyheiten, gerechnet &c.* & rurſus, voc. *Luſtenaw*, p. 125: *Sonſten iſt ein Reichs-Hoff, ſo ſeine Reichs-Freyheiten hat, und Luſtnaw, genandt wird, ob dem Gericht Hœchſt und Fuſſach, gleich ob Hœchſter Holtz, der Landſtraß nach, ſo von Lindaw, ins Land herauf, in Churwalden gehet, gelegen, welcher mit Hohen, Niedern und Fœrſtlicher Obrigkeit, Steuren, Zinſen, Fæhlen, Glæſſen, Leibeygenſchaffsen, groß und kleinen Zehenden, und Kirchen-Satz, den Graffen von Hohen-Embs zugehœrig &c.* Add. Diploma *Sigismundi* Imp. de An. 1430, vigore cujus, *Marquardus de Schellenberg*, Civitati *Lindavienſi Advocatiæ* jure *in den vier Kelnhœffen, bey Lindaw gelegen*, cedere coactus eſt, ibi: *der Kellnhoff zu Oberreitnaw: der Kellnhoff zu Schœnaw; der Kellnhoff zu Rickenbach, und der Kellnhoff zu Æſchach, mit ihren Rechten, Nutzen und Zugehörungen, die Uns und dem H. Reich ohne Mittel gehœren &c.* Vid. *Deductio Lindavienſ.* pag. 494, & Dn. *Tentzel Vindiciæ Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, Cap. VIII, §. 6, pag. 171. *Deßgleichen* prætendiren *noch verſchiedene Stiffts*-Collegia, *als das zu Arenfeld, bey Saarbrücken, das Kloſter zu Erbach, auf dem Steigerwalde; das S. Michaels-Kloſter, auf dem Münchberge, bey Bamberg, unter des Reichs Gerichtbarkeit, in* Civil-*Sachen, unmittelbahr zugehœren. Ebener maſſen will auch der Schœppen-Stuhl in der Reichs-Statt Aachen, ein im*mediate *dem H. R. Reich unterworffenes* Collegium *ſeyn, wie aus denen Reichs-Tags-*Acten *von* Anno 1688. *zu erſehen &c.* Ita *Europ. Heroldt* l. c. p. 770 & 771.

(f) FREYE REICHS-DOERFFER &c. De quibus inſpicias Ill. Dn. *Hugonem* l. c. Cap. I. §. 8, *Europ. Heroldt* l. c. Dn. *Schilterum* l. c. pag. 235; *Zweyburg, Theatr. Præcedent.* T. 2. pag. 204. *Fritſchium*, de *Jure Pagorum*, Cap. 3, §. 4. Dn. Auctorem ipſum, ſeq. Lib. 3, Tit. XXI, §. 8. Hujus inſuper loci ſunt *Gravamina Politica Ordinum Imperii Proteſtantium*, Ann. 1645, durantibus VVeſtphalicæ Pacis tractatibus interpoſita, apud *Lundorpium*, Tom. V. *Actor. Public.* lib 2. Cap. 115, §. 6, p. 1056, ubi: *Dabeneben iſt auch dieſes ein groß* Gravamen, *und nicht zu verſchweigen, daß nicht allein von der Reichs-Stande Landen und Leuthen, wie auch Immediat-Reichs-Dœrffern*, zum Exempel: *Gochsheimb und Senfeld; auch,*

auch andere abſolutè *wollen diſponiret &c.* Longè plures quondam fuiſſe, benè monet *Lehmannus*, lib. 4. *Chronici Spirenſis*, Cap. 4. pag. 285: *Alle Stætte, diſs- und jenſeit Rheins, welche nicht ein geiſtlicher und weltlicher Regent, das iſt, ein Biſchoff und Graf, im Nahmen des Reichs regieret, dieſelben haben bey Zeiten der Caroliner, und der Sachſen Regierung, nicht Reichs-Statt*, Civitates Regiæ *oder* Regni, *ſondern* Oppida, Villæ, Caſtra, *Reichsflecken, Reichsdœrffer, oder Burggen, geheiſſen, und ſeind dem Reich mittelbahr zugehœrig geweſen &c.* Quæ *Speidelius*, voc. *Reichs-Dœrffer*, pag. m. 770. repetit. Addendum adhuc, quod *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad Lib. 1. *Jur. Publ.* Cap. 7. §. 64. pag. 66. ait: *Dantur etiam in Franconia, Marchionatu Onolzbacenſi, Diſtrictu Elvacenſi, & locis finitimis, qui, tam ratione perſonæ, quam bonorum, nullum habent dominum, ſed Protectorem ſibi quærunt, quem voluerint, etiam ex privatis aliquem. Horum mentionem facit Magerus de Advoc. Armata*, C. 6. §. 28. *&c.* Hinc ſua Dn. à *Sande*, in Append. ad Art. 1. *Capitulationis Caroli VI.* Imp. p. 340. rem exemplis illuſtrans, & annectens pag. 341: *Pariter è Chronico Naſſovienſi Textoris notat B. Dn. Hertius, etiam Naſſoviæ Comites liberos ejusmodi Homines, Reichs-Leute, in Comitatibus ac Dynaſtiis ſuis tenere; quod genus Hominum è regiis ſervis, qui fiſcalibus agris, & domaniis Regum addicti erant, ſupereſſe putat, in Diſſert. de Hominibus propriis, Sect. 1. §. 3.*

2. Uno verbo, omnes præter Imperatorem ſunt ſubditi, & Imperator ſolus, ut ſubditus conſiderari non poteſt. Ratio differentiæ eſt: quia mixtura in Imperio noſtro, à parte Imperatoris, eſt per modum *Monarchiæ, (a)* in qua Majeſtatis ſubjectum exiſtentiæ eſt unum, in quo fieri non poteſt, ut concipiamus voluntatem imperandi & voluntatem parendi; nullus enim eſt, cui parere poſſit: à parte Statuum, mixtura eſt per modum Ariſtocratiæ, & ſic ſunt plura Majeſtatis ſubjecta exiſtentiæ. Ubi autem ſunt plura Majeſtatis ſubjecta exiſtentiæ, ut in Democratia & Ariſtocratia, omnes conſiderari poſſunt, ut Imperantes, prout habent voluntatem imperandi ſeu activam; & omnes conſiderari poſſunt, ut parentes, prout habent voluntatem parendi ſeu paſſivam. Hinc *primò*, omnes Status Imperii jurant: *geborſam zu ſeyn. Secundò*, omnes obligantur legibus Imperii. *Tertio*, omnes puniri & in bannum declarari poſſunt. *Quarto*, omnes poſſunt committere crimen læſæ Majeſtatis in Imperatorem & Imperium. Imperator autem *primo*, à nullo puniri poteſt, *ſeu deponi*: *(b) Secundo*, non obligatur legibus Imperii, per modum legis, ſed per modum pacti: *Tertio* univerſi Imperii Status ſubditi ſunt ſoli Imperatori, reſpectu ſuorum Reſervatorum; ipſi & Imperio ſimul, reſpectu communium Jurium, Imperator verò nemini ſubditus: *Quarto*, Imperator *eſt major (c)* Imperio, ſeu Monarchia in Imperio, præponderat Ariſtocratiæ.

NOTÆ.

(a) MONARCHIÆ &c. Vid. ad præc. Tit. VII. §. 6. lit. A. p. 867 &c.

(d) DEPONI &c. Vid. ad præc. Tit. IX. §. 4. lit. A. p. 915.

(c) EST MAJOR &c. Multum vexabat quondam hæc quæſtio *Limnæum* lib. 1. J.P. c. 12. §. 20. &c. atque *Reinkingium*, de *Regim. Sec. & Eccleſ.* lib. 1. claſſ. 5. c. 9. Ille pro Imperio; Hic pro Imperatore, loquitur. Argumenta pro Cæſare ſunt, quod (1) vi poteſtatis, omnibus in Imperio imperet; (2) ab omnibus vocetur *Allergnadigſter &c.* (3) Caput ſit præſtantius reliquis membris; (4) Nomen ſuum Imperiali præponat, v. g. *Uns und dem Reich &c.* (5) Præter jura, cæteris Statibus communia, certa habeat Reſervata &c. Pro imperio adducitur, quod (1) Cæſar Imperio fidelitatis ſacramento teneatur, arg. R. I. Auguſtani, de an. 1500. §. *Und erſtlich &c.* ibi: *Bey den Pflichten, damit Wir, und unſer jeder, dem H. Reich verwandt iſt. &c.* Conf. *Irenic.* ad *Burgold.* P. 1. p. 123. (2) Pars i. e. Cæſar, non ſit major toto, i. e. Imperio; Vid. *Gaſtelius*, de *Stat. Publ. Europ.* Cap. VII. p. 348. (3) Cæſar Imperio adminiſtrationis rationes reddere debeat, teſtibus reſponſoriis *Matthiæ* Imp. in Comitiis Ratisbonenſibus, an. 1613. ad Proteſtantium querelas: *Es wolten Ihre Kayſerl. Majeſt. Dero Kayſerl. ſchweren Beruff, und Authoritat, in* Adminiſtration *der Juſtitien, alſo in acht nehmen, und erzeigen, daß Ihre Majeſt. es gegen GOtt, den Standen, und bey künfftigem Reichstag verantworten kænten &c.* (4) Majeſtas in Imperio ſit realis, Reipubl. coæva, adeoque poteſtate Cæſaris præſtantior; (5) Præpoſitiones titulorum nihil ponderis, hoc loco habeant, cum extent præjudicia in contrarium, arg. *Friderici III.* Reformation *zu Franckfurth*, de an. 1442. circa finem proœmii: *Solcher Treu und Pflicht, als ihr Gott, dem Heyligen Reich, auch Uns, als einem Ræmiſchen Kænig - - - ſchuldig und gebunden ſeyd &c.* (6) quod

quod de capite dictum, huc non ſit trahendum, cum in Phyſicis ſaltem obtineat. Dn. *Carpzovius* in *Synopſi Jur. Feud.* Diſp. IX. quæſt. V. §. 15. &c. opinatur, Cæſarem eſſe majorem Imperio, ſi per Imperium ſoli Status intelligantur; minorem, ſi, unà cum Statibus, ipſe quoque conſiderandus veniat, ceu in R. I. de an. 1530. §. *Dergleichen Wir*, occurrit. Hæc alii. Mihi religio eſt, de ejusmodi rebus, quæ non facile privatorum judicia ſubeunt, ſententiam prodere.

3. Rejicimus *primo*, eorum (*a*) opinionem, qui Imper. noſtrum plures Reſpublicas fœderatas eſſe dicunt; In fœderatis enim Rebuspublicis nullus jurat *geborſam zu ſeyn*; nullus ſe dicit ſubditum aliorum; & formula *Unſer und des Reichs Unterthanen*, non poteſt adhiberi: *Secundò*, eorum, (*b*) qui quidem Remp. mixtam agnoſcunt, ſed contradictionem in adjecto eſſe putant, eſſe Imperantem & ſubditum; Ubi enim ſunt plura exiſtentiæ Majeſtatis ſubjecta, ut in Democratia & Ariſtocratia, non eſt contradictio, eſſe Imperantem & ſubditum, diverſo reſpectu: *Tertio* eorum, qui Imperium majus putant Imperatore; (*c*) Nam, ſine Imperatore, nihil (*d*) poteſt fieri in univerſo Imperio, ſed Imperator *multa poteſt* in univerſo Imperio, ſine Statibus, Et potentia, cujus objectum latius patet, nobilior & excellentior eſt. *Vid. Bœcl. in Not. Imp. lib. 22. c. 2. Myler. ab Ehrenb. de Princip. & Stat. Imp. part. 3. c. 93.*

NOTÆ.

(*a*) EORUM &c. Vid. præc. Tit. VII. §. 6. lit. a. p. 869.
(*b*) EORUM &c. Vid. præced. §. 1. lit. a.
(*c*) MAJUS &c. Vid præced. §. 2. lit. c.
(*d*) NIHIL &c Imò multa.

TIT. XX.
DE
NOBILIBUS IMPERII IMMEDIATIS.

Juri Naturæ & Gentium conveniens eſt, ut iſtis, qui reliquos muneribus & meritis antecellunt, (*a*) æſtimatio & nobilitas quædam deferatur; ut jure naturæ parentibus & imperantibus.

NOTÆ.

De *Nobilitate* bene meriti ſunt: *Reinerus Reineccius*, Tract. *von des Adels Herkommen*; *Cyriacus Spangenberg, im Adelſpiegel*, Smalcald. 1591. Fol. *Petrus Frieze*, Diſſ Inaug. de *Nobilitate Civili*, *ejusque Privilegiis*, Jenæ 1614; *Andreas Tiraquellus*, de *Nobilitate & Jure Primogenitorum*, Lugduni, fol. 1617; *Joſias Nolden*, de *Statu Nobilium Civili*, Baſileæ, 1619. 4to. & Gieſſæ, 1621 & 1623. 8vo. *Caſpar Lerch von Durmſtein*, de *Ordine Equeſtri Germanico*, Germ. *Bericht, von des Reichs-Ritterlichen Herkommen und Freyheit &c.* Moguntiæ, 1625. Fol. *Johannes Limnæus*, Lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 3. de *Nobilibus Immediatis*, 1631; *Henricus Hahn*, de *Jure Nobilium ſingulari*, Helmſtad. 1661 *Joh. Gryphiander*, de *Weichbildis*, Cap. XVI. de *Nobilitate Saxonica*; Argentor. 1666; *Johannes Fridericus Lendersheim*, de *Jure & Privilegio Nobilium liberorum & Immediatorum*; Norimberg. 1667. 4to. *Joh. Caſpar Unrath*, de *Juris dictione Eccleſiaſtica*, *Nobilibus Imperii, in diſtrictibus & Caſtris illorum, vigore Conſtitutionis de Pace Religioſa*, *legitimè competente*; Vol. 1. *Fritſch. Jur. Publ.* Rudolſtad. 1667. *Georgius Læblinus*, de *Nobilitate, ſpeciatim Franconica*, Witteberg. 1669; *Johannes Georgius Hanaw, Synoptica Reſolutiones Quæſtionum ducentarum*, de *Nobilitate* 1672; *Gaſtelius* de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXXIII. de *Nobilibus Immediatis*, Norimberg. 1675. *Johannes Mauritius Gundenus*, de *Nobilitate*, Erfurt. 1677; *Ericus Mauritius*, de *Nobilitate Germanica*, Kiloni, *Michael Praun*, cujus *Adeliches Europa, und das noch viel Edlere Teutſchland, ſampt deſſen 7 Heer-Schilden*, Spiræ 1685. 8vo. prodiit, *Alex. Carocius*, de *Immunitate Nobilium à Collectis Subſidiariis*; Grypswald, 1685. *Paulus Hachenberg*, in *Germania Media*, Diſſ. 2. de *Generibus ſeu Ordinibus Veterum Germanorum*, §. 2. & ſeqq. pag. 27. &c. Jenæ, 1686. *Nicolaus Betſius*, de *Statutis*, *Pactis*, & *Conſuetudinibus Illuſtrium & Nobilium Familiarum*, Ar-

Argentor. 1699. 4to. *Carolus Samuel de Jordan*, Diſſ. de *Jure Nobilium Ducatus Oppolienſis & Ratiborienſis*, Francofurt. ad Viadrum, 1700. *Johannes Philippus Treiberus*, de *Nobilibus Novis, injuſtè deſpicatui habitis*, Jenæ 1702. *Juſtus Felix de Breitſchwerdt von Ebningen*, de *Jure Nobilitatis & Vera Ingenuitate*, Præſide Dn. *Henrico Bodino*, Halæ, 1704. habita Diſſert. Junge, quos Ampliſſ. Dn. *Ockel* de *Præſcriptione Immemoriali*, Cap. 2. *s.* 12. pag. 45 &c. hoc titulo commendat; nec non *Hieronymi Oſorii*, & *Jacobi Typotii*, Opuſcula de *Nobilitate*, *Bæclero*, lib. X. *Notit. Imper.* Cap. I. pag. 179. laudata. Spectat huc quoque, *Hippolyti von Treiſsbach*, *unvorgreiſſliches Bedencken*, *über etliche Fragen*, *der Freyen Reichs-Ritterſchafft zu Schwaben, Francken, und am Rhein-Strohm, Stand und Seſſion im Reich betreffend &c.* Bremæ 1644. cujus argumenta, quibus Nobilium cauſæ patrocinatur, *Limnæus* Tom. IV. Addit. ad Lib. VI. Cap. 3. *s.* 10 &c. pag. 43 &c. ut & in Not. ad *Capitul. Caroli V.* Art. XV. verb: *Und den Adel*, pag. 222. &c. benè emedullavit, vel *Conringio* Judice, de *Comitiis Imperii*, *s.* 18. pag. 480. (rectius 580.) & ſeqq. Add. *Johannes Conradi Kreydemanni* Tract. von *des Teutſchen Adels, ſonderlich der Freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben, Staat, Stand, Ehren und Würden &c.* *Beſoldo*, voc. *Adel*, pag. 15. laudatus. *Lehmannus*, *Chron. Spirenſ.* lib. 2. Cap. XIX. pag. 91 &c. Lexicographi. *Spelmannus* Gloſſ. voc. *Adelingus*, pag. 9. &c. *Webner*, Obſervat. voc. *Ritterſchafft*, pag. m. 416 &c. *Beſoldus*, Theſaur. voc. *Adel*, pag. 11. &c. voc. *Edelknecht*, p. 201; & voc. *Ritter*, pag. 828. &c. id. Diſcurſ. de *Ordine Equeſtri*. *Speidelius*, voc. *Adel*, p. 10. &c. voc. *Edel*, p. 209; voc. *Edelknecht* p. 210, voc. *Freye Reichs-Ritterſchafft*, p. 325 &c. & voc. *Ritter*, p. 791 &c. Du *Freſne* Gloſſ. voc. *Miniſterialis*, p. 555. &c.

(*a*) ANTECELLUNT &c. Imò de quorum Parentibus id prædicari poteſt; quo pertinet illud *Taciti*, de *Moribus Germanorum* Cap. 13. §. 4: *Inſignis Nobilitas, aut magna Patrum merita, Principis dignationem etiam Adoleſcentulis aſſignant.* Locum parallelum profert lib. 3. *Hiſtor.* Cap. 86. §. 1.

1. Et omnibus etiam Gentibus in uſu fuit, ut Nobilitatis ornamentis quoſdam homines, ob quaſdam cauſas, decorarent, ſuis tamen Legibus, vel inſtitutis. Et hinc eſt, ut, cum inſtituta Gentium variè ſe habeant, Nobilitas etiam variet; & apud alias Gentes, non ſint Nobiles, quas fortè altera Gens pro talibus habet; (*a*) ita, ut omnis Nobilitas originem ſuam proximam ad Jus Civile referat.

NOTÆ.

(*a*) HABET &c. *Nobilitatis* primordia ambitionis hominum pariter ac Fortunæ fœtum eſſe, natura Societatum demonſtrat. Ex quo enim Fortuna, vel merita, Herum à ſervo, Magiſtratum à ſubditis, deſtinaverant, axiomatis inſtar introductum: Dominos ſervis, & Magiſtratus Subditis vel Plebe, *Nobiliores* eſſe, hosque conſequenter illis *ignobiliores*. Incrementum bella dedere, quibus devictæ Gentes Victorum juſſa ſuſcipere cogebantur. Hinc fortiter ſe gerentibus delati honores; promiſſi, rem ſuam ſtrenuè acturis. Idque gloriæ hæreditarium filiis factum, laudabilia Parentum veſtigia prementibus. Poſteritas propterea vel antiquitatis elypeo, Nobilitati ſuæ conſuluit, vel fortia Progenitorum facta producendo; quæ cum eſſent vel *Civilia*, vel *Militaria*, ipſa Nobilitas in claſſes diviſa; hæcque ratio, cur Nobiles unius Provinciæ non ſemper & alibi ejusdem cenſeantur honoris. Pertinet huc *Bodini* locus, lib. 3. de *Republica*, Cap. 8. p. m. 556: *Illud tamen omnium fere Populorum commune eſt, ut Nobiles à Plebejis ordine ac dignitate dividerentur, ex quo primum Nimrodus latro nobiliſſimè conſceleratorum, ſuique ſimilium, ingenti manu ſtipatus, crudeli ſervitute tenues oppreſſit, ac in dominatum Aſſyriorum primum invaſit. Is igitur Nobilitatem, ſcelere partam, Poſteris ad imitandum reliquit.* Eaque opinio pervagata tam alte radices egit, *ut, quæ, quisque vi ac cædibus potentior, eo nobilior eſſe crederetur; quousque optimis Legibus & humanitate Populi, melius informati, Nobilitatem virtute, non ſcelere, quæri oportere judicarent, Et quoniam alius aliæ virtute præſtat, & quarum virtutum in una Civitate maxima laus eſt, earundem alibi contempta jacet; idcirco nunquam potuit una Populis omnibus conveniens definitio Nobilitatis afferri, ſed, ex more cujusque Regionis, dignitas & infamia judicantur.* Quod exemplis illuſtrat, pergens: *Nam Peruſinorum ac Florentinorum moribus, non ita pridem qui militare cœpiſſet, ex ignobili Nobilis efficiebatur; nobis verò non quidem ſtatim, ſed ſi militiam poſteri ſequantur, Nobilitatem quaſi temporis diuturnitate adepti putantur: non item Venetiis, qui ab illuſtri vetuſtate earum Gentium, quæ publicis conſiliis ac negotiis intentæ ſemper fuerunt, Nobilitatem Patriciorum metiuntur &c.* Rectè ſubſumit Illuſtr. *Hugo de Statu Regionum Germaniæ*, Cap. 4. §. 22; de Germanis: *Majores noſtri potentiam quandam bellicam pro fine habuiſſe videntur; ideoque Rempublicam, ad militiam aptandam, & præcipuis honoribus virtutem militarem afficiendam, judicarunt. Noſtra igitur Nobilitas, tam ſuperioris, quam inferioris gradus, dignitas militaris eſt. Nam, quo perpetuo milite, quaſi præſidiario, Imperium inſtru-*

ſtructum eſſet, ratio inventa eſt, quò eos, qui bellica virtute præſtabant, cum omni poſteritate, militiæ addicerent, & quaſi conſecrarent, certis quibusdam bonis, ſolenni ceremonia illis aſſignatis, hac lege: ut ipſi, eorumque poſteri maſculi, iis fruantur quidem, ſed viciſſim ad militiam ſubeundam, cum uſus foret, parati eſſent. &c. Cæterum, quantum ſplendoris Germanicæ Nobilitati ſit, vel ipſe *Antonius Campanus*, Germanorum alioquin hoſtis & detractor non ignobilis, referente *Jacobo Wymphelingo*, in *Epitoma Germanicarum rerum*, Cap. 70. apud *Schardium*, T. 1. *Rer. German.* p. 198. fateri cogitur, de *Germanis* ſcribens: *Illi, domi concordes; foris Strenui; & acquiſivere Imperium, & tantam Illuſtrium Virorum multitudinem pepererunt, ut, per reliquum orbem, veluti Coloniis Nobilitatis usque quaque deductis, Familias Nobiliſſimas & Regias propagaverint, nec ulla ſit familia in Galliis, ne Regia quidem; nulla in Hiſpania, aut in Italia, paulo Illuſtrior, quæ, ſi antiquitatem repetat ſuam, non ſtatim è Germania eſſe prædicet, & veluti è ſeminario quodam veræ Nobilitatis, è vobis veniſſe glorietur.* Cui jungas *Æneam Sylvium*, inter Pontifices Romanos *Pii II.* nomen præ ſe ferentem, Cap. 35. *Germaniæ*, pag. m. 234: *Quæ Natio ſub Cœlo eſt, tot Clariſſimis Domibus, tot Illuſtribus exornata Principibus? ubi tantam invenias aut Nobilitatem, aut armorum gloriam, ſicut apud Germanos? Relinquimus Militares Familias, & quæ Torneamento dignæ cenſentur, quarum penè infinitus eſt numerus, quamvis nulli ad id genus ludi admittantur, niſi Vetuſtiſſimi Nobiles, quorum Progenitores, ſupra memoriam hominum, & opibus & potentatu claruerunt &c.* Reliquas Nobilitatis Germanicæ laudes ſiſtit *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. I. Dolendum ſaltem, multos hodiè Nobilitatis prærogativam in atrio, fumoſis referto imaginibus, vel unicè quærere, ac ſi Proavi non niſi in noſtram gloriam vixiſſent, illudve, quod ante nos fuit, noſtrum foret. Hinc tot incompoſiti animi; tantaque ſuperbia & elatio, *Nobilium Domi* præſertim, qui in Pagis, quibus ruſticè præſunt, turgida ſemper vela pandere aſſueti, omnes deſpiciunt, quibus non totidem, ac ipſis, enumerare Majores, inveteratasve & per Genus ductas poſſidere divitias, Fatorum inclementia conceſſum eſt, utut alias & bonarum artium præſidiis, morumque elegantia, longe prænitentibus. Ejusmodi Nobilitatem non malè definit *Cornelius Agrippa*, Lib. de *Vanitate Scientiarum*, C. 80. quod ſit *Robuſta improbitas atque dignitas, nec niſi ſcelere quæſita benedictio, & hereditas peſſimorum filiorum.* Nec minus aptè in eandem ludit *Charron, de la Sageſſe* liv. I. C. 59. ex *Oſeæ* Cap. IX. v. 11: *Gloria eorum omnis à partu, & ab utero, & a conceptione, ſi à Majoribus deſcendat; ſin ex Principis beneficio ſit, c'eſt une Nobleſſe en parchemin.* Hique perperam cum aliis confunduntur Nobilibus, qui Majorum gloriam geſtis virtutibusque ſuis illuminare & refocillare, ſicque Patriæ ornamento eſſe, officii ſui partes eſſe arbitrantur. Vid. ſeq. §. 7. lit. a.

2. Nobilis ergò eſt, quem Summa Civilis poteſtas Nobilem cenſeri, certisque ornamentis eminere voluit, juſſit. (*a*)

NOTA.

(*a*) JUSSIT &c. Nihil hinc diſcriminis inter antiquæ proſapiæ Nobiles, recensque creatos, niſi ubi Summa Civilis poteſtas, vel approbata conſuetudo, ad efferendum duntaxat Nobilitatis ſplendorem & gloriam, diſtinctionem aliquam faciant, v. g. in Ludis Equeſtribus, vel Eccleſiarum quarundam Capitulis &c. ubi regulariter quatuor proavi, vel octo, vel plures, tàm paterni, quam materni ſtemmatis, producendi veniunt, Antiquitas certè Nobilem non facit; Nobilitati licet ornamento ſit; alias, omnes Familiæ antiquæ eſſent Nobiles, ut rectè *Johannes Bechtoldus*, ex *Auguſtini Barboſæ* & *Johannis Ottonis Taboris*, axiomatibus, lib. XII. Cap. XI. de *Nobilitate*, Axiom. IX. pag. m. 152. judicat; Add. *Praunii Adelicher Europa*, Part. I. Cap. I. §. 16 & ſeqq. p. 22; & quæ ſeq. §. 7. lit. a. habentur.

3. Et cum Germani noſtri rei militari potiſſimum ſtuderent, Francos imitati, eos, qui in bellis ſtrenuè ſe geſſerant, ſeque & Poſteros ſuos Militiæ addixerant, pro Nobilibus habuerunt, &, ut ſumptus in Militiam Equeſtrem, (*a*) quæ iis tunc præ pedeſtri, quæ antiquiſſimis temporibus tantùm ferè in uſu erat, placere cœpit, faciendos, ferre poſſent, certa prædia, ſub fidelitatis præſtatione, ipſis in perpetuum (*b*) conceſſerunt, (*c*) quæ Feuda dicebantur, nobis *Ritter Sitze.* (*d*)

NOTÆ.

(*a*) MILITIAM EQUESTREM &c. Magni ſemper Germanos feciſſe arma, notiſſimum eſt, & præced. §. 1. lit. a, jam monui; inſuperque teſtis *Cæſar* lib. VI. de *Bello Gallico*, Cap. 21. §. 3. eorum memor: *Vita omnis in venationibus, atque in ſtudiis rei militaris, conſiſtit &c.* teſtis etiam *Tacitus*, de *Moribus Germanorum*, Cap. XIII. *Nihil autem neque publicæ, neque privatæ rei niſi armati agunt. Sed arma ſumere non ante cuiquam moris, quam Civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo Concilio vel Principum aliquis, vel*

Pater,

Pater, vel propinquus, ſcuto frameaque juvenem ornant; hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: ante hoc, domus pars videntur, mox Reipublicæ &c. & Cap. XIV: *Cum ventum in aciem, turpe Principi, virtute vinci; turpe comitatui, virtutem Principis non adæquare. Jam verò infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta Gloriæ Ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant; Comites, pro Principe &c.* Hinc Nobiles, à *militia*: *Milites*, & ſpecialius ab *equeſtri*: *Equites* appellari meruerunt. Conf. Hugo, de *Statu Germaniæ Regionum*, Cap. 4, §. 22 & 23.

(b) IN PERPETUUM &c. Id ſerius factum, (Vid. præced. Tit. XVI, §. 5, lit. a.) ubi ſcilicet adulta jam eſſent Feuda; quo *Cujacii* definitio ſpectat ad Lib. I. *Feud.* Tit. I. pag. 10; *Feudum eſt jus in prædio alieno, in perpetuum utendi, fruendi; quod, pro beneficio, Dominus dat ea lege, ut, qui accepit, ſibi fidem & militiæ munus, aliudve ſervitium, exhibeat &c.* verum licet ſit, Feudum propriè non eſſe ipſum prædium, ſed jus ſaltem in prædio: quod ipſe *Obertus de Orto* lib. 2. F. Tit. 23. *In quibus cauſis Feudum amittatur*; clarius exprimit, verb. *Beneficium (Feudum) eſt illud, quod ex benevolentia alicui datur, ut, proprietate quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remanente, uſusfructus illius rei ita ad accipientem tranſeat, ut ad eum, hæredesque ſuos, maſculos & fœmineos, (ſi de his nominatim dictum fuit,) in perpetuum maneat, ob hoc, ut ille, & ſui hæredes, fideliter Domino ſerviant, ſive id ſervitium nominatim; quale eſſe debeat, expreſſum ſit, ſive indeterminatè promiſſum ſit &c.* Conf. *Du Freſne*, voc. *Feudum*, pag. 406; *Spelman Gloſſ.* voc. *Feodum*, p. 216.

(c) CONCESSERUNT &c. *Feudorum igitur inventum peperit rei militaris neceſſitas; & hoc quidem alii Gallis, ſeu Francis, tribuunt; alii Longobardis; alii, Germanis. Gallis nempe, quod vocabula quædam antiqua, & mores, Feudalia Gallorum propriè videantur. Longobardis quoque, ex eadem cauſa; ſed præterea, quod hi Scita feudalia præ cæteris coluere: & quod* Gerardus Niger, & Obertus de Orto, *qui Leges ipſas primi in ſcriptis, ſub Imperatore* Friderico I. *redigere, (videlicet,* Gerardus, *Librum Primum;* Obertus, *Secundum & Tertium; recentius enim à pluribus concinnantur Quartus & Quintus) Longobardicæ ditionis, i. e. Mediolanenſes erant. Præterea, quod floruerit maximè legum iſtarum ſplendor in Italia, præſertim, dum ſopitum obmutuit jus Civile, h. e. ab avo* Othonis Magni, *usque ad Imperium* Lotharii III. *In antiquarum autem Legum Longobardorum volumine, vocabulum* Feudum *non occurrit, nec crebrò quidem* Beneficium. *Habentur tamen plurima, quæ apprimè huc conducunt, ſicuti & in Legibus Francorum,* Capitularia *nuncupatis, & in Anglo-Saxonum noſtrorum, aliarumque Gentium Barbaricarum. Cum igitur omnes hæ Gentes è Germania, tanquam è magna communique parente, originem duxerint: morum quoque & Legum ſimilitudinem è Germania contraxiſſe, non eſt dubium; Germaniam perinde mores ritusque feudales peperiſſe, eosdem longa deductos conſuetudine; non ſcriptis, ſed traditione propagaſſe; acceptos vero mirè auxiſſe & ornaſſe Longobardos; aſſerit quippe* Gerardus *ipſe, antiquiſſimo tempore in uſu fuiſſe jus Feudorum; quod non aliis quam Germanis videtur tribuendum; cum inter nepotes eorum tam latè diffundantur mores iſti, ſæpiatque pars maxima Verborum Feudalium non ſolùm Linguam Germanicam, ſed antiquiorem prorſus ejuſdem dialectum, nempe Saxonicam veterem &c.* Hæc omnia *Spelmannus*, Gloſſ. voc. *Feodum*, pag. 216 & 217. Capta ex hoſtibus prædia & antiquitus Romanorum Imperatores veteranis ſuis ea lege, ut militarent, in beneficia conceſſiſſe, præced. Tit. XVI. §. 6. lit. a, dictum eſt.

(d) RITTERSITZ &c. Quæritur: *Num ejusmodi Ritter-Sitze, Nobiles conſtituant poſſeſſores?* Affirmant: *Lucas de Penna*, in L. 13, C. de *Dignitatibus. Spangenberg*, lib. 8. *Adelſpiegel*, Cap. 14, pag. 202; *Beſoldus, Theſaur.* voc. *Adelich Leben*, pag m. 13, ubi; *Feudum Nobile, propriè dicitur illud, quod ſuum nobilitat poſſeſſorem; c. 1. Quis dicatur Dux: & dicitur Nobile, quia aut Nobilem invenit, & recipit, ac oſtendit, aut Nobilem facit &c.* Verior negantium ſententia, veluti; *Vulteji de Feudis*, lib. I. cap. 8. §. 16 pag. 222. &c. *Roſenthalii de Feudis*, cap. 9. Concluſ. 55; *Zaſii de Feudis*, pag. 2, §. 3; *Conradi ab Einſiedel*, de *Regalibus*, Cap. 2, §. 139, pag. m. 183 &c. *Johannis Beckholdi, Theſaur. Jurisprud.* ex *Auguſtini Barboſæ*, & *Johannis Ottonis Taboris*, Axiomatibus, Lib. XII. Cap. XI. de *Nobilitate*, Axiomat. 8. pag. m. 152; Ill. *Ludolphi Hugonis*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. 4, §. 24; Dn. *Schilteri*, ad *Rubricam Codicis Juris Alemann. Feudal.* pag. 17; Dn. *Schurtzfleiſchii*, Diſp. de *Nobilium Inſignibus*, An. 1671. *Wittebergæ* habita, *t.* 13. pag. 10; ſexcentorum aliorum; quia (1) Nobilitas perſonis inhæret, non rebus, (2) *Ritter*, non à *Ritter-Sitz*; ſed *Ritter-Sitz*, à *Ritter*, nomen habet. (3) Homo locum ſanctificat, non locus hominem; *Diſt.* 40, C. IX. *Illud autem &c.* (4) Ille, qui domum Conſulis emebat, non ſtatim factus quondam Conſul; l. penult, ff. de *Uſuris* (5) Feuda ignobilia poſſidentes Nobiles propterea Nobilitatem non amittunt, licet onera, bonis iſtis inhærentia, ferre tenentur; vel ipſo Ordine Equeſtri Suevico omnium quinque Cantonum teſte, in *defenſione, contra gravamina Circuli Suevici*, Imperatori *Leopoldo*, An. 1698. oblata, pag. 93; *Wann* Comes, vel Nobilis Immedia-

 tus,

tus, *ein Bürgerliches- oder Bauren-Gut* alieni cataſtri *an ſich erkaufft, muß der Græfflich, oder Adeliche Kauffer, eben diejenige* onera collectarum *tragen, ſo ſein* Autor, civis vel ruſticus, *getragen hat, wie ein ſolches in Rechten* fundiret. Conf. Dn. *Schilterus*, in Diatriba *de S. R. G. Imperii Comitum prærogativa, inter ipſos, & Immediatum Imperii Ordinem Equeſtrem*, §. 37. pag. 51 & 52. (6) Quilibet pecunioſus, infimæ etiam ſortis homo, comparando Feudum Nobile, Nobilitatem acquirere poſſet; idque in detrimentum Imperatoris, vel eorum, qui Nobilitatis Jura concedendi facultate præditi ſunt &c. Excipiendus tamen caſus, ſi v. g. ea Feudi ſit natura, ut, volente Summo Principe, quilibet poſſeſſor Anteceſſoris dignitatem ex poſſeſſione conſequatur, qualia erant Feuda Longobardica, de quibus *Loyſeau* Tract. des *Seugneries*, C. 8. §. 22: *Les Fiefs Nobles des Lombards ennobliſſent la perſonne, dit le Titre*: (2. F. 10.) *Quis dicatur Dux?* mox annectens: *Ce qui n'eſt pas en ſan France, ſi non que l' Inveſtiture en ait ſciemment étê faite par le Roi, à un Roturier, aquel cas, il ſemble, que le Roi habilite à tenir le fief de dignité, celui, qu' il el inveſtit &c.* add. *Limn. Notit. Franc.* lib 4. c. 15. lit. I, p. 271. Quo poſteriori caſu tamen, inſpiciendæ ante omnia Inveſtiturarum literæ, quibus nihil de collata ſimul Nobilitate referentibus, nec ea certò conceſſa affirmari poteſt, probabilitas licet pro ea militet. Multa ſiquidem fraudibus, & ſub- & obreptitiè, à Summis impetrantur Principibus. *Neque enim ſufficit ad hoc, ut Feudum ſit Nobile, Eum, qui Feudum dat, nobilitandi poteſtatem habere; niſi etiam, Feudum dando, eum, cui dat, Nobilem eſſe velit; cui voluntati res illa accedat, tanquam ſymbolum; ſymbolum dico, eo quod poteſtatem nobilitandi habens, nobilitare quem poteſt, etiamſi nullum Feudum ei concedat: quod idem argumento eſt: Nobile Feudum non eſſe definiendum ex effectu, quaſi ipſum nobilitet poſſeſſorem; ſed, quod Feudum Nobilitati accedat, atque ipſum potius ex eo, quod datur Nobili, Nobile dicatur.* Sunt verba *Vulteji* l. c. §. 17. pag. 224 & 225. Sicque patet ſimul, quæ vera ſit differentia: inter Feudum *Nobile & Ignobile*.

Quo tempore Nobiles à Feudis ſuis appellari cœperint? indubitatè dici nequit. Apud Burgundos, legem tulit *Gundebaldus* Rex, Sec. V, à nato Salvatore, hujus tenoris: *Qui à Principe, aut Ejus Propinquis, aliquid benignitatis acceperint, ejus erigant & conſervent titulos, ut & ipſi, & eorum liberi, ſe Regi obligatos ſentiant, & inde confiteantur &c.* Extat illa apud *Franciſcum Guillimannum*, lib. 2. *Rerum Helveticarum*, Cap. VIII. §. 13. pag. m. 93; laudata hoc nomine *Beſoldo*, Theſaur. Pract. voc. *Adel* pag. m. 12. ubi in originem inquirit, *zu welcher Zeit die Edelleute Titul von den Dœrffern angenommen &c.* Dn. *Gundelingius* etiam in notis ad dictum *Guillimanni* locum, ait: *Hinc origo Armorum & Inſignium, à Dominiis & Arcibus &c.* Num verò ſemper viguerit, ignoro. S. *Ludgerus*, Monaſterienſium Epiſcopus, ætate *Caroli Magni* florens, in Epiſtola ad *Rixfridum*, Trajectenſem Epiſcopum, apud *Surium*, in vita *S. Swiberti* Epiſcopi Werdenſis, (cujus Auctorem *Marcellinum* Presbyterum ferunt,) 1. Mart. Part. 1. c. 32. pag. m. 17. ait: *Saluta mihi, in vinculo charitatis, omnes Fratres Conventus tui, & præcipuè dilectum Conſanguineum meum, Nobilem Lambertum de Lemegawen &c.* In eadem vita Part. 2. Cap. 10, pag. 21. legitur: *Germana Venerabilis Patris, Hildebaldi, Colonienſis ArchiEpiſcopi, Uxor Strenui Bartoldi, Domicelli de Grinbergen, habitant & reſidens illo tempore in Troja, ſive Xantis.* Quis autem neſcit, vocem *Nobilis*, olim plerumque denotaſſe *Nobiles* altioris gradus v. g. *Comites*; nec *ſimpliciter* ita dictos, *Nobiles*; ut hodiè. *Ottonis Magni* ævo, floruerunt: *Adelbraht de Dunedorf* & *Adelbraht de Bilirieth*, teſte Traditionis charta *Duidechæ*, Fuldenſi Eccleſiæ factæ, apud *Piſtorium*, lib. I. *Traditionum Fuldenſium*, Chart. 93, pag. m. 527.

Eodem Imperante, dedit *Adeldagus* Bremenſis Archi-Epiſcopus, *Buccenſi* Eccleſiæ Advocatum: *Luderingum de Hodenberge*; Vid. Ejus Diploma apud *Wolterum*, *Chron. Bremenſ.* in vita *Adaldagi*, Tom. 2. *Rerum Germanic. Meibomii*, p. 30.

An. 1028, Nobilis quidam, Hathamarus nomine, prædium quoddam, in loco Lemmonehuſen dicto, hereditario jure poſſedit; quod cuidam Hathaldo, Seniori ſuo, promiſſionibus illius illectus, absque voluntate hæredis legitimi, tradidit &c. Ita Auctor Vitæ *Meinwerci*, Epiſcopi Paderbornenſis, Cap. 103, apud *Surium*, 5. Junii, pag. m. 103; & apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* p. 559.

An. 1030, Adolfus de Santersleve (al. Salingslebe) creatus eſt Comes *Schaumburgicus* à *Conrado Salico* Imp. vid. præced. Tit. XVI, §. 10, lit. *n*.

In vita S. *Wolphelmi*, Brunwilerenſis Abbatis, ab ejus diſcipulo, *Conrado* Monacho, tempore *Henrici IV.* Imp. conſcripta, Cap. XI, apud *Surium*, 22. April. pag. 268, occurrit: *VVigmannus de Heversbach, Vir Militaris & Nobilis, ſed & Eloquentia Inſignis.*

An. 1073, Fridericus de Monte, in Hiſtoria *Belli Saxonici*, apud *Freberum* T. 1. *Rer. German.* p. 108.

An. 1074, In diplomate *Welfi*, Ducis Bavariæ, teſtes ſunt: *Berinhart de Kræba*; *Otto de Aitraba*; *Heinrich de Otmaresbart*; *Perchtold de Stouffen.* Vid. *Gewoldus* T. 3, Addit. *Metropolis Hundii*, p. 159.

An. eod. In diplomate *Altmanni*, Epiſcopi Patavienſis, occurrunt: *Miniſteriales, Reinberus de Rotawe*; *Gozwertus de VVeſen*; *Raffoldus de Morſbach*;

Porro de Holzhauſen; *Rudigerus de Ridelberch*; *Ekkolfus de Wolmpach*; *Chonzlinus de Schaltarn*, *& frater ejus, Otakhrus*; *Hartwicus de Chrenzing*, *& Rudbertus, frater ejus, Otakhrus de Weidocth*; *Imzo de Stegbach*; *Lintgoz de Taberchthauſen.* Vid. *Gewoldus* l. c. T. 2. p. 535.

An. 1075, In Traditione Comitis *Adalberti*, Monaſterio Hirſaugienſi ſacta, occurrunt: *Buobo de Gruonbach*; *Ruodolfus de Haldewanch*; *Eberhardus de Mulin*; *Diemo de Malbodesheim*; *Luitbrandus de Huſan*; *Ruodolfus de Phullingen*; *Managolt de Jatichingen*; *Altrich de Jungingen*; *Arnoldus de Huſan*; *& Adalgoz de Mindilowa.* Vid. *Documenta Würtenbergica Monaſterii Hirſaugienſis*, p. 519.

Eodem tempore floruerunt: *Adelbertus de Studerenheym*, *& Rudolphus & Hermannus de Goſtilize.* Vid. *Chronicon Gozecenſe* apud *Maderum*, in Appendice *Chronici Montis Sereni*, p. 219.

An. 1085, in Diplomate *Nortperti*, Curienſis Epiſcopi, apud *Hundium*, T. 2. *Metropolis*, pag. 386: *Waltchun de Ræchelingin*; *Hartwic de Heinricheshoven*; *Kuenrad de Lutewane*; *Alberich de Wagenhoven*; *Diethmar de Lenginmos*; *Engelſchalck de Radelſtorf*; *Friderich de Stoupha*; *Burchart de Pancingen*; *Adalbero de Chiſingen &c.*

An. 1093, In Diplomate *Henrici*, C. P. Rheni: *Burchardus de Oelbruck, & frater ejus, Henricus*: *Reinboldus de Iſſenburg*, *Wolkoldus de Bræl &c.* Vid. Dn. *Tolner, Cod. Dipl. Palat.* §. 37. p. 33.

An. eod. In Diplomate *Ruthardi*, ArchiEpiſcopi Moguntini *Albertus de Inſula.* Vid. *Schaten, Annal. Paderbornenſ.* lib. 7, ad h. a. p. 635.

An. eod. In Diplomate *Henrici* Paderbornenſis: *Everhardus de Veltheim.* Vid. *Schaten* l. c. p. 633.

In Diplomate *Sigefridi* C. P. R. ejusdem fere ætatis: *Burchardus de Oreburg*; *Folcoldus de Brule, & Filius ejus, Warnerus*; *Berno de Thure*; *& Emmicho de Pulſtersdorff &c.* Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. §. 38, p. 34.

Anno 1097, In Diplomate *Henrici IV.* Imper. *Counradus de Biun*; *Volcoldus de Malesburg*, *& Helmoldus de Hukilheim.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 642.

An. 1099, In Fundatione Monaſterii *Alpirſpacenſis*: *Landoldus de Winzilun*; *Waltherus de Heitirbach*; *Gerboldus & Wernerus de Augia*; *Eberhardus de Sedorf*; *Hiltiboldus de Tannecho*; *Egelolfus & Bernhardus de Flœrin*; *Luitfridus de Bohchingin*; *Wernerus & Mancgoldus de Cimberin*; *Egelolfus & Luf de Talebuſin*; *Udalricus & Rudolphus de Wigeheim*; *Benno, Adelbertus & Perikerus de Spaichingin*; *Bertoldus & Chunradus de Gibingin*; *Fridericus de Wolva, & Guntramnus de Egeſteige.* Vid. *Monumenta Würtemberg. Monaſterii Alpirſpacenſ.* pag. 239. Add. ibid. p. 243, ubi multi ex iis denuo occurrunt.

An. 1102, In Diplomate *Henrici*, Epiſcopi Paderbornenſis, apud *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 657: *Rado de Brenken.*

An. eod. In Diplomate *Henrici* Friſingenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, pag. 255: *Hujus rei teſtes ſunt: De Nobilibus: Sigiboto Advocatus*; *Werinhart de Stoſſe*; *Otto de Grube*; *Udalſchalch & Rihher de Hohenberth. De Miniſterialibus Eccleſiæ: Rudolf & Otto de Ribolveſtorf*; *Egino de Dietprehteſchirchen*; *& Filius ejus, Ambricus - - - Wolfolt de Wachergen - - - Werinher de Harpenigen &c.*

An. 1120, In Diplomate laudati *Henrici* Paderbornenſis: *Thiederic de Vorde.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 694.

An. 1123, In Diplomate *Henrici V.* Imp. *Eberhardus de Hilrisbach*; *Meribodo de Grifinſtein*; *Bertoldus de Tanciko*; *Counradus de Franconeburc*; *Weeil & Ludewicus de Aſcha.* Vid. Monumenta Wirtenbergica *Monaſterii Alpirſpacenſis*, §. 3, p. 250.

An. eod. In Diplomate *Ottonis*, Epiſcopi Babenbergenſis: *Starcher de Mürrindorf*; *Rudolfus de Oſterhoven.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. p. 126.

An. 1128, *Wernerus de Velthem* nuptias celebrat cum *Adelheida*, ſorore *Alberti Urſi*, Marchionis Brandenburgici, vidua *Henrici* Marchionis Stadenſis. Vid. *Albertus Stadenſis*, An. 1144. p. 164.

An. 1129, In Diplomate *Lotharii* Imp. *Burcardus de Cunradesberge*; *Wernerus de Veltheim*; *Marquardus de Ordio*; *Conradus de Eikſtedde*; *Gero Stochunſehe*; *Ekenhardus de Wegenleve*; *Wernerus de Quenſtede*; *Ludolfus de Dalem*; *Ludericus & Volcwardus de Tingelſtede*; *Arnoldus de Anderbicke*; *Theodoricus de Heſſenem &c.* Vid. *Maderi Antiquit. Brunſuic.* §. 15. p. 129.

An. eod. In Diplomate ejusdem Imperatoris: *Roupertus de Halteslеve*; *Chriſtianus de Routenburg*; *Counradus de Hagen*; *Eric de Blanchenborg*; *Godefridus de Vlechtorp &c.* Vid. Dn. *Heineccii Antiquit. Goslarienſ.* lib. 2. ad h. a. p. 125.

An. eod. In Diplomate *Hermanni*, Epiſcopi Auguſtenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 313: *Friderich de Schiringen.*

An. 1130, In ejusdem Præſulis charta; *Ex Militibus --- Friderich de Schiringen; Heinrich, & Frater ejus Diethprecht, de Gnozzisheim.* Vid. *Gewoldus* l. c. T. 2. p. 388.

An. 1131, In Diplomate *Lotharii* Imp *Roupertus de Haltesleve; Chriſtianus de Rodenburch; Counradus de Hagen; Vit de Blanchenbourg; Bernhart & Frater ejus Fredericus; Godefridus de Vlechtorp; Fredericus de Bardewich; Bejo de Lunenburch; Ludolfus de Dalem; Eppo de Bruneſwic.* Vid. Dn. *Heineccius* l. c. p. 131.

An. 1133, In Diplomate ejusdem Imperatoris: *Albertus de Caſſello*; Vid. *Schaten* l. c. lib. 8. ad h. a. p. 731.

An. eod. In Diplomate *Bernhardi*, Epiſcopi Hildesheimenſis: *Cono de Hottonen, & frater ejus, Witikindus; Cewerdus & Walterus de Toſſem.* Vid. Dn. *Heineccius* l. c. ad h. a. p. 138.

An. 1134, In Diplomate *Lotharii* Imp. *Cunradus de Walbuſen; Volradus de Reveninge.* Vid. *Eckſtormii Chronicon Walckenredenſe*, p. 42.

An. eod. In Diplomate *Norberti*, ArchiEpiſcopi Magdeburgici: *Wigboldus ab Holte; Hermannus à Boſenlage; Ludolfus & Rudolphus à Steinvorde; Francus à Deipenheim; Thiemarus à Dulmen; Hermannus à Lair; Wernerus à Bueren.* Vid. Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 738.

An. 1136, In Charta *Eberhardi*, Saltzburgenſis ArchiEpiſcopi, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 371: *Adalbero & Udalſchalch de Torringen; Rudgerus de Winden; Cunradus de Holzhauſen; Ekkloff de Poſſimunſtere, & Otto & Herrich; Hanrich de Brunsberch; Johann de Snellendorff.*

Ann. eod. In Charta *Bernhardi* Paderbornenſis: *Adelbertus de Rikeswigh; Luidoldus de Osdagesheim*; Vid. Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. p. 742.

An. eod. In Diplomate *Wilhelmi* C. P. R. apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 40. pag. 36: *Richardus de Duna; Karſilius de Carpena; Eppo de Cuchemo.*

An. 1137, In Charta Canonicorum Fuldenſium: *Ratgunda de Cruciburc; Wiggerus de Warteberg; Harlungus de Scarſenberc; Labenoldus de Leimbach.* Vid Lib. 3. *Antiquitatum Fuldenſium Piſtorii*, §. 30, p. m. 582.

An. 1138, In Diplomate *Ottonis* Bambergenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. p. 8: *Hujus traditionis teſtes ſunt, de Fidelibus ac Miniſterialibus noſtris: Poppo de Ahorn; Starker de Mittechindorf; Fridericus, & Frater ejus Otto de Liuttenbach; Ezzo & Outto de Burgelin; Gundenloch, Pippin & Pillunc de Podelendorf; Ebo de Trebensdorf; Heinricus de Chuerbelenrivet; Wilhalm de Minegchauſen; Rudolf de Oſterhoven; & frater ejus Gotebolt; Ruediger de Ebringen; Bericholt de Tetelingen; Rapoto & Dietmar de Pædingen; Hartlieb de Reichendorf; Erneſt & Adelbrecht de Muchil; Chunradus de Maminsdorf; Chunrat de Vraba; Hartunc, Ludweich, & Adelbreche de Meginvelt; Walchel de Islingen; Hartliep de Birlebez; Adelram de Mulhaim; Heinrich de Paumgarten. Præter hos --- de Miniſterialibus ſive Fidelibus prædicti Chunonis* (de Horburch) *Purchardus de Windesbach; Hartnit de Greiſesbach; Eberhart de Willenbach; Sigebot de Trennelin; Ludfrid de Liteſpach; Gernot de Butendorf; Karl de Roſtal; Eberolf de Haſela; Wolfstrigil de Winezgor; Aribo, & frater ejus Friderich de Wartenberch; Sigefrid de Chaldorf; Berichtold de Swaba; Wecil & Hertweich de Wartenberch &c.*

An. eod. In Charta *Heinrici* Ratisbonenſis Epiſcopi, apud *Gewoldum* l. c. pag. 251: *Laici autem qui aderant, ſunt hi --- Erneſtus de Hohenburk; Udalricus de Steine; Wiknandus de Haſelbach; Rigwinus de Manigoltigen --- Sigehardus de Eberſpuinde, & filius ejus Sigehardus; Otto Cnuer, Utto de Penn Kapelle, Burckhardus de S. Paulo, Hartwicus de Canne, Engilmarus de Geroldeshauſen, Udalricus de Arbenhoven, Adelbrech de Hursbach, Heinricus frater ejus, Burnhart & Henrich, Gothfridus Chirhturf, Bruno de Prukke, Aladelger de Buloch, Eppo de Rude, Chuno de Egenhuſen, Mahto de Minigenhuſen, Wolfmm & Burkart de Ovenſteten, Willehalm de Charbach, Sighoto filius; Megenharch de Chabbach, Otto, Filius Richeri de Egenhuſen.*

An. 1139, In Diplomate *Conradi III.* Imp. *Walterus & Engehardus de Lobenhuſen.* Vid. *Docum. Wirtenberg. Monaſterii Denckendorffenſis*, §. 2, p. 452.

An. eod. In Charta *Adelberti* Moguntini: *Thietwinus de Hollenſted; Brunggus de Sibechtesbuſen; & frater ejus, Herimannus & Thietericus, Miniſteriales; Conradus de Geismar; Thiedericus de*

Agger-

Aggerſtein; Hugo de Heiligenſtad. Vid. Dn. *Leuckfeld, Antiquitat. Walckenred.* Cap. 13, lit. u. pag. 254. & 255. & Dn. D. *Meier, Origines Pleſſenſes,* Part. 2. Cap. 5. §. 5, pag. 140:

An. eod. In charta *Ottonis*, Epiſcopi Babenbergenſis, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 2. pag. 58: *Hujus rei & inſtitutionis teſtes ſunt ---- Miniſteriales - - Uto de Purgelin; Pero Herdegen; Solnant, Leopolt, Filii ejus, de Wiſentowe; Gotefrid, Tremo, Heinrich, filii ejus, de Aiske; Folnant Hartung de Miſſendorf; Udalrich, de Hadelogedorf; Rudolf, Gotbolt, Hartlieb, Arnolt de Oſterhoven; Eberhard de Winzer; Rapato filius ejus; Dietmarus de Podingen; Perchtolt de Tetlingen; Ridiger de Ebringen.*

An. 1142. In Charta *Ottonis*, Epiſcopi Friſingenſis, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 3. pag. 314: *Chuno de Megelingen, & filius ejus Chuno; Otto de Iringesbach; Eberhard de Herrenhauſen; Robert, & frater ejus Pabo, de Frichendorf; Iſenrich de Lobkirchen; Waltman de Pasberch, & Frater ejus, Rudolf; Adlhart de Priſingen; Witilo de Wartenberch, Heinrich Choph.*

An. eod. In Charta *Altmanni* Tridentini, ib. p. 371: *Heinrich de Chatſe; Meingotus de Sureberg; Adalbero de Dyetmaningen; Lutoldus de Sirsdorff; Wiſunt de Wonegove.*

An. eod. In Charta *Bernhardi* Paderbornenſis, apud Dn. *Schaten* l. c. lib. 8. ad h. a. p. 759: *Adelbertus de Ricketſwic.*

An. eod. In repetita Fundatione *Cœnobii Denckendorfenſis: Conradus de Torimbach; Wolframus de Bernhuſen; Wolbotto & Remaldus de Cüſtringen; Ruodolffus de Rinvelden: Rondegerus de Botobore; Arnoldus de Spira.* Vid. *Monumenta Würtenberg.* l. c. §. 3. pag. 454.

An. eod. In Fundatione Monaſterii S. Mariæ apud Stadam: *Heinricus de Seltzing; Bertoldus Schultetus; Johannes de Bachtenbrock; Henricus de Nindorp; Fridericus de Reimershuſen &c.* Vid. *Mushardi Monumenta Nobilitatis Bremenſis*, p. 332; 389 411 & 438.

An. 1143. In Charta *Regenberti*, Patavienſis Epiſcopi, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 8 & 9: *Teſtes autem horum ſunt --- Hertwich de Hagenaue; Pabo de Zulling; Wernherus de Wainesdorf; Otto de Moſen; Dierthus de Hals; Chunrad de Itbenſpach; Werner, & Frater ejus Richger, de Oſterna --- Alram de Chamb; Hartwich de Hagenawe; Ekkolf de Warte, Engelboto de Berendorf; Wilhaim de Mulhaim; Regenger de Johensdorf; Adelbrecht de Birenbach; Gotebolt de Oſterhoven.*

An. 1144. In Diplomate *Conradi III.* Imp. apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 41. pag. 37: *Henricus & Rodolfus de Ulmena; Johannes & Wernerus de Neutersborch; Johannes de Luernachs; Johannes de Cochma; Nicolaus de Carpena; Conradus de Bopardia.*

An. eod. In Diplomate ejusdem Imperatoris: *Arnoldus de Burchdorp.* Vid. Dn. *Leuckfeldi Antiquit. Gandersheim.* c. 25. p. 300.

An. eod. In Charta *Henrici*, Archi Epiſcopi Moguntini: *Werenherus & Hartemannus de Hebelde; Heinricus de Caſeberg, & Walterus, ejus frater.* Vid. Dn. *Leuckfeldi Antiquit. Michaël-Steinenſes*, §. 1. pag. 10.

An. eod. ſub *Adalberone*, Archi Epiſcopo Bremenſi, floruere: *Theodoricus de Thüringen, & Erpo de Duvenwort.* Vid. *Musbart* l. c. p. 203 & 221.

An. 1145. In Diplomate *Conradi III.* Imp. apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtit. Imper.* pag. 330. & *Mushardum* l. c. pag. 15: *Eſyco de Burmenſteden; Walterus de Arneſtede; Otto de Hilgesleve; Fridericus de Scaltzwitelen, & Frater ejus, Wolradus; Heinricus & Helmoldus de Botwidel.*

An. eod. In Charta *Conradi* Saltzburgenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 231: *Hugo de Tanters; Heinricus de Wenge; Fridericus de Lingnowe; Hartnith, & Frater Ejus Marchwart, de Uzitingen, Heinrich; & frater ejus Diethmarus, de Chutebach; Gundakar de Waltpehtingen; Luiwinus Caſtellanus; Chuno de Engilhalmingen; Megingoth filius Megingoti Pincernæ; Diethmar de Eichelm; Volcholt de Aſchowe; Werinhart de Otenach; Otho de Vilern; Adilpret de Witenſtein; Otto Neſel.*

An. 1146. In alia ejusdem chartarum, ibid. pag. 159: *Hartmannus & filius ejus de Nuſtorff; Volckmarus de Lichtenſtein; Heinricus de Hegele; Engelſcalcus de Frieſach; Gotfridus de Wiettingen; Ruodolphus de Tyſenberch; Meingoz Pincerna.*

Circa idem tempus facta donatio multorum *Veteris Marchiæ* locorum Eccleſiæ Magdeburgenſi, ab *Alberto*, Marchione Brandenburgico, ætate ſcil. *Conradi III.* Imp. & *Friderici*, Archi Epiſcopi Magdeburgenſis, quorum hic an. 1143. electus fuit, & Ille an. 1152. obiit;

obiit; in qua, teſtinm numero habentur: *Wernerus de Veltheim*; *Eſico de Jurnſtide*; *Badericus de Gabelinze*; *Rodulphus de Snetlinge*; *Luiderus de Grabene*; *Theodericus de Tangermünde*; *Adelgotusde Hagen*; *Germarus de Gummere*; *Burchardus deGline*; *Alexander de Alesleve*; *Ans helmus deBurch*; *Hermannus de Plote*; *Heiderieus de Grabowe*; *Hartungus de Burch*; *Gevere de Otterſleve*; *Eglolſus de Snetlinge*. Extat Charta in Archivo Berolinenſi.

An. 1147, In Diplomate *Bernhardi* Hildesheimenſis Epiſcopi, apud Dn. *Heineccium*, lib. 2. *Antiquit. Goslar.* ad h. a. pag. 145. & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Walckenred.* Cap. X. §. 6. lit. r, p. 122: *Lothevicus de Heringe*; *Gunterus de Breitenheim*; *Berchtoldus de Werra*; *Wernerus de Elvethe*: *Cono de Hildesheim*; & *Conradus de Wincenburch.*

An. 1148, In fundatione Monaſterii *Herren-Alb*, *Berchtoldi* Dn. de *Eberſtein*: E. de *Strubenhart*; R. & H. de *Otterswülre*; L. de *Bubell*; H. de *Merſche*; B. de *Malſch*. Vid. *Monumenta Würtenberg Cœnobii Albæ Dominorum*, p. 125.

An. 1150, In Diplomate *Conradi III.* Imp. apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. p. 785: *Marquardus de Grunbach*; *Arnoldus de Rotenburch*; *Thiepertus de Winſperch*.

An. eod. In diplomate ejusdem Imperatoris, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Pældenſ.* Addit. ad Cap. 3. §. 2. pag. 207: *Wolfframus de Werthern*; *Caſo de Heimborch*; *Adelbertus de Basberch*; *Meinhardus de Muleborch*; *Godefridus de Laiden.*

An. 1151, In diplomate *Henrici*, Archi Epiſcopi Moguntini: *Conradus de Hagen*, & *Arnesburg*; *Godefridus de Hæſte*; *Arnoldus de Hagenavve*; *Eccehardus de Erlebe*. Vid. *Roberti Kolbii Aquila certans*, §. 1. Documentor. p. 1.

An. 1152, In Diplomate *Friderici I.* Imp. apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. pag. 29: *Marchvvardus de Grumbach.*

An. eod. In Charta *Conradi*, Patavienſis Epiſcopi, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 235: *Ex Miniſterialibus*: *Ruodigerus*, *Adelbertus*, *Arnoldus de Patavia*; *Waltherus de Ludinge*; *Rapoto de Swabendorff*; *Gerbocho de Framelinſperge*; *Heinricus Ruodolphus*, *item Ruodolphus*, *Megingoth de Pogen*; *Engilbertus*, & *frater ejus Otto*, *de Stroubing.*

An. 1153, In Diplomate *Eberhardi*, Archi Epiſcopi Saltzburgenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 372; *Gotfridus de Werde*; *Burchardus de Staine*. *Hainricus*, *filius ſororis ejus*; *Carolus de Mandilkirchen*; *Eberuvinus de Lobſin*; *Dietmarus de Ergoltingen*; *Duringus de Werven*; *Ekkehardus de Tannen*; *Marchvvardus de Uzlingen*, & *filius ſororis ejus*, *Marchvvardus*, *Wiſent de Bongu*; *Fridericus de Bettuvva*; *Fridericus de Lonsberch*; *Gotfridus de Wietingen*; *Rudolf de Duonesberch*; *Chuno*, *Sigmarus*, *Rudolff de Libniz*; *Rudgerus de Wilkirchen.*

An. eod. In Diplomate *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ & Bavariæ, apud *Schatenum* l. c. lib. 8. ad h. a. p. 795; *Henricus de Gerdene.*

An. eod. In charta *Bernhardi*, Paderbornenſis Epiſcopi, ibid p. 796: *Hermannus de Halmere*; *Conradus de Culite*; *Hugo de Hegkeldere.*

An. 1154, In Diplomate *Friderici I.* Imp. *Marquardus de Grumbach.* Vid. *Documenta Würtenbergica Cœnobii Laureacenſis*, §. 3. p. 725.

An. eod. In Diplomate laudati modo *Henrici Leonis*, apud Dn. *Heineccium*, *Antiquit. Goslar.* ad h. a. pag. 150 & 151: *Geroggus de Scildeberg*; *Widego de Getlide*; *Guncelinus de Hagen*; *Eggebertus filius Haoldi de Riudim*; *Johannes de Burne*; *Adelhardus*, *de Burchtorpe*; *Arnoldus de Dorſtide*; *Anno de Heimburg*; *Heinricus de Wida*; *Liuppoldus de Hertesberg*; *Wernerus de Oſterrod*; *Burchardus*, *cum filiis Ecberto* & *Burchardo*, *de Wulferbutele*; *Hermannus de Guſtidde*; *Tiedolfus de Derſe*; *Liuchardus de Oſterrod*; *Fredericus de Volcmariggerod*; *Bertoldus de Stouſenborch*; *Edo de Derdsheim*; *Witekindus* & *Herezo de Goslaria*; *Walmodus de Liuneborch*; *Sigebodo* & *Liudolfus de Pagim*; *Cunnemannus de Othberch*; *Volcmarus de Herre*; *Tidelinus de Walmoden*; *Tiadolfus de Werele*; *Gerhardus de Gerdine*; *Arnoldus de Eimbike*; *Madelgerus de Bomkenhuſen*; *Eilardus ejus frater*; *Hartmannus de Nankeſſem.*

An. eod. In Charta *Ottonis*, Epiſcopi Friſingenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. pag. 243: *De Miniſterialibus*: *Heinrich de Lothrich*; *Waldman de Paſtlem*; *Chonrat de Heidolſing*; *Rudolf de Puchenhawſen*, & *frater ejus Gerwichi Engilwan de Achdorff.*

Ann. 1155, In Charta *Bernhardi* Paderbornenſis, apud

apud Dn. *Schatenum* l. c. lib. 8. h. a. pag. 804. *Hugo de Wullenhuſen; Ludolfus de Oldageſſen; Reinardus de Maſenhem; Conradus de Frenkenhuſen; Wernardus de Papenheim; Conradus de Amelunkeſſen.*

An. eod. In Charta *Conradi*, Pataviensis Epiſcopi, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 11: *Alramus de Chambe; Weinhardus de Julbach; Erkenwertus de Moſpach; Engelbertus de Plancbenburch; Amelbrecht de Erlling; Meinhart, & filius ejus Heinricus, de Spilbert; Ekkolf & Herlieb Poſtmunſter; Otto, & frater ejus Engelbrecht, de Strubene; Dietrich de Wernarn; Reicher de Oſterna; Wipoto de Ort; Hartmut & Germut de Auſtria; Fridericus de Eſſchelbach; Marquardus de Wolfa; Fridericus de Recebach.*

An. eod. In Diplomate *Adelberti*, Marchionis Brandenburgici, apud Dn. *Heineccium* l. c. ad h. a. p. 154: *Fritbericus & Huswardus de Hacaburnen; Luiderus de Grebene; Volcmarus de Minori Anegre in Esleve; & ejus filii: Conradus, Gero, Otto; Ruothardus, Erpho, Wilhelmus, Luiderus & Widekinus de Snetlingen; Bruno de Setborp; Fridericus de Wideſtorp; Everhardus de Reinſteden; Tidericus de Aſchersleve; Arnoldus de Redere; Burchardus, cum filio Ruotholfo, de Gerſtorp; Fritbericus de Gatersleve; Elvericus & Gevebardus Schephenen de Winningen; Fridericus de Hardeſtorp; Heinricus de Annendorp; Fridericus, & ejus frater, Luiderus, de Eilwardeſtorp; Burchardus de Wilmarſtorp; Bruno de Gutenſtein; Iſo & Adelbertus de Querenbeke; Eſicus de Burnenſtede; Cono de Wipera; Conradus de Dromtborp; Gardolfus de Hathamersleve; Eckebardus & Heinricus de Burnim; Rothericus & Rothardus de Gundersleven; Guntherus & Radulfus de Wigeleven; Adelbertus de Orsleven; Hildewardus de Emmenthorp; Waltherus, Conradus & Adelbero de Arnſtede; Willehelmus & Othelricus de Amersleve; Gerhardc de Thietvorde.*

An. 1156, In Diplomate *Friderici I*, Imp. *Otto, Fridericus, & Bertolphus de Scarphenberch; Arnoldus de Biverbach; Berengerus de Raveneſten; Cunradus de Scippne; Otto de Nicaſtel; Cunradus de Triveles.* Vid. *Monumenta Würtenbergica Monaſterii Maulbrunnenſis*, § 3. p 796.

An. eod. In Charta *Hartwici* Ratisbonenſis Epiſcopi, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. pag. 449: *Chaldelhabus de Abuſen; Chuno de Raitenpuech; Berchtoldus de Sinzingen; ---- Diethmarus de Sinechingen; Altmannus de Egloffshaim; Chuno de Hofedorf; Wallo, & filius ejus Wallo, de Falckenſtain --- Uſto de Pennethapelle --- Ruthlandus de Puchſe.*

An. 1157. In Diplomate *Friderici I*, Imp. apud Dn. *Heineccium* l. c. ad h. a. pag. 160: *Marquardus de Grombach.*

An. eod. In ejusdem Diplomate apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. pag. 376: *Hartwicus de Danne.*

Ann. 1158. In Charta *Wigmanni*, ArchiEpiſcopi Magdeburgici, apud Dn. *Becmannum*, Part. 3. *Hiſtor. Anhalt.* lib. 4. c. 2. §. 14. p. 435: *Bartoldus de Hademersleve.*

An. 1159, In charta *Hartwici*, Archi-Epiſcopi Bremenſis: *Marquardus de Bederkeſa, & Engelbertus de Bremen.* Vid. *Mushard, Monument. Nobilitatis Bremenſis*, pag. 60 & 139.

An. eod. In Charta *Brunonis*, Hildesheimenſis Epiſcopi, apud Dn. *Heineccium* l. c. ad h. a. p. 162: *Rutbericus de Egisheim.*

An. eod. In Charta *Conradi* Pataviensis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. pag. 11: *Poppo de Meſſingen, Hartlieb de Wintzen; & filii ejus: Eberhard & Hartlieb; Gotebold de Oſterhoven, & filii ejus Dietrich & Gotpolt; Rapoto de Poding; Rudiger de Ebring; Eppo, & frater ejus Marquard, de Hergoltingen; Eberhart, & frater ejus Ekhart, de Anbaltesdorf; Iſeingrem de Gurichingen; Eſchwin de Rapheſteſtorf; Rudiger, Offo, Dietreich, Chunrad de Oſterhoven; Heinrich, Ulreich de Mulheim; Petrus, & filius ejus Chunradus, de Linzingen; Chunradus de Otmaring.*

An. 1162, In donatione Ecclesiæ Ratzeburgensis *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ & Bavariæ, cujus copiam poſſideo: *Ut hoc ratum & inconvulſum omni futuro tempore permaneat, ſigilli noſtri impreſſione, & ſubſcriptorum teſtium aſtipulatione confirmo ---- COMITUM: Henrici Advocati, & filii ſui Bernhardi; Sifridi, Comitis de Blanckenburg; Comitis Adolphi de Schowenburg; Comitis Volradi de Danneberg; Comitis Ottonis de Aſſeburg; Comitis Werneri de Veltheimb; NOBILIUM: Luithardi de Meners; Luidolphi de Waldenroth; Gunzelini de Hagen; Hermanni de Luicbowe; Hugoldi de Hirmanneſburg; Gerlachi, & filii ſui, de Wege; Adolphi de* Nu-

Nuwenkirchen; Theodorici deRichlingen; Scacci deBardenwick; Arnoldi de Cantelſen. MINISTERIALIUM; *Henrici de Wida; Rema de Artheneburg: Lupoldi de Hirzberg; Ludolphi de Peine; Caſarii de Blanckenburg, & Jordani, fratris ſui; Gerhardi deLacheim, & filiorum ejus, Ulderici & Druthen; Henrici de Luneburg; Henrici de Dalenburg; Theodorici de Hidesacker; Ottonis de Medinghe; Bruningi deSinnersberg; Martwardi de Bederikga; Gerungi de Brema; Brunonis de Marboldeſtorp; Bartoldi de Oſterſtede; Conradi Advocati de Wirdena; Hildemari de Otentorp.*

An. eod. In Diplomate *Wigmanni*, Archi Epiſcopi Magdeburgenſis, apud Dn. *Becmannum* l. c. §. 16. p. 435: *Otto de Brothiz; Volrad de Honthorp; Otto de Magdeburg; Otto de Mochile; Thiedericus de Hachen; Thiedericus de Dronthorp.*

An. 1166. In Diplomate *Friderici I.* Imp. apud Dn. *Becmannum* l. c. §. 18. p. 436: *Waltherus de Arneſtede; Arnoldus deBiverbach; Lodovicus de Werthersberch; Teginhardus de Hellenſten; Henricus deReveningen; Witho deHonſten; Richardus & Henricus de Alsleve; Hendericus & Henricus de Seburch; Siegfried de Solcherhuſen.*

An. eod. In ejusdem diplomate: *Albertus de Hildenburc; Manegoldus de Wiltberc; Bertoldus de Tſife.* Vid. Dn. *Becmannus* l. c. p. 437.

An. 1168. In Ejusdem Diplomate, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Pœldenſ.* Append. 3. §. 3. pag. 257: *Waltergus & Crafto de Lobenhauſen; Manegoldus deTunusdorff; Albertus de Hildenberg; Conradus de Scheidfeld; Conradus de Newenberg; Conradus dePlinrecken; Henricus Marſchalcus; Bertoldus Camerarius de Mintzenberg; Conradus Colbo, cum Fratre Ludovico; Hugo de Warda; Thimo de Koldier; Botho de Wirtzburg; Bilingus & Henricus Schulteti; Gotfridus & Engelbertus de Foro; Richoldus de Rieth.*

An. 1169. In ejusdem Diplomate: *Marquardus de Grumbach; Wernerus de Bonland; Anſelmus de Dura.* Vid. Dn. *Leuckfeld* l. c. Append. 4. §. 12. p. 286.

An. eod. In Charta *Hermanni*, Hildesheimenſis Epiſcopi: *Elverich de Schwichelt.* Vid. Dn *Behrens, Hiſtor. Steinberg.* in Addit. p. 99.

An. eod. In Charta *Alberti*, Epiſcopi Friſingenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3. p. 294 & 295: *De Miniſterialibus: Waltmannus, & filius ejus Fridericus, de Holenſtain; Adeloldus de Dorinpach; Siboto de Paccarn; Ruodolphus de Puobenhuſen; Heinricus Felix Puer: Gotefridus Pincerna. Milites: Woltemannus de Holenſtein; Helphrich, Siboto, Heinricus, Pernhardus de Veringen; Ortwinus de Chumezdorff.*

An. 1170. In Fundatione, ſeu dotatione Epiſcopatus Suerinenſis, *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ & Bavariæ: *Reinbertus deRichlinge; Meinricus de Molburch; Otto de Erthinebroch.* Vid. *Maderus, Antiquit. Brunſuic.* §. 17, pag. 238, *Lindenbrog. Privileg. Hamburg.* §. 59. p. 166; Dn. *Leuckfeld. Chronolog. Abbat um Amelunxbornenſ.* §. 56. pag. 51.

An. 1171. In Fundatione Monaſterii *Herbrechtingenſis* laudati Imperatoris *Friderici I. Otto de Hurwin; Degenhardus deHelonſtein; Hermannus deHerbrechtingen.* Vid. *Monumenta Würtenbergica Monaſterii Herbrechtingenſis*, §. 1. p. 952.

An 1173. In Diplomate ejusdem Imperatoris, apud Dn. *Kettnerum, Antiquit. Quedlinburg.* Secul. XII. Dipl. 14, p. 189: *Cuno de Minzenberg; Henricus de Gatersleve; Jordanus de Blanckenburg; Lupoldus & Anno de Heimenburg.*

An. eod. In Charta *Diepoldi*, Epiſcopi Patavienſis, apud *Simonem Rettenpacherum*, lib. 2. *Annalium Cremiſanenſium*, Cap. 12, p. 163: *Willehalmus de Techendorf; Purchardus de Chambe; Rugerus de Abaim; Gebhardus de Jugelbach; Engelbertus deBlanchenberch; Chunradus de Puchaim; Hadmarus deAbauſen; Engelbertus deStrubem; Walchunus de Slehedorf; Chunradus de Winzer.*

An. 1174. In Diplomate *Henrici Leonis*, Ducis Saxonum & Bojorum, quo donationes Cremiſanenſi factas Eccleſiæ ratas habet, apud *Rettenpacherum*, l. c. pag. 165: *Heinricus de Stouph; Otto de Ror; Warmundus deLewenſtain; Gundakerus deStyria; Fridericus de Brunnowe; Poppo, & fratres ſui; Otto & Engelſchalcus, de Urach; Ugo de Lonſtorph.*

An. 1177. In Charta *Theobaldi*, Batavienſis Epiſcopi, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 3. p. 13: *Ex Nobilibus: Engelbertus deBlanchenberch; Albertus & Frater ejus Alramus, de Chamb. Ex Miniſterialibus verò: Heinricus deSpilberch; Rugerus deHoltzhauſē; Pabo deGalchweis; Gumpolt dePornheim; Waltherus Eninchkel; Rapoto dePœding; Alkerus de Wal-*

Digitized by Google

Waldekk, & filii ejus Alkerus & Heinricus; Chaldelaus de Valkchenſteine; Eberhardus de Buchenperg; Wernerus de Aichenbach; Perngerus de Wabendorff; Rapoto de Pfaffenſteten.

An. eod. In Charta *Evergiſi*, Epiſcopi Paderbornenſis, apud Dn. *Schaten*, lib. IX. *Annal. Paderborn.* h. a. p. 845: *Hartmannus de Ileſen; Andreas de Ethelen; Conradus, frater ejus; Hermannus de Brach; Albertus de Rikerswich; Helmvicus & Lentfridus de Helmere.*

An. 1178, In Charta *Odalrici*, Epiſcopi Halberſtadenſis, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Michaëlſteinenſ.* §. 13, p. 38 & 39: *Frithericus de Hakeburne; Oldericus de Witin; Otto de Hertbike; Odelricus de Hertbike; Chriſtianus de Amvorde; Thiedericus de Hyersleve; Eggelbertus de Meintrop; Theodoricus de Hackenſtidde; Hugoldus de Quenſtide; Henricus de Eilenſtide; Heinricus & Ericus de Bikendorp.*

An. eod. In Charta *Adelhogi*, Epiſcopi Hildesheimenſis, apud Dn. *Heineccium*, lib. 2. *Antiquit. Goslar.* h. a. p. 177: *Sifridus de Aldendorp; Liudolphus de Herre; Liupoldus de Stockem.*

An. 1180. In Diplomate *Friderici I.* Imp. apud *Schatenum* l. c. h. a. p. 852: *Hartmannus de Buttingen; Wernerus de Bulande; Conradus Pincerna; Henricus Mareſcalcus de Pappenheim; Sthodo de Greix.*

An. eod. In ejusdem Diplomate: *Adilold de Dombach; Bertholdus de Reihembauſen; Sibot de Holzhauſen.* Vid. *Goldaſtus* T. I. *Conſt. Imp.* p. 285.

An. eod. In Ejusdem Diplomate: *Adelhardus de Luneberg; Gerungus & Henricus de Bachtenbrock.* Vid. *Hamelman, Chron. Oldenburg.* Proœm. & Dn. *Mushard, Monument. Nobilitatis Bremenſ.* p. 375 & 389.

An. eod. In Ejusdem Diplomate: *Chonradus & Crafto de Bockesberch; Albertus de Hildenburch; Albertus de Grombach; Wernerus de Ponlant; Cono de Nunzenberg; Hugo de Warda; Themo de Coldiz.* Vid. *Lindenbrog. Privileg. Hamburgenſ.* § 61, p. 169.

An. eod. In Diplomate *Philippi* ArchiEpiſcopi Colonienſis: *Conradus de Sconinberg; Reinerus de Troizprecht; Henricus de Vore; Rodolfus de Steinvorde; Heinricus & Gerardus de Voldeſtei..; Godeſcalcus de Padberg; Gozwinus de Altina.* Vid. Dn. *Schaten*, l. c. p. 853.

An. eod. Hartwicus von der Lith, poſtea ArchiEpiſcopus Bremenſis. Vid. *Mushard* l. c. p. 352.

An. eod. In Charta *Ottonis*, Epiſcopi Babenbergenſis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3, p. 13 & 14: *Hermannus de Wilhalmeſtorff; Leupoldus de Velden; Adelbertus de Crana; Fridericus de Mantenchoven; Gundelhohus Marſchalcus de Tundenvelden; Marquardus de Purgelnie; Herwardus de Hag; Marquardus Pincerna; Weicger de Stein; Heinricus de Giche; Heinricus de Oberngeſaze; Eberhardus, Nobilis de Wolfsperg; Burhardus, Nobilis de Landewurch, de Saxonia; Udalricus, Nobilis de Otlobsdorf, Miniſterialis Epiſcopi; Eppo de Wintzer; Cunradus de Wintzer; Chunradus de Gundelchoven; Goteboldus de Oſterhoven; Rugerus, & filius ejus Udalricus, & frater ejus Udalricus, Rapoto de Pœting; Gozwinus de Fronchenburch; Wernhardus de Pillenow; Dominus Adalbertus, & frater ejus Alramus, Walchun de Chamb; Marquardus Laidewrewt de Mantenchoven.*

An. eod. In Charta *Sifridi*, Abbatis Herſfeldenſis: *Conradus de Burg; Theodoricus de Milda.* Vid. Dn. *Becmannus* l. c. Part. 3, lib. 4, c. 2. §. 21, p. 439.

An. 1181, In Diplomate *Friderici I.* Imp. *Walther de Gretzingen; Werner de Roſtach; Wolckenandus & Fridericus de Stouffen; Conradus de Stainheim; Gerwigus de Henrid.* Vid. *Document. Würtenb. Monaſterii Denckendorfenſis*, §. 4, p. 457.

An. eod. In Ejusdem Diplomate: *Otto de Lengebach; Heinricus de Schowenberch; Wernherus de Griezbach; Wernhardus de Horbach; Chunradus de Rote.* Vid. *Rettenpacherus* l. c. p. 166.

An. eod. In Diplomate *Adelhogi*, Hildeshemienſis Epiſcopi: *Ludolphus de Hachem; Ludolphus de Peyna; Erneſtus de Ochtherſen; Ludolphus de Geren; Didericus de Saldere; Burchardus ejus frater, Hinricus de Suechelte; Adolfus de Harboldeſſem; Ezzo de Eilſtenge; Rodericus de Ekkeſen; Heinricus de Wimighe; Bertholdus de Bortfeldt; Didericus Pubaldt; Hermannus de Clem.* Ex MS.

An. eod. In ejusdem Charta: *Berno & Ludolff de Cramm.* Vid. Dn. D. *Behrens, Hiſtor. Steinberg.* Addit. p. 65.

An. eod. In ejusdem Charta: *Steppo de Mandere; Widego de Heringo; Burchardus & Witekindus de Wolfferbutle; Iſo de Berwinckele; Conradus & Bartoldus de Werre.* Vid. Dn. *Heineccius* l. c. An. 1181, p. 181.

An. eod. In Charta Venditionis *des Hollerlandes: Gotfried von Borch.* Vid. *Mushard* l. c. p. 130.

An. 1182. In Charta *Sifridi*, Nienburgenſis Abbatis, apud Dn. *Becmannum* l. c. §. 20, p. 439: *Thiedericus de Milda; Hermannus de Handorp; Conradus de Latdorp; Cuono & Herricus de Ciutt; Henbinricus de Madeburch; Tiedolfus de Jerizke.*

An. eod. Conradus de Rothem. In Hiſtoria *Henrici Leonis* apud Dn. *Meibomium* T. I. *Rer. German.* p. 431.

An. 1183, In Charta *Welfi* Ducis Bavariæ, apud *Gewoldum* T. 3. *Addit. Hundii Metropol.* pag 356: *Vieto de Ravenſpurg; & Filii ejus; Fridericus de Walburc, & filii ejus; Bertoldus de Vurte, & filii ejus, Wernherus, Hermannus de Watzenſiebe; Conradus Spannagel; Heinricus de Minndelbere, & filius ejus Heinricus.*

An. eod. In Charta *Adelheidis*, Abbatiſſæ Quedlinburgicæ: *Heremannus de Marsvelt; Liudolfus, Othericus, Bertholdus & Burchardus de Thetforde; Albero de Reden.* Vid. Dn. *Kettner*, *Antiquit. Quedlinburg.* inter Diplomata Seculi XII. §. 17. p. 197; Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Michaëlſteinenſ.* §. 6, p. 94.

An. 1184, In Charta *Conradi*, ArchiEpiſcopi Moguntini: *Wernherus de Bruckel.* Vid. Dn. *Schaten* l. c. lib. 9. h. a. p. 865.

In Charta *Agnetis*, Abbatiſſæ Quedlinburgicæ, An. 1184. electæ, ſine dato: *Henricus de Titvorde; Fridericus Marſchalcus, & Albero ejus frater; Bertoldus de Thietvorde; Albero de Redere; Bertoldus de Marsleve; Otto de Meiſtorp; Burchardus de Egremesleve.* Vid. Dn. *Kettner* l. c. §. 23. p. 209.

An. 1185. In charta *Hartwici* Bremenſis ArchiEpiſcopi: *Fridericus de Weyge; Ericus de Bederikeſa; Erpo de Luneberge; & Albertus de Bæckthœvede.* Ex MS. conf. *Mushard* l. c. p. 104

An. eod. In charta *Hermanni*, Epiſcopi Monaſterienſis: *Rodolffus & Ludolfus de Sternvorht; Johannes de Abus; Godſcalcus de Lon; Burchardus de Aſchenberge; Henricus de Dulmen; Henricus de Rechethe; Ludolfus de Beverne; Godefridus de Sconebike; Herimannus de Monaſterio; Godeſcalcus de Saprothe; Rutgerus de Bilrebeke.* Vid. *Schaten*, l. c. ad h. a. p. 871.

An. eod. In Charta *Conradi*, Abbatis Corbejenſis, apud *Schaten* l. c. pag. 873: *Widekindus de Rethe; Bodo & Bertholdus de Homberg; Fretheric, Hugo, Bodo de Huxere.*

An. 1186, In Diplomate *Friderici* I. Imp. *Gerungus Marſchalcus.* Vid. *Mushard* l. c. p. 389.

An. eod. In charta *Bernhardi*, Epiſcopi Paderbornenſis: *Henricus de Burbenne; Wolbertus & Henricus de Hilſe.* Vid. Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 876.

Ann. eod. In ejusdem charta: *Albero de Huffe; Hyfret de Lothere; Folmunt de Werimichen; Hereboldus de Dinctorp; Udo de Diſſiden; Godeſcalcus de Eldinchuſen; Bruno de Suthlage; Sifridus de Huffe; Widekindus de Aſche; Hermannus Magnus; Hermannus Bokko.* Vid. Dn. *Schaten* l. c. p. 878.

An. eod. In charta *Hubelberti*, Epiſcopi Havelbergenſis: *Rochardus de Snetlingen; Bruno de Gersleve; Wernerus de Gardelege; Redengerus & Henricus de Oſterburch.* Ex MS.

Ann. 1187, In Charta *Bernhardi* Paderbornenſis: *Widekindus de Oſede.* Vid. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 881.

Ann. eod. In charta *Friderici*, Ducis Suevorum: *Eberhardus de Tanne; Hildebrandus de Tale; Hainricus de Smalnegge; Albertus de Sumerouwe; Counradus de Riethuſen.* Vid. *Cruſii Annal. Suev.* Part. 2, lib. 11. c. 15. *Document. Würtenberg. Monaſterii Bebenhuſani*, §. 1. p. 354.

An. 1188, In Diplomate *Friderici* I. Imp. *Albertus de Grombaeh; Albertus de Hiltenburg; Burchardus de Woltinberg; Ludolfus de Peyne; Ecbertus de Wolferbutle.* Vid. Dn. *Leuckfeldi Antiquit. Peldenſ.* Append. 4. §. 13, pag. 287; Dn. *Heineccius* l. c. ad h. a. pag. 186.

An. eod. In charta *Hartwici* Bremenſis: *Rudolphus & Ericus de Bederkeſe.* Vid. *Mushard* l. c. p. 60.

An. eod. Vendidit *Wilcken de Merſſele* eidem Præſuli *Woldam.* Vid. *Mushard* l. c. pag. 400.

Ann. eod. In Charta *Ulrici*, Epiſcopi Spirenſis: *Albertus de Mezzingen; Waltherus de Votenbrugge; Albertus de Sackis; Suiggerus de Aichain.* Vid. *Documenta Würtenbergica* l. c. §. 2. pag. 356.

An. 1189, In Diplomate *Henrici VI.* Regis: *Henricus de Nerneſen; Arnoldus de Hornebert; Hunifredus de Valckenſteine;* Vid. *Chron. Mindenſ. Piſtorii* p. 744.

Ann. eod. In Charta *Conradi* Moguntini: *Gottſchalck*

ſchalck & Bernhard de Pleſſe. Vid. Dn. *Meier, Antiquit. Pleſſenſ.* part. 2, Addit. §. 3, p. 158 & 189.

An. eod. In Charta *Hartwici* Bremenſis: *Ericus de Berikesha; Engelbertus de Walle; & Alardus Advocatus.* Vid. *Mushard,* l. c. p. 528.

An. eod. In ejusdem charta: *Engelbertus, Alexander & Lüder de Bikeshœvede.* vid. *Mushard* l. c. p. 104.

An. eod. In charta *Friderici* D. Sueviæ, varii, verbis præced. Tit. 17. §. 19. lit. o, adductis.

An. eod. In charta *Widekindi* Com. de *Waldeck,* apud *Schaten* l. c. h. a. pag. 885: *Godeſchalc de Paterch; Henricus Longus de Erclen; Heinricus Spiring; Suetherus de Wever.*

An. 1190, In Charta *Adolfi* Com. Holſatiæ: *Fridericus de Haſeldorpe; Borchardus de Barmſtede; Gernandus Magnus, & Fratres ejus, Wilhelmus & Otto.* Vid. *Lambecius* lib. 2. *Rer. Hamburg.* p. m. 6.

Ann. 1191, In Charta *Rudolfi* C. P. Tubingenſis: *Heinricus de Boltbringen; Waltherus de Luſtenowe; Ditericus & Hugo de Ibelingen; Fridericus de Witingen; Hainricus & Wernberus de Bondorf; Craft de Halvingen; Cunradus de Phaffingen; Fridericus & Hugo de Gomeringen.* Vid. *Documenta Würtenberg. Monaſterii Bebenhuſani,* §. 3, p. 359.

An. 1193, In Diplomate *Henrici VI.* Imp. *Henricus de Loreche; Engelhardus, Conradus & Engilhardus de Winesberg; Cunradus de Stoufe; Albertus, Cunradus & Egeno de Walthuſen; Typoldus & Dipoldus de Eversberg.* Vid. cit. document. *Monaſterii Laureacenſ.* §. 4, p. 727.

An. 1194, In Charta *Sifridi.* Hersfeldenſis Abbatis: *Eggebardus de Wigel; Gunterus de Wideſtorp; Conradus de Makecerve; Wernerus de Dobin; Baldemarus de Cluze; Conradus de Moſſize; Macharius de Dornburg; Widego de Etlinge; Conradus de Maras; Widego de Richowe; Jwan de Turten; Heidenricus Stripan; Alexander de Ztrine; Conradus de Hondorp; Johannes de Brumboi, Hermannus de Bielziz; Hermannus de Depoze; Guntherus de Izerritzke.* Vid. Dn. *Becman* l. c. part. 3, lib. 4. c. 2. §. 23. p. 441.

An. 1196, In Charta *Friderici,* D. Auſtriæ, apud *Gewoldum* l. c. T. 3. p. 17: *Wernherus de Griezpach; Chrafto de Antzinſpach; Albertus de Khamb; Rapoto de Steine; Hadmarus de Chunring; Weichardus Dapifer de Sevelld; Wichardus de Zebingen; Eiſenricus de Annedorf; Hugo de Pazowe; Ortorfus Azenpz, Otto, & frater ejus, Adeloldus, Hartungus de Cheiwe; Otto de Puchperch; Chalhohus de Meichſawe; Otto de Broſenprunne; Fridericus Pibnaf; Otto de Radenprunne; Pilgrimus de Mulbach, & filius ejus Albero, & Frater ejus Chalhohus; Ulricus de Glotzen; Gebhardus de StAine; Heinricus de Chiowe; &c. &c.*

An. eod. In Diplomate *Henrici* C. P. R. & Ducis Saxoniæ: *Baſilius de Oſterode; Olricus de Botmere; Ecbertus de Schoderſtedt; Eilardus de Oberge; Erneſtus de Algeſtorp.* Ex Archivo Riddagshuſano.

An. 1197, In Diplomate ejusdem Principis: *Albertus de Salza; Lutharius de Veltheim; Baldewinus de Volckmarode; Anno de Blanckenburg; Everhardus Bere.* Vid. *Eckſtormius, Chron. Walckenredenſ.* p. 58. & Dn. *Leuckfeld, Antiquitat. Walckenriedenſ.* Cap. 19, §. 19. lit. c, p. 411.

Recentiora tempora ne tangam.

4. Horum Nobilium quidam tria faciunt genera, (*a*) nimirum Primi, Medii & Infimi Ordinis; Principum ſcilicet; Comitum & Baronum; & Nobilium ſimpliciter dictorum. Alii duo, Superioris Ordinis ſcilicet, & Inferioris; ad illum (*b*) referunt: Principes, Comites & Banes; ad hunc: Nobiles ſimpliciter ita dictos. (*c*) Illi, quaſi ſunt Capitanei, (*d*) Hi, quaſi Milites gregarii; Illi, I. F. I, dicuntur: Duces, Marchiones, Comites: Hi, Valvaſores. (*e*) Communi nomine, in Jure Feudali, Milites (*f*) vocantur.

NOTÆ

(*a*) GENERA &c. De quibus ſeq. lit. f. *Sebaſtianus Münſterus,* lib. 3. *Coſmographiæ,* Cap. XX. p. 450, ait: *Es iſt vor Zeiten der Titul des Adels, allein gegeben worden den Fürſten und groſſen Herren, (wie auch der Bapſt im Brauch hat, daſs Er allein den Hertzogen ſchreibt: den Edlen Hertzogen, Sachſen oder Beyern &c.) Der Ander Adel unter den Fürſten, hat vor Zeiten andere Namen gehabt, nemblich: Semper-Freyen, Mittel-Freyen. Semper-Freyen ſeind die Hœchſten Freyen geweſen; Mittel-Freyen, die Rittermæſſigen, die man Dienſt-Mænner und Edelknecht hat* ge-

geheiſſen; Under-Freyen ſeind die Freyen Bürger und Freyen Landſaſſen geweſen &c. Alii dividunt Nobilitatem in ſeptem Claſſes, ſeu clypeos militares, *Heerſchilde;* de quibus præced. Tit. 4, Not. ad Prooemium, pag. 291 & 292, aliquid dictum. *Michaël Praunius, in ſeinem Adelichen* Europa, Part. 3, Cap. 2, §. 464, pag. 375 & 376, in eandem rem ſcribit: *Nach unſerer heutigen* Regierungs-Form, *kænte man etwan die Adeliche Heer-Schilde nachfolgender Geſtalt eintheilen: Der Kayſer, oder Kænig, trægt den Erſten; Die Pfaffen-Fürſten, den Andern; Die Leyen-Fürſten, den Dritten; Die Prælaten, ſo gantze Herrſchafften, doch kein Fürſtenthumb, beſitzen, den Vierdten; Die Graffen und Freyherren, den Fünfften; Die* Canonici *und* Doctores, *den Sechſten; Der Leyen-Adel, den Siebenden &c.* De *Primo* ſpecialiter agit l. c. Cap. 3, pag. 377, ad 427; De *Secundo* l. c. Cap. 4, p. 428 ad 441; De *Tertio,* l. c. cap. 5, pag. 441, ad 455; De *Quarto*, l. c. Cap. VI, pag. 456. ad 472: De *Quinto* l. c. Cap. VII, p. 472, ad 488; De *Sexto* l. c. Cap. VIII, p. 488, ad 494; De *Septimo*, l. c. Cap. IX, pag. 495, ad 502. Veterum Saxonum memor *Nithardus*, lib. 4, apud *Pithœum* p. m. 478 ait: *Quæ Gens omnis in tribus Ordinibus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos, qui Edhilingi; ſunt, qui Frilingi; ſunt, qui Lazzi, illorum lingua dicuntur. Latina verò Lingua, hoc ſunt: Nobiles, Ingenuiles, atque Serviles &c.* & *Adamus Bremenſis*, lib. I. *Hiſtor. Eccleſ.* Cap. 5, pag. m. 8; *Quatuor differentiis Gens illa conſiſtit: Nobilium ſcilicet, & Liberorum; Libertorumque atque Servorum. Et id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ ſortis terminos transferat, ſed Nobilis, Nobilem ducat Uxorem, & Liber, Liberam; Libertus conjungatur Libertæ, & Servus, Ancillæ; ſi verò quispiam horum, ſibi non congruentem, & genere præſtantiorem, duxerit Uxorem, cum vitæ ſuæ damno componat &c.* Haneque diviſionem *Caroli Magni* ætate, toti Germaniæ fuiſſe communem, cenſet *Bœclerus* in Hiſtoria *Seculi IX*, in vita *Lotharii*, p. 104. Minimum, tunc temporis *Nobilium* voce, *Duces* quoque *Comitesque* fuiſſe comprehenſos, vetuſtiſſimi *Poëtæ Saxonis* auctoritate probari poteſt, cujus verba præced. Tit. 2, §. 10, lit. q, v. 20, p. 224, reperiuntur.

(b) AD ILLUM &c. Quem propterea: *den Hohen Adel*, it. *Hohe Standes-Perſohnen*, vocamus, vid. *Centum Gravamina Nationis Germanicæ*, in Comitiis Noricis, An. 1522, exhibita, §. XXV; Et complectitur hæc claſſis quinque priores Clypeos Militares, quorum præced. Tit. 4, Not. ad Prooemium, pag. 291 & 292, memini. Conf. Dn. *Schilteri* Diatribe, de *Prærogativa Comitum S. R. I.* §. 6, p. 8.

(c) SIMPLICITER ITA DICTOS &c. Horum rurſus tres claſſes: Alii enim ſunt Nobiles *antiquæ proſapiæ;* alii, *ex novis hominibus, ob bene merita in Rempublicam*, ad capeſſendos Nobilitatis honores & prærogativas, *aſſumpti;* & alii, *interveniente pecunia* conſtituti. Pertinet huc locus *Spangenbergii* lib. V. *des Adel-Spiegels*, Cap. I. f. 32: *Erſtlich, iſt er (der Adel) erblich, oder eigener, leiblicher, angebohrner Adel; (2) gegebener, geſchenckter, verehrter, zugeeigneter, vergünſtigter, oder wohlverdienter, ordentlicher Weiſſe erworbener und erlangter Adel; Zum (3) geſuchter, gewaltſam zu ſich geriſſener, oder liſtiger Weiſe* expracticirter, *oder erkauffter, oder angemaſſter, eingebildeter, vermeinter Adel &c.* De ſpecialiori Nobilium diviſione, evolvas eundem, lib. XI, Cap. 29, f. 354. Hi omnes audiunt: *Der Niedere Adel.*

(d) CAPITANEI &c. *Vultejus*, de *Feudis*, lib. I, Cap. 4, §. 14, p. 46 & 47, ait: *Vaſalli diſtinguuntur in Capitaneos & Valvaſores. Capitanei dicti ſunt à Capite, quod ſint ceu Capita quædam, & vertices eminentes inter alios Vaſallos; (Schenck, in c. 1, verſ. Porro, quis dicatur Dux;) quaſi dicas, inter Vaſallos præcipui, & jure optimo conſtituti. Et Capitaneorum iterum alii dicuntur ita propriè; alii, impropriè. Propriè Capitanei ſunt illi, qui à Summo Principe, vel Rege, acceperunt Feuda præcipuæ & majoris Nobilitatis, cujusmodi ſunt Regalia. Qui Capitanei ab eo etiam dicuntur: Capitanei Regni, vel Regis. Hujusmodi Capitanei, extra controverſiam, ſunt: Duces, Marchiones, & Comites &c.* & pag. 48: *Impropriè Capitanei ſunt, Plebi, vel Plebis parti gubernandæ, à Principe, vel Republica aliqua, vel Comite, vel Duce, præpoſiti, (ut Cujacius definit, in cap. 1. Quis dicatur Dux &c.)* Nituntur hæc auctoritate *Gerhardi Nigri*, I. F. I, ubi: *Dux, Marchio & Comes ſimiliter Feudum dare poſſunt, qui propriè Regni, vel Regis, Capitanei dicuntur. Sunt & alii, qui ab iſtis Feuda accipiunt, qui propriè Regis, vel Regni, Valvaſores dicuntur. Sed hodiè Capitanei appellantur, qui & ipſi Feuda dare poſſunt; Ipſi verò, qui ab eis accipiunt Feudum, Minores Valvaſores dicuntur &c.* Rurſus I. F. 7: *Natura Feudi hæc eſt, ut ſi Princeps inveſtierit Capitaneos ſuos de aliquo Feudo, non poteſt eos deveſtire ſine culpa, id eſt, Marchiones, & Comites, & ipſos, qui propriè hodiè appellantur Capitanei. Idem eſt, ſi Inveſtitura ſit facta à Capitaneis, & Majoribus Valvaſoribus, qui propriè hodie Capitanei appellantur. Si verò facta fuerit à Minoribus, vel Minimis Valvaſoribus, aliud eſt &c.* ut ex *Oberti de Orto*, 2 F. X: *Qui à Principe, vel ab aliqua poteſtate, de Plebe aliqua, vel Plebis parte, per Feudum eſt inveſtitus, is*

Capi-

Capitaneus appellatur, qui propriè Valvaſores Majores olim appellabantur. Qui verò à Capitaneis antiquitus Beneficium tenent, Valvaſores ſunt &c. Illuſtrat hæc *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, lib. 8. apud *Reuberum*, p. m. 412:

Hanc Proceres cuncti: Comes, an Dux, Marchio, Conſul,
Et cum Judicibus Capitanea turba verendis &c.

Albericus, Monachus trium fontium, ad An. 850. ait: *Floruit in Lombardia, Archi Epiſcopus Landulfus Mediolanenſis, qui primus, ut dicitur, Milites illos Nobiles, qui Capitanei dicuntur, inſtituit &c.* Conf. *Jacobii Spigelii* Scholia in *Güntheri Ligurinum*, lib. I, pag. 277; & lib. 2, p. 302; *Schrader*, de *Feudis*, Part. 4, Cap. I, §. 46 &c. p. 67. *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Capitanei*, pag. 802 & 803; & voc. *Valvaſores*, p. 1262; *Spelman*, Gloſſar. voc. *Capitanei* pag. 118; & voc. *Valvaſores*, p. 549; Ill. Dn. de *Eyben*, *Elect. Feud.* IX, 16 &c. Ill. *Rhetius*, ad I. F. I, pag. 70 &c. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feud.* Cap. 3, §. 5, v. 4, p. 90; Dn. *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. 3, §. 1, p. 80 &c. Interpretes Juris Feudalis reliqui.

(e) VALVASORES &c. De Etymo hujus vocis, inquit *Vultejus*, de *Feudis*, lib. I, Cap. 4, §. 14, p. 49: *Vox Valvaſorum, Hotomanno, in Diſp. Feud. c. 2, videtur eſſe diminuta, ex voce Vaſſus. Aliis placet, deductam eſſe, à Valvis, quod nimirum Valvaſores ad Valvas Dominorum ſuorum, cuſtodiæ & reverentiæ cauſa, ſtent &c.* Quæ ſententia eſſe videtur *Jacobutii* de *Franchis*, à *Cowello* prolati, qui in *præludio Feudorum*, Tit. I, §. 4, ait: *Quia aſſident Valvæ, i. e. portæ, Domini, in Feſtis, in quibus conſueverunt homines curtizare, & eis reverentiam exhibere, propter Beneficium eis collatum, ſicut libertus Patrono &c.* Alii eam derivant à *Wall*, ſeu vallo, aggere, propugnaculo; & *Vaſt*, firmo, quaſi, quibus arx, vel propugnaculum, ſeu vallum, commiſſum eſt. Vid. *Spelman*, Gloſſ. voc. *Valvaſores*, p. 549; *Struvius* l. c. Cap. V, §. 12, pag. 169, *Ludwel*, de *Feud.* p. 113; *Stryck*, *Exam. Jur. Feud.* Cap. 6, Q. 5, p. 102, *Paulus Hachenberg*, *German. Media*, Cap. IX; §. 19, p. 341. Eſſe autem *Valvaſores* triplicis generis, *Majores*, *Minores & Minimos*, qui & *Valvaſini* appellantur, ex dictis lit. d, conſtare poteſt. Breviter: *Valvaſores Majores*, ſunt ii, qui à Principe, vel alio quodam *Capitaneo*, *propriè ſic dicto*, Feudum, ſine Regali dignitate, accipiunt, & de Plebe aliqua, veluti Urbe, ſeu caſtro, inveſtiuntur; propterea & ipſi, *(impropriè* licet, reſpectu ſcil. *Minorum Valvaſorum,) Capitanei* appellati. *Minores*, qui Feuda ſua à *Majoribus Valvaſoribus* ſuſcipiunt, *Minimi*, qui Feuda viciſſim à *Minoribus Valvaſoribus* tenent. Vid. *Vultejus* l. c. p. 49 & 51. *Zaſius*, de Feud. part. V, §. 18 &c. *Schrader* l. c. §. 48, 49 & 50, p. 67; *Struvius* l. c. Cap. 3, §. V, v. 4, 5 & 6, p. 90 & 91; Dn. *Stryck* l. c. Q. 7, 8 & 9, p. 103; *Spelman* l. c. *Du Freſne*, voc. *Valvaſſores*, p. 1262; Dn. *Itterus* l. c. p. 81 & 82. *Hachenberg* l. c. §. 8, p. 330 & 331. Recte hinc *Beſoldus*, Theſaur. voc. *Adenlich Lehen*, pag. 13 & 14: *Triplex Feudum Nobile eſſe ajunt, Johannes Schneidewin, in Prælud. Feud. n. 33; Gothefred. Antonius, Diſp. Feud. I, §. 6, lit. b. Quoddam enim eſt Nobile, quod aliàs Regale dicitur, Fahnen-Lehen, quando per Imperatorem dignitas Ducatus, Comitatus, confertur Duci, Marchioni, & hi Capitanei Regis dicuntur. Secundum eſt, minus nobile, quod Dux, Marchio, Comes, Nobilibus concedunt, qui propriè Valvaſores vocantur, wann Fürſten, Graſen und Herren, denen vom Adel Lehen verleihen. Tertium eſt mediocriter & aliqualiter Nobile; quando habens Feudum à Duce, vel Marchione, id aliis inferioribus infeudat, qui dicuntur Minores Valvaſores. Econtra Feudum ignobile eſt --- quod, à Minoribus Valvaſoribus, Minimis Valvaſoribus, ſeu Valvaſinis, confertur --- quod & dicitur Feudum Burgenſe, Bürger-oder Bauren-Lehen &c.* Innotuit vocabulum hoc jam *Henrici IV.* Imp. ætate, vel *Arnulpho*, Auctore coævo, teſte, lib. 2. *Hiſtor. Mediolanenſis*, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, T. 3. *Rer. Brunſuic.* p. 733, ubi Cap. IX: *Unde factum eſt, ut quidam Urbis Milites, vulgò Walvaſſores nominati, illius inſidiarentur opibus &c. Ottoni Friſingenſi*, lib. I. de *Geſtis Friderici I*, Cap. 3, p. m. 408, audiunt: *Vavaſſores*; ad quem locum provocat *Conringius*, de *Finibus*, lib. I, Cap. XI, §. 10. p. m. 99. Eadem lectio eſt *Du Freſne*, hac voce, p. 1262. Antiquior longè vox *Vaſſi*, ſeu *Vaſi*, it. *Vaſalli*, teſte *Capitulari* An. 779, c. 10, & in *Addit.* 4, *Capitul.* c. 120: *Similiter & Vaſſi Noſtri, ſi hoc non adimpleverint, Beneficium & honorem perdant.* Add. Capitul. *Caroli Magni* lib. 2, cap. 24: *Vaſſi quoque & Vaſalli noſtri, Nobis famulantes, volumus, ut condignum apud omnes habeant honorem, ſicut à Genitore Noſtro, & Nobis, ſæpe admonitum eſt &c.* & Lib. 4, Cap. 4: *De Vaſis Noſtris, qui ad Marcham Noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis Regionibus ſua habent Beneficia, vel res proprias, vel etiam Nobis aſſidue in Palatio Noſtro ſerviunt &c.* Sic *Adelmus*, *Annal. Franc.* ad An. 788, p. 397: *Cum in eadem Villa* (Ingilnheim) *Generalem Populi ſui Rex Conventum fieri decreviſſet, ac Taſſilonem Ducem* (Bajoariæ) *ſicut & cæteros Vaſſos ſuos, in eodem Conventu adeſſe juſſiſſet &c.* Et Auctor Vitæ *Caroli Magni*, ad An. 795. apud *Lambecium*, Lib. 2. *Bibliothec. Vindobon.* Cap. V, pag. 378:

Digitized by Google

378: Eo quod Vaſſum Domni Regis, Wizzin, Regem Abotridarum, occiderunt &c. & Author Vitæ Ludovici Pii, apud Freherum, p. m. 446: Ordinavit autem, per totam Aquitaniam, Comites, Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, ex Gente Francorum &c. Ipſe Cæſar hic, in Donatione Villæ, quæ Broglius, &, alio nomine, Nova Villa appellatur, Cenomanenſium Præſuli, Aldrico, An. 832 facta, ait: Aldricus --- retulit Nobis de quadam Villa, quæ Brogilus vocatur, & Nova villa nominatur, quæ --- moderno tempore, ab Heremberto, Vaſallo Noſtro, in Beneficium data poſſideretur &c. Vid. Geſta Aldrici, Cap. X, apud Stephanum Baluzium, lib. 3. Miſcellaneor. p. 24; & in alio Diplomate, An. 836, ibid. Cap. LXVIII, p. 166: Quomodo Ghermundus, Berthaldus, Vulfardus, Bodo, & ſocii ejus, Vaſalli Noſtri, in Beneficium data poſſident &c. rurſus in alio, An. 837, ibid. Cap. XV, pag. 41: Beneficia quinque Vaſſallorum Noſtrorum, id eſt, Beſtadigbei, Mundi, Wolfardi, Bodonis, & ſocii ejus &c. Judicio, quo Monaſterium Aniſolæ, ad jus Cenomanicæ Eccleſiæ, An. 838, præſentibus Juditta Imperatrice, & Carolo Rege, à laudato Aldrico canonicè evindicatum fuit, interfuerunt: Fulco, Ragenarius, Teutfridus, Adalelmus, & viginti tres ibidem nominati alii, Vaſſi Dominici, vid. ibid. Cap. 47, p. 130. In Placito, quo Spinaſaria Sylva Gondeſalvio, Abbati, adverſus Odilonem, An. 853. adjudicatur, apud Mabillonium, de Re Diplomatica, lib. 6. § 89, p. 531, occurrunt: Artaldus, Stephanus, & Teuderedus, Vaſſi Dominici &c. & in alio Placito Miſſorum Caroli Calvi, pro Monaſterio S. Tiberii in Aquitania, An. 870, ibid. §. 101, p. 541: Leopardus & Adalbertus, Vaſi domenici &c. Add. Commutatio inter Ludovicum II. Imp. & Siſenandum, de quibusdam rebus Caſaurienſibus, de An. 872, ibid. §. 101, p. 542; nec non Annales Fuldenſes ad An. 869, apud Freherum, p. 32, ubi: Cundacbar, Vaſallus Karlmanni; Annalibus Pithœanis, an. eod. pag. 74, vocatus Cundacbar; alibique paſſim. Apud Adelmum l. c. ad An. 757, pag. 385, legimus Vaſſaticum, ibi: Illuc (Compendium) & Taſſilo, Dux Bajoariorum, cum Primoribus Gentis ſuæ, venit, &, more Francorum, in manus Regis, in Vaſſaticum, manibus ſuis ſemet ipſum commendavit &c. ubi Ado Viennenſis: Seque illi in Vaſallum commiſit &c. Voce hac & Fidem denotari, quam Vaſſus Domino præſtet, monet Du Freſne, voc. Vaſſaticum, p. m. 1254. Cæterum, Vaſſum vocari à voce Vaſſen, i. e. ligare, quia, per inveſtituram ſolenni ſtipulatione, Vaſallus ita Domino alligetur, ut ejus Mannus, ſive Homo, fiat, obſervavit Gryphiander de Weichbildis, Cap. 49. §. 11, pag. 123 & 124.

(f) MILITES &c. Significatu hoc inquit Luitprandus, in narratione Legationis ſuæ Conſtantinopolitanæ, ad Nicephorum Phocam Imperatorem, pro Ottonibus Auguſtis & Adelheida, ſuſceptæ, & ab Henrico Caniſio primum typis vulgatæ, apud Baronium, Tom. X. Annal. ad Ann. 968, §. 13. p. m. 783: Palam eſt, quod Berengarius & Adelbertus ſui MILITES effecti, Regnum Italicum, ſceptro aureo, ex Ejus (Ottonis I.) manu ſuſceperunt, &, præſentibus ſervis tuis, qui nunc usque ſuperſunt, jurejurando fidem promiſerunt &c. (Ad quæ Conringius de Republica, Exercit. 2. de Imperatore, t. 38. pag. m. 55; nec non, de Germanorum Imperio Romano, Cap. IX, §. 20, pag. 74 & 75 provocat;) Pariter Lib. V. Hiſtor. Cap. XIV. apud Reuberum, pag. m. 149: Rex Hugo, (Italiæ) quum divinam animadverſionem declinare, ac Berengario præeſſe non poſſet, relicto Lothario, &, ſimulata pace, Berengarii fidei tradito, in Provinciam omni cum pecunia properavit. Quo audito, Raimundus, Aquitanorum Princeps, Eum adiit, &, pro minis mille, ſe in MILITEM dedit, fidemque Ei juramento ſervaturum affirmavit, etiam, congregatis copiis, Italiam ingreſſurum, ac Berengarium debellaturum eſſe, promiſit &c. & Ditmarus, lib. V. Chronic. pag. m. 53, de Henrico Sancto Imp. Bojemiorum Ducem, Bolizlavum, qui cognominatur Rufus, ad MILITEM ſibi, aliumque ad amicum familiarem, blandiciis ac minis adipiſcitur &c. & pag. 55; ad ann. 1002; Wilhelmus, Turingorum tunc Potentiſſimus, obviam pergens (Imperatori) Dominumque venientem, cum magna gratulatione, ſuſcipiens, MILES Regis efficitur &c. Sic Conradus Imp. in Lege Longobardica, lib. 3. Tit. 8. §. 4: Firmiter ſtatuimus, ut nullus MILES Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Marchionum, Comitum, vel omnium qui Beneficium de Noſtris publicis bonis, aut de Eccleſiarum prædiis nunc tenent, aut tenuerint --- ſine certa & convicta culpa, ſuum Beneficium perdat &c. Add. Wippo, in Vita Conradi Salici, apud Piſtorium, pag. m. 425: De fidelitate facta Regi, minus neceſſarium dicere puto, frequenti uſu teſte, quod omnes Epiſcopi, Duces, & reliqui Principes, MILITES PRIMI, MILITES GREGARII, quin Ingenui omnes, ſi alicujus momenti ſunt, Regibus fidem faciant &c. & Hermannus Contractus, ad An. 1054. apud Urſtiſium, pag. m. 336. Mogontiæ Paſchale Feſtum celebravit (Henricus III. Imp.) ubi Theodbaldus Othonis ad Eum de Gallis veniens, & MILES Ejus effectus, auxilium ſuum Illi pollicitus eſt &c. & Bruno, de Bello Saxonico, apud Freherum, p. m. 133: Hinc igitur, Dux Otto violenter honore ſuo privatus, illinc Walph Dux eodem hono-

honore non juſte ſublimatus, hac conditione ſibi invicem pacis oſcula dederunt; ut electo, propter quod ex utraque parte convenerant, novo Rege, quicunque eorum ipſum honorem jure retineret, alter ei non invidens libenter concederet. Similiter pacis oſcula dederunt ORDINIS SECUNDI, ſive TERTII, partis utriusque, MILITES, quicquid invicem ſe læſerant, non ſine multo fletu donantes &c. De Magno, Danorum Rege, An. 1134, effecto Lotharii Imperatoris MILITE, dixi præced. Tit. V. in Vita Lotharii, v. 4, ad an. 1134, p. 565. De multis exemplis aliis ne loquar. Quæ de Ordinibus hic adducta, ſimul nos docent, per Milites Primos, ſubintelligendos eſſe Capitaneos, de quibus præced. lit. d. & per Milites Secundi & Tertii Ordinis; Valvaſores Majores & Minores, de quibus præced. lit. e, & per Gregarios, Valvaſinos, quorum ibidem memini. Du Freſne, voc. Miles, pag. 543, inquit: Milites Primi, & primi Ordinis, ſunt Barones & Bannereti, qui educendi Vexilla in præliis jus habebant. Alii Milites Secundi vel Tertii Ordinis, & Gregarii, ſunt ii, quos Chevaliers Bacheliers dicimus, & qui Milites Simplices appellantur in Conſtitutionibus Siculis, Lib. I, Tit. 9, 10; lib. 2. Tit. 3, ubi Baronibus opponuntur &c. Sufficit, hos Vaſallos omnes voce Militum comprehendi. Rectè hinc Illuſt. Dn. de Leibnitz, in Not. ad Donnizonis Presbyteri Carmen, de Vita Mathildis, lib. 1. Cap. 2. Tom. I. Rer. Brunſuicenſ. pag. 635. ad verba: Atto meus MILES, inquit: MILES, id eſt, VASALLUS &c. nec minus rectè Conringius l. c. de Republica, præfata Luitprandi verba: Berengarius & Adelbertus ſui (Ottonis I.) MILITES effecti, interpretatur: id eſt, Ottonis VASALLI &c. Exemplis ævi recentioris hæc ut illuſtrem, ecce, quæ in Diplomate Ottonis, Ducis Brunſ. & Luneburg. ſub dato Luneborg, 1239, 4. Non. Novembris, habentur: D. G. Otto, Dux de Brunſwig, omnibus in perpetuum --- Noverit igitur preſens Etas, & futura plenius intelligat & cognoſcat, quod, Frederico de Holderinghe, Advocato Noſtro, Judicio preſidente, Ricwardus ſutor, ab eodem requiſitus Advocato: Quid Juris ſibi addiceret in Bonis Wolcwardinghe, (nomen caſæ cujusdam ſalinaris Luneburgi) in duabus Sartaginibus (Saltz-Pfannen) in ipſa domo, in Occidentali parte, poſitis? omnibus Caſtellanis Noſtris, Conſulibus & Burgenſibus Civitatis, aſtantibus, voce publica fuit proteſtatus, in omnium audientia, ita dicens: --- Hujus rei teſtes ſunt: Jordanus, Dapifer Noſter: Baltwinus, Frater ſuus; Druclevus; Everhardus de Odem; Wernerus de Medinghe; Manegoldus de Eſtorpe; Olricus Vultur; & Lambertus, Johannes, & Fredericus de Moule; Gerfridus; Waſmodus; Segebandus de Wittorpe, MILITES; BURGENSES verò: Lambertus Nypere, Olbernus, Nycolaus Puer &c. Eodem ſenſu ſcribunt: Fridericus, Advocatus de Luneburg, & Conſules ejusdem Civitatis: An. 1243, Indict. I: Ad omnium notitiam volumus pervenire, quod Domina Ermengardis, vidua relicta Domini Sygebandi de Monte, pro remedio anime ſue, & ſuorum omnium, Fratribus de Domo S. Marie, que, antiquo nomine, Steinbeke vocabatur, Chorum ſalis contulit in loco, qui dicitur Sudersdine --- Hujus rei teſtes ſunt: Wernerus Marſcalcus; Otto Magnus; (grote) Wernerus de Zuirin, & Frater ejus; Johannes de Mul; Ekgardus Schakke; hy omnes MILITES. De BURGENSIBUS autem affuerunt: Richbernus, & Alardus, frater ejus; Johannes, filius Thodonis; Nykolaus de Lubeke &c. In Diplomate laudati Ottonis, Ducis Brunſuicenſis & Luneburg. de An. 1247, die Vitalis ſcripto, quo Civitatis Luneburgenſis Privilegia confirmantur, novaque adduntur, legitur; Hujus rei teſtes ſunt: Olricus, Comes de Regenſtein; Ludolfus, Comes de Halremunt; Burchardus, Comes de Woldenberge; Hermannus, Nobilis de Werberge; Eckbertus de Aſſeborgh; Anno de Heimborch; Baldewinus de Blanckenborch; Juſarius, Pincerna Noſter; Anno, Dapifer Noſter, Heinricus Grubo, Marſchalcus Noſter; Herewicus, Camerarius Noſter; Fridericus de Esbecke; Heino de Wenden; Gevehardus de Bortvelde; Otto Magnus; Gerhardus de Doren; Wernerus de Medinge; Gevehardus Juvenis; Otto de Boyceneborch; Segebandus & Luderus, Fratres de Monte; Manegoldus & Alardus, Fratres de Eſtorpe; Segebandus de Marboldeſtorpe; Nicolaus Aries; Tydericus de Area; Everhardus de Odeme; Segebandus, Advocatus Noſter, MILITES; BURGENSES verò. Nicolaus de Lubeke; Hogerus Jordanis &c. Conf. diploma Alberti & Johannis, Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium; de An. 1266, ubi: Ad Notitiam omnium fidelium cupimus pervenire, quod Nos, Dilectis in Domino, Decano & Capitulo Bardevicenſi, Jus Patronatus Eccleſiæ S. Cyriaci in Luneborg, Nobis vacantis, donavimus, æternæ felicitatis, ac ipſorum meritorum obtentu, ut, de proventibus ejusdem Eccleſiæ, ſuis ſatisfaciant neceſſitatibus ---- Acta ſunt hæc, in Luneborg, Anno Domini, 1266, 3. Id. Junii, præſentibus ---- Ottone Magno (Grote) Gevehardo de Bortvelde; Wernero de Medinge; & Hunero de Odeme;

me; Boldewino de Wenden, MILITIBUS, MINISTERIALIBUS Noſtris &c. Et charta, qua *Wernerus* de *Medinge*, Caſtellanus in *Luneborch*, An. 1168, pridie Non. Octob. omnibus notum facit, quod *Nicolao* Præpoſito & Conventui in *Medingen* Curiam, quam & olim *Henricus de Medinge* habuit, duasque adjacentes areas, pro 22. Marcis examinati argenti, & uno equo, decem marcas denariorum valente, vendiderit, ubi: *Hujus venditionis teſtes ſunt: MILITES, Dominus Otto Magnus; Hunerus de Odem; Lippoldus de DorenE; ggehardus de Boyzeneborch; Willekinus de Gutſtede, in Luneborch Advocatus; BURGENSES: Johannes ante Portam, Johannes de Lubeke, Gerbertus &c.* Necnon Diploma *Johannis, Miſeratione Divina, Ducis de Bruneſwich*, ſub dato: *Berghe*, Ann. 1269, *proxima die poſt Feſtum B. Mathie Apoſtoli*, quo Bona habentibus, in *veteri Salina, apud S. Lambertum*, Luneburgi, *Boram*, ſeu domum, in qua Sartagines *(Sultz-Pfannen)* fundantur, vendidit, in cujus calce: *Hujus rei teſtes ſunt, MILITES: Ghevehardus de Botvelde; Johannes de Saldere; Tidericus de Walmede; Wernerus de Medige; Hunerus de Odeme; Otto Magnus &c.* (Grote) *Hildemarus de Oberghe; Eggehardus Scacke; Ludolfus de Eſtorpe; Eggehardus de Boyzeneburg; Manegoldus de Eſtorpe; Manegoldus, filius Alardi de Eſtorpe; BURGENSES: Gherbertus, Johannis Todonis filius Waſmodus, Hermannus Albus &c.* Et Charta, qua *Lippoldus* de *Doren*, An. 1273. in Cœnobium *S. Michaëlis* Luneburgi, unum manſum in *Geddeſen*, cum omni jure, perpetuo poſſidendum tranſtulit, cujus facti Teſtes, *MILITES: Dn. Wernerus de Medinghe, Marſcalcus in Luneborch; Dn. Otto Magnus; Dn. Eghardus de Boyceneborch; Dn. Thethardus de Doren. BURGENSES: Hinrick Puer; Nicolaus Paron; Verdewing Aurifaber &c.* Quæ documenta omnia, cum multis aliis, poſſideo.

5. Nobiles Immediati (*a*) in Receſſibus Imperii, dicuntur, *Knechte des Reichs. Ordnung des Regiments zu Augſpurg, de An. 1500. Tit. von der Ritter- und Knechte-Steuer.* Ex quibus patet, de Imperii Noſtri Nobilitate, (*b*) recte dici, Eam eſſe virtutem Majorum, & divitias antiquas. *Ariſtot. 4. Politic, Cap. 8,* Vid. hic *Ludolphus Hugo, de Statu Regionum Germaniæ, Cap. 4. §. 22, 23 & 24.*

NOTÆ.

(*a*) IMMEDIATI &c. De His vid. ſeqq. §§. 9. 10 &c.

(*b*) NOBILITATE &c. De Nobilitatis Germanicæ prærogativa, dictum aliquid præced. §. 1. lit. a, p. 839.

6. Dividitur ea (*a*) à Nominibus; ab Ordinibus diverſis; à Temporis vetuſtate; à Medietate & Immedietate.

A nominibus: ut Nobiles, (*b*) Milites, (*c*) Equites, (*d*) & olim Miniſteriales (*e*) id eſt, German. *Edelmann*, (*f*) quod generale eſt, & ſub ſe continet, *Ritter* & *Knechte*; (*g*) item, *Dienſtmanner, Dienſtleuthe*, (*h*) Nobiles Pueri & Adoleſcentes, dum honoris cauſa miniſtrarent in Aulis, & apud Illuſtriores Equites, dicti ſunt: *Edelknaben*, ſive *Edelknapen*; (*i*) Poſtquam, Militiæ condiſcendæ cauſa Equiti alicui ſe addicerent, inter Armigeros, (*k*) & Comites, tulerunt nomen *Edelknecht*, (*l*) ſive *Knecht*; Qui autem è virtute militari jam decus & titulum percepiſſent, Equites, *Ritter* appellabantur. De Ordinibus, Tit. ſeq.

NOTÆ.

(*a*) DIVIDITUR EA &c. Locum parallelum offendis apud *Bæclerum*, lib. X. *Notit. Imper.* Cap. 1. p. m. 181. qui ſimul ad eruditam Commentationem in Actis Lindavienſibus, ſub tit. *Gründliche Ausführung der Reichsſtatt Lindaw, die unverſehens abgelæſte, und der Ertz-Herzogin Claudiæ Fürſtl. Durchl. pendente lite, cedirte Reichs-Pfandſchafften, betreffend*, pag. 590. ad 607, provocat.

(*b*) NOBILES &c. Primam mentionem hujus Tituli conjicit *Pancirollus*, Comment. in *Notitiam Imperii Orient.* c. XV. in Annum Chriſti CCLXIX. *Licinio Valeriano*, in Marmore Vindobonæ, & mox *Carino*, ac *Numeriano*, *Carini* filio, in aliis vetuſtis monumentis, NOBILISSIMORUM Cæſarum Titulos ferentibus. De aliis Imperatoribus, eorumque Filiis, eundem ſibi vindicantibus, legas Dn. *Praunii*, *Adeliches Europam* Part. I. Cap. I. §. 32. pag. 52: Dn. *Becmanni Syntagma dignitatum Illuſtrium*, Diſſert. 2. Cap. I. §. 3. pag. m. 98 & 99. Dn. *Mauritium*, Diſſ. de *Nobilitate* §. 2; Illuſtres Dominos ab *Eyben*, Patrem, de *Titulo Nobilis*, pag. 20, & Filium, de *Stylo Curiæ*, §. XXVIII, pag. 41 & 42. Sed hæc huc non ſpectant. Dicam ſaltem, recentioribus Seculis, *Duces, Comites*, & *Barones*, eodem titulo fuiſſe quondam mactos, qui in præ-

Digitized by Google

præſentiarum *Nobilibus* inferioris Claſſis proprius eſſe videtur: de quo *Albertus Crantzius* lib. 1. *Metropol.* Cap. 2, pag. m. 4: *Quum non ſatis fiderent Pontifices ſua jura ab Laicis Principibus tueri, dediſſe arbitror partem Decimarum Principibus in manum, per ſpeciem Feudi & Beneficii, malentes amittere dimidium, quam totum. Inde factum, ut à Principibus tranſirent in Miniſteriales, qui nunc Militares appellantur. Etiam ſublimius nomen ex Miniſterialibus nunc aucupantes, Nobiles ſe dici volunt; quum ſit infimus Nobilium gradus in Baronibus &c.* & clarius adhuc l. c. lib. 3. Cap. XI. pag. 66, *Henrici Aucupis* memor: *Miniſteriales ſuos, qui ſoli volunt hodiè dici Militares, coæquavit Urbicis, ad Militiam conſcriptis; quos etiam in Ordinibus duxit, nihil minoris habitos. Sed poſteriora Secula diſtinxerunt Ordines Militantium & Urbicorum, ut jam non patiantur ſibi illos coæquari, &, quod eſt arrogantius, jam, qui olim Miniſteriales, aut Feudatarii, nunc ambiunt dici Nobiles. Sed coarguit eorum ſuperbiam uſus principalium Scribarum, & omnium rectè diſcernentium munera graduum ſingulorum. Primi enim Barones inter Nobiles deputantur; inde, Liberi Domini; poſtea, Comites; inde Duces, quos appellat Papa: Nobiles Viros. Quid patitur Miniſterialis, ut in hac Nobilitatis appellatione coæquari quærat Duci? &c.* In eandem ſententiam ſcribit *Joſias Nolden*, de Statu Nobilium, Cap. I. §. 56, pag. m. 20 & 21: *Nobilium Titulus olim ſolis Ducibus, Comitibus, Baronibus, tribuebatur &c.* Nec aliter; *Conradus Ritterſhuſius*, in *Prolegom.* ad *Comm. Feud. Cruſius, Annal. Suev.* Part. I, lib. X. *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Adel*, pag. m. 12; Annotator *Documentorum Würtenbergenſium*, Docum. VI. Monaſterii *Adelbergenſis*, lit. a, pag. 39; *Meibomius*, Notit. ad *Hermanni de Lerbeke Chronicon Schauenburgicum*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 522. ut & ad Lib. 2. *Witichindi*, l. c. pag. 686. & in *Vindiciis Billingianis*, Tom. 3. ibid. pag. 40; *Schilterus*, in Diatribe de *Prærogativa S. R. I. Comitum*, §. XI, pag. 12 & 13; *Daniel Leonhardus Müller*, Diſſ. Inaugur. de *Poteſtate Statuum Imperii circa Dignitates*, Ann. 1698. Præſide Illuſtr. Dn. *Coccejo*, Francofurti habita, Cap. 2. §. 1. pag. 19; Sexcenti alii. Hocque ſenſu inquit Auctor Vitæ *S. Rudberti*, primùm Vangionum, deinde Saliſburgenſium Antiſtitis, Cap. 2, apud *Surium*, 27. Mart. pag. m. 267: *Tempore Hildeberti, Regis Francorum, anno ſcilicet Regni Ejus ſecundo Sanctus Confeſſor Chriſti, Rudbertus, in Wormatia habebatur Epiſcopus, qui ex Regali proſapia Francorum Nobilitate ortus &c.* & *Fauſtus*, in Vita *S. Mauri*, Condiſcipuli ſui, circa An. 540. florens, Cap. XXVI, apud *Surium*, 15. Januar. pag. m. 241: *Nobiliſſimus Vir, Florus &c.* de quo paulo ante, Cap. XXIV. dixerat: *Eſt mihi conſobrinus nomine Florus magnis tam in his, quam in aliis Regionibus, poſſeſſionibus pollens, qui primus inter Primos totius Regni Francorum Proceres, decentiſſimè omnia juſſus à Rege Palatina diſponit, moderamina &c.* Sic *Jonas*, Monachus Fontanellenſis, in vita *S. Vulfranni*, Senonenſium ArchiEpiſcopi, circa An. 690. ſcripta, Cap. I, apud *Surium*, 20 Mart. pag. m. 211. *Vulfrannus, Senonum Pontifex, exordium nativitatis in Territorio Vaſtinenſi habuit, patrimonio nuncupato Mauriliaco. Fuit enim, carnis origine, Nobilis, ſed culmine mentis Nobilior. Genitor quoque ejus, Vulbertus nomine, in Aula Regis Dagoberti & filii ejus, Clodovei, militari operi ævum impendit &c.* Rogante ſuppliciter *Carolomanno*, Principe Francorum, *omnes Nobiles in Regione Grabfelt - - - - cum omni devotione, quidquid proprietatis ibidem habuerunt, Deo, Sanctoque Bonifacio, nec non Abbati Venerando, Sturmi,* (Fuldenſi) *poſſidendum tradiderunt &c.* Hæc *Othlonus*, in vita *S. Bonifacii* lib. 2. Cap. XIII. apud *Surium*, 5. Junii, pag. 81; & *Eginhartus*, in vita *Caroli Magni*, apud *Freherum*, pag. m. 436: *Plures tamen eo bello* (Saxonico) *tam ex Nobilitate Francorum, quam Saxonum, & functi ſummis honoribus Viri, conſumpti ſunt &c.* & *Annales* Francorum *Pithœani*, ad An. 819. pag. m. 26: *Imperator* (Ludovicus Pius) *inſpectis pleriſque Nobilium filiabus, Judith, filiam Huelpi Comitis, duxit Uxorem &c.* Conf. *Annal. Fuldenſ.* an. eod. p. 13. & *Reuberiani*, an. eod. pag. 44; & *Adelmus*, an. eod. apud *Freherum*, pag. 420. *S. Rembertus*, Hamburgenſis Eccleſiæ ArchiEpiſcopus, in Vita *S. Anſcharii*, Anteceſſoris ſui, eidem Principi coætaneus, Cap. VI, apud *Lambecium*, lib. I. *Originum Hamburgenſ.* pag. m. 55. de *Autberto*, Monacho Corbejenſi, ſimiliter teſtatur, quod fuerit *Nobilis proſapiæ in Seculo &c.* In Vita *S. Goari*, Presbyteri, Ann. 850. circiter, à *Wandelberto*, Prunienſi Monacho, conſcripta, Cap. VII, apud *Surium*, 6. Julii, pag. m. 110. celebratur: *Walthàrius quidam, Homo ſecundum Seculum Nobilis;* ejuſque Patruus, *Reginarius, Homo Nobilis, moribus tamen & actu crudelitati atque avaritiæ ſubditus &c.* Cluniacenſium Abbatem, *Odonem*, tempore *Caroli Craſſi* Imp. à *Witardo & Hildeberto, Nobilibus Laicis*, geſta S. *Geraldi*, Aureliorum Comitis, expetiiſſe, docet ipſe, in Epiſtola ad *Aymonem*, Abbatem S. Martialis Lemovicenſis, apud *Surium*, 13. Octobr. pag. m. 189. *Gerhardus Abbas* (Laurishamenſis) *Vir Nobilis & Strenuus &c.* ſunt verba *Chronici Laurishamenſis*, h. a. apud *Freherum*, pag. 67. *Multi Nobiles Bello Civili perierunt*, inquit *Bertoldus Conſtantienſis* ad An. 1065, apud *Urſtiſium* pag. 343; Ger-

Digitized by Google

Gertrud, Nobiliſſimi Ottonis Ducis, Fratris Herimanni, vidua, An. 1077, apud *Brunonem*, de Bello Saxonico, pag. m. 132. In literis Huiſeburgenſibus, Imperante *Lothario* Saxone, circa An. 1127. exaratis, audit *Clettenbergenſis Comes, Volckmarus, Vir Nobilis;* Vid. *Eckſtormii Chronicon Walckenred.* pag. 11. Sub *Conrado III.* Imp. floruit *Nobilis Boppo Comes;* vid. *Chronic. Laurisham.* pag. 92. ibi: *Hæc traditio facta eſt, regnante Cunrado Rege Secundo, tempore Henrici, Magontini Archi Epiſcopi - - - - ſubnotatis teſtibus - - - De NOBILIBUS, Bobbo Comes; Bertholfus, frater ejus, Magenes, Cunradus &c.* An. 1151, *obiit NOBILIS & Religioſus Princeps, & Pauperum Pater, Comes Theobaldus; ita Robertus de Monte* ad h. a. pag. m. 631. Ann. 1180. in ſententia *Friderici I.* Imp. adverſus *Henricum Leonem*, Ducem Saxoniæ, pro *Adelberto* Friſingenſium Epiſcopo, in puncto Fori *Vergenſis Monachium* tranſlati, lata, apud *Hundium*, T. 1. *Metropolis Salisburgenſis*, in Catalogo Epiſcoporum Friſingenſium pag. 115. & *Thucelium*, in *Electis Juris Publici curioſis* Cap. 1. §. 7. p. 23. legitur: *Dilectus noſter, Adilbertus, Friſingenſis Epiſcopus, ad Majeſtatis Noſtræ præſentiam accedens, humiliter Nobis conquerendo, ſignificavit, quod NOBILIS VIR, Heinricus de Brunſwick, quondam Dux Bavariæ & Saxoniæ, forum in Vergen - - - - in Villam München, violenter tranſtulerit &c.* Sic *Otto Friſingenſis*, lib. 2. de Geſtis ejusdem Imperatoris, Cap. 28. apud *Urſtiſium*, p. m. 470: *Vetus conſuetudo pro Lege apud Francos & Suevos inolevit, ut ſi quis NOBILIS, Miniſterialis, vel Colonus, coram ſuo Judice, pro hujusmodi exceſſibus, reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, NOBILIS, canem, Miniſterialis, Sellam; Ruſticus, aratri rotam, de Comitatu in proximum Comitatum, geſtare cogatur &c.* Ecce, *Nobiles*, ad *ferendum canem* damnabantur; quis autem neſcit, primarios etiam Imperii Principes, ob admiſſa in Imperatorem & Imperium, pœna hac quondam fuiſſe mulctatos; adeoque titulo *Nobilium* veniſſe; exempla præced. Tit. XI. §. 1. lit. b. v. 7. in vita *Hermanni II.* C. P. R. pag. 952 & 953. produxi, de quibus etiam *Bangertus*, ad lib. VII. *Arnoldi Lubecenſis*, Cap. 2. lit. a. pag. 502 & 503; *Meibomius* ad *Witichindum*, pag. 686; Dn. *Dattus*, lib. I. *Rer. German.* Cap. 20. §. 44 &c. pag. 145. aliique, evolvendi. Et *Conradus Urſpergenſis*, ad Ann. 1197. in vita *Philippi* Imp. pag. m. 235: *Properant electi Reges uterque* (Otto IV. & Philippus) *ut occupet ſedem Regni, Aquisgrani. Sanè Philippus prior Oppidum illud obtinuit, & ibidem Viros Strenuos, & Nobiles in præſidio conſtituit; inter quos fuerunt: Walramus, Filius Ducis de Limburg, & H. Dapifer de Walburg &c.* & paulo poſt, pag. 236: *Duo Comites de Brana, Nobiles quidem, ſed pauperes, venerunt in Italiam, ad Dn. Papam, quorum unus Waltherus, alter Johannes, vocabatur &c.* In Tranſactione *Ottonis IV.* Imp. & *Ludovici* Bavari, ſub dato *Franckenfort*, An. 1212. 13. Kal. April. Indict. XV. apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs Archivs*, Continuat. 2. *IV. Abtheilung, I. Abſatz*, §. 77. Supplementorum, [illegible]5. legitur: *Juraverunt etiam quidam, & adhuc alii jurabunt pro eo, XII. ſubſcripti NOBILES; quod ſi Dux Bavariæ, quod abſit, aliquo modo, contra promiſſionem ſuam, veniret, ſeu ipſam infringeret, quod ipſi, bona fide, & ſine fraude, Dominum Imperatorem, modis omnibus, contra Ducem, juvabunt, juxta mandatum ſuum. Sunt autem Hi NOBILES: Rapoto, Com. Pal. Bavariæ; Comes Henricus de Ortenborch; Comes de Moſeberc; Comes Kalbolius; Henricus de Lupide; Chunradus de Harbach; Comes Eberhardus de Dornborch; Henricus de Raudecke; Lupus de Lenginvuelt; Alramus de Halſe; Comes de Valar; Comes Sigbow de Niwenborch &c.* &, paucis interjectis: *Sunt autem Hi Miniſteriales: Sifridus Kopb; Otto Kopb; Otto Unitz; Henricus Unitz; Conradus Dapifer; Otto de Rore; Bartoldus de Sebiltberch; Arnoldus de Camera; Rudigerus de Sandicella; Eberhardus de Witlinsbach; Eberhardus de Curia; Henricus de Ruden - - - - Sed promiſſiones & juramenta ipſius Ducis, & tam NOBILIUM, quam Miniſterialium, ſemper firma & inviolabilia permanebunt &c.* In alia Tranſactione, inter eundem Imperatorem, & *Theodoricum*, Marchionem Misniæ atque Orientalem, eodem anno & die, Francofurti celebrata, apud *Maderum, Antiquit. Brunſuicenſ.* p. 125. &c. fidem publicam pro Marchione interpoſuerunt, & juraverunt: *NOBILES, & HOMINES ipſius: Geverhardus de Querrvorde, Comes: Burchardus de Mannisfelt, Comes; Henricus de Schwartzberg, Comes; Conradus de Zana; Henricus de Chorun; Burchardus, de Glinde; Guntherus de Rochiſtet. Et hoc idem, data fide, promittent & jurabunt alii NOBILES, infeudati ſui: Hermannus, Advocatus de Salik; Johannes de Lubitz; Henricus de Schuditz; Dudo de Domo; Hermannus de Lobdiber, Erkinboldus de Vorbenvels; - - - - hoc idem, eodem modo jurabunt, alii ſui MINISTERIALES, ſcilicet: Henricus de Chanberc; Conradus de Landiſberc; Otto Advocatus de Ilber; Otto de Pouch;*

Digitized by Google

Pouch; Henricus de Bladebach; Gekebardus & Henricus, fratres de Crotzuc, Cunradus de Cleber &c. & nonnullis interpoſitis: *Prædictos autem Obſides, ſecundum dictas conditiones, tenebit Dominus Imperator, à proximo Paſcha usque ad biennium, & tunc ipſos Marchioni reſtituat, ita tamen, quod tunc Patres obſidum, vel alii MINISTERIALES Marchionis, æque idonei, & totidem numero, promittent & jurabunt, ſecundum quod ſupradicti tam Infeudati, quam MINISTERIALES Marchionis, promiſerunt, & juraverunt &c.* Fateri quidem cogimur, Seculo XII, ſtylum Curiæ nonnihil mutatum, diſerte enim *Albericus, Monachus trium Fontium,* ad An. 1234. pag. 550: *Nota, Lector! quod in Alemannia omnes ArchiEpiſcopi, & Epiſcopi quidam Excellentiores, Nigri Abbates, & omnes Duces, & quidam Marchiones, & Lantgravius Thoringiæ, & Palatinus Comes de Rheno, omnes iſti vocantur PRINCIPES; cæteri autem, ſunt vel COMITES, vel CASTELLANI, vel NOBILES &c.* ubi *Principes, Comites,* & *Nobiles,* à ſe invicem diſtinguuntur; quo etiam facit charta *Friderici II.* Imper. qua Ann. 1216. Id. Maji, in Comitiis Herbipolenſibus, permutationem inter *Conradum,* Ratisbonenſem Epiſcopum, & *Tutam* Inferioris Monaſterii Ratisbonenſis Abbatiſſam, atque *Gertrudim* Superioris Monaſterii ibidem Dominam, contractam reſcindit, apud *Hundium,* T. 2. *Metropol.* pag. 592: *Super quo, facta à Nobis inquiſitione, per ſententiam PRINCIPUM, & ſubſequutionem tam NOBILIUM, quam BARONUM atque MINISTERIALIUM, & omnium, qui aderant, judicatum eſſe &c.* nec non Ejusdem Diploma An. 1245. *Friderico* Auſtriaco datum, apud Dn. *Lunigium,* l. c. Contin. I, *VII. Abſatz,* §. 116. pag. 194: *Si aliquis COMES, NOBILIS aut MINISTERIALIS, vel MILES &c. de Regno Tuo, contra Te, & Succeſſores Tuos, & Terram Tuam, forſitan exceſſerit &c.* Nullatenus autem propterea duxiſſe ſibi *Principes Comitesque* dedecori; *Nobiles* appellari, rectè monet Annotator *Documentorum Würtenbergenſium* l. c. ibi: *Titulus Nobilis - - - Comitum proprius erat - - - - Sic in den Kitzingiſchen Actis, fol. 22: Der Edelmann, Gottfried von Hohenloë; Item, in Actis der Grafen von Sayn, contra Trier, in Documentis, fol. 25: Den Edelmann, Herrn Gottfried von Sayne &c.* Hujus inſuper loci, Fundatio Cœnobii *Iſenhagen,* in Ducatu Luneburgico, facta ab *Agnete,* vidua *Henrici* C. P. R. & Ducis Saxoniæ, An. 1243. 9. Non. Junii apud *Brunſwick,* cujus copiam poſſideo, ibi: Teſtes ſunt: *NOBILIS Princeps, Otto, Dux de Brunſwick, Præpoſitus S. Blaſii, Luthardus de Meinerſen &c.* ut & Diploma, quo *Bernhardus,* & *Adolfus,* Comites Dannenbergenſes, An. 1245. fatentur, ſe, in gratiam exſtruendi *Iſenhagæ* Cœnobii Monachorum ordinis Ciſtercienſis, jure ſuo feudali, quo ibi gaviſi erant, ceſſiſſe, in cujus calce; *Hujus rei teſtes ſunt: Conradus, Comes de Welpe; Conradus de Haldenſtede; Gevehardus de Moldeſſem, NOBILES; Johannes de Bodendick; Otto Magnus de Luneborch, & Wernerus de Zwerin, Fratres; Winandus Advocatus de Cellis, MINISTERIALES noſtri &c.* Copia itidem apud me eſt; & Fundatio *Gratiæ Cellæ (Gnaden Zell)* à *Berchtoldo* & *Eberhardo,* Lupffenſium Comitibus Anno 1262. facta, quæ ſic inchoat: *Wir Bertholdt und Eberhardt, Wir Edlen von Lupffen, embieten Unſern Gruß, allen den, ſo diſe Geſchrifft anſehen &c.* Vid. *Documenta Würtenbergica,* Tom. 2. pag. 489; Angliæ Rex, *Henricus III,* larglendo Hamburgenſibus Privilegium, Ann. 1266, apud *Lambecium,* lib. 2. *Originum Hamburg.* ad h. a. pag. m. 61, ait: *Volentes, ad inſtantiam NOBILIS VIRI, & Ducis Brunswickenſis, mercatoribus ipſius Ducis de Hamborch, gratiam facere ſpecialem &c.* In Diplomate *Alberti,* Thuringiæ Landgravii, Ann. 1272, apud *Eckſtormium, Chron. Walckenred.* pag. 104, teſtes ſunt: *NOBILES VIRI: Guntherus de Schwarzburgk; Henricus de Honſtein; Fridericus de Lare &c.* Imperator *Rudolphus I,* in Diplomate, Ann. 1273, quo *Adelheidam Münzenbergicam, Reinhardi,* Hanovienſium Comitis, Conjugem, natosque inde Liberos, in *Comitum Claſſem* evexit, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 1, VI. *Abtheilung,* XXIX. *Abſatz,* §. 1. Supplementor. p. 519, hæc profert: *NOBILI Mulieri, Adelheidi, natæ quondam Ulrici de Munzenberc, ſalutem in Domino - - - Cum igitur ſicut oblata Nobis NOBILIS VIRI, Reinhardi de Hagenowe, Mariti Tui, petitio continebat, Ipſe Te olim ea intentione duxerit in Uxorem, qui Te NOBILEM fore credebat, & parem ſibi in originis libertate; & quidam poſtmodum aſſeruerunt, Te NOBILEM non fuiſſe; ſupplicavit Nobis, ut providere ſibi ſuper hoc, de benignitate Regia, dignaremur. Hinc - - - de Conſenſu Principum Noſtrorum, qui Coronationi Noſtræ felici intereſſe poterant, & debebant, Te, Puerosque Tuos, ſi quos habes, vel in poſterum Te habere contigerit, reddimus & donamus NOBILES & INGENUOS de utroque Parente, &, ab omni ſervitute Miniſterialium, libertamus, præſentium teſtimonio literarum &c.* Genuinum ſanè axioma *Comitis* in *Nobilitate* hic ponitur, de quo amplius confirmatio hujus *Nobilitatis,* an. 1287, *Ulrico,* laudatorum *Reinhardi* & *Adelheidis* filio, indulta, ibidem, §. VI, pag. 521, Electorumque accedens utrinque conſenſus, l. c. §. II, III, IV, V, VII, VIII, IX & X, pag. 520 & ſeqq. teſtantur. Sic idem Imperator, in Diplomate Ann. 1278, quo *Henrici Illuſtris,* Miſniæ Marchionis, ex *Eliſabetha Maltitia,* (non Militia) natam naſcituramque

ſuamque ſobolem Principali charactere decoravit, apud *Antonium Wecken*, Part. 2. *Deſcriptionis Civitatis Dresdenſis*, Tit. I, lit. L, Documentor. p. 159 & 160: *Noverint univerſi, tam poſteri, quam preſentes, quod Nos, pure fidei ac ſincere devotionis inſignia, quibus Illuſtris Heinricus, Marchio Miſnenſis, Princeps Noſter dilectus, Nos & Romanum veneratur Imperium, claro Noſtre Majeſtatis intuitu, gracioſius intuentes --- devotis ſuis ſupplicationibus inclinati, Elizabeth, legitimam thori ſui conſortem, Fridericum, Natum legitimum utriusque, & univerſos liberos, ſi quos ab eisdem Parentibus procreari contigerit in futurum, ab omni ſervilis, ſeu Miniſterialis conditionis reſpectu, de plenitudine Regie poteſtatis, eximimus, & ipſos Ingenuitatis ac Liberi partus honore & titulo, perpetuo inſignimus, volentes, eos ſic ſemper in antea, in Ingenuorum & NOBILIUM ſorte & numero recenſeri, ac ſi de ventre Libero nati eſſent; ita, quod ad ſucceſſionem Bonorum Fœdalium, & aliorum quorumlibet, pari forma, ſicut Ingenui & NOBILES, admittantur --- Datum apud Znoymam, 2. Non. Januar. Indict. VII, Anno Domini M. CC. LXXVIII.* Pari ſtylo utitur *Henricus Stero*, in *Annalibus Altahenſibus*, ad An. 1277, apud *Freherum*, T. I. *Rer. German.* pag. 392, mentionem faciens ſæpe fati Imperatoris *Rudolphi*: *Validum Exercitum congregans, intravit Terram Auſtriæ, euntibus ſecum in Exercitu Moguntino & Colonienſi ArchiEpiſcopis; Herbipolenſi, Ratisbonenſi, Patavienſi, Epiſcopis; Ludwico, C. P. R. Hainrico, Duce Bavariæ, & aliis multis NOBILIBUS de Rheno, Franconia & Suevia &c.* & poſtea: *Ipſo etiam Rege Romanorum, conjunctis ſibi Ungarorum & Cumanorum Regibus, & NOBILIBUS de Rheno, Franconia & Suevia, conflictum habente, cum prædicto Rege Boömiæ, ipſe Rex Boëmiæ eſt occiſus &c.* Æque ac *Otto*, Dux Brunſuic. & Luneburg. in Transactione cum *Gerbardo*, Archi-Epiſcopo Bremenſi, ſub dato *Verdæ*, Dominica *Judica*, 1280, ubi: *Nobiscum promiſerunt: Venerabilis Dominus, Conradus, Verdenſis Eccleſiæ Poſtulatus, Noſter Patruus, & NOBILIS Gerardus, Comes Holſatiæ, & Gerardus, Filius ſuus; Otto Magnus de Luneborch, & Frater ſuus, Grvehardus; Lippoldus & Thethardus Fratres de Doren; Eckehardus de Wyncenborch; Eckehardus Schacke; Wasmodus, dictus Puer; Conradus & Ludolphus, Fratres de Eſtorpe; Wernerus de Medinghe; Heyno de Wreſtede; Meynricus de Heymbrocke; Conradus de Oſta; Bernhardus Sprengere; MILITES; Wernerus de Zwerin; Hunnerus de Odem; Willekinus Ruſche, FAMULI &c.* (Copia apud me eſt;) & *Hermannus*, Com. *Sulzenſis*, in Inſtrumento Venditionis Villæ *Hopffow*, An. 1278, Part. I. *Documentor. Würtenberg. Monaſterii Alpirſpacenſis*, §. V, p. 256: *Præſentes, Sigillorum --- NOBILIUM VIRORUM, Ludewici & Cunradi, Ducum de Tekke, Fratrum, nec non noſtri, munimine dedimus roboratas &c.* & *Ericus*, Danorum Slavorumque Rex, in diplomate An. 1283, apud *Lambecium* l. c. ad h. a. pag. m. 72: *Noverint univerſi, quod Nos, ad inſtantiam & preces NOBILIS VIRI, Domini Joannis, Comitis Holſatiæ, Generi Noſtri dilecti, & Uxoris ſuæ, Comitiſſæ, ſororis Noſtræ cariſſimæ, dimiſimus Civibus in Hamborch, unum fundum ſive locum, in nundinis Noſtris Scanenſibus, in quo tabernas ſuas poſſint conſtruere, & commodè inhabitare annis ſingulis, tempore nundinarum prædictarum &c.* & Dipl. *Adolphi* Regis Roman. 1293, Eccleſiæ *Hirſaugienſi* datum, Part. I. *Docum. Würtemberg.* Monaſterii *Hirſaugienſ.* pag. 558, ib. *Teſtes ſunt --- NOBILES VIRI: Albertus de Hohemberch, Eberhardus de Wirtemberg --- de Schelkelingen; Godefridus de Tüwingen, Comites; Hermannus, Dux de Tecke; Senior de Schellemberg; NOBILIS VIR, Henricus de Iſemburch &c.* Add. *Albertus* Imp. in Fundatione Cœnobii *Kœnigsbrun*, An. 1303, ibid. p. 641, verb: *Singula, à NOBILI VIRO, Volrico, Comite de Helfenſtein, ratione præmiſſa, comparavimus &c.* & *Henricus VII.* Imp. in Dipl. An. 1309, apud *Eckſtormium*, l. c. pag. 141: *Teſtes hujus rei ſunt. --- NOBILES VIRI, Eberhardus de Katzenellebogen; Bernhardus de Hennenberg; & Johannes de Spanheim, Comites &c.* Eſt mihi inter Manuſcripta, Formula Fidejuſſionis, qua *Eckhardus de Eſtorpe*, Miles, pro *Ottonibus*, Patre Filioque, Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducibus, publicam, apud *Johannem*, Brandenburgenſium Marchionem, Ann. 1315, fidem interpoſuit, ubi: *Ick Eckhard van Eſtorpe, Ritter, bekenne in duſſem gegbenwardighen Breve, dat ick gelaffi hebbe, an Truwen, deme EDLEN FORSTEN, Marggreven Johan van Brandenborg, vor minen Hern dem EDLEN FORSTEN, Hertoghen Otten van Brunſwigk, und Luneborg, und vor Sinen Sohne, Otten, dat des vorbenomeden Marggreven Fiande nie weren ſchollet, dewile dat he levet --- Düſſe Breff iſt gegeven, na Godeſſ Bort, 1315, des neghesten Dingſtageſſ, na aller Godeſſ Hilligen Daghe &c.* Licet negari nequeat, ætate iſta, *Nobilium* appellatione, quandoque & veniſſe *Barones*, vel Diplomate teſte *Henrici Leonis*, præced. §. 3. lit. d, ad An. 1162, ut & *Friderici II.* Imp. an. 1245. modo adducto, & Diplomate *Ottonis* Pueri, An. 1247.

die *Vitalis* Luneburgenſibus dato, cujus præced. §. 4, lit. f. memini, in quo diſtinctè, *Comites, Nobiles & Milites*, recenſentur; & Charta *Gotefridi* de *Lœwenſtein, & Hartmanni* de *Grœningen*, Comitum, de An. 1269, juribus ſuis & proprietati, quibus in bonis, Monaſterio *Steinheimenſi* deſtinatis, erant gaviſi, renunciantium, ibi: *Nos eidem præſentem literam, in evidentiam & teſtimonium prædictorum, contulimus, Venerabilis Domini Heinrici, Spyrenſis Epiſcopi, ac noſtrorum: Ulrici de Wirtenberch, & Ulrici de Aſperch, COMITUM; & Heinrici de Nyffen; Erchengeri de Magenheim; Walteri Hakonis de Weltzſteine; Alberti de Ebersberch, Swikeri de Blanchenſteine; & Chunradi de Hæbenriet, NOBILIUM; & Domini Engelhardi de Winsberch, ſigillorum munimine, ac teſtium infra poſitorum ſubſcriptionibus roboratam. Sunt autem teſtes iſti, videlicet: COMES Otto de Brandenburch; Swikerus Junior de Blanchenſtein; Bertoldus de Mülhuſen; Albertus Hako Junior, NOBILES. Engellhardus de Winsberch Junior; Wolframus de Ramſa; Egeno de Stouffē; Linthardus de Mülhuſen; Reinhardus & Cunradus de Brye; Appelinus de Talhein; Chunradus de Gruningen, & Otto, frater ejusdem; Eigilwardus de Wolffſelden, MILITES. Albertus Scriba de Grüningen, Rector ipſius Eccleſiæ. Nos vero Heinricus, D. G. Epiſcopus Spirenſis, COMITES, NOBILES, MINISTERIALES, prædicti, confitemur in hys ſcriptis &c.* Vid. *Document. Würtenberg.* T. 2. p. 380 & 381; add. Laudum, quo, An. 1270. Curia libera & Jus Patronatus in *Steinheim*, ad Monaſterium ibidem pertinere decernuntur, ſub cujus finem: *Teſtes hujus rei ſunt: Dominus Gotfridus, COMES* (de Lœwenſtein) *antedictus; Albertus & Cunradus de Lihtinberc, & Albertus Haggo de Hohinegge, NOBILES; Gotfridus de Niddegge,* Willihelmus, *Krafto & Ludowicus de Haginberc, MILITES &c.* Vid. cit. *Documenta* l. c. pag. 378; Addas & *Adolfi* Imp. diploma, de An. 1293; Privilegia *Friderici I, & Henrici VI.* Imperatorum, *Adelbergenſi* Cœnobio data, confirmans, ibid. Tom. I, pag. 38 & 39; *Hy ſunt teſtes --- Spectabiles Viri: Eberhardus de Catzenellenbogē; Gerardus de Dietz; Eberhart de Wirtemberg; Albertus de Hohenberg; Ulricus de Helfenſtein; Egeno & Heinricus, Fratres de Vriburch; COMITES; NOBILES VIRI: Gerlacus de Bruberg; Gotfridus de Meremberg; Cunradus & Cunradus de Winſperch &c.* & Literas *Ottonis, Ludovici, & Stephani*, Bavariæ Duæum, Comitumque Rheni Palatinorum, An. 1295. Eccleſiæ Ratisbonenſi datas, apud *Hundium* T. I. *Metropol*, pag. 230. verb: *Et quia in diſtrictibus noſtris COMITES, VIRI INGENUI, ALIIQUE NOBILES, Jus Patronatus, Advocationem in quibusdam habent Eccleſiis &c.* & tabulas venditionis, quibus An. 1297, 8. Id. Julii, *Conradus*, Miles, de *Eſthorpe* dictus, bona ſua in *Weinethe*, in *Albertum* Præpoſitum, totumque Conventum Monaſterii *Ebbekeſtorpe* tranſtulit, cujus Compromiſſores venditionis ſunt: *Conradus, NOBILIS de Boldenſel; Georgius Longus, dictus de Hydſakere; Segebandus de Monte; Johannes Bere; Gevehardus de Odem, & Ludolfus frater Conradi de Eſthorpe, MILITES &c.* Attamen nihil detrimenti inde patitur noſtra theſis, firmata potius literis *Ludovici V.* Imperatoris, de Ann. 1322, quibus *Conradum Schlüſſelburgium* de Comitatu *Grœningenſi* inveſtivit, apud *Thucelium* l. c. Cap. 4, *de Juribus & Privilegiis des Hochfürſtl. Hauſes Würtenberg, des Reichs-Panner- oder Reichs-Fendrich-Ampt, Prædicat und Inſigne betreffend*, lit. D. Document. p. 203: *Wir Ludowich --- entbieten dem Edlen Manne, Cunraden von Sluzzelberg, Unſerm lieben Getrewen, Unſer Hulde &c.* & pag. 204: *Zu Urchund Unſers Libens, haben wir diſe Briefe heizzen ſchriben, und mit Unſerm Chunichlichen Inſigel, mit Anmerchunge der Undergeſchriben Gezüge, verſigeln; daz ſeint die Erbarn und Edel Manne: Herman von Lichtenberg, Unſer Cantzeler, Bruder Cunrat von Gundelfingen, Lant-Chumentewer zu Franchen; Bertolt der Alte von Greiſpach; Friderich von Truchendingen; Bertolt von Nyffen, und Bertolt der Junge von Greiſpach, Grafen &c.* Quæ Latino Idiomate l. c. pag. 204 & 205, ſic exprimuntur: *Ludowicus --- NOBILI VIRO, Chunrado de Sluzzelberch --- In cujus Noſtræ conceſſionis teſtimonium præſentes exinde conſcribi, & Majeſtatis Noſtræ ſigillo, cum annotatione teſtium ſubſcriptorum juſſimus communiri, videlicet: Honorabilium & NOBILIUM VIRORUM: Hermanni de Lichtenberg, Cancellarii Noſtri; Fratris Chunradi de Gundolfingen, Provincialis Commendatoris Frankoniæ; Bertoldi Comitis de Greyſpach Senioris; Friderici, Comitis de Trubendingen; Ulrici, Landgravii de Lichtenberch; Bertoldi, Comitis de Nyfen; Bertoldi, Comitis Greyſpach, Junioris &c.* Conſentiens in hanc Inveſtituram *Johannes*, Bohemiæ Rex, 1331, ſimiliter inquit: *Daß Wir, umb gemeinen Nuzen, und beſundern Dienſt, den Uns Der Edel Man, Conrat von Sluzzelberch, untzher offt erzaiget &c.* vid. l. c. lit. G, pag. 260. Nec aliter *Baldewinus* Trevirenſis, in literis approbatoriis

An.

An. 1332, ibid. lit. F, p. 205; ut & *Rudolphus* atque *Rupertus*, Palatini Rheni Comites, in literis *Ambergæ* datis An. 1332, ibid. lit. H, p. 206; & *Ludovicus*, Marchio Brandenburgicus, in literis ſub dato *Nürnberg* An. 1333, ibid. lit. I. p 207. Laudatus Cæſar, in Diplomate *Ulmæ* dato, An. 1336, *Sontags vor Mitfaſten*, largiendo ſæpefato *Schluſſelburgio* tranſigendi licentiam, ſuper Oppidum arcemque *Grœningen*, cum *Ulrico*, Comite Wirtenbergico, ait: *Wir Ludwig--- entbieten dem Edlen Man, Chunrat von Sluzzelberg, Unſerm lieben Getrewen, Unſer Huld und allez gut. Wir lazzen dich wizzen, daß Wir dem Edlen Mann, Ulrich, Grafen ze Würtemberg, Unſern Lieben Oeheim und Landvogt, haben gebeizzen &c.* Vid. ibid. lit. k, pag. 208; & rurſus, in Confirmatione Transactionis inter eosdem contractæ, ſub dato *Freiſingen, Sontag vor Michaëlis, 1336: Wan der Edel Man, Graf Ulrich von Wirtemberg, Unſer Lieber Oheim und Landvogt, Grüningen, Burg und Statt, und was darzu gehœret, von dem Edeln Man, Chunrad von Sluzzelberg, gechauffet hat &c.* Vid. ibid. lit. M. p. 210. In literis, quibus, ſub dato *Ulm, Sontag vor Mittfaſten*, An. 1336, dictum Comitem *Ulricum*, de jure gerendi Vexilli, quod *Sturmfahn* vocatur, inveſtit, ait: *Daz Wir Unſern und dez Riches Sturmvanen enpfohlen haben dem Edlen Mann, Ulrichen, Grafen ze Würtemberg &c.* Vid. ibid. lit. O, pag. 211; Similiter, in Inſtrumento Oppignorationis Advocatiæ Monaſterii Lindavienſis An. 1334: *Daz Wir dem Edlen Mann, Huge, Graffen zu Bregentz &c.* vid. *Strauchii* Diſſert. de *Oppignorationibus Imperialibus*, §. 28. De *Carolo IV.* Imp. proſtat Diploma An. 1359. *Denckendorfenſi* Monaſterio conceſſum, part. I. *Document. Würtemberg.* pag. 478, ubi: *Teſtes hujus rei ſunt ---NOBILES: Fridericus, Dux de Tekk; Wilhelmus de Rechperg &c.* Conf. Ejusdem Reſcriptum ad *Hermannum*, Ducem Teccenſem, de An. 1361, ibid. p. 262: *Wir Carl--- embieten dem EDLEN Hertzog Herman zue Oberndorf, Unſerm lieben Getrewen, Unſer Gnad &c.* nec non diploma An. 1365, quo Helfenſteinios Comites de Metallifodinis inveſtivit, ibid. pag. 649: *Wir Karl--- bekhennen --- daß vor Unſir kaiſerlichen Wirdigkeit geweſen iſt, der Edle Ludewig der Jünger, Graff zue Oetingen, Unſir und des H. Reichs Lieber Getrewer, und hat Uns geben, daß Wir dem Edlen Ulrich, dem Jüngern, Graffen zue Helffenſtain, und ſeinen Lebens Erben, Mannes-Geſchlechte, zue rechtem Manleben verleihen wollen, von kaiſerlicher Macht, alles Iſenwerg in der Herrſchafft, und Wiltpande deſſelben von Helffenſtain &c.* Ejusdem limitatio infeudationis hujus, de An. 1366, ibid. p. 650: *Wir Karl---bekhennen--- wiewol Wir dem Edlen Ulriche dem Jüngern, Grafen zu Helfenſtein, Unſerm und des H. Reichs Lieben Getrewen, ſeinen Erben und Nachkkomen, zue rechtem Mannleben verliehen haben, alles Iſſenwerg in ſeiner Herrſchafft &c.* Pertinent huc etiam literæ *Adelheidis*, Priorisſæ Cœnobii *Mariæ Reuthin*, quibus An. 1363. Electoris Palatini tutelæ ſe committit, ibid. part. 2, pag. 482, verb: *Unſern Gnædigen Herrn, den Edelen Hochgebornen Fürſten, Hertzogen Ruprecht ze Bayern, den Eltern, und Pfaltzgraven an dem Rin &c,* pariter ac Confirmatio Privilegiorum Ducis *Magni*, An. 1367, *des negheſten Vrydages vor Sunte* Simonis *und* Jude *Daghe, der Hilgen* Apoſtole, Ducatus Luneburgenſis Ordinibus, in caſum obitus Ducis *Wilhelmi*; indulta, ibi, ſub finem: *Over alle deſſen Stücken und Dreghedinghon hebbet ghewecſen de Eddelen Heerren, Greeve Clawes van Holſten; Greeve Diderick van Honſteen; und Greeve Ludelof van Wunſtorpe &c.*

Sequioribus verò temporibus plerumque NOBILIUM titulo vel ſoli *Barones* intelligebantur, vel etiam *Militares*, gradus adhuc inferioris; quo faciunt verba Prooemii *Aureæ Bullæ Caroli IV.* An. 1356: *Aſſidentibus Nobis omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, ac aliorum Principum, COMITUM, BARONUM, Procerum, NOBILIUM & Civitatum multitudine numeroſa &c.* Conf. Diploma Ejusdem Imperatoris An. 1358. Abbati *Altahæ Inferioris* datum, apud *Gewoldum* T. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 45. ubi, poſt Duces: *Spectabiles Johannes de Rotz (Retz) Burgravius Magdeburgenſis; Ulricus & Johannes Fratres de Lüttenberg,* COMITES. NOBILES: *Henricus, Advocatus de Plawen; Albertus Puechheimer &c.* manifeſto documento, *Nobiles* minus involviſſe *Comitibus*; quod & obſervatur in diplomate dicti Imperatoris de An. 1360, quo *Pfullingenſis* Cœnobii Privilegia confirmavit, præced. Tit. XVII, §. 14, lit. e, ut & in alio, An. 1361, quo *Henrici*, Comitis *Helfenſteinii* venditionem Cœnobio *Kœnigsbrunnenſi* factam, confirmat, ibid. rurſus in alio, ejusdem anni, quo Privilegia *Alpirſpacenſis* Cœnobii rata habet, ubi rurſus teſtes: *Spectabiles Eberhardus de Wirtemberg; Ulricus de Helffenſtain; ac Ludewicus de Oetingen,* COMITES, *& multi alii Noſtri* (Imperatoris) *& Imperii Sacri, PRINCIPES, COMITES, NOBILES & FIDELES.* Vid. cit. *Documenta*, Tom. I. p. 262. In Diplomate *Magni*, Ducis Brunſuicenſis, de Anno 1357, apud *Meibomium*, ad *Leopoldi Origines Marcanas*, T. I. *Rer. Germanic.* pag. 413, & *Draconem, de Origine & Jure Patriciorum*, lib. 3, c. 2, in Appendice, p. 225, ſub finem, legitur: *Te-*

ſtes

ſtes hujus rei ſunt: Gevebardus & Burchardus de Werberge, NOBILES; *Lippoldus de Vredē, & Baldewinus de Dalem, MILITES; Heinricus de Veltheim & Burchardus de Aſſeburg, FAMULI.* Fœdus Societatum *Leoninæ, Wilhelmianæ*, & *S. Georgii*, cum *Leopoldo* Auſtriæ Duce, & Civitatibus Sueviæ, An. 1382. ictum, ſic inchoatum ſiſtit Dn. *Datt* l. c. lib. I. Cap. VII, §. 19. p. 44: *Wir Grave Eberhart von Wirtemberg, und Wir die Haupt-Leuth der Geſellſchafft mit dem Lœwe, zu Schwaben, Grave Heinrich von Montfort, Herr zu Tetnang; Grave Ulrich von Wirtemberg des vorgenanten Grave Eberhart Sün, und Grave Fridrich von Zolrr von der Hohenzolrr; und Wir, die Haupt Lüt der Geſellſchafft mit S. Wilhelm; und Wir, die Haupt Lüt der Geſellſchafft mit S. Georeim; und wir, die Herren, Ritter, und Knechte gemainlichen, in den drey Geſellſchafften, als wir an den Reviren und Kreiſſen geſezzen und gelegen ſien &c.* In declaratione Civitatum ad *Wenceslai* publicatam pacem *Egranam*, An. 1389, apud Dn. *Dattum* l. c. Cap. IX. §. 52. pag. 71. legimus: *Hat auch geboten und geſatzet dieſen Lantfrieden, und wer darin komet, und den ſwert, als er begriffet iſt, der, oder die, ſollent gerichtet ſin, mit allen Fürſten, Graven, Herren, Rittern, ū. Knechtē &c.* An. 1395. creavit *Wenceslaus Johannem Galeacium* primum *Ducem Mediolanenſem, animo deliberato, & ſano PRINCIPUM, COMITUM, BARONUM, NOBILIUM, PROCERUM, & aliorum Sacri Imperii FIDELIUM accedente conſenſu.* Vid. præced. Tit. V, Ejus vita, v. 4. ad h. a. p. 681. Recentiora ut taceam.

Romanæ Curiæ ſtylo, Summos etiam Seculi Principes, veluti: *Electores, Archi-Duces, Magnos Duces, Duces, Principes, Comitesque*, VIRORUM NOBILIUM, charactere inſigniri, peculiari Diſſertatione, de *Titulo Nobilis, quatenus non tantum Ducibus ac Principibus, ſed Comitibus quoque & aliis, ſtylo Romanæ Curiæ, tribuatur?* an. 1677. edita, oſtendit Illuſtr. Dn. *Hulderīcus ab Eyben*, & dignus immortaliſate Parentis Illuſtris filius, Dn. *Chriſtianus Wilhelmus ab Eyben*, Tract. de *Stylo Curiæ*, p. 21 &c. Conf. Dn. *Auguſtus Hofmannus*, ad Art. XLIII. *Capit Joſephi*, §. 2. p. 717. Quædam Documenta & mihi in promptu ſunt: *Gregorius VII*, in literis ad *Michaëlem*, Imperatorem Græcum, de An. 1073. ap. *Baronium*, T. XI. *Annal.* ad h. a. p. 421, ait: *Quæ nimirum inter cætera NOBILITATIS Veſtræ verba --- poſſe nos credere aſſerebant &c.* & *Anacletus II*, in Epiſtola ad *Lotharium* Cæſarem, 1130. ib. Tom. XII. ad h. a. p. 180, lit. D: *Dignum duximus NOBILEM Prudentiam Tuam Sedis Apoſtolicæ litteris viſitare &c. Rogamus itaq; NOBILITATEM Tuam &c.* & in aliis, ad eundem, l. c. p. 191. lit. B: *Rogamus itaque NOBILEM Prudentiam Veſtram &c.* eodem ſtylo utitur in literis ad Imperatricem, ejuſdem anni l. c. lit. C, *Hortamur itaque NOBILEM Prudentiam Tuam &c.* ut & in literis ad *Ludovicum Craſſum*, Regem Galliæ, An. eod. *Multam enim de Tua NOBILI & experta Dilectionis conſtantia, fiduciam poſſidemus &c.* & poſtea: *Communem Matrem, Romanam Eccleſiam, honore debito venereris, & Nos ipſos perſonaliter Dilectionis Tuæ affluentia proſequaris ---- præſentibus igitur literis, NOBILITATEM Tuam rogamus &c.* Vid. *Baronius* l. c. p. 192, lit. E. De *Innocentio II.* proſtat Diploma, quo An. 1139. *Rogerio*, Regnum Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ, titulum confert ib. ad h. a. p. 278, lit. C: *Unde & Prædeceſſor noſter, Religioſus & prudens Papa, Honorius, NOBILITATEM Tuam, de prædicta Generoſitate deſcendentem, intuitus &c.* Conf. *Diploma Alexandri III*, de An. 1180, quo *Caſimiro* Polono Provinciæ Statuta confirmat, apud *Baronium* l. c. ad h. a. p. 735. lit. E: *Alexander, Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, NOBILI VIRO, Caſimiro, Duci Poloniæ, ſalutem &c.* Sic *Innocentius IV*, in Bulla ad Comitem Pictavienſem, ſuper Tractatu cum Ejus fratre, *Carolo*, Provinciæ Comite, de transferendo in hunc Siciliæ Regno, Romanæ veluti aperto Eccleſiæ, *Peruſii* An. 1252: *Si tantus tractatus, qui habitus eſt inter Eccleſiam Romanam, & Dilectum Filium, NOBILEM VIRUM, Carolum, Comitem Provinciæ, Fratrem Tuum &c.* Vid. Ill. Dn. de *Leibnitz*, T. 2. *Cod. Dipl.* Mantiſſ. §. 44. a. p. 241. *Bonifacius VIII.* in cauſa Spoliatæ Abbatiæ Walckenredenſis, An. 1304: *Abbas & Conventus Monaſterii in Walkenreden, Ciſtercienſis Ordinis, Moguntinenſis Diœceſeos, ſua Nobis petitione monſtrarunt, quod Gevebardus, dictus de Arneſtein, Canonicus Eccleſiæ Halberſtadenſis, & NOBILES VIRI, Albertus & Fridericus de Wernigerode, Fratres Comites, Halberſtadenſis Diœceſeos, ipſos quibuſdam equis, bobus, ovibus, ſpoliarunt &c.* Vid. *Eckſtormius, Chron. Walckenred.* pag. m. 117. In Bulla *Clementis V*, ad *Philippum Pulchrum*, Galliæ Regem, circa eligendum *Carolum*, Andegavenſium Comitem, in Regem Romanorum, An. 1307. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. lit. b, p. 242 & 243; legimus: *Dilectum Filium, NOBILEM VIRUM, Carolum, Comitem Andegavenſem, Germanum Tuum, in Regem Romanorum, ex parte Tua, nominaverant eligendum &c.* &, paucis interjectis: *Dilectis Filiis, NOBILIBUS VIRIS, Marchioni Brandenburgenſi, ac Saxoniæ & Bavariæ Ducibus, prout interceſſu tuo, de Pictavis, Nos inſtanter rogaveras, pro ejuſdem promotione negotii, nominando ſpecialiter ipſum Comitem, ſcripſiſſemus &c.* rurſus: *Supplicaverunt nobis inſuper, ex parte Magnitudinis Tuæ, Canonicus & Miles præfati, ut Dilecto Filio, NOBILI VIRO, Comiti Luceburgenſi. pro hujusmodi promotione negotii, per noſtras literas ſcriberemus ---- Præterea, cum præfati Canonicus & Miles nobis ſupplicarent*

carent, quo dicto Archi-Epiſcopo Moguntinenſi, ne ad coronationem Dilecti Filii, NOBILIS VIRI, *Ducis Carinthia, qui ſe gerit pro Rege Bohemiæ, procederet,* --- *Literas Dilecti Filii,* NOBILIS VIRI, *Joannis, Ducis Saxonia, recepimus &c.* In alia, ad eundem, de Tractatu cum Republica Veneta, pro Imperio Conſtantinopolitano, pro *Carolo, Philippi* Regis fratre, obtinendo, An. eod. l. c. lit. c. pag. 243: *Quod Dilecto Filio,* NOBILI VIRO, *Carolo, Comiti Andegavenſi, Germano Tuo* ---- *Dum Pictavis Reſidentiam faceremus, præſentibus Dilectis Filiis,* NOBILIBUS VIRIS, *Ludovico, Fratre Tuo, Ebroicenſi ac S. Pauli Comitibus, Conſtabulario Franciæ, & Ignorammo, Cambellano Tuo.* ---- *Cæterum, litteras Dilecti Filii,* NOBILIS VIRI, *Rudolfi, Ducis Bavaria,* ---- *pridem recepimus &c.* ſimiliter in Pronunciatione, ſuper facto Regis Romanorum, de An. 1309, ibid. §. XLIX. lit. e. pag. 255: *Dilecti Filii,* NOBILES VIRI, *Amadeus, Sabaudia, & Johannes, Salaburgenſis* (Saraburgenſis) *Comites* ---- *frequenter propoſuerunt &c.* nec non in literis, ipſi *Henrico*, Regi Romanorum ſcriptis, ibid. lit. e. pag. 258: *Dilecti Filii,* NOBILES VIRI, *Amadeus, Comes Sabaudia; Johannes, Daphini, Viennenſis, & Albonenſis Comes, Guido de Flandria, Johannes, Com. de Seraponte* (Saraponte) *& Simon de Marvilla, Theſaurarius Metenſis, Ambaſſiatores, Procuratores & Nuntii Tui &c.* ſic *Johannes XXII*, in Diplomate Diſpenſationis *Jacobo Borbonio*, de contrahendo matrimonio cum conſanguinea, tertio conſanguinitatis gradu ſibi conjuncta, conceſſæ, An. 1334. apud laudatum Dn. de *Leibnitz* l. c. Part. I. §. LXXIV, pag. 146: *Dilecto Filio,* NOBILI VIRO, *Jacobo, nato Dilecti Filii,* NOBILIS VIRI, *Ludovici, Ducis Borbonenſis, ſalutem &c.* Et *Urbanus V*, in Diplomate Fundationis Academiæ Vindobonenſis, An. 1365. apud *Lambecium*, lib. 2. *Comment. Bibliotb. Vindobon.* Cap. 5. pag. 85: *Nuper, ex parte Dilecti Filii,* NOBILIS VIRI, *Rudolfi, Ducis Auſtria, fuit propoſitum in Conſiſtorio &c.* Et *Eugenius IV*, in literis, quibus omnes & ſingulos Ditionis Clivenſis, à juramentis Colonienſi Archi Epiſcopo, & Monaſterienſi Epiſcopo, præſtitis abſolvit, Ann. 1445. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2. in Mantiſſ. §. XXXV, pag. 171: *Dominia Dilectorum Filiorum,* NOBILIUM VIRORUM, *Adolphi, Ducis Clivenſis, & Johannis, Ejus Primogeniti &c. Leo X.* literas ad *Ludovicum* Elect. Palat. 1519. 13. Maji, ita inſcripſit: *Dilecto Filio,* NOBILI VIRO, *Ludovico, Comiti Palatino, S. R. I. Principi Electori.* Vid. *Freberus*, Tom. III. *Rer. German.* p. 138; aliaſque, ad *Degenhardum Pfeſſingerum*, An. eod. *Dilecto Filio, Degenhardo Pfeſſinger, Dilectiſſimi Filii,* NOBILIS VIRI, *Friderici* (Sapientis, Electoris) *Ducis Saxonia, Conſiliario &c.* Vid. præced. Tit. 2. §. 15. lit. a, p. 264. In Bulla *Clementis VII.* ſub ſigillo aureo, *Carolo V.* Imperatori, qua Brabantiæ Duci, & Hollandiæ Comiti, ſuper Translatione Civitatis, Opidorum & Ditionis *Trajectenſis & Tranſiſalanæ*, totiuſque Temporalitatis Epiſcopatus *Trajectenſis*, in ſuam Majeſtatem, per Epiſcopum *Henricum*, factæ, data An. 1529. apud Dn. de *Leibnitz*, l. c. §. XLII. lit. a. pag. 225. legimus: *Dilectus Filius,* NOBILIS VIR, *Carolus, Dux Geldria &c.* & pag. 226: *Ad dilectam, in Chriſto Filiam,* NOBILEM MULIEREM, *Margaretam, Archi-Duciſſam Auſtria, pro dicto Carolo Rege, in partibus Flandria Gubernatricem &c.* Conf. Bulla *Pauli III*, de An. 1537. in confirmationem Transactionis Quedlinburgenſis, per *Albertum* Moguntinum, inter *Ericum & Henricum* Juniorem, Duces Brunſuicenſes, & Capitulum Cathedrale, Eccleſias & Nobilitatem Provinciæ, Urbemque Hildeſienſem, qua pars temporalitatis Epiſcopatus in Duces transfertur, factæ, edita, ibid. lit. b. pag. 229: *Pro parte Dilectorum Filiorum,* NOBILIUM VIRORUM, *Erici & Henrici, Ducum Brunſuicenſium & Lunaburgenſium, nobis nuper exhibita petitio continebat &c.* & pag. 230: *Dilectus Filius,* NOBILIS VIR, *Georgius, Dux Saxonia &c.* & mox: *Dilectus Filius,* NOBILIS VIR, *Wilhelmus, Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis &c. Pius IV.* in confirmatione Militiæ Ordinis *S. Stephani*, à *Coſmo*, Hetruriæ Duce, inſtitutæ, An. 1561. ait: *Pro parte Dilecti Filii,* NOBILIS VIRI, *Coſmi Medicis, Florentia & Senarum Ducis, nobis expoſito &c.* Vid. *Cherubini Magnum Bullarium Romanum* Tom. 2. p. 85. *Pius V*, in Conſtitutione An. 1572. de Indulgentiis & gratiis, pro adjuvantibus bellum contra Turcas, apud eundem, l. c. pag. 356: *Cum Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro, Philippo, Hiſpaniarum Rege Catholico, ac Dilectis Filiis,* NOBILI VIRO, *Duce & Senatu Venetorum &c. Gregorius XIII*, in Conſtitutione de Militia *S Mauritii* Martyris. An. eod. ibid. pag. 365: *Cum Dilectus Filius,* NOBILIS VIR, *Emanuel Philibertus, Sabaudia Dux &c.* Et in Inſtitutione Collegii Presbyterorum Regularium Societatis Jeſu, Univerſitatiſque Oppidi Pontis Monſonii in Lotharingia eod. An. 1572: *Pro parte Dilectorum Filiorum Noſtrorum, Caroli, Tit. S. Apollinaris Presbyteri Cardinalis de Lotharingia nuncupati, &* NOBILIS VIRI, *Caroli, Lotharingia & Barri-ducis, Ducis &c.* Vid. ibid.

ibid. p. 484. *Sixtus V*, in Inſtitutione Univerſitatis *Græcenſis*, An. 1585, ibid. p. 697: *Exhibita Nobis nuper, pro parte Dilecti Filii, NOBILIS VIRI, Caroli Archiducis Auſtriæ, qui etiam Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux exiſtit, petitio continebat &c.* Et in Conceſſione, quod *Franciſcus*, Magnus Hetruriæ Dux, in Commendas Militiæ Ordinis S. Stephani erigere valeat hoſpitalia, per Laicos regi ſolita, ad hoſpitalitatem inſtituta, & in Hetruria exiſtentia, de An. 1587. ibid. pag. 599; cui talis inſcriptio: *Dilecto Filio, NOBILI VIRO; Franciſco Medices, Magno Hetruriæ Duci.* Et in contextu: *Dilecte fili, NOBILIS VIR, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem &c. Urbanus VIII*, inchoat Breve ad Venetos, An. 1636, 30. Aug. hoc modo: *Dilecti Filii NOBILES VIRI, ſalutem &c.* Vid. *Vittorio Siri, Hiſtoria de' correnti Tempi*, Tom. 2, lib. 2, p. 993: pariterque literas ad Ducem Mutinenſem, Anno 1642, 10. Jul. *Dilecto Fili, NOBILIS VIR, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem &c.* Vid. ibid. p. 757. Reperiuntur ejuſdem literæ, de An. 1643, 6. Jun. tempore Parmenſis Belli, ad Principes Romano-Catholicos, ibid. Tom. 3, lib. 2. pag. 429, ubi: *Dilecti Filii, NOBILES VIRI, ſalutem &c.* & mox: *Minimè nos latet, quin moleſta hujus modi novitas futura ſit NOBILITATIBUS veſtris &c. Alexander VII*, in Confirmatione Conventionis ſuper Jure Patronatus Ducis *Medinæ Sidoniæ*, in tres Conventus Fratrum Congregationis Hiſpaniæ, Ordinis *B. Mariæ de Mercede*, de An. 1660: *Dilectus Filius, NOBILIS VIR, Dux Medinæ Sidoniæ.* Vid. *Cherubinus* l. c. Tom. V. p. 287; & in Brevi, de An. 1663, 6. Aug. quo *Chriſtianum*, Ducem Megapolitanum à priori Conjuge abſolvit: *Cum, non ſine ſpirituali animi lætitia, Nobis relatum fuit, quod NOBILIS VIR, Chriſtianus, Dux Megapolitanus &c. Innocentius XI*, in literis gratulatoriis, *Rudigero Erneſto* Comiti Stahrenbergico, ob liberatam à Turcarum obſidione Viennam, an. 1683, 15. *Sept.* ſcriptis, ap. *Lundorpium* Tom. XI. *Actor. Publ.* lib. XII, Cap. 170, p. 565: *Dilecte Fili, NOBILIS VIR, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem, Invicta animi magni conſtantia ac fortitudo, qua, adverſus immanes Potentiſſimi Hoſtis conatus, Viennam Auſtriæ propugnavit NOBILITAS TUA &c.* Inſcriptio erat: *Dilecto Filio, NOBILI VIRO, Rudigero Erneſto, Comiti à Starenberg &c.* Et in Conceſſione Congregationi *S. Benedicti*, An. 1684. facta, apud eundem, Tom. XII. lib. 13, Cap. 60, §. 76. p. 134: *Dilectus Filius, NOBILIS JUVENIS, Maximilianus Emanuel, Utriusque Bavariæ Dux, S. R. I. Princeps Elector &c.* Idem, in Epiſtola ad *Ludovicum XIV*, Regem Galliæ, An. 1685, 13. Nov. *NOBILIS VIR, Dux d'Etrées, Tuus apud Nos Orator &c.* Vid. *Europ. Heroldt*, Edit. prior. p. 1659. *Alexander VIII*, orditur Breve ad *Victorem Amadeum*, Sabaudiæ Ducem, An. 1690, 8. Jul. hiſce verbis: *Dilecte Fili, NOBILIS VIR, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem &c.* Maximus Pontifex, *Clemens XI*, literas ad Sereniſſimum Ducem Brunſuicenſem & Luneburgenſem, *Antonium Ulricum*, 1. Febr. 1710, ita inſcripſit: *Dilecto Filio, NOBILI VIRO, Antonio Ulrico, Duci Brunſuicenſi & Luneburgenſi &c.* & poſtea in contextu: *Dilecte Fili, NOBILIS VIR, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem &c. Occurrimus, expanſis paternis ulnis, in amplexum NOBILITATIS TUÆ, ultrò ad nos properantis &c*, Vid. *Antonii Fabri* Tom. XVII. *der Staats-Cantzley*, Cap. IV, §. 4. p. 184. Hæc ſaltem eo fine adduco, ut conſtet, quanti Romanæ Curiæ *Nobilis Viri* titulus æſtimetur, quantive quondam in Imperiali Aula fuerit habitus, quem, ut *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 3, Cap. 2, in Appendice, p. m. 225, loquitur, *vel Inferioris ſubſellii homines* in præſentiarum flocci-faciunt; vix ſane Tyronibus in Academiis ſatis ſit, ubi *Nobiliſſimi* vocantur. Præteriit tempus, quo Imperatores HONORABILES; Principes: *Ehrbare*; *Reverendi*, vel *Achtbare*; & Comites, *Edle Manner* appellati; de quo literæ *Conradi de Dorſtad*, Dynaſtæ Saxonici, de An. 1157, ap. *Meibomium*, in Not. ad *Andronici*, Imperatoris Græci, Auream Bullam, *Henrico, Henrici Mirabilis*, Ducis Brunſuicenſis, Filio, datam, Tom. I. *Rer. German.* p. 475, fidem faciunt verb. *Cum conniventia Honorabilis Viri, Domini Wilhelmi, Regis Romanorum &c.* In Chronico MS. Brunſuicenſi *Johannis Letzneri*, offendi epiſtolam *Henrici*, Comitis de *Woldenberge*, Hildeſheimenſis Præſulis, ad *Carolum IV*. Imperatorem, ſic inchoatam:

Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino Carolo IV, Romanorum Imperatori ſalutem, obſequioſa ſalutatione præmiſſa.

Leve Here Carel, Romiſche Konig, und Konig to Bœmen; alſe gi meck geſchreven hebbet, umme de Borger to Northuſen, des enbede ick Jw to wetende, dat min Broder, de Biſcop to Halveſtat, ſeck vacken unde vele beklaget hefft, dat de Borger von Northuſen ſinen und minen Vianden, deme von Manſfeld und Regenſtein, behülplick weren, met Spiſen und met Lüden, des he drepelicken groten Schaden hedde &c. Quid, ſi quis hodiè ejuſmodi ſtylo uteretur? Sunt mihi literæ, *Dominorum de Suerin*, hujus tenoris: *Illuſtribus & Serenis Principibus ſuis, Dominis Reverendis, Domi. nis Ottoni & Wilhelmo, Fratribus, Ducibus in Brunswich & Luneborch, Otto de Swerin, Miles, & Heynricus, filius ejuſdem Domini Ottonis, Famulus, cum debita reverentia, fidele ſuum obſequium, &c.*

& ſe totos. Noverit Veſtra Reverentia, quod decimas noſtras, tam majorem quam minutam in Villa Berchdorpe, quas à Veſtra & Veſtrorum Progenitorum Serenitate, in pheodo habuimus, vendidimus, cum omni jure & utilitate, Honorabili Viro, Domino Prepoſito, Ludolpho, Ymme Prioriſſe, & Conventui Ancillarum Chriſti in Medinge, jure hereditario, perpetuis temporibus poſſidendas --- Anno Domini 1332, ipſo die Viti &c. Aliæ de Anno 1364, ubi: *We Johan, Ludelf unde Mancke, Brodere, ghebeten van Eſtorpe, don witlick alle den, de deſſen Bref ſeed, und horet leſen, dat de Erbar Vorſte, Herteghe Wilhelm van Brunswick, und Luneborgh, uſe Here, und Junckher Lodewich van Brunswick, hebben us gheorlevet, unde Macht ghegheven, dat Wi mogen vercopen enen halven Wirſpel Solses van unſem Borchlene &c.* Aliæque *Magni Torquati*, Ducis Brunſuic. & Luneburgenſis, de Anno 1370, quæ hoc modo clauduntur: *Hir beſſt over geweſſen, de Erbare Vorſte, Biſchop Albert von Halverſtat &c.* Similiter, *Wernerus & Otto*, Dynaſtæ in *Hadmersleven*, ita aſſantur *Ottonem*, Ducem Brunſuicenſem: *Werner und Otte, de Edlen von Hatmersleve, und Herren tho Egeln, beden dem Achtbaren Vorſten, Uſeme Heren, Hertogen Otten van Brunswick, uſe herede und willige Denſte &c.*

Cæterùm, *Nobilis* à *noſcendo*, haud inepte darivatur, cum *Nobilis*, præ plebejis, virtutibus omnino emineat. Rectè *Nolden*, de *Nobilit.* Cap. I. §. 7. p. 13 & 14. exploſis prius etymologiis aliis, minus ad rhombum facientibus: *Denique Nobilis, à noſcendo dicitur, quaſi Noſcibilis; & Nobilitas, tanquam Noſcibilitas --- propterea, quod ipſius virtus κατ' ἐξοχὴν nota eſſe debet, ita, ut re vera Nobilis, ſit aliquis, daß er etwas mehr ſey als der gemeine Mann &c.* Conf. *Tiraquellus*, de *Nobilit.* c. 2, §. 3; *Tholoſanus*, de *Republica* lib. 4. c. 2. §. 8; *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 5. p. 2.

(c) MILITES &c. Denotat hoc loco Vox *Militis*, *Equitem, einen Ritter;*

(1) Non *Vaſallum*, de qua ſignificatione præced. §. 4, lit. f. dictum; nec *Aulæ Proceres* in genere, ut Othlono, in vita *S. Bonifacii* lib. 2, Cap. 13, apud *Surium*, 5. Junii, p. 81: *Karlomannus nutu Dei gaviſus eſt, & convocans omnes Palatii ſui Milites, petitionem Epiſcopi eis intimavit &c.* Benè *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Miles*, pag. 531: *Miles, apud Scriptores Inferioris ætatis, is potiſſimum dicitur, qui militari cingulo accinctus eſt, quem vulgo Chevalier appellamus &c.* ut & *Meibomium* in Notis ad *Herlingsbergam*, T. I. *Rer. German.* p. 802 *Cingulum Militare, qui nondum acceperant, dicebantur: Servi, Servientes, Famuli, Germanicè Knechte, Knapen. Poſt acceptam dignitatem, nominabantur Milites, Germanicè Ritter &c.* & *Schilterus*, Comment. ad C. 1. §. 1, v. 12, p. 39. *Juris Feudalis Alemannici: Omnes Nobiles nati primo fuerunt Armigeri, Clientes, Edelknaben, Edelknechte, Militares, Milites gregarii; poſtea, ob virtutem bellicam, cingulo Equeſtri, ſolenni varioque ritu, creabantur Milites, ſive Equites &c.*

(2) Antiquiſſimus mos eſt creandi *Milites*. Apud *Romanos*, qui *Militiæ*, armatæ pariter ac palatinæ, dignitatem conſequebantur, *cingulo* dicebantur *donari*, quo ab ipſo Principe accingebantur, ſi Milites ordinis eſſent eminentioris; a majoribus verò Magiſtratibus duntaxat, ſi inferioris. Quique *Militiam* ex dignitate, aut ex beneficio, ſeu Feudo, domino debebant, armis ab Eo inſtruebantur, ſieque in ipſius Milites adoptabantur. *Septentrionales Populos* curaſſe adoleſcentes, qui primum arma induere geſtierint, â Principe, vel Magnate quodam, enſe accingi, darique ipſis arma, pluribus docet *Du Freſne*, Diſſert. 22 ad *Joinvillam*, addens: arma conferentes adoptaſſe, quaſi in filios eos, in quos ea contulerant. De *Germanis* ſimile quid profert *Tacitus*, Cap. XIII. de *Moribus Germanorum*, cujus verba præced. v. 3, lit. a, p. 840. extant. *Longobardorum* memor *Paulus Diaconus*, lib. I. de *Geſtis Longobardorum*, Cap. XV. in ſine, p. m. 362 & 363, ait: *Cumque peracta victoria ad ſedes proprias remeaſſent, Regi ſuo, Andoino, ſuggeſſerunt, ut ei Alboinus conviva fieret, cujus virtute in prælio virtutem cepiſſent, ut, ſicut in Patris periculo, ita & in convivio communis eſſet. Quibus Andoinus reſpondit, ſe hoc facere minimè poſſe, ne ritum Gentis infringeret. Scitis enim, inquit, non eſſe apud nos conſuetudinem, ut Regis Filius cum Patre prandeat, niſi prius à Rege Gentis extera arma ſuſceperit &c.*

(3) Sanè & Principes, &, in genere, *Nobiles primi gradus*, huic mori ſe ſubjeciſſe, non ſolum innuit *Burkardus*, de *Caſibus S. Galli*, Cap. VIII. apud *Goldaſtum*, T. I. *Rer. Alaman.* part. 1. pag. 71. verb: *In hac peſtilentia, Fideles, hujus Eccleſiæ* (i. e. Vaſalli) *inter ſe poſſeſſiones noſtras dividebant; Miniſteriales optimos manſus Curiarum noſtrarum eligebant --- &, contra conſuetudinem, quidam ex ipſis, more Nobilium, gladium cingebant &c.* (aſt *Nobilium* vocabulo, non niſi Nobiles ſuperioris claſſis, *der Hohe Adel*, quondam veniſſe, præc. lit. b, ſatis probatum) ſed & tot exempla documento ſunt, v. g. An. 839. *Ludovicus Pius* Imp. in Conventu *Cariſiacenſi*, Filium, *Carolum, armis virilibus*,

id

Digitized by Google

id eſt, enſe, accinxit; ita Annales *Francorum Reuberiani*, præc. Tit. 2. §. 10. lit. d, ad h. a. pag. 83. An. 1102, *Imperator* (Henricus IV.) *Leodio Paſcha celebravit, Filius Ejus junior Gladium accepit &c.* teſte *Chronographo Saxone*, ad h. a. p. 279. *Radevicus*, de *Geſtis Friderici I*, lib. I. Cap. VI. apud *Urſtiſium*, p. 479, mentione facta Conſtantinopolitani Imperatoris Legatorum, *Herbipoli*, ad audientiam *Friderici* Barbaroſſæ Imp. An. 1157. admiſſorum, inquit: *Indulgentiam & gratiam conſequuti, Fridericum, Ducem Suevia, Filium Conradi Regis, adbuc Adoleſcentulum, in præſentia ſua gladio accingi, & MILITEM profiteri, poſtulant & impetrant &c.* Conf. *Güntherus*, in *Ligurino*, lib. VI. apud *Reuberum*, p. m. 365:

Sic tandem tuti, vix tota mente recepta,
à Summo petiere Viro: nec tarda voluntas
Affuit, ut Princeps Puerum, præſentibus illis,
Accingi gladio Fridericum ritè juberet.

Fridericus Imperator edixit Curiam famoſiſſimam & celeberrimam apud Moguntiam, quæ celebrata eſt in Pentecoſte, Anno Verbi Incarnationis M. C. LXXXII. (rectius 1184.) *Imperii aut Regni ſui Anno XXXVI. ut Filium ſuum, Henricum Regem, MILITEM declararet, & gladium Militia, ſuper femur Ejus potentiſſimum, accingeret &c.* Sunt verba *Arnoldi Lubecenſis*, lib. 3. *Chron. Slav.* Cap. IX. §. 1. p. m. 318; celebrata verò hæc ſolemnia An. 1184. accinctumque non ſaltem *Henricum*, ſed & ipſius Fratrem, *Fridericum*, gladio, ex præced. Tit. 2, §. 10. lit. d, ad h. a. pag. 141. conſtat. De *Philippo*, laudati Imperatoris *Friderici* Filio, Auguſto, legimus apud *Ottonem de S. Blaſio*, ad An. 1196. p. m. 222: *In Alemanniam perveniens, apud Auguſtam Urbem, armis cinctus, nuptias magnificè celebravit, in loco, qui Gunzinlech, à quibusdam Concio Legum, dicitur &c.* An. 1228, *Otto, filius Ducis Ludwici Bavaria, apud Straubing, præſente Rege Heinrico, & multis aliis Principibus, in Feſto Pentecoſtes, Gladio accingitur &c.* Hæc *Chronica Auſtralis*, ad h. a. apud *Freberum*, p. 370; quamvis Dn. *Tolnerus*, Cap. XVII *Hiſtor. Palat.* p. 375. rectius ea ad Annum 1225. referat. Anno 1235, ſcribit *Godefridus* Colonienſis, in Annalib. apud *Freberum*, p. 300: *Imperator* (Fridericus II.) *ſe contulit ad Oppidum Haginbowe, in quo byemavit. Ibi affuerunt Comes Toloſanus, & Comes Provinciæ. Recepit autem Comes Toloſanus, Marchiam Provinciæ ab Imperatore, bomagium ſibi præſtans. Comes autem Provinciæ quinquagenarius ideo tunc primum ab Imperatore ad gradum Militia eſt provectus, quod Comites ſuæ parentelæ ſe non credunt diu poſſe vivere, poſtquam gradum Militia ſunt adepti. Nec adbuc MILES factus eſſet, niſi Rex Franciæ, & Rex Angliæ, quorum uterque ſuam duxerat filiam in Uxorem, Ipſum ad hoc, prece multimoda, compuliſſent, indignum reputantes, ſuum Socerum MILITEM non eſſe &c.* An. 1247, publicata electione *Wilhelmi* Hollandi, Romanorum Regis, *tota Militia ſolemniter exultabat. Electus enim, viceſimum agens annum, adbuc fuit imberbis, robore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, ſtatura procerus, ac in diſpoſitione corporis collaudandus. Sed quoniam idem Adoleſcens, electionis ſuæ tempore, fuit ARMIGER, cum feſtinatione præparata ſunt omnia, quæcunque fuerunt neceſſaria, ut, ſecundum ritum Chriſticolarum Imperatorum, MILES fieret, antequam Aquisgrani Diadema Regni ſuſciperet --- Itaque præparatis in Eccleſia Colonienſi omnibus, poſt Evangelium ſolemnis Miſſæ, prædictus Wilhelmus, Armiger, coram Cardinale* (Petro Caputii, Innocentii IV. P. R. Legato) *productus eſt per Regem Bohemiæ, dicentem in bunc modum:*

Veſtræ Reverentiæ, Pater almiflue! præſentamus bunc Electum Armigerum, devotiſſime ſupplicantes, ut veſtra Paternitas votivam ejus profeſſionem ſuſcipiat, quo Militari noſtro Collegio digne aſſcribi poſſit.

Dominus autem Cardinalis, in Pontificalibus aſſiſtens ornamentis, eidem Armigero dixit, ſecundum etymologiam ejusdem nominis, quod eſt Miles:

Oportet unumquemque, militare volentem, eſſe Magnanimum, Ingenuum, largifluum, Egregium & Strenuum. Magnanimum quidem, in adverſitate; Ingenuum, in Conſanguinitate; Largifluum, in Honeſtate; Egregium, in Curialitate; & Strenuum, in virili probitate. Sed, antequam votum tuæ profeſſionis facias, cum maturâ deliberatione, jugum Regulæ prius audias. Iſta itaque Regula eſt Militaris Ordinis, (1) in primis, cum devota recordatione Dominicæ paſſionis, Miſſam quotidie audire; (2) pro Fide Catholica, corpus audacter exponere; (3) Sanctam Eccleſiam, cum Miniſtris ejus, à quibuscunque graſſatoribus liberare; (4) Viduas, pupillos ac orphanos, in eorum neceſſitate, protegere; (5) Injuſta bella vitare; (6) Iniqua ſtipendia renuere; (7) pro liberatione cujuslibet innocentis, duellum inire; (8) Tyrocinia, non niſi cauſa Militaris exercitii, frequentare; (9) Imperatori Romanorum, ſeu Ejus Patricio, reverenter in temporalibus obedire; (10) Rempublicam illibatam in vigore ſuo permittere; (11) Bona Feudalia Regni, vel Imperii, nequaquam alienare: (12) ac irreprebenſibiliter ap. Deum et bomines, in boc

mundo vivere. Hæc Statuta Militaris Regulæ ſi devotè cuſtodieris, & pro virili diligenter adimpleveris, ſcias, temporalem Te honorem in Terris, &, poſt hanc vitam, requiorem æternam in Cælis mereri.

Quibus expletis, Dominus Cardinalis conjunctas manus ejusdem Tyronis clauſit in Miſſali, ſupra lectum Evangelium, ita dicens:

Vis ergò Militarem Ordinem, in Nomine Domini, devote ſuſcipere, & Regulam, Tibi verbotenus explicatam, quantum potes, perficere?

Cui reſpondit Armiger: ***Volo.***

Et tum Dominus Cardinalis ſubſequentem profeſſionem ***Armigero*** *dedit, quam idem* ***Armiger*** *palam omnibus in hunc modum legit:*

Ego Wilhelmus, Comes Hollandiæ, Militiæ Princeps, Sacrique Imperii Vaſallus Liber, jurando profiteor Regulæ Militaris obſervantiam, in præſentia Domini Mei, Petri ad Velum Aureum, Diaconi Cardinalis, et Apoſtolicæ Sedis Legati, per hoc Sacroſanctum Evangelium, quod manu tango.

Cui Cardinalis: ***Hæc devota profeſſio, peccatorum tuorum ſit vera remiſſio.***

Iſtis itaque dictis, Rex Bohemiæ ictum impegit in collum Tyronis, ita dicens:

Ad honorem Dei Omnipotentis, Te MILITEM ordino, ac in noſtrum Collegium gratanter accipio. Sed memento, quoniam Salvator Mundi, coram Anna Pontifice, pro te colaphiſatus, et illuſus coram Pilato Præſide, & flagellis caſus, ac ſpinis coronatus; coram Herode Rege, chlamide veſtitus & deriſus; & coram omni Populo, nudus & vulneratus in cruce ſuſpenſus eſt, cujus opprobria meminiſſe te ſuadeo; cujus crucem acceptare te conſulo; cujus etiam mortem ulciſci moneo.

Quibus ita ſolemniter adimpletis, novus Tyro, poſt dictam Miſſam, cum ſtridentibus buccinis, proſtrepentibus typanis, & tinnientibus cymbalis, contra Filium Regis Bohemiæ, tribus vicibus, concurrit in Haſtiludio, & exinde cum gladiis enitentibus dimicationis tyrocinium fecit, celebravitque, magnificis expenſis, triduanam Curiam, ac donis largifluis, cunctis Magnatibus ſuam manifeſtavit Honorificentiam &c. Hæc omnia, ex *Chronicis Hollandiæ, Magnum Chronicon Belgicum*, ad An. 1247, p. m. 244 & 245. Totidemque retinui verba, ut ſimul conſtet, quibus ritibus *Milites* olim fuerint creati, quibusque legibus. Deſcribendo nuptias *Alberti Magni*, Ducis Brunſuicenſis & Luneburg, Ann. 1254. vetuſtiſſimi *Chronici Rhythmici Principum Brunſuicenſium* Auctor, apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 3. *Rer. Brunſuicenſ.* Cap. LXVIII, p. 136, canit:

Da nam der Fürſt Hohegeboren,
Von ſeinem Ohem werdt,
Dem Marg-Grafen, das Schwerdt,
Und ward ſelb RITTER in der ſtund.
Da wardt Frawen ehren Freude kund,
In Wonne und in Herrſchafft.
Mann ſagt, daß da dem Fürſten gab
Sein Alter das achtzehend Jar,
Da verſchwunden waren gar
Zweyhundert Jar von Gottes Geburt
Tauſent vier und funffzig, als ich hort,
Da der Hohe Fürſt clar,
Ann aller Tugend wol gefahr,
Entpfienge die Ritterlichen Waffen:
Er macht Graffen und Knaben,
Zu Ritter, aus dermaſſen viel &c.

An. 1300, 5. Kal. Julii, Otto & Stephanus, Duces Bavariæ, ferè cum ducentis Nobilis Terræ ſuæ, apud Landshut, gladiis Militaribus accinguntur &c. Ita *Henricus Stero, Annal. Altahenſ.* h. a. apud *Freherum*, p. 403.

(4) Non autem ſolos Principes, ſed & ex Inferiori Nobilitate, ad *Militares honores* fuiſſe aſcitos, extra controverſiam eſt. *Nicolaus Burgundus*, lib. I. Hiſtoriæ *Ludovici Bavari* Imperatoris, p. m. 50, ad An. 1322, de *Friderico* Auſtriaco, cum *Ludovico* Bavaro, de diademate Imperiali contendente, & apud *Muldorfium*, in Vigilia S. Michaëlis, invicem congreſſuris, ait: *Ut ardorem juvenum ad fortia acueret, edici jubet: Si quis in Equeſtrem Ordinem recipi vellet, ſub veſperam ſe in Prætorium conferret. Is honor olim inter Proceres habebatur eximius, quem Regum quoque Principumque Liberi expectare jubebantur in juſtam ætatem. Inſignia dignitatis erant; auratus enſis; aurata calcaria, cum paludamento Hunc enim cultum bonæ leges, ſeu Majorum mores, in cæteris Nobilibus Plebeisque proſcripſerant. Inde dicti: Aurati Equites, quo Galli, Itali, Hiſpani, eodem propemodum verbo, à Caballis, Cavalleros appellant; Germani autem & Belgæ, Ritteros, ſive Ridderos, à Ritten vel Ryden, quod patrio idiomate equitare ſignificat. Equis enim in bello merebant crurum tenus cataphracti. Ornamenta Ordinis in funebrem pompam prælata, defunctos ad ſepulchrum comitabantur: quæ deinde ſuſpenſa ad proximum tumulo parietem, memoriam reliquebant extinctæ dignitatis. Paludamentum autem Cottam armorum (Cotte d armes) vulgus appellat, in quo Gentilia Inſignia ex omni latere eminebant, ſuis coloribus diſtincta, ut cataphracti noſcitarentur, in prælio, laudari & increpari poſſent, prout cujusque facinora exigerent. Cæterum*

hanc

hanc dignitatem ſolus conferebat Imperator; *vices tamen ſuas interdum aliis mandare conſueverat, qui peragerent ſolennitatem actus, ſubmiſſosque in genua, atque evaginato enſe leviter verberatos, in Ordinem reciperent. Et fortè tunc Fredericus, ſive in honorem, ſive aliis occupationibus retentus, eam curam dederat Archi Epiſcopo Salisburgenſi,* (Friderico de Leibnitz) *ut, ſingulorum Stirpe excuſſa, ſolennia tranſigeret. Equitum nomina, in Tabulas relata ſunt: Nicolaus atq; Eckardus Than; Henricus Oder; Conradus Thumshiren; Conrardus Oterdorffer; Orthulphus Moss; Henricus Pruninger; Ulrici duo Wiſpeckii; totidem Frederici Kæpffelmannen; Henricus, Godefridus, Sigwoldus, Lampoltinger; Sigwoldus & Arbertus Noppinger; Henricus & Gebardus Trauner; Nicolaus Alben; Conradus & Albertus Trenbeckii; Jacobus Spær; Artholphus Schænberger; Nicolaus & Conradus Auſſaer; Marchardus & Rudolphus Vandorff; Ludovicus Welkirchen; Werenhardus & Ludovicus Truchſaſſen; Eckhardus Geyer; Joannes Pfeffinger; Zacharias Panthir; Albertus Gebinger; Ulricus & duo Jacobi Turriani*, cum quinquaginta quinque aliis, ibidem nominatis. Idem docet *Wigulejus Hundius*, in *Metropoli Salisburgenſi*, in vita *Friderici* à *Leibnitz*, Salisburgenſis ArchiEpiſcopi, *Friderici* Auſtriaci Caſtra ſecuti, Tom. I. pag. 22. ejusdem prœlii memor: *Ludovicus Cæſar vicit, omnibus prædictis Ducibus captis, Epiſcopi autem ſibi fuga ſalutem quæſivere, audita ſuorum clade. Militaverunt ſub Friderico Epiſcopo Nobiles ſequentes, quos pridie illius prælii, enſe ſtricto, ter in caput percuſſos, ut animoſiores redderet, Equites Auratos deſignavit, vulgò zu Ritter geſchlagen; Nicolaus de Thana &c. &c.* ut & *Aventinus*, lib. VII. *Annal. Boicorum*, Cap. XV. §. 36. pag. m. 720 & 721. Facit quoque hanc in rem Dn. *Meibomius*, in Notis ad *Herlingsbergam*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 802: *Mos fuit Principibus Germaniæ, ut, prælia inituri, Equites crearent, quos Tyrones novellos hic vocat Author, quaſi noviter aut recens creatos. De Alberto Magno, Brunſuicenſium Duce, congreſſuro cum Alberto & Friderico, Marchionibus Miſniæ, ita ſcribit Author Chronici Rhythmici MS.*

Her machte, als ich horte,
Viel Knaphen; Ritter, von dem Stritte,
Nach Fürſtlichem Site &c.

In primis *Nicolaus Uptonus*, lib. I. de *Officio Militari*, Cap. 3. verb: *Item creantur Milites, per aliquem Principem, ſeu Principalem Capitaneum, in Villarum obſidionibus, Caſtrorum, vel Fortalitiorum, & hoc diverſis modis. Si fortè aſſaltus fiat, ſeu faciendus fuerit, tunc creandus in militem portabit gladium in manibus, de principali Capitaneo obſidionis petens, ut ipſum creet in Militem; qui quidem Princeps, ſeu Principalis Capitaneus, capiet gladium prædictum de manibus ordinandi, & ipſum percutiet (dictum gladium tenendo ambabus manibus) cum eodem, nominando Eum Militem, ſic percuſſum. Qui quidem Princeps tenetur alium Veteranum Militem eidem aſſignare, qui ſibi calcaria deaurata præparabit, & ſecum tranſibit ad aſſaltum faciendum &c.* Complura ejusmodi Militum, bellorum occaſione, creatorum exempla ſuppeditant *Fulcherius Carnotenſis*, lib. 2. cap. 10; *Froiſſartus*, Vol. 2. Cap. 125. 159. 164; & Vol. 3. Cap. 14. 75; & Vol. 4. Cap. 18; Alii.

(5) De *ætate*, nihil certi definitum; interdum dabatur *Militare Cingulum* præmaturè; quandoque, ubi *per ætatem* licuit, teſte *Wilhelmo Malmesburienſi*, lib. 3. Chronic. Angl. in Vita *Wilhelmi* Regis, apud *Savile*, de *Scriptoribus Rer. Anglic.* pag. m. 95: *At ille,* (Wilhelmus) *ubi primum potuit per ætatem, Militiæ Inſignia, à Rege Francorum, accipiens, Provinciales in ſpem quietis erexit &c.* Conf. quæ de *Wilhelmo* Imp. & *Alberto* Duce Brunſuicenſi, modo relata ſunt, add. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Militia*, pag. 542.

(6) Priusquam *Militiam* conſequerentur, ingrediebantur, nonnunquam, in Anglia maximè, Candidati Balnea, indeque loti, novisque inducti veſtibus prodibant, ac in Eccleſia pernoctantes vacabant orationibus, & craſtino ſubſequente intererant Liturgiæ. Quibus cerimoniis finitis, conferebatur demùm, à Principe, creando Militi *Cingulum Militare*, data, ut ſolenne erat, *militari alapa*, ſacra faciente Epiſcopo, *enſemque* benedicente, quo percuſſus Miles accingebatur. Exemplum habemus in *Wilhelmo* Hollando, modò adductum. Conf. *Cortuſius*, de *Novitatibus Paduæ & Lombardæ*, lib. XI. c. 2: *Carolus IV. Imperator probum Virum & Nobilem, Dominum Franciſcum de Garravia, ſedens in Equo, fecit Militem, & cum palma eum percutiens ſuper collum ait: Eſto bonus Miles & Fidelis Imperii. Statim Nobiles Comites Theutonici deſcenderant de equis, & eidem ſtatim Equitis impoſuerunt calcaria. Hic Dominus Franciſcus donavit dexterios, & equos alios de pulchrioribus, quos habebat &c.* ad quem, hoc titulo, Dn. *Schilterus*, in Diatriba de *Prærogativa Comitum Imperii*, §. 7. pag. 8. provocat. Non autem ſemper *militaris alapæ* vocabulo, colaphum intelligendum, ſed & ipſum ictum novo Militi *enſe* inflictum, benè monet *Du Freſne*, voc. *Alapa Militaris*, pag. m. 117 & 118. ibi: *Alapa Militaris dicitur ſcriptoribus Latinis Medii ævi, ictus, qui Tyronis, ad Militarem dignitatem promovendi, collo aut humeris, enſe vel gladio, quo Miles, ſiebat*

ſi bat, infligebatur. Quod variis exemplis illuſtrat; reliqua confirmat *Ingulphus*, Croylandenſis Abbas, in *Hiſtoria Angliæ*, Seculo XI. ſcripta, apud *Savile* l. c. pag. m. 901: *Prætractus Hewardus* (contra Wilhelmum Conqueſtorem, Angliæ Regem) *proſpero fine remurmurabat; audiens enim, in Flandria Terram Angliæ alienigenis ſubjugari, ſuamque paternam hæreditatem, mortuo Patre ſuo, Leofrico,* (Comite, Leofwini Ducis filio) *munere Regio, cuidam Normanno donari, Matremque viduam multis injuriis, & maximis moleſtiis, affligi, tactus digniſſimo dolore, cum Thurfrida, ſua Uxore, Angliam advolat: Collectaque Cognatorum non contemnenda manu, ſuper Matris injuriatores gladio fulviat, & de ſua hæreditate procul fugat & eliminat. Conſiderans etiam tunc, Fortiſſimis Viris ſe præfectum, nonnulliſque Militibus præpoſitum, ac nec dum, Militari more, balteo legitimè ſe accinctum, aſſumptis ſecum de ſua coborte pauciſſimis ſimul legitimæ Militiæ cum eo Tyronibus conſecrandis, Patruum ſuum, tunc Abbatem Burgi, nomine Brandum, Virum valde Religioſum - - - adiit, & ſe fieri legitimum Militem, præmiſſa primitus omnium peccatorum confeſſione, & eorum percepta abſolutione, inſtantiſſimè ſupplicavit. Quoniam Anglorum erat conſuetudo, quod, qui Militiæ legitime conſecrandus eſſet, veſpera præcedente diem ſuæ conſecrationis, ad Epiſcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem, contutus & compunctus, de omnibus ſuis peccatis confeſſionem faceret, &, abſolutus orationibus, & devotionibus, & afflictionibus deditus, in Eccleſia pernoctaret; in craſtino quoque miſſam auditurus, gladium ſuper Altare offerret, & poſt Evangelium, Sacerdos benedictum Gladium collo Militis cum benedictione imponeret, &, communicatus ad eandem miſſam ſacris Chriſti myſteriis, denuo Miles legitimus permaneret &c.* Hinc ſua *Camdenus*, in *Brittannia*, & quidem in Deſcriptione *Eboraçenſis* Provinciæ, pag. m. 79. Edit. Londin. An. 1587; Add. Du *Freſne*, voc. *Miles & Militia*, p. 532 &c.

(7) Regulariter non niſi *Militum* filios *Militiæ* fuiſſe capaces, ex Conſtitutione *Conradi IV.* de *Militari cingulo*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Conſtitut. Imper.* p. 398. diſcimus, ibi: *Notum facimus univerſis, quod A. de N. Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut cum fieri velit Miles, & Pater ſuus Miles non eſſet, ſibi exinde largiri licentiam dignaremur; Nos autem, ut fidei ſuæ meritum & ſuorum, per Imperialis Gratiæ meritum imperialiter compenſemus, ſupplicationibus ipſius benignius inclinati, de Poteſtatis Noſtræ plenitudine, ſibi concedimus poteſtatem, quod, quamquam Pater ſuus Miles non fuerit, & Noſtris Conſtitutionibus caveatur, quod Milites fieri nequeant, qui de Genere Militum non naſcuntur; ipſe tamen, de culminis Noſtri licentia, decorari valeat Cingulo Militari &c.* Vid. *Petrus de Vineis*, lib. 6. Epiſt. 17. Idem & apud *Aragonenſes* obtinuiſſe, documento eſt *Jacobi I.* Regis Statutum de An. 1234. *nullum fieri ab aliquo Militem, niſi Filium Militis*, vetans; nec non apud *Siculos*, teſte Conſtitutione *Rogerii* Regis, lib. 3. *Conſtitut. Sicul.* Tit. 39. §. 2. Pertinere huc jam videtur Conſtitutio *Friderici I.* Imperatoris, de anno 1187. apud *Conradum Urſpergenſem*, in Ejus vita, p. m. 231: *De Filiis quoque Sacerdotum, Diaconorum, Ruſticorum, ſtatuimus, ne Cingulum Militare aliquatenus aſſumant, & qui jam aſſumpſerunt, per Judicem Provinciæ, à Militia pellantur. Quod ſi Dominus alicujus eorum eum in Militia, contra Judicis Interdictum, retinere contenderit, Dominus Ipſe Judici in decem libras condemnetur; ſervus autem omni jure Militiæ privetur &c.* Minus contra hac in re ſcrupuloſos fuiſſe *Longobardos*, colligitur ex *Güntheri Ligurino*, lib. 2. apud *Reuberum*, p. 305. qui, deſcribendo Gentis iſtius mores, canit:

Utque ſuis omnem depellere finibus hoſtem
Poſſit, & armorum Patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, (quod Gallia fœdum
Judicat) accingi Gladio concedit Equeſtri.

Æneas Sylvius, in *Hiſtoria Friderici III.* pag. m. 81. acriter invehitur in *Milites*, charactere hoc indignos, ubi, Inaugurationis Cæſareæ, An. 1452. Romæ à *Nicolao V.* peractæ, memor, ait: *Cæſar in Pontem Adriani profectus eſt, ubi Albertum Fratrem, pluresque Duces & Comites, ad Militia provexit honorem, ter quemque gladio percutiens; trecenti eo die percuſſi Milites referuntur. Alemanni exiſtimant, in eo Ponte, qui manu Cæſaris percuſſi ſunt, cæteros Milites antecedere; ajunt enim hos proximos; ſecundos, qui apud Aquisgrani creantur; tertio loco Hieroſolymitanos ponunt. Reliquos Milites minores habent. Verum, id hodiè ab uſu remotum eſt: Ut quisque natu melior, opibus ditior eſt, eo dignior habetur, Virtutis præmia pecuniæ recipiunt. Apud omnes peræque Gentes, primus honor divitiis datur; pauper ubique jacet. Quod ſi recta ratio nos duceret, nemo Militiæ cingulum ferret, qui præclarum aliquod in armis facinus non egiſſet; aut ſtraviſſet provocantem hoſtem; aut murum aſcendiſſet; aut Vallum tranſiluiſſet; aut Civem ſervaſſet; qui ſcirent ordinem in bello tenere; ſigna ſequi; Imperium obſervare; hoſtem ferire; præſidia agitare; humi dormire; eodem tempore inopiam & laborem tolerare; æſtatem & hiemem juxta pati; nihil metuere, niſi famam turpem: Hos Milites aſſumere deceret. Sed nos hodiè delicatos, & in plumis nutritos, qui rudatum enſem nunquam videre, quin & infantes, in cunis jacentes,*

tes, Militaribus decoramus honoribus. Quid? quod Homines docti, atque inter literas educati, qui ſe debili corpore & animo pavido ſciunt, ſumere Inſignia Militiæ non verentur. Quod ſi Milites, exercitati bellis, mei animi eſſent, peterent & ipſi Doctoratus honorem; quippe non minus iſti Leges, quam illi Arma noverunt. Sed neque Doctoratus ipſe ſincerus eſt; indoctos quam plures Doctores novimus, multosque Cæſar in Italia promovit, quibus aurum pro ſcientia fuit. Non tamen inficior, aliquos eſſe, qui & literis & armis apti ſunt, quales olim fuiſſe Romanorum Græcorumque plurimos tradunt. Cæſar igitur ſui temporis errorem ſecutus, quamvis nonnullos Viros Fortes, ac bello exercitatos, plurimos tamen ineptos armis, Milites percuſſit &c. In eandem ferè ſententiam, ſcribit *Caſpar Lerch von Durmſtein*, Diſcurſ. de *Equeſtri Ordine Germanico*, Fundament I. §. 26: *Daß zum Krieg, oder Ritterweſen, vor Jahren, keiner ſo leicht gelaſſen worden, man habe dan ſeine Mannheit, Treue und redlich Gemüth, erkant, alsdan man Ihm erſt die Waffen und Wehr ein- und angebunden, und offentlich Wehrhafft gemacht. Geſtalt, von altem Herkommen, bey Menſchen Gedencken, im Herbringen beſtanden, daß keiner, er ſey dann Wehrhafft gemacht, und erkennt worden, die Wehr tragen dürffen; Welches den jungen von Adel, und Reiſigen Knechten, mit einem Backenſtreich, zugeſtellet, und nicht jeder frecher, ungeſchickter Jüngling, Scribent oder Ackerbub, zu Waffen und Wehr, wie jetzt faſt jeder an ſich ſelbſt nimbt, gelaſſen worden.* Quæ *Speidelius*, in Speculo voc. *Wehrhafft*, p. m. 974 & 975. repetit.

(8) Ea quondam *Militum* erat auctoritas, ut haud rarò prædicato *Nos*, ſeu *Wir*, uterentur; in cujus aſſerti illuſtrationem, producam, ex multis, quas poſſideo, ſequentes chartas. *Nos Manegoldus, MILES de ESTORPE, dictus Struve*, (i. e. Criſpus, *Krauſkopff*) *recognoſcimus, publice proteſtantes, quod NOS, cum conſilio & conſenſu Fratrum Noſtrorum, Conradi & Ludolphi, MILITUM Johannis & Seghebandi, FAMULORUM, aliorumque, omnium Heredum noſtrorum, vendidimus Domino Johanni de Radeborne, Vicario S. Crucis in Eccleſia S. Cyriaci* (Luneburgi) *ad manus Domine Selen, unam plauſtratam ſalis ein Füder Saltz) ſitam in Domo* (Salinari) *Boninge. ---- Anno Domini 1282, in Octava Aſſumptionis Marie, Glorioſe Virginis &c.* Sic: *NOS Wernerus, MILES, Jordanus, Wernerus, FAMULI, Fratres de Medinghe, preſentibus literis recognoſcimus, publicè proteſtantes, quod Dilectus Frater noſter, Otto, nobis requiſitis & Conſentientibus, de bona voluntate noſtra, Domino Prepoſito Nycolao, & Eccleſie in Medinge, Bona ſua in Brucdorpe ---- pro aliis Bonis in Bodondorpe ---- titulo permutationis, excepto Jure Patronatus Eccleſie ibidem, hereditario jure dimiſit in perpetuum --- Anno Domini 1283 &c.* Nec non: *Omnibus, preſentia viſuris, Seghebandus, dictus de Wittorpe, ſalutem in Eo, Qui eſt vera ſalus. Recognoſcimus, & preſentibus literis proteſtamur, quod NOS, de conſenſu Heredum NOSTRORUM, Eccleſie Medinge quatuor ſolidos in Villa Bardewic, in Curia Ymmonis, juxta forum, omni anno tollendos, liberè contulimus, & donamus & reſignamus, ad manus Domini Hartwici, ejusdem Eccleſie Prepoſit. --- Acta ſunt hec Anno Domini 1293. in die S. Urbani &c.* Qui *Miles* tamen, in alia donatione; ad hue eodem anno, dictæ factâ Eccleſiæ, non niſi ſingulari utitur, v. g. *Omnibus, preſentia viſuris Seghebandus, MILES, dictus de Witdorpe, ſalutem in Eo, Qui eſt vera Salus. Noverint univerſi, tam preſentes, quam futuri, quod EGO Seghebandus, pro ſalute anime mee, contuli Eccleſie in Medinge, quatuor ſolidos annuatim in Villa Bardewich --- Anno Domini 1293. in die B. Bonifacii &c.* Add. *NOS, Johannes, MILES de Lobeke ---- recognoſcimus, quod, accedente conſilio & conſenſu Dilecte Uxoris NOSTRE, Rickert, & Filiorum NOSTRORUM, Friderici, Boldewini, Johannis, Gerlagii, & omnium Heredum NOSTRORUM, Unam Curiam, in Villa Honſtorpe ſitam --- Domino Hartwico Prepoſito, & Eccleſie ſue in Medinge, vendidimus, hereditario jure, in perpetuum poſſidendam, --- Anno Domini 1296, in die Apoſtolorum Simonis & Jude &c.* Alia charta ſic ſe habet: *NOS, Ludolphus, MILES, dictus de Eſtorpe, recognoſcimus, publicè proteſtantes, quod unanimi Conſilio & Conſenſu Filiorum NOSTRORUM, Manegoldi & Hinrici, atque omnium Heredum NOSTRORUM, vendidimus Ludero de Emmeſſen, & ſuis veris Heredibus, Bona NOSTRA, ſita in media Villa Melbike, jure hereditario --- Pro Warandia, Conradum, Fratrem NOSTRUM, & Eckardum de Eſtorpe, Milites, poſuimus Fidejuſſores. --- Anno Domini 1300. in Vigilia Palmarum &c.* In alia legitur: *Ad notitiam tam futurorum, quam preſentium, cupimus devenire, quod NOS, Segebandus, MILES, filius Gevehardi, Militis de Monte; & NOS, Gevehardus & Luderus, FAMULI, Filii Segebandi Militis de Monte, nec non Johannes & Segebandus, FAMULI, Filii Johannis, MILITIS de Monte; & Ego, Henricus, FAMULUS Filius Henrici, MILITIS de Monte, decimas, majorem & minutam, in Villa Reyndinghe ---- Domino Thome, Abbati, & Conventui* Eccle-

Eccleſie S. Michael in Luneborg, dimiſimus, perpetuo poſſidendas --- Datum Anno Domini 1312, in die Matthie Apoſtoli &c. Aliam ſic orditur *Wernerus de Meding: NOS, Wernerus* Senior, *MILES, dictus de Medinge, tenore preſentium recognoſcimus, publice proteſtando, quod NOS --- vendidimus Domino Segbebando de Wittorpe, Militi, & ſuis legitimis Heredibus, unam Curiam in Villa Suttorpe --- Anno Domini 1314. in nativitate B. Marie, Virginis Glorioſe &c.* Conf. aliam Eggebardi de Eſtorpe, ubi: *NOS Egbardus, MILES de Eſtorpe --- notum eſſe cupimus univerſis, quod NOS --- vendidimus, Dilecto Genero NOSTRO, Annoni & Boldewino, Fratribus, de Badendieck dictis, duas Curias in Villa Ludbere ſitas --- pro una Curia, ſita in Stadorpe ---- Datum Verſne. Anno Domini 1318. XI. Kal. Junii &c.* Aliamque, ita inchoatam: *NOS Otto de Swerin, & NOS, Wernerus ac Gevebardus* Fratres, *dicti Groten, MILITES, Thidericus & Detlevus, dicti de Swerin, FAMULI; Gevebardus & Gotfridus, FAMULI, Filii Domini Ottonis Groten, pie memorie, lucide in hac litera recognoſcimus, & teſtamur, quod --- vendidimus --- Wernero Abbati, & Domino Johanni Priori, totique Conventui, Monaſterii S. Michaëlis, Ordinis S. Benedicti in Luneborch, noſtram integram decimam, tam majorem quam minutam, totius Ville Ryſtede --- Anno Domini 1327, in Annunciatione B. Virginis &c.* In Charta venditionis, An. 1328. Kal. Decembr. inquit venditor: *NOS Bartrammus Tzabel, Miles, dictus de Louenborg ---- dimiſimus Zeghebando de Wittorp, Militi, Bona hereditaria & propria, quæ Sprenghere NOBIS, & NOSTRIS Heredibus, reſignando donavit, in bonis mobilibus & hereditariis Ludersborg, cum omnibus Juribus, proventibus & appertinentiis, & bona in Jordensdorp &c.* Plura exempla alia ſilentio ut præteream.

(9) Imo ſemet ipſos nonnunquam *Dominos* appellarunt, teſte modo citata Venditionis charta *Zabelii*, cujus authenticum exemplar Germanicum ſic ſe habet: *We, Her Bertram Tzabel, eyn Ridder, geheten van Louenborch, begeret witlich weſen, alle den, de deſſen Bref ſet, efte horet, dat we, mit Rade, und mit Vulbort unſer leven Huſſvrowen, Ermengardis ---- hebben gelaten und laten, HEREN Segebande van Wittorpe, deme Ryddere, unde allen ſynen rechten Erven, alle dat Ervegut, unde Eghen Gut, dat Uns Sprenghere, (Got ſyeme gnedich.) unde Uſen Erven, hevet gegeven, unde opgelaten, an deme Dorpe, und an deme Gode to Ludersborch, mit al deme Rechte, dat darto horde, unde hort, unde an deme Dorpe to Jordanesdorpe, mit alle deme Rechte, dat darto lach, unde lich &c.* Sic alia, de An. 1366, *des neghesten Dunnerdaghes na Unſer Vrowen Daghe, der vor Helenen, alſe ſe undvanghen ward,* verb: *Ik HER Werner van Medinghe, Riddere, bekenne unde betughe openbare, in deſſeme Breve, dat ik, mid Willen unde mit Vulbord miner Huſvrowen, myner Moder, und alle myner Erven, hebbe vorcoft, den Erbaren Heren, Hern Daniele, deme Abbete, Hern Wernere, deme Priore, Hern Marquarde, deme Coſtere, und deme gantzen Convente des Monſters Sunte Micheles, up dem Huſe to Luneborch, minen Hof, de ſo licht by deme Lindenberghe, myd allerhande Rechte, Vrigheyd, Vrucht unde Nud, alſe daraf komen mach &c.* & poſtea: *Alle deſſe vorſcrevenen Stücke love ik, HER Werner vorbenumend &c.* alia, de An. 1368, *an deme hilghen Avende to Nyeghem Jare,* ubi: *Ik HER Willeken van Weyhe, bekenne vor allen guden Lüden, de deſſen Bref ſehen, edder horen leſen, dat ik, unde myne reychten Erven, hebbet vorkoft den Erliken Knapen, Otten und Johanne, Brodern, gheheten van Wittorpe, und eren reycten Erven, myne eghene Lüde, Ludere unde Diderike, gheheten van der Horſt &c.* Quæ chartæ apud me. Inter monumenta recentioris ævi, eminet *Diploma Souverainitatis Friderici III*, R. Daniæ, ſub dato Copenhagen 2. Maji, 1658. *Friderico*, Duci Sleſvicenſi, conceſſum, ubi, in fine: *Und wir Nachbeſchriebene des Reichs Dænnemarck-Norwegen Ræthe --- HERR Joachim Gersdorff zu Tundbyholm, Ritter; HERR Ove Gædde zu Tommerup, Ritter; HERR Chriſtoffer Uhre zu Aaſſmarck, Ritter &c. haben --- vor Uns, und im Nahmen des gantzen Reichs, und Unſern Nachkommen, dieſes wohlwiſſentlich -- unterſchrieben &c.* Vid. *des Hauſes Holſtein-Gottorp, in denen Erbtheilungs-Unions &c. Receſſen, gegründete Gerechtſame p. 50 &c.*

(10) Quo elogio ab ipſis quoque Principibus eos mactos deprehendimus; teſtes rurſus variæ chartæ MSS. v. g. *Von der Gnade Godes, wi Eric, Hertoghe to Saſſen, bekennen und bethüghen in diſſeme openen Breve, dat Wi HEREN Seghebande van Wittorpe, deme Riddere, unde ſinen rechten Erven, unde ſinen Dochteren, hebben ghelenet alſodanik Gut, alſe Sprengere unde ſine Brodere, van Uns, unde van Unſen, er des hebben to Lene ghehat, ſunderlicke dat Dorp to Lüdersborch, unde dat Dorp to Jordenſtorpe, unde allent, dat ſe van Uns to Lene hebben ghehat, dat lene Wy en, mit alleme Rechte, alſe wi dat er des hebben ghelenet &c.* Sic *Magnus*, Dux Brunſuicenſis, in confirmatione Privilegiorum, An. 1367. *des neghesten Vry-*

Vrydaghes vor Sunte Symonis und Jude Daghe, de Hilgen Apoſtole, Ordinibus Luneburgenſis Ducatus, in caſum obitus *Wilhelmi* Ducis, conceſſa circa finem: *Over alle deſſen Stücken und Deeghedinghen hebbet gheweeſen &c. --- HER Lippold van Vreyden; HER Werner, und HER Zeeghehand van deme Berghe; HER Diderick van Alten, Riddere &c.* & in alia charta, de An. 1369, *des Sondags na Martiny; We, Her Magnus, van Goddes Gnaden, Hertoghe to Brunſwich und to Luneborch, bekennen openbare, in deſſem Breve, dat we hebben berichted und verſcheden, den Proveſt, Priorne, und Convente Uſers Cloſters to Ebbekeſtorpe, myt HERN Seghebande van dem Berghe, und Hanſe, ſynem Sone, und Hanſes Vrouwen, und alle Schalinghe und Twidracht, de ſe underlanges ghehad hebben, in deſſer Wiſſe &c.* & rurſus: *Deſſe vorbenomet HER Zeghehand, und Hanß, ſin Sone, hebben, vor Sick, und vor Hanſes Vrouwen, und vor ere Erven, dem Proveſte; unde de Proveſte on weder, eine gute Sene und Vruntſchop underlanghes vor Uns ghelovet &c.* Hinc illud *Hadriani Valeſii*, in *Valeſianis*, p. m. 191: *In Charta Anni 1390, quæ citatur à Reginaldo, in Hiſtoria Sueſſionicæ Urbis, hæc leguntur: Pour tous les Chevaliers & Dames; les Ecuyers & Damoiſelles, qui ſeront de notre Ordre de la Couronne. Ergò Milites, i. e. Caballarii, vel Equites: DOMINI; & eorum Uxores: DOMINÆ, Dames; Armigeri, ſeu Scutiferi, DOMICELLI tantùm, ut puto; ſaltemque eorum Uxores: DOMICELLÆ vocantur, Damoiſelles, i. e. Parvæ Dominæ &c.*

(11) Additum quandoque *Strenuorum Militum* axioma, teſtibus aliis chartis, quas poſſideo, v. g. *Henrici* Megapolitani, ſub dato *Lychen*, An. 1315, *Feria Quarta in Profeſto S. Dionyſii*, ubi: *Omnibus preſens ſcriptum cernentibus, Hinricus, D. G. Magnopolitanus ac Stargardie Dominus, ſalutem in Domino ſempiternam. Recognoſcimus & teſtamur publicè, per preſentes, quod Cariſſimos Nobis MILITES, STRENUOS & FAMOSOS DOMINOS, Heinonem de Swerin; Segebandum de Monte, de Halremund dictum; Ottonem Magnum; (Grote) Segebandum de Monte, Rike dictum; & Seghebandum de Wittorpe, probabita deliberatione matura, in Munitionibus Avunculi Noſtri Cariſſimi, domini Ottonis, Ducis Luneborgenſis Illuſtris, ubi ſe de facto intromiſerint, contra Marchiam Brandenburgenſem, Noſtros Idoneos & authenticos Capitaneos conſtituimus &c.* Alia, ubi: *Dei Gratia, Nos Otto, Dux de Brunſwich & Luneborg, univerſis, quibus preſentia contigerit exhiberi, recognoſcimus in eisdem, quod STRENUUS VIR, Otto de Zwerin, MILES, conſenſu Detlevi de Zwerin, Famuli --- ob ſalutem proprie anime, ac omnium Parentum ſuorum, precipue Matris ſue, Domini Henrici Militis, Werneri Famuli, de Zwerin, pie memorie, coram Nobis, preſentibus & audientibus, dedit & aſſignavit, Ecclesie S. Michaëlis in Caſtro Noſtro Luneborg, duas Curias, cum omni jure & utilitate; unam, in Villa Suttorpe; aliam, in Villa Oldendorpe, jure hereditario perpetuo poſſidendas. --- Datum Luneborg, Anno Domini 1327, in die Willebordi, Pontificis* (Ultrajectenſis) *Glorioſi &c.* Alia, de An. 1328, Kal. Decemb. in qua *Ericus*, Dux Lauenburgicus, ita loquitur: *Nos, D. G. Ericus, Saxonie, Weſtfalie, Angarieque Dux --- recognoſcimus in preſentibus, & teſtamur, quod ſedavimus diſſentiones inter Bertramum Szabel, Vaſallum Noſtrum, & Zeghebandum de Wittorp, MILITES FAMOSOS, tali modo &c.* Aliaque, cui tale initium: *Nos, D. G. Otto & Wilhelmus* Fratres, *Duces de Brunswich & Luneborch; recognoſcimus, ac publicè profitemur, quod dedimus --- Ludolpho, Prepoſito in Medinge, Nobis dilecto, atque Conventui ibidem, proprietatem Decime in Berchtorpe, perpetuis temporibus liberè ac pacificè poſſidendam, quam predicti Prepoſitus & Conventus, à STRENUO MILITE, Domino Ottone de Swerin, nec non à ſuo Filio, Hinrico, Famulo, & ipſorum Heredibus, juſto emptionis titulo, ſuis denariis, ſibi comparaverunt. --- Datum Tzellis, Anno Domini 1332, in die Beatorum Dionisii, ſociorumque ejus Martyrum &c.* De aliis ne dicam.

(d) EQUITES &c. *Equites & Milites* Synonyma eſſe, abunde præced. lit. e, conſtat dictis. Triplicis alias generis equites ſunt; alii enim *Aurati*, alii *Cruciati*, & alii *Torquati*.

Auratos vocamus, quibus dorſa enſe tanguntur, & quandoque inaurata adplicantur calcaria; *Die eigentlich zu Rittern geſchlagen, und mit vergüldeten Sporen verſehen werden;* Hinc *Nolden*, de *Statu Nobilium Civili*, Cap. VI, §. 72, pag. m. 113: *Re ipſa dignitatem Equitis Aurati legitimè adeptus erat, der zu Ritter geſchlagen war &c.* & *Beſoldus* Theſaur. voc. *Ritter*, pag. m. 829: *Uſitatiſſimum fuit, ut Nobiles, aliique ex Militibus primariis, pridie prælii, vel paulo ante prælium ineundum, enſe ſtricto, ter in caput percuterentur, ut animoſiores fierent; ut ita Equites Aurati deſignarentur &c.* *Limnæus*, Tom. 2. *Jur. Publ.* lib. VI, Cap. 2, §. 10. p. 20: *Equites, etiam quod ornamenta Equorum, præ Nobilibus cæteris prærogativam habent. De Reformat. Tit. vom Pferd-Zeug; ut &, calcaria ſi ſpectes; cum Equites Aurati dicantur, qui deaurata ea ſoli portare olim poterant &c.* & Dn. *Adolphus Henricus de Winzingeroda*, Diſſ. de *Ordine Equitum S. Geor-*

 git

gii & Periſcelidis cœruleæ in Anglia, An. 1681. Præſide Dn. *Henrico Günthero Thulemario*, Heidelbergæ habita, Annoque 1701. Jenæ recuſa, §. 2. p. 4 & 5: *Per Equites Auratos intelligimus, qui torque, aut alio clinodio, non ſunt inſignes, ſed quorum dorſa ſaltim tanguntur enſe; vel, quibus aliquando baltheus cum gladio adpenditur; vel, quibus quandoque inaurata calcaria adplicantur. Tales ſunt, quos Rex Romanorum, tempore coronationis ſuæ, in Templo creat; quando ſcilicet (poſtquam nomen eorum, ut adveniant, à Regiæ Aulæ Primario quodam Miniſtro, lectum eſt) ſolium ſuum accedentium, & in genua procumbentium, vultumque in Terram convertentium, tergum, ſtricto gladio Caroli Magni, Norimberga allato, leviter tangit.* Quæ ex Dn. *Thulemarii Octoviratu*, Cap. XXV, §. 58, p. m. 509 & 510. deſumpta. *Auratorum Equitum* jam mentio occurrit in Privilegio *Ottonis I*, an. 947. *Magdeburgenſ.* dato, apud *Goldaſtum*, T. 1. *Conſt. Imperialium*, p. 216, §. 5: *Mandamus omnibus Principibus noſtris & Imperii ſubditis, Dominis, Equitibus Auratis, Miniſterialibus, & omnibus Officialibus, tam Spiritualibus, quam Secularibus &c.* Equites, in Terram Sanctam eundo, idem nomen quondam meruiſſe, innuit Dn. D. *Spenerus*, Part. ſpec. *Operis Heraldici*, lib. 2. Cap. 107, §. 4. pag. 561. memor Truchſeſſiorum de Waldpurg: *Tertia, Scheerenſis, oritur à Jacobo, dicto der Güldene, oder Heilige Ritter, ob ſuſceptum Hieroſolyma, & ad montem Catharinæ, ſeu Sinai, iter &c.* Juramenti formulam ab ejusmodi Equitibus, apud Septentrionales Populos olim præſtiti, exhibet *Olaus Magnus*, Upſalienſis ArchiEpiſcopus, lib. 3. Epitomes, de *Variis conditionibus Aquilonarium Populorum*, p. 397 &c. Tit. de *Equitibus Auratis, & eorum juramento*; ibi: *Facta --- coronatione, ipſe Rex, ſecundum formam antiquarum Legum Regnorum ſuorum, nova privilegia diverſo hominum ſtatui, quatenus & quibus opus ſit, liberaliter concedit, vel pridem ab Anteceſſoribus ſuis conceſſa reſtaurat & auget. Demum Milites Auratos, Feudis abundanter diſtributis, cingulo, & enſe, ac clypeo præſtitis, tali tamen interveniente juramento, in manibus alicujus Prælati aſſiſtentis facto, creat:*

Ego N. opto mihi ita Deum propitium, & B. Virginem, ad S. Ericum, quod volo, juxta extremum meum poſſe, per vitam & bona mea, defendere Fidem Catholicam; & Sanctum Evangelium; & tenere ac protegere Eccleſiam, & ejus Miniſtros, in ſua libertate & immunitate; & ſtare contra omne, quod iniquum eſt; & confortare pacem, & juſtitiam; & defendere pupillos & orphanos, Virgines, viduas & pauperes; & fore fidelem meo Regi, & Regno, ſeu Patriæ meæ; & juſtè exhibere & exercere meum Militarem ſtatum, ad honorem Dei, ſecundum ultimum poſſe meum; ſic me Deus adjuvet, & omnes Sancti Ejus, Amen.

Hocque juramentum (pergit Olaus Magnus) *adeò fideliter & ſtrictè obſervare ſolebant, ut, audita proclamatione belli, contra hoſtes fidei, maxime ſchiſmaticos Moſchovitas, in Orientali limine Regni Sueciæ & Finlandiæ; imò, & à ſummis Pontificibus prædicata Cruciata, contra Turcas, illicò, propriis expenſis, armata & valida manu, alacriter prælia domini bellaturi, ſeſe in expeditionem contulerunt, vel, ad Terram Sanctam peregrinantes, accepto, ad Sepulchrum Chriſti, Militiæ cingulo, ſe in numerum fidelium armatorum, contra eosdem Turcas, pro Religione prælaturi, voluntariè immiſcuere; quo plerumque evenit, ut glorioſi victores redirent in terrenam Patriam, & tandem coronam ſuſcepturi, in Patriam cœleſtem ac ſempiternam &c.* Conf. pr. lit. c, v. 4.

Non autem illi ſolùm *Equitum* cenſu veniebant, quorum dorſa enſe tangebantur, *die zu Rittern geſchlagen wurden*; ſed & omnes, qui ſervitia equeſtria *haſtati* præſtiterant, *die zu Pferd, mit der Gleve, gedienet hatten*; ſic in Conventione Protectitia, inter *Johannem*, Lotharingiæ Ducem, & Civitatem Trevirenſem, An. 1365. inita, placuit, quod Dux Civitati ſubvenire teneretur, *centum armatis bene & haſtatis Militibus Armigeris, qui vulgariter dicuntur in Teutonico Hundert Glenen; in Gallico, cent Glaines.* Vid. *Magerus*, de *Advocat. armat.* Cap. V. §. 524; Dn. *Datt*, lib. I. *Rer. German.* Cap. 23. §. 23. pag. 168; hinc Dn. *Praun, im Adelichen Europa*, Part. 3. Cap. VII. §. 613, p. m. 487: *Es werden alle Edelleute, die zu Pferd mit der Glen* (rectius Gleve) *gedienet, Ritter genennet.* Scio equidem Dn. *Mauritium*, Diſſ. de *Matricula Imperii*, t. 25, ſcribere: *Putamus, Gleſen idem eſſe, quod militem, in primis pedeſtrem &c.* Verum, *haſtam* vel *lanceam, eine Pique, oder Tournier-Stange*, qua non niſi *Equites* olim uſi, voce hac denotari, dudum Viri Eruditi probarunt. *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Glavea*, p. 631. ad verba *Gervaſii Dorobernenſis*, an. 1144: *Quod cum vidiſſet quiſpiam de Caſtello, & adverſarium agnoviſſet, telo gracili, quod Ganea dicitur, eum jam cominus poſitum petiit, quo teſtam capitis ipſius malè nudati perforavit*; inquit: *Legendum Glavea, qua voce expreſſit noſtrum Glaive, ſeu Anglicum, à Glaive, ſpiculum, framea, vel lancea. Chronicon Flandricum, c. 41: Et puis le ferirent de Glaives parmi le corps; & Cap. III: Il y en avoit grand planté de mal armés, qui ne pouvoient ſouffrir les coups de Glaives, ne de dagues. Add. Cap. 46, 113. Froiſſart, I. Vol.* Cap. 49: *L' Alemant Eſcuier l' atteignit tellement de ſon Glaive roide & fort, qu' onques ne briſa &c.* Laudatus Dn. D. *Praunius* l. c. §. 611, p. 487, in eandem ſententiam, ſcribit: *Bernhard Hertzog, in Chronico Alſatiæ, lib. 2. p. 86. erklært es* (vocem *Gleve*, quam ſem-

ſemper Glen exprimit) noch beſſer, wann er ſagt: Anno 1418, hatte Herr Georg, Herzog in Bayern, Hochzeit mit des Kœnigs in Polen Tochter; bey dem Empfang der Braut, ranten gleich vier Ritter, mit ſcharffen Gleven. Quibus l. c. §. 612, annectit: Woraus dann nun zu ſehen, daß die Glen eine Lantze bedeute, oder eine Thurnier-Stange, und daß dieſelbe nur die Milites, oder Ritter, geführet &c. Und daß zu einer Glen, 2, oder 3, mit Armbruſt gehœret &c. Quadrat huc omnino locus Jacobi von Kœnigshoven Cap. 4. §. 52. p. m. 251: ubi, mentione facta belli Civilis, inter Epiſcopum & Cives Argentoratenſes: Do ſu nu, zu beden Siten, alſus bettent bereit zu Strite, und die Helme ufgeſtürtzet, und die Swert usgezucket, do was einer under den Bürgern, genant Markes von Eckeversheim, ein Edelknecht, der reit zum erſten, gegen den Vienden, mit einer Gleven; do rante einre, us des Biſchoves Here, gegen Jme, und ſtochend uſenander, das die Sper beiden Site zerbrochent, und Roß und Man bede dernieder vielent, und die Roß bliebent beide dot &c. ſingulari diligentia argumentum hoc enucleavit Cognatus meus, & conterraneus Dn. Jacobus Wencker, in Collectaneis Juris Publici An. 1702, Argentorati, ſumptibus Dulſſeckeranis, in lucem editis, Diſquiſitione Tertia, de Gleven-burgeris, ubi ſtatim, §. 1. pag. 3: Glev, Gleven, oder Gleſen (dan es unterſchiedlich geſchrieben wird,) iſt ein gut alt Teutſch Wort, und bedeutet eine Lantz, Spar, oder Spieß; und irren ſich diejenigen, welche ſolches insgemein à gladio, oder auch, von dem Lateiniſchen Clava, Keul, Kolben, daher Clava Herculis, deriviren wollen. Wohl aber mag das corrupt Lateiniſche Glavea, wodurch die Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, der Teutſchen Gleven, ſpiculum, frameam, vel lanceam, angedeutet, von der Frantzoſen Glaive, oder der Engellænder Gleave, wo nicht vielmehr von dem Teutſchen Wort Gleven ſelbſten, ſeine wahre Etymologie, und Urſprung haben, & p. 6, §. 2: Uhrſprünglich waren die Gleven eine Rüſtung zu Pferd; und die Gleſener, oder die ſo Gleven geführet, Reutter; welche nicht allein mit ihren Gleven, ſondern auch mit andern ſtreitbaren Wehren und Waffen, als Armbruſt, Spieß &c. ausgerüſtet geweſen. Und haben zu dem Ende der Statt Straßburg Gleſener, oder Soldener, zu den Rom-Zügen gemeiniglich ein jeglicher mit vier Pferden, zweyen Knechten, einen mit einer Armbruſt, einen mit einem Spieß, und einen Knaben mit einer Gleven, verſehen ſeyn ſollen. Davon lauten die Wort in der Statt-Ordnung des Dienſtes über Berg zu K. Ruperti Romfahrt (An. 1401.) ausdrückentlich alſo: Es ſoll auch ir keine minre mit Ime führen dieſelbe Vart, danne vier Stücke an Hengſten und Pferden, und ſol man In nit ſagen, wie ſie geſchetzet ſind &c. Deßgleichen ward bey der Aufrüſtung zu K. Friderici III. Rom-Zug, An. 1452, auch geordnet: Je die Gleven mit vier Pferden. Item, Es ſol auch jeglicher Gleſener zwene redelich Knecht haben, do der ein Knecht ein Spieß, oder ein Armbruſt, füren ſol, und ouch mit Harniſch wol gewapnet ſin, als dann ein Reiſigen Knecht zugehœret; ũ. der ander Knecht ſol zum mynneſten han ein Pantzer, ein Kragen, ein Hubel, und ein Swert, al. Gleven &c. Ad quæ Dn. Ockel, de Præſcriptione Immemoriali, Cap. 2, §. 38, p. 69 & 70, provocat. Conſtat ex his, (1) Gleve non fuiſſe milites pedeſtres, ſed equeſtres, & quidem haſtas ferentes; quod amplius illuſtrat MS. An. 1381, apud Lehmannum lib. VII. Chronici Spirenſis, Cap. 66, p. m. 839: Dieter von Angelach; Eberhardt Fry von Treiſechingen; Hans von Angeloch; Henrich Eckenbrecht von Dirmſtein; Tam von Hentzesheim; Gœtz von Bachenſtein; Henrich von Krain; Henrich von Luſtatt, Friderich von Helmſtatt, jeder mit einer Gleve; eim Einſpennigen, gewapnet mit einem Armbruſt, zweyen Pferden, mit Hüben, Bruſtblechen, und Beingewandten, alles wol erzüget, uf Margrethæ, in Dienſt der Statt genommen, uff ein Gleve, des Jahrs 100. Gülden, und einem Einſpennigen, fünff Gülden &c. Nec non Transactio Civitatis Spirenſis cum Imperatore Ruperto, de An. 1408, des nechſten Montages nach Invocavit, apud eundem l. c. Cap. 75, pag. 856: Auch ſollen Wir, ſo lang der obgenant unſer Gnædigſter Herr Kœnig Ruprecht lebet, fünff mit Glenen (Gleven) zu dem Schild geboren, und darzu fünff gerittener gewapneter Schützen, allezyt haben und halten uff unſern Coſten, Schaden und Verluſt; Und ſoll den vorgenanten Glenen jegliche uff das minſte haben dri Pferde, und einen gewapneten Knecht; Dieſelben unſere Dienere, und Glenen, und gewapneten Schützen, auch allezyt dem ebegenanten unſerm gnædigſten Herrn Kœnig Ruprecht, als lang er gelebt, und Sinen Amptlüten, von Sinen wegen, gewarten, ritten, und dienen ſollen, als ferre und wyt ein Harſtwit 20, oder 30. Glenen, in einigem Tage, und in einer Nacht, von Spire, oder der Nuwenſtatt, gerytenmœgent, ungeverlich, wann, und in welcher Zyt, und auch wo, Unſer Herr der Kœnig ebegenannt, oder Sine Amptlüde, von Sinen wegen, des begerent &c. Et Anſchlag zu Nürnberg, unter Kayſer Sigismundo, An. 1431, wider die Huſſiten, gemacht, apud Dn. Schilterum, Tom. 2. Inſtit. Jur. Publ. Tit. XIX, pag. 12: Item, wellich Fürſten und Herren, unſer Herre, der Künig, mit Iren ſelbs Liben, zu dem Zuge bey Ime wil haben, das Er der yeglich ein Zal mit Gleſen nenne mit Ime zu füren, und als vil derſelben yeglicher mit Ime bringet, und füren würt, das der yeglichem ye für einen Reiſigen, drie Fußgenger

abgon ſœllent &c. & pag. 93: Die funffzehen mit Gleſen, die, do von wegen der Stat Straßpurg, an die Huſſen gen Behem, geordnet ſint ze riten, ſœllent ſweren, dieſe bienoch geſchribenen Stücke, ſtete und veſte ze halten, ungeverlich, alle diewile ſie uſſe ſint. Item, Cůne von Kolbetzheim, der Houptman, ſol ſweren, der andern ſiner Geſellen, ſo mit Im riten werden, getruwelich warzenemen, und ſu fridelichen under einander zehalten --- Es ſollent ouch die andern Gleſenem, Cunen von Kolbetzheim, dem Houptman, gehorſam ſin, und getruwelich uff In warten, und der Stette und Ire Ere ſuchen, ſo meiſt ſu mœgen ungeverlich. Sü ſollent ouch Ire Hengſte, und Pferde, ſo ſü mit Inen fürent, deheins verkauffen, noch ſin ſuſt abekomen, one eins Houptmans Wiſſen und Wille &c. (2) Lancea armatos hos Equites ſemper tres vel quatuor equos, cum famulis quibusdam, in Caſtra ſecum duxiſſe, de quo more antiquiſſimo jam loqui videtur Conſtitutio illa famoſa, de Romana Expeditione, quam, falſo licet, (ob rationes, præced. Tit. 4, §. 3, lit. i, pag. 305, adductas) Carolo Craſſo, vindicant, apud Goldaſtum Tom. I. Conſtit. Imperial. §. 5, p. 208; verb: De Eccleſiarum Filiis, vel domeſticis, id eſt, Miniſterialibus, vel quorumcunque principum clientela, qui quotidie ad ſerviendum parati eſſe debent, ſtatuimus, ut, quicunque quinque manſos in Beneficio poſſideant, Domino ſuo, ad quem pertinent, bruniam, cum uno ſcutario, ducant --- Ipſis & ad itineris præparationem quinque libræ ſuæ monetæ in ſtipendium tribuantur, & duo equi, unus currens, alter ambulans, addantur; ac duobus ſociis ſoumarius, victualibus bene oneratus, comitatur, qui ab ipſis, ad opus dominorum, diligenter cuſtodiatur &c. & §. 6: Singuli vero Principes ſuos habeant officionarios ſpeciales, Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam & Kamerarium: qui quatuor quanto plus ſunt laboraturi, tanto plus in ſtipendio, in veſtitu, in equitatu præ cæteris ſunt honorandi, ſcilicet, & unicuique iſtorum decem libræ cum tribus equis tribuantur; quartus Marſcalco addatur, quorum unum, ad [illegible] currendum; alterum, ad pugnandum; tertium, ad ſpatia[illegible]m; quartum, ad loricam portandum &c. (Per bruniam, ſignificari loricam, ein Küriß, Harniſch, docet Du Freſne, Gloſſ. voc. Brunea, p. 927: Brunea, Brunia, Bronia, Lorica. Gloſſ. Latin. Theodiſc. Thorax, militare ornament; Lorica, Brunia; Capitulare IV, an. 804, c. 7: Et inſuper omnis homo duodecim manſis bruniam habeat &c. & p. 628: Præceptum Caroli Magni, ex Tabulario Narbonenſi: Obtulit equum optimum, & brunia optima, & ſpatham Indiam, cum techna de argento parata. Teſtamentum S. Everardi, Ducis Forojulienſis: Bruniam unam, helmum unum &c. & voc. Bronia l. c. Tabularium Caſaurienſe: Cum cæteris meis debitalibus & caballis, & bronie, & cetera arma, quæ ego habeo &c.) Conf. Leges Caſtrenſes, An. 1431, ante Expeditionem Bohemicam latæ, apud Dn. Dattum l. c. lib. I. Cap. 23. §. 16. p. 168, ubi: Es ſol auch der obgenanten Gleſener keiner mynre mit Ime füren, noch haben, danne vier Stucke Hengſte und Pferdte; wolte aber ir einer me füren, mag er tun uf ſinen Koſten &c. & Dn. Ockel l. c. pag. 69: Eques armatus, ein Edler Gleve, nunquam ſolus militiam ſequebatur, er ritte niemahls einſpænnig, ſed quatuor equos (non equites) una in Caſtra ducebat, una cum quibusdam Famulis &c. Non ſatis hæc diſcernens Goldaſtus, lib. 2. de Regno Bohemiæ, c. 17, ait: Sunt Gleven, quas Latinè vocant Lanceas, in Ordine Militaris Exercitus, ſingula membra, ex quatuor aut quinque Equitibus armatis conſtantia &c. propterea à Bœclero, in Diſſert. de Utilitate Hiſtoriæ, Coroll. 2, vapulans, cui: Explicatio vocabuli Gleven, ut Goldaſtus illam affert, non videtur ſatis certa. Conf. Dn. Datt l. c. §. 21 &c. p. 168.

Equites Cruciati, ſunt Religioſi illi Equites, qui, inſignis loco, Cruce utuntur. De quibus ſeq. Tit. XXI. plura.

Equites Torquati, qui catenam auream, aut ex faſcia pendens clinodium, collo geſtant. De quibus ibidem.

(e) MINISTERIALES &c. Hic propriè ſermo non eſt de Miniſterialibus, qua præcipuis Aulæ Miniſtris, Dapifero ſcil. Mareſchallo, Pincerna, Camerario &c. de quibus inſpicienda modò laudata Conſtitutio, (Caroli Craſſi nomen præ ſe ferens,) de Expeditione Romana, verb. cit. quorumque meminit Capitulare Caroli Calvi, apud Miræum, in Annalibus Belgicis, ad An. 877. fol. 403: Si Comes de Regno obierit, cujus filius Nobiſcum ſit, filius noſter ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerunt, qui cum Miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum Epiſcopo, in cujus parochia Comitatus fuerit, ipſum Comitatum prævideant, ſive regant, usque dum Nobis renuncietur, ut filium illius, qui Nobiſcum erit, de honoribus illius honoremus &c. Add. præced. Tit. XIII. §. 1. lit. b. pag. 1018 &c. Charta Meinwerci, Epiſcopi Paderbornenſis, An. 1036, apud Dn. Schaten, lib. V. Annal. Paderbornenſ. h. a. pag. 500. ubi, inter teſtes: Betclinus, Camerarius; Eppo, Dapifer; Cizo, Geilo, fratres & Pincernæ &c. ut & Charta Luitgardis, Abbatiſſæ Gandersheimenſis, An. 1148. apud Dn. Leuckfeldum, Antiquit. Gandesheimenſ. Cap. 25. §. 14, lit. bb, pag. 298: Teſtibus ---- Miniſterialibus; Waltero Advocato; Burchardo, Camerariis; (Camerario) Theodorico, Dapifero; Heimfrico, Pincerna &c. & Ger-

Gerhardus Stederburgenſis, in Chronico, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Rer. Brunſuic.* pag. 850. memor *Fredegundis* Fundatricis: *Et quod ad hujus mundi gloriam pertinet, ſecundum ritum Principum, Dapiferis, Pincernis, Marſcalcis, Militibus, Miniſterialibus noſtram Eccleſiam glorioſiſſimè decoravit &c.* & ad An. 1174. de *Henrico Leone* ſcribens: *Officiatis tamen ſuis, hoc eſt, Dapifero, Pincerna, ceteriſque omnibus, ita ſollicitè injunxit &c.* & Diploma *Friderici I.* Imp. An. 1188. Ibid. §. 17. lit. m m, pag. 303: *Cum Adelheidis, Abbatiſſa de Gandersheim, cauſam cum Officialibus ſuis habens, Marſcalco ſcil. Dapifero, Pincerna & Camerario, in præſentiam noſtram eos traxiſſet, apud Goslariam &c.* paucisque interjectis: *Hujus rei teſtes ſunt . . . Hermannus, Marſcalcus ipſius Eccleſiæ; Hendericus, Dapifer; Elewinus, Pincerna; Udo, Camerarius; Gerhardus, Eilhardus & Johannes, Miniſteriales dictæ Eccleſiæ &c.* & *Schwaben Spiegel*, lib. I. c. 63: *Die Geiſtlichen Fürſten und Weltlichen Fürſten-Amt die ſind von erſten geſtifft mit vier Fürſten-Ampten; mit einem Kamerer; mit einem Schencken; mit einem Truchſeſſen; mit einem Marſchalck &c.* & *Jus Feudale Saxonicum*, Cap. 32. apud *Goldaſtum*, de *Conſuetudinibus Imperialibus*, pag. 104. §. 2: *In Jure Curiali debet eſſe quisquis Miniſterialis innatus, aut Dapifer, aut Pincerna, aut Marſcalcus, aut Camerarius &c.* & *Fridericus II.* Imp. in Conſtitutione, de *Officialibus Epiſcopatuum*, apud *Maderum Antiquit. Brunſuic.* pag. 260: *Per ſententiam diffinitum eſt, quod, mortuo uno Epiſcopo, & alio ſubſtituto, omnia Officia vacant, exceptis quatuor principalibus officiis: Dapiferi, videl*[illegible] *& Pincernæ, Mariſcalci & Camerarii &c*[illegible]*ſtum* Anni 1224. apud *Belforeſtum*, in *Hiſtor. Franc.* referente *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Miniſteriales*, pag. m. 555: *Præterea, cum Pares Franciæ dicerent, quod Cancellarius, Buticularius, Camerarius & Conſtabularius Franciæ, Miniſteriales Hoſpitii Domini Regis, non debebant cum eis intereſſe, ad facienda judicia ſuper Pares Franciæ; & dicti Miniſteriales Hoſpitii Domini Regis è contrario dicerent, ſe debere, ad uſus & conſuetudines obſervatas, intereſſe cum Paribus, ad judicandum Pares; judicatum fuit in Curia Domini Regis, quod Miniſteriales prædicti de Hoſpitio Domini Regis debent intereſſe, cum Paribus Franciæ, ad judicandum Pares &c.* Conf. Not. ad Diploma *Friderici I.* Imp. de Ann. 1181. inter *Documenta Würtenbergica, Monaſterii Adelbergenſis*, Tit. I. lit. e. voc. *Miniſteriales*; pag. 8; *Lehman, Chron. Spirenſ.* lib. 2. Cap. 13. pag. 76 & 77 &c. *Du Freſne* l. c. Dn. *Praun, im Adelichen Europa*, Part. 3. Cap. 5. §. 550. pag. 446 & 447, *Conringius, de Republica*, Exercit. X. de *Officialibus Imperii*, §. 27. pag. m. 563; *Thulemarius, Octovirat.* Cap. 20. §. 37 & ſeqq. p. m. 333 &c. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione temporis immemorialis*, Cap. 2. §. 34. pag. 62. *Spelman*, voc. *Miniſterialis*, pag. 412. Dn. *Schilter, Comment. Jur. Feudal. Aleman.* C. 1. §. 21. pag. 37 &c. Dn. *Ludwig*, de *Formula Ducatus Brandenburg.* §. 8. lit. b. pag. 72. Alii multi; ſed, intelligimus hac voce quoslibet Vaſallos Nobiles, inferioris ordinis, miniſteria Principibus, reliquisque ordinis ſuperioris Nobilibus, in bellis maximè, præſtantes, German. *Dienſtmanner, Edle Knechte, Famuli, Knechte &c.* vid. *Cranzius*, lib. I. *Metropol.* Cap. 2. p. m. 4. & lib. 3. Cap. XI. pag. 66. verbis, præced. lit. b. ſub initium, occurrentibus; Hocque etiam ſenſu inquit *Goldaſtus* Tom. I. *Rer. Alamann.* ad Cap. 8. *Burckardi*, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, voc. *Miniſteriales*, p. m. 133: *Miniſteriales*, (i. e.) *Homines liberi, qui Principi alicui miniſtrant, Edildegin, Edelkne*… *Dienſtman, Amptman, ſive Ampteleut, Amb*… *priſcis Celtis. Julius Cæſar, lib. VI. de Bello Gallico*… (C. 15. §. 2. p. m. 156.) *plurimos circum ſe amba*… *clientesq; habet; id eſt, ut Burckhardus noſter lo*… *retur: Miniſteriales Fidelesq; &c.* & paulo poſt *I*… *dum Miniſteriales dicuntur omnes Homines Nob*… *Principis alicujus Fideles & Subjecti. Hinc illa Formula, qua nonnulli Principes, adhuc Vaſallis ſuis ſcribentes, utuntur: Unſerm Edelknecht &c.* Quæ *Wehnerus, Obſervat. Pract.* voc. *Amman*, pag. m. 14. repetit. *Lehmannus*, lib. 2. Chron. *Spirenſ.* Cap. 19. pag. 91. ait: *Edlingi, oder Edelknecht, haben geheiſſen, die von Urſprung und Anfang Frey, von vielen undencklichen Jahren, geweſen, und niemals zu Knechten, oder Schlaven, gemacht ſeyn. Faſt allenthalben werden Sie Miniſteriales genent; ſonder Zweiffel darumb, daß ein jeder, bevorab in ſeiner Jugend, den Kœniglichen Hoff bedienet, und hernacher vom Kœnig, nach ihrem verdienen, oder des Glücks Wohlmeynen, mit Lehen-Gütern begabt, und davon den Nahmen Vaſſi, oder Vaſalli Dominici, bekommen. Wann Sie dan des Hof-Dienſts erlaſſen, haben Sie ſich in Statt, Flecken, oder aufs Land, in ihr Erb- und Adeliche Stamm-Hœf, die man Allodia, Anlodt, genent, zu wohnen begeben, denſelben, und Ihren Lehen, Gütern, und dem Feldbau, abgewartet, und von einer Zeit zur andern, mehr Adeliche Hœfe und Dœrffer erbauet und erkaufft. Capitul. Lib. 3. Cap. 81; lib. 4. Cap. 29; lib. 5. Cap* 136. Inde ſua *Beſoldus, Theſaur. Pract* voc. *Edel-Knecht*, pag. m. 201 & Dn. *Lunebergius Mushard*, in Præfatione *Monumentorum Nobilitatis antiquæ Bremenſis*, §. 4. Conf. Dn. *Meibomius*, in Notis ad *Northovii Origines Marcanas*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 413: *Miniſteriales ſunt Noſtri Equites; die Ritterſchafft; Saxonibus:*

die

Digitized by Google

die Ehrbare und gute Manner; *à Miniſterio, quod, ratione clientelæ, Principibus debent*, *Knapen, oder Knechte*; *Latine: Servi, Servientes, & Famuli &c.* rurſus, in Not. ad *Hermanni de Lerbecke Chronicon Schaumburgicum*, l. c. pag. 533: *Chronicon Rhythmicum Ottonem (Puerum*, Ducem Brunſuic. & Luneburg:) *triennium in cuſtodia fuiſſe affirmat. Quo tempore Vaſalli Principis, quos ætas iſta Miniſteriales vocare ſolebat, Urbi Brunſuicenſi, Tutore ac Defenſore deſtitutæ, permoleſti erant &c.* Nec non in Notis ad *Herlingsbergam*, l. c. pag. 802. verbis præced. lit. c. occurrentibus. Add. Illuſtr. Dn. *Coccejus*, Diſſ. de *Poteſtate Statuum Imperii circa Dignitates*, Cap. 2. §. 18. p. 25: *Sunt & alii, quibus dignitas, ſeu Nobilitas, ſingulari Principis beneficio ac privilegio, conceditur, uti concedi ſolebant iis, qui in Aulis ac Bellis miniſteria præſtabant; præmium Operæ gnaviter præſtitæ; unde Miniſteriales, Dienſtmann, Knechte, Edle Knechte, dicebantur &c.* Et Dn. *Ockel* l. c. *Miniſteriales, Dienſt-Manner, nuncupabantur, qui operas miniſtrabant militares, judiciarias & ingenuas &c.* & Dn. *Hertius*, de *Hominibus propriis*, Sect. 4. n. 1. 2. Quare etiam *Dienſt-Manner & Vaſalli, Schradero*, Tom. I. *Conſilior.* Conſil. 12. n. 110. fol. 687; *Wehnero*, l. c. voc. *Dienſtmann*, pag. m. 87; Annotatori *Documentorum Würtenbergicorum*, l. c. aliisque multis, Synonyma ſunt. Sicque accipienda verba *Burckardi*, l. c. Cap. 8. apud *Goldaſtum* l. c. pag. 71: *Nec omittendum eſt, notare, quanta mala Eccleſia S. Galli in hac diſcordia tunc paſſa ſit, præſertim, cum, quidquid per Infœdationem ab utrisque alienatum eſt, pacatis etiam omnibus, poſtmodum ratum habitum eſt. In hac peſtilentia, Fideles hujus Eccleſiæ inter ſe poſſeſſiones noſtras dividebant; Miniſteriales optimos manſus Curiarum noſtrarum eligebant; Cellarii Eccleſiæ jura villicationis, in modum Beneficiorum, habere contendebant; &, contra conſuetudinem, quidam ex ipſis, more Nobilium, gladium cingebant &c.* & Cap. IX. in vita *Werinheri* Abbatis l. c. *Quia inſolentiæ Miniſterialium reſiſtere ſemper ſtuduit, plura, ex ipſorum impedimento, quæ ad Clauſtri ſui utilitatem ſpectare poſſent, prætermiſit &c.* Pariter ac locus *Ottonis Friſingenſis*, lib. 2. de *Geſtis Friderici I.* Cap. 28. præced. lit. b. productus. In primis huc ſpectant Chartæ publicæ, quarum præced. Tit. XVII. §. 19. lit. o. pag. 760. facta mentio, quibus jungantur Diploma *Lotharii* Imp. Ann. 1135. Indict. XIV. Non. Kalend. Octob. *Annoni*, Abbati *S. Michaëlis* ibidem, datum, quod in Tabulario Cœnobiali noſtro integrum aſſervatur: *Omnia Beneficia, quæ Liberi Homines Abbatis quoquo modo acquiſierant, in uſus Eccleſiæ ex integro recipimus, ſtatuentes & præcipientes, ut nullus deinceps Abbas aliquod Beneficium niſi MINISTERIALIBUS Eccleſiæ, dare præſumat, &, ſi fecerit, nullum jus beneficiorum optineant. MINISTERIALES Eccleſiæ eadem juſtitia, qua noſtri, fruantur &c.* Conventiones *Ottonis IV.* Imp. cum *Ludovico* Bavaro, & *Theodorico*, Marchione Miſniæ, An. 1212, quarum præced. lit. b. memini. Charta *Ottonis Pueri*, Ducis Brunſuic. & Luneburg. quo, ſub dato *Helmſtæt*, 1215. Indict. III, notum vult eſſe cunctis Chriſti Fidelibus, quod proprietatem ſuam in *Santersleve*, in perpetuum Templo Hieroſolymitano poſſidendam contulerit, apud *Maderum, Antiquitat. Brunſuic.* p. 248. in cujus fine hæc habentur: *Hujus autem donationis teſtes ſunt: Walterus de Baldenſele*, Fidelis Noſter; *MINISTERIALES quoque Noſtri: Wernerus de Louenburch; & frater ſuus, Gevehardus; Wernerus Mareſcalcus* (de Meding) *Henricus de Heimborch; Tidericus de Monte; Olricus de Blochere; Jenicus, Rodericus, Alexander, Otto Juvenis* (Kynd) *Henricus de Grabowe, Wasmodus, & Advocatus Cæſarius, Richode &c.* Tabulæ ultimæ voluntatis laudati Imperatoris *Ottonis IV*, an 1218, Kal. Junii, *Hartisburgi* ſcriptæ, apud *Meibomium*, in Apologia Ejus, Tom. 3. *Rer. German.* p. 148, Dn. *Tolnerum, Cod. Diplomat. Palat.* p. 62, & Dn. *Fridericum Lucæ, Graffen Saal*, p. 1149, ibi: *Otto IV, Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, Dilectis Fidelibus ſuis: Henrico, Fratri ſuo, Palatino Comiti Reni; MINISTERIALIBUS ſuis, & univerſis Burgenſibus ſuis in Brunſwic &c.* & Formula Transactionis inter dictum *Henricum*, C. P. R. ducemque Saxoniæ, & Archi Epiſcopum Bremenſem, de An. 1219. apud Authorem *Aſſertionis Libertatis Bremenſis*, p. 786. & Dn. *Tolnerum* l. c. pag. 60: *Palatinus Comes hæreditatem, quam poſſedit, jure proprietatis, in Comitia Stadenſi, tam in MINISTERIALIBUS, quam in Prædiis & mancipiis,* [illegible] *Præpoſituram Wildethuſenſem Eccleſiæ Bremenſi* [illegible]*it in proprium &c.* paucisque interjectis: *MINISTERIALES autem Ipſius Palatini, Ejus juſſu, juraverunt, & Fidelitatem fecerunt Eccleſiæ Bremenſi; & Bona, quæ hactenus à Palatino tenuerant, jure Miniſterialitatis, in Jure Feudali ab Eo receperunt &c.* Charta, qua *Luderus*, Verdenſis Epiſcopus; *Guncelinus* Suerinenſium, & *Bernhardus* Dannenbergenſium, Comites, Anno 1227. teſtantur, quod *Fridericus*, Suerinenſium Comes, & Canonicus Hildesheimenſis, Bona ſua in Villa *Lembeke*, Cœnoblo *Ebbekeſtorpe*, jure hæreditario contulerit poſſidenda, cujus copiam poſſideo, ubi: *Præterea quidam MINISTERIALES de Luneborg affuerunt: Olricus Vultur; Bernardus Sprenger; Olricus de Blüchere; Manegoldus; Nicolaus Dapifer; Gevehardus de Maldeſem; Wichbertus; Conradus de Palude; Henricus Scake; Ricwardus &c.* Diploma *Ottonis Pueri*, Ducis Brunſuic. & Luneb.

de

de An. 1234, quo varia Beneficia in Cœnobium S. Michaëlis Luneburgi transfert, cujus copia itidem apud me: *Hujus facti teſtes ſunt ---- MINISTERIALES Noſtri: Segbebandus & Thidericus, frater ſuus* (de Monte) *Wernerus* (de Medinge) *Marſcalcus, & Frater ſuus, Fredericus; Otto Magnus* (Grote) *& Frater ſuus, Wernerus; Otto de Boyceneborg, & frater ſuus, Thidericus; Gerardus de Doren; Waſmodus* (Kind) *& frater ſuus, Otto; Olricus Vultur* (Gyr, vel Geyer) *Eckehardus Scako; Gevehardus Juvenis; Hartmannus Advocatus; Alexander de Odem; Olricus de Blügere; Sicfridus de Echem; Johannes de Mule, & frater ſuus, Wernerus &c.* Diploma *Alberti & Johannis* Ducum Brunſuic. & Luneb. de An 1266. cujus præced. §. 4. lit. f. memini; Nec aliter *Conradus* de *Fabaria, S. Othmari* Presbyter, de *Caſibus Monaſterii S. Galli*, Cap. VIII. apud *Goldaſtum* l. c. ad An. 1208. pag. 76: *Abbas, Seniorum Fratrum poſtpoſito conſilio, ſed MINISTERIALIBUS magis aſſentiens, qui potentiam dicti Ducis formidabant &c.* & Cap. X. pag. 79: *Contentione item in Epiſcopatu cum MINISTERIALIBUS habita &c.* & Cap. XIII, p. 81: *MINISTERIALES vero hujusmodi verborum aggredi attemptabat & Schematibus: O Præclariſſimi Milites Beati Galli, Vos proſapia Generis, & Nobilitas, ac Magnificentia Eccleſiæ, magnificavit, imò & ipſa in Vobis magnificatur, & in Filiis veſtris. --- Providendum eſt Veſtræ, ut credo, & Nobilitati, & propagini, ne in manus incidamus illorum, de quibus non facile poterimus eripi &c.* Quamquam adulatorio ſermone hæc proferuntur, dum *Nobiles* tunc temporis *Miniſterialibus* opponebantur, ut *Liberi ſervientibus*, quod præced. lit. b. Conſtitutione *Friderici I.* Imp. de An. 1187; *Ottone Friſingenſi* lib. 2. de *Geſtis Friderici I.* Cap. 28; Transactione *Ottonis IV.* Imp. cum *Ludovico* Bavaro, de An. 1212, Diplomatibus *Rudolphi* Imp. de Ann 1273. & 1278. aliisque chartis publicis, abundè probatum.

De *Nobilibus Imperii Immediatis*, inquit Dn. *Schilter*, in *Diatriba* de *S. R. I. Comitum Prærogativa*, §. XII. p. 13: *Miniſteriales fuiſſe nominatos* (de quibus hic agitur) *Nobiles Imperii Immediatos*, confitetur *Caſpar Lerch, in principio Libelli*, (de Nobilitate Germaniæ) §. 2; *Zu wiſſen iſt, daß die Teutſche Reichs-Freye von Adel, in uhralten Archivis, Edeling, Freyling --- und Miniſteriales, Feudatarii Cæſaris, Reichs-Vaſallen, genennet werden.* Itemque, pag. 211: *Ein Edelmann des Reichs, der Miniſterialis Imperii & Cæſaris eſt &c.* Concluſio tamen propterea non facienda; Vocatur quis *Miniſterialis*; ideoque ex ordine fuit *Nobilium* immediatè Cæſari & Imperio ſubjectorum.

(*f*) EDELMAN &c. Etymon hujus vocabuli derivat *Spangenbergius*, lib. 2. *Adel-Spiegel*, Cap. I. fol. 5. a verbo: *Haben*; & ſubſtantivo, *Heyl*; quaſi dicas: Hat Heil; ibi: *Und komt das Wort Adel, oder Edel, her --- von den zweyen Worten: Hat, und Heil; und bedeuten dieſe beyde Wœrtlein, Hat, und Heil, zuſammen geſetzt, ſo viel, daß dieſes, davon man ſagt, und es Adel, oder Edel, nennet, Heil habe; Das iſt: daß es etwas hohes, fürnembliches, fürtreſſlichs, gutes, heiles und gantzes ſey, auch unter andern etwas nützliches, kræfftiges und heilſames habe &c. Solcher jetztgehœrten guten Bedeutung halber, wird nun dieſer Nahm Edel, Adel, oder Adelich, ---- nicht nur allein Fürtreſſlichen Menſchen, ſondern auch andern Creaturen, zugelegt, die etwas beſonderes, Krafft, Starck, Güte, Vermœgens, Würckung, oder dergleichen Vortheil, für andern, haben &c.* Conf. idem, lib. 1. Cap. 7. Illuſtriſſimus Comes *Reinhardus* Solmenſis, *in der Beſchreibung des Adels*, pag. 10. Nobiles, dictos putat *Edelleute*, ſive *der Adel* ab Aquila Imperiali, ibi: *Die Stein in den Ringen, heiſſt man, dem Adel nach, Edelſtein; gleich wie man ſagt, ein Edelmann. Warumb heiſſt man ſie Edelſtein? Darumb, daß man ſagt: ſie haben Tugenden an ihnen, als einer, von dieſer; der ander, von jener; alſo ſoll auch der Adel von Tugend ſeyn. Warumb hat der Kayſer den Adler? Daß er der hœchſte fliegend Vogel unter allen andern Vœgeln iſt, und ſie ſich vor ihme fürchten, und ein Aufſehens auf ihn haben. Warumb heiſſen die von Adel, Edelleute, das iſt, Adlers-Leute? Daß Sie zum Adler gehœren, helffen Ihn mit dem Schwerd vertheidigen und Handhaben &c.* Hinc ſua *Speidelius*, voc. *Adel*, pag. m. 12; & *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. I. §. 10 & 11. pag. 4. Benè autem ad hæc *Spangenberg* l. c. lib. 2. Cap. 2. fol. 6: *Allein iſt dieſes hier zu behalten, daß die Alten Teutſchen, gleich wie auch die Chaldæer, den Adler, einen Aar, Ar, oder Arn, nennen; und weil der Arn Art und Geſchlechte mancherley ſeye, als Falck-Arn, Stoß-Arn, Meuß-Arn, werden die beſten Arn, Edel-Arn genennet; Daß Adler ſo viel iſt, als Edel-Aar; und alſo das Wort Adel, nicht von Adler, ſondern der Nahme Adler, vom Wort Adel, oder Edel, herkœmt &c.* Licet & Dn. *Caſparus à Lerch*, in ſæpe cit. Tract. de *Equeſtri Ordine*, f. 4. fac. 2. §. *uber dieſen &c.* prioris ſit ſententiæ, ſcribens: *Daß die Teutſche Reichs-Freye von Adel, in uhralten Archivis, Edeling, Freyling, oder Edlingi, Edelknecht, oder Adlarsknecht, weil ſie den Kayſerlichen Adler gefolgt und gedienet, & Cæſari ab armis erant, und Miniſteriales; Feudatarii Cæſaris; Reichs-Vaſallen; Valvaſores; Milites Cæſariani; Scutari;*

Scutiferi; Galeati; Armigeri; Nobiles; Equites, Aurati; Fideles; Heroës; Liberi Homines und Freye Leuthe, Generoſi item, Gentiles, à ſuæ generationis genere; ſeu Familia Illuſtri; Strenui; Validi; Ingenui; Ingeniales; Noſcibiles; Notabiles; deßgleichen, die Strenge Wapffeling; Knape; Wapener; Edeldegen; Manne; Vaſalli; Viri; à virtute & valore; item, Equeſtres; Knecht des Reichs, oder Ritterſchafft, genennet, *und mit dergleichen honorificis prædicatis, wie auch Junckherrn, weil Equites, oder die Ritter, Herren geweſen, ihre Kinder, als Junge Herren man geehret hat, angedeutet worden ſeyn &c.* Alii provocant ad *Adelingos* Saxonum, Gentis veluti *Nobiliores;* Vid. *Knichen* de *Jure Territor.* c. I. §. 13; quo ſenſu *Otfridus,* in carmine de *Ludovico* Germanico, apud *Lambecium,* lib. 2. *Commentar. Bibliothecæ Vindobonenſ.* Cap. V. p. 423.

So iſt therſelbo Franko,
So iſt therſelbo Ediline,
Ther beizit avir Ludowi &c.

Quæ *Lambecius* in margine l. c. reddit: *So iſt derſelbige Francke; ſo iſt derſelbige Edeling, oder Edler Herr, der da heiſſet Ludowig &c.* & *Paulus Diaconus,* lib. I. de *Geſtis Longobard.* Cap. 14. in vita *Wachonis* Regis, p. m. 362: *Omnes autem Adelingi fuerunt; ſic enim apud eos* (Francos) *quadam Nobilis proſapia vocabatur &c.* (Quem locum etiam *Sagittarius,* de *Regno Thuringiæ,* lib. I. Cap. 3. §. 22. p. 49 notavit;) & *Nithardus,* lib. 4. *Hiſtor. Franc.* pag. m. 478: *Sunt enim inter illos,* (Saxones) *qui Edhilingi; ſunt, qui Frilingi; ſunt, qui Lazzi, illorum lingua dicuntur; Latina verò Lingua, hoc ſunt: Nobiles, Ingenuiles, atque Serviles &c.* (unde ſua Dn. *Schilterus,* lib. I. *Inſtitut. Jur. Publ.* Tit. VI. §. 2. pag. 77.) & *Rogerus de Hoveden,* Part. Prior. *Annal Angl.* ad An. 887. pag. m. 420. *Elfredi* Regis memor: *Duo nobiliſſima conſtruxit Monaſteria, unum Monachorum, in loco, qui dicitur Ethelingege, i. e. Nobilium Inſula &c.* Et *Wilhelmus Malmesburienſis,* de *Geſtis Regum Anglorum* lib. 1. apud *Savile,* de *Scriptoribus Rer. Anglicar.* pag. 251 *Eodem modo & Filii Regum Anglorum - - - communiter Ethelingi dicuntur &c.* & *Hachenbergius, German. Media,* Diſſ. 2. de *Generibus, ſive Ordinibus Veterum Germanorum,* §. 8. pag. 27 & 28; *Primus erat Ordo Nobilium, quo nomine fuere Inſignes, qui aut fortibus factis gloriam ſibi ipſis quæſiverant: aut, quorum Stirps ſtabat:*

Per tot ducta Viros antiquæ ab origine Gentis.

Unde Saxonibus, Franciſque, Adelingi, Eadlingi, Edhilingi, dicebantur; quod, ut in Legibus Edwardi Confeſſoris eſt, in quadam Regione Saxoniæ, Ling, imago dicitur: Adela, Anglicè; Nobilis, Latinè: quod ſimul conjunctum ſonat, Nobilis Imago, Eadling &c. & Clar. Dn. *Schurtzfleiſchius,* in Notis ad *Michaëlis Bojemi* vitam *Alberti III.* Saxonum Ducis, pag. m. 119: *Haud aliter cum reliquis ejus Gentis Proceribus, quorum flos atque robur Graviones; materia, & quaſi Seminarium, Adelingi, erant, actum fuit &c.* Verum, hic rurſus principii petitio; quæritur enim, annon vox ipſa *Adelingi,* à voce *Adel* deſcendat? Alii ad Græcorum ἆθλον, ſeu certaminis præmium, confugiunt. Alii radices plane Hæbraicas hoc titulo proferunt. Sed remoti nimis hi fontes. Nec mos eorum laudandus, qui, ubi de Vocabuli cujusdam Germanici Etymologia quæſtio, ad Turrim ſtatim Babylonicam ruunt, ac ſi omnium vocum vera appellationis ratio reddi poſſet. Conf. de aliis ſententiis *Beſoldus,* Theſaur. voc. *Adel,* p. m. 12; *Limnæus* l. c. §. 12. &c. p. 4. & 5. Mihi videtur, ipſum vocabulum *Edel,* originarium eſſe, & denotare *excellens* quid, ſeu *præclarum;* hinc non malè Dn. *Praunius, im Adelichen Europa,* Part. I. Cap. I. §. 5. pag. 11: *Das Wort Edel, hat ſonſt unterſchiedene Bedeutungen; Denn man ſagt auch von den Thieren und Steinen, daß ſie Edel ſeyn; Die Diamant, Rubin und Saphir, werden Edle Stein, oder Edelgeſtein* genennet. *Sic Nobiles cancros, nobiles piſces, apud Claudianum legimus, & Plinium. Alles, was das andere in ſeiner Art übertrifft, das wird Edel geheiſſen &c.* Specificè nonnunquam in Legibus Imperii, *Ritter & Edelmænner* celebrantur, v. g. *In der Kœniglichen Satzung zu Wormbs, von dem Gemeinen Pfenning,* de An. 1495. Tit. VII. *Von der Einnahm der Auflegung,* ibi: *Und ſollen Wir, Maximilian, Rœmiſcher Kœnig, und jeder Churfürſt, Geiſtlich oder Weltlich, Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, Ritter, Edelmann, Commun und andere &c.* Conf. *Reformation guter Policey zu Augſpurg,* de Ann. 1548. Art. IX. *Von unordentlicher Kœſtlichkeit der Kleidung;* verb: *Und aber die Kœſtlichkeit der Kleydung unter den Herren, Ritterſchafft, Adel, Bürger und Bauersman, dermaſſen überhand genommen &c.* & rurſus Art. XI, *von Adel,* ibi: *Ferner ſollen die vom Adel kein Sammet, oder Carmeſin Atlaß Rœck tragen, und ihnen, zum hœchſten, Damaſt, oder dergleichen Seiden, zugelaſſen ſeyn - - - jedoch ſollen Ritter ausgeſchieden ſeyn, welche güldene Ketten offentlich ohne Schnür antragen mœgen &c.* & §. 5. Item, *der vom Adel, Haußfrawen, mœgen vier Seidener Rœck ihnen anmachen laſſen - - - doch ohne Perlin, Silber oder Gold - - - Aber eines Ritters Weib, mag ſolche Verbræmung mit Perlin,*

Gold

Gold oder gœlden Tuch, doch oben herum und nicht hæher, dan eines halben Viertheils einer Elenbreit, thun &c.

(g) KNECHTE &c. Vocabantur hoc nomine, qui miniſteria in Aulis & Bellis, nec ſolùm Principibus & Comitibus, ſed & *Equitibus* ſeu *Militibus* aliis, *denen Rittern &c.* præſtabant. Ita *Reinerus Reineccius*, Tr. *von des Adels anfænglichen Herkommen*, fol. 144: *Edle Knechte ſeind die andern Niedrigen vom Adel geweſen, und haben dahero dieſen Nahmen bekommen, daß ſie den Herren in Kriegen, und andern Handeln, mit Dienſt verpflicht geweſen &c.* & *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Serviens*, p. 822: *Serviens, Armiger, Ecuyer, ſic dictus, quod Militi quodammodo ſervitium exhiberet, & obſequium; ejus quippe ſcutum & arma deferebat, unde Scutifer dictus &c.* & *Petrus Lambecius*, lib. 2, *Originum Hamburgenſium*, p. m. 9: *In Reſcripto Imperatoris Marciani, quod extat Cod. de Summa Trinitate: Militia ſumitur pro Nobilitate, quæ armis comparatur; & Militares nuncupantur ejusmodi Militia, ſeu Nobilitate, præditi - - - Cæteri Nobiles, Equeſtris dignitatis expertes, dicebantur Famuli, Germanicè knapen; ut in diplomate Chriſtierni, Regis Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ, dato Segebergæ, An. 1470, quod extat integrum in Mantiſſa Veterum Diplomatum, §. 558: Item, Edele Knechte; in Decreto Taſſilonis, Ducis Bojoarium, Tit. I, §. 7, vocantur: Adelſchalchi, hoc eſt, Servi, ſeu Famuli Nobiles; Item, Servi Principis, qui Aulam ſequebantur &c.* Conf. *Nolden*, de *Nobilitate*, Cap. I. §. 58, p. 21 &c. *Beſoldus*, *Theſaur.* voc. *Adel*, p. 12; *Meibomius*, Not. ad *Herlingsbergam*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 802, verbis præced. lit. c. occurrentibus; ut & Not. ad *Northovii Origines Marcanas*, ibid. pag. 413, nec non ad *Lerbeckii Chronicon Schaumburgicum*, ibid. pag. 533, verbis præced. lit. e, productis; Dn. *Hugo*, de *Statu Regionum German.* Cap. IV, §. 22; Dn. *Coccejus*, *Juris Publici Prudentia*, Cap. XXXI, §. 14, pag. 441; aliique præced. lit. e, laudati. Verba Decreti *Taſſilonis*, Dingolfingæ promulgati, ſunt; *Servi Principis, qui dicuntur Adelſcalhe &c.* vid. *Gewoldus Addit.* Tom. I. *Hundii Metropolis*, p. 461. Ante Seculum XIII, hactenus non offendi, *Famulos* in Diplomatibus; aſt ſeculo iſto, frequens eorum mentio, chartis teſtibus, præced. lit. c, v. 8, allegatis. Literas *Henrici & Friderici*, Stolbergentium Comitum, de An. 1254, quibus Contractum emptionis venditionis, inter Moniales de *Kelbra*, & Eccleſiam Valekenredenſem, ratum habent, ſignarunt: *MILITES: Sigfridus de Artere, Præfectus; Fridericus de Brugge; Gerbodo de Steten; Bertholdus de Berge;* SERVI: *Otto de Steden, Conradus & Henricus, Fratres de Segerfelder; Henricus de Weſſingen; Hugo de Badere; Henricus de Linungen &c.* Vid. *Eckſtormii* Chron. *Valckenred.* p. 95, ibidemque pag. 74, 113, 121, 123 &c. In Diplomate, quo *Albertus*, Dux Brunſuic. & Luneb. ſub dato *Ulleſſe*, 1278, omnibus notum facit, quod, una cum Patruo ſuo, *Ottone*, Præpoſito, & Sanctimonialibus Cænobii *Medingenſis*, decimam Villæ *Nigendorpe*, vendiderit, legitur: *Hujus rei teſtes ſunt: Nicolaus, Præpoſitus in Medinge; Gevehardus Magnus;* (Grote) *Heyno de Vreſtede; Ekkehardus de Boycheneborch; Ludolfus de Mervede; Olricus de Tune, MILITES; Gevehardus de Sculenborch, & Gevehardus de Monte, FAMULI &c.* In alia Charta, de An. 1300, quam poſſideo, qua *Bertramus* de *Harboldeſſen*, Cœnobio *Ebſtorfienſi*, pro nonaginta Marcis argenti Bremenſis, decimam Villæ *Weynede* ceſſit: *Ut igitur univerſa ſuperius narrata, inviolabiliter ſerventur, ego me, pro ſtabili ſingulorum & univerſorum premiſſorum obſervantia, fide manuali preſtita, ſepefato Manegoldo de Eſtorp, dicto Schlichte; Segebando de Monte; Hunnero & Gerhardo, Fratribus, dictis de Odem; Ludolfo & Conrado, Fratribus, dictis de Eſtorp, MILITIBUS, & Hinrico, dicto de Wittorp, FAMULO, nomine Prepoſiti & Monaſterii, preſtita, obligavi &c.* In alia, de An. 1301, Feria 3. poſt Dominicam *Invocavit: Ick Anne, und Henninch min Sone, KNAPEN, geheten van Bodendike, bekennen und betbugen, in deſſem openen Breve, dat Wi Jungben Egbarde, und Otten, Sinen Broder, KNAPEN, geheten van Eſtorpe, und eren rechten Erven, hebben vorkoft, enen uſen Hof tho Goghendorpe &c.* In alia, ejusdem Anni, qua *Arnoldus de Saſſenhagen*, Miles, publicè fatetur ſe, ex conſenſu Filiorum ſuorum, *Johannis & Arnoldi*, contuliſſe Monaſterio *Schermbecke*, pro remedio animarum uxorum ſuarum *Agnetis & Eliſabeth*, partem agri, quinque ſcil. virgas, juxta manſum S. Spiritus prope *Erteneborch*, ſingulis annis octo ſolventem ſolidos, *cujus rei teſtes: Dominus Adolfus Scacke, & Dn. Fredericus, dictus de Valckenberge, MILITES; Hinricus de Wittorpe, & Hinricus Scacko, FAMULI &c.* In alia, ſub dato *Luneborgh*, Ann. 1307, in die Apoſtolorum *Philippi & Jacobi*, qua *Conradus, Miles, dictus de Eſtorpe, Caſtellanus in Luneborgh*, conſenſu filiorum ſuorum, *Manegoldi, Eylardi, Ludolfi & Conradi*, pro centum & ſexaginta marcis Hamburgenſium denariorum Cœnobio *Lunenſi* vendidit Decimam in *Aſendorpe*: *Hujus rei teſtes ſunt --- Ludolfus de Eſtorpe; Gerardus de Odeme; Wernerus Senior & Wernerus,*

rus Junior dicti de Medinghe, ***MILITES***; *Henricus & Seghebandus dicti de Withdorpe, & Willekinus de Stadis*, ***FAMULI*** *&c.* In alia, ſub dato *Luneborg*, An. 1309, in die B. *Viti* Martiris, qua *Everhardus de Odeme*, Senior, Dn. *Chriſtiano de Bolterſen*, Sacerdoti & Vicario Altaris SS. Euchariſtiæ, in Eccleſia *S. Ciriaci*, *Antiquæ* Civitatis *Luneborg*, ad perpetuam Vicariam ejusdem Altaris, pro 22. marcis denariorum Hamburgenſium, de molendino ſuo *Odeme*, duas Quadrantes bonæ ſiliginis, annuæ penſionis, vendidit; *cujus rei teſtes ſunt: Dn. Ludolfus & Dn. Conradus, Fratres de Eſtorpe; Dn. Gherardus de Odeme*, ***MILITES***; *Scacko major, Everhardus de Odeme; & Frater Patrui mei*, ***FAMULI*** *&c.* In alia de An. 1324, *to Sente Johannes Dage to Middenſomer: Ich Ekbart van Eſtorpe*, ***KNECHT***, *Hern Manegoldes Sone, des Struven, des* **RIDDERS**, *bekenne und betuge, in deſſeme openen Breve, dat ich --- vercope, und hebbe vercoſt, Engelbertuſe, und Johanne, den Broderen, minen Omen, und eren rechten Erven, enen Hof to Bretze --- dat love ich un Truwen, und mine Medelovere, de hirna beſchreven ſtan, mit ener ſameden Hant: Her Otto van Thune; Her Johan van Thune; Her Boldewin van Lobeke*, ***RIDDERE***; *Gherlich van Lobeke*, ***KNECHT***, *Im und eren rechten Erven, und, to erer Hand, Hern Seghebande van Wittorpe, deme* **RIDDERE**; *Egberte van Medinghe, und Manegolde van deme Berghe, den* **KNECHTEN**, *eren Omen &c.* In alia, de An. 1329, *in Sunte Olrikes Dage: We Heyne und Harbort*, ***KNECHTE***, *van Nytzen, Brodere, geheten Sin, bekennen --- dat Wi, mit Willen, und mit Vulbort unſer rechten Erven, hebben vorkoſt, und vorkopen, rechtes Kopes, Seghebande van Wittorpe, und Engelberteſe, den halven Tegeden to Brockehovede, vor vertich Marck Luneberger Penninge -- Dat lowe wi, Heyne und Harbort, in Truwen, Seghebande und Engelberteſe, und, to erer Hant, Hern Gheverde van dem Berge; deme* **RIDDERE**; *Wernere van dem Berge, Seghebande van dem Berghe, Hern Segebandes Sone, den* **KNECHTEN** *&c.* In alia de An. 1361, *des Mytwekenes to allermanne Vaſten: Wy Johan und Ernſt, Brodere, ghebeten Sporeken*, ***KNAPEN***, *bekennen, in deſſeme Breve, apenbar, vor allen ghuden Lüden, dat wy --- hebbet endrachtliken vorkoſt ewichliken, deme Erliken Manne, Her Dyderike Langhelghen, deme Proveſte, Elſeben, der Pryorinnen, und deme gantzen Convente des Cloſters tho Nygen-Medinghe, eynen Hoff in deme Dorpe tho der Stroth --- vor viff und druttech Marck, Luneborger Pennynghe &c.* In Alia, de An. 1368: *Ik Johan Wittorpe*, ***KNECHT***, *Wandaghes, Sone Heren Seghebandes van Wittorpe, enes* **RIDDERS**, *deme God gnedig ſy, bekenne, in deſſem openen Breve, dat Ik --- vor vertich Mark Luneburger Penninghe --- enen Hof in deme Dorpe to Emmeſſen --- vorkoſt, und ut myner Were laten, Hern Claweſe Flœrcken, de nu des Rades Scriver is to Luneborch &c. &c. &c.*

Adhibuiſſe nonnunquam *Famulos* Prædicatum NOS, documento ſunt ſequentes Chartæ, quarum copias poſſideo, v. g. Una, ſub dato *Luneborg*, An. 1319, *Sabbato poſt Aſſumptionem B. Virginis Mariæ*, quæ ſic incipit: *Ad noticiam cunctorum Chriſti Fidelium cupimus pervenire, quod* ***NOS***, ***Everhardus FAMULUS***, *dictus de Odeme, de bona voluntate & conſenſu omnium Heredum* ***NOSTRORUM*** *legitimorum, vendidimus Dn. Chriſtiano, Vicario Altaris Corporis Chriſti*, ***NOSTRUM*** *molendinum in Odeme --- pro viginti quinque marcis Luneburgenſium &c.* Alia, de Anno 1320, ubi: *Univerſis preſentium auditoribus cupimus fore notum, quod* ***NOS***, *Otto*, ***FAMULUS*** *de Schulenborg, cum ordinavimus divortium de Bonis* ***NOSTRIS*** *Feudalibus, & de Patronatu, cum Conſanguineis* ***NOSTRIS***, ***MILITIBUS***, *Ottone, Ghevehardo, Wernero, dictis Groten, decima in Byhuſen, tam major, quam minuta, cum omni ſuo jure, pro rata eorum, eſt ſortita, Fortuna donante; quod* ***NOS*** *Otto, prefatus* ***FAMULUS***, *cum moniti fuerimus, coram preſentamus, & ubicunque, & quandocunque proteſtamur, literis* ***NOSTRIS*** *patentibus, ſigillo* ***NOSTRO*** *munimus; datum An. Domini, 1320, die Aprilis XIV &c.* Alia, de An. 1323, *Dominica, qua cantatur Miſſa Domini*, ibi: *Noverint univerſi Chriſti Fideles, preſentem literam videntes, ſive audientes, quod Nos, Godfridus* ***MILES***, *& Hunerus, Filius ſuus*, ***FAMULUS***, *dicti de Odem ---- vendidimus Bona quedam noſtra, noſtro ſpeciali amico, Ottoni de Melbeke*, ***FAMULO***, *& ſuis veris & juſtis Heredibus, duas ſcilicet domos Noſtras, ſive duas Curias Noſtras, in Villa Melbeke ſitas --- pro nonaginta marcis --- Et Nos, Ghevehardus, & Germanus ipſius, Gherardus, Filii Domini Gherardi de Odem, b. m. &* ***NOS***, *Johannes*, ***FAMULUS***, *Filius Dn. Ghevehardi de Odem, pie recordationis --- pro eadem Warandia ſtabimus &c.* Alia, de An. 1335, in die omnium Sanctorum, ubi: ***NOS***, *Boldewinus de Lobeke*, ***MILES***; *Gerlacus, Filius ſuus*; ***NOS***, *Gerlacus*, ***MILES***, *& Filius ſuus, Heinricus; &* ***NOS***, *Johannes*, ***FAMULUS***, *eorundem* ***MILITUM*** *Frater, communiter dicti de Lobeke, preſencium*

reco-

Digitized by Google

recognoſcimus teſtimonio literarum, quod - - - - vendidimus, Honorabilibus Viris & Diſcretis Dominis, Abbati, Priori, totique Conventui Monaſterii S. Michaëlis in Luneborg, noſtram integram Decimam, tam majorem, quam minutam, in Wilrezingheborſtelde, cum omni fructu ac utilitate, & penitus cum omni Jure - - - pro centum marcis denariorum Luneborgenſium &c. &c.

Quandoque & certis honorum titulis compellantur, veluti in Charta An. 1326. in die Johannis Baptiſtæ, ubi: Nos Ghevebardus D. G. Comes Holſatie, necnon Detlevus, Miles de Wenſin - - - recognoſcimus, quod omnibus DISCRETIS FAMULIS, quos VALIDUS FAMULUS, Godevardus Grote, duxit ad Noſtrum ſervitium, videlicet Bertoldo Hoſtich, Hildemaro Schake, Hermanno de Wreden, promiſimus data fide, cuilibet horum ARMIGERORUM, decem marcas puri argenti, in feſto Nativitatis B. Virginis proximo &c. In alia, de Anno 1340. in die B. Michaëlis, ubi: Ego Manegoldus de Eſtorpe, FAMULUS, recognoſco lucide preſentibus, & proteſtor, quod promiſi, & in preſentia promitto, HONESTIS FAMULIS, Henrico, & Eghehardo, Fratribus, dictis de Eſtorpe, Filiis Ottonis de Eſtorpe, & ipſorum veris Heredibus, Bona infra ſcripta, ab ipſis, per me, ritè & rationabiliter empta, redimendo me daturum &c. In alia, de An. 1347. in Feſto Philippi & Jacobi Apoſtolorum, teſtantur Ludolfus Præpoſitus, totusque Conventus Ancillarum Chriſti in Medinge, quod Elizabeth Gernouwe, Conventus ſui Prioriſſa Venerabilis & devota, perſolverit, ſuis propriis denariis, cum ſpeciali Conventus voluntate & conſenſu, duodecim ſolidorum redditus, quos comparaverint de Statman, & ſuis Heredibus, in Curia in Villa Honſtorpe; cum pleno ſcitu & conſenſu, Hinrici de Zwerin, FAMULI STRENUI & FAMOSI &c. In alia, de An. 1352. in dem Hilgen Dage to Palmen, ubi: Ick Eghard, de Eldere, van Eſtorp, bekenne in deſſem openen Breve, dat Ick, mit Vulbord alle miner Erven, hebbe to loſende dan, den HOVESCHEN KNAPEN, Egharde und Otten, Brodern, Ludolphes Sone van Eſtorp, mines Broders, dem God gnedich ſi, und eren Erven, enen Hof tho Heynſe &c. Rurſus, in alia, ejusdem anni, in dem Hilgen Dage Proceſſi und Martiniani der Hilgen Mertelere, ibi: Wy Eghard, de Oldere, Eghard und Segehand, ſine Sone, KNAPEN, geheten van Eſtorpe, bekennen in deſſem openen Breve, dat Wy, mid ganzem Willen al uſer Erven, - - - - hebbet vorkoſt, to enem rechten Erve-Kope, den HOVESCHEN KNAPEN, Egharde und Otten, Ludcken Sone van Eſtorp - - - - enen uſen Hof, de ictb in dem Dorpe to Scezendorp &c. An. 1354, in die Sancto B. Valeriani Martiris, profitentur, Hinricus & Manegoldus, Fratres, dicti de Eſtorp, FAMULI: Unita manu fidetenus promiſimus, & promittimus, per manus, & hys ſcriptis, FAMULIS HONORABILIBUS, Echardo & Ottoni, Fratribus de Eſtorp, per ipſos volumus, debemus, ut ſicut jure aſtringimur, eos indempnes eripere, ab omni dampno promiſſionis, ſeu impetitione, ab eadem exorta, factæ, noſtri nomine, Dn. Johanni, noſtro Fratri, dicto de Eſtorp, S. Ordinis B. Franciſci, ſi quis, quod abſit, incurſerit contradictionem, pro quavis avulſa & ammota &c. Alia, de An. 1361, Craſtino die S. Scolaſtice, Virginis Glorioſe, ſic incipit: Ik Lu[illegible]er Manegolt und Werner, Brodere, gheheten van Thodendorpe, bekennen und betughen - - - dat We, mit Vulbort al uſer rechten Erven, hebben vorkoſt, tho rechteme Erve-Kope, den ERAFTIGHEN KNAPEN, Johanne und Erenſte, Dydericus und Hynrike, Broderen, de Sporcken gheheten, eynen Hof in deme Dorpe tho Wendeſchen Thodendorpe - - - vor XII. Mark Luneborgher Penninghe &c. Alia, ejusdem Anni, ipſo die S. Stephani Prothomartyris, qui eſt ſecundus dies poſt Nativitatem Chriſti, ubi: Ick Jerick van Berskampe, bekenne und bethuge apenbar - - - dat ick, mit Vulbort al myner rechten Erven, vorkope, tho rechteme Erve, deme ERHAFFTIGEN KNAPEN, Johanne Sporeken, Erenſte und Henrike, ſynen Broderen, und eren rechten Erven, twe Hove, eynen in deme Dorpe Tho der Strod, darinne wanet en Man, de het Wernekе; und den anderen, in dem Dorpe tho Almeſtorpe, dar nu inne wonet en Man, de het Lüder, vor 1. Marck Luneborgher Pennynghe, mit allerleye Rechte und Nut &c. Alia de Ann. 1373, in den Midweken na Oculi, in der Vaſten, ibi: We Magnus von Gaddes Gnaden, Hartoge to Brunſwich unde tho Luneborch, bekennen openbare - - - dat We den VROMEN KNAPEN, Ernſte Sporeken, und Johanne, ſinem Vedderen, Unſen Leven Getruen, und eren rechten Erven, ſchuldig ſyn, vertich lodighe Marck, Brunſwiſcher Wichte unde Witte, darvor We ome vorpenden, unde vorſetten, alle unſe Gud, dat We hebben in deme Dorpe to Langeleghe &c. Alia, de An. 1377, in deme Hilgen Dage Sunte Michel des Ertzengels, ibi: Ich Frederich van Sozendorpe - - - bekenne - - - dat ich - - - hebbe vorkoſt, to rechtem Ervekope, den VROMEN KNAPEN, Hermene Sporken, Hanſſe, Sinem Brodere, und eren Erven, minen Hof to Sodendorpe - - - vor vertich Mark Luneborger Penninghe &c. Alia de Ann. 1412. Feria VI. proxima ante Dominicam, qua cantatur: Oculi, ubi: Nos Conſules

Civitatis Luneborg --- proteſtamur in his ſcriptis, quod STRENUI FAMULI, Johannes, Albertus, Hinricus & Johannes, Fratres, dicti Sporeken --- vendiderunt, & in judicio reſignaverunt, Johanni filio Jacobi de Molendino --- dominium dimidiæ, ſiniſtræ Wechpannen, Domus Vorkerden-Berdinge, in Salina Luneborg &c. De aliis ut taceam.

(h) DIENSTLEUTHE &c. i. e. Miniſteriales, Vaſalli &c. Vid. præced. lit. e.

(i) EDELKNAPEN &c. Olim Servitores; ſic in Chronico Laurishamenſi, ad An 1147, apud Freherum, pag. 92, ubi inter teſtes: De NOBILIBUS, Bobbo Comes, Bertholſus frater ejus, Magenes, Cunradus. De SERVITORIBUS, Cunradus, Bertholſus, Craft, Drugebodo, Giſelberus, Diedericus; & de PLEBE quamplurimi &c. Conf. præced. lit. c, & g.

(k) ARMIGEROS &c. Hoc loco, ante omnia, titulo hoc intelliguntur Schild- oder Waffen-Træger; Ita appellati, quod Principum, aliorumque Equitum Auratorum, enſem & ſcutum deferrent, armatosque ducerent equos. Du Freſne, Gloſſ. voc Armiger, p. m. 332, ait: Præſertim verò videntur appellati Armigeri, qui Principum enſem & ſcutum deferrent, quibus ii uterentur, ſi neceſſitas incumberet &c. & p. 335: Armigeri, poſterioribus Seculis, appellati ſunt potiſſimum Nobiles inferioris ordinis, quod, in Bellis, Militum, ſeu Equitum, Arma gererent, quo iis in præliis induerentur. Nam cum graviora eſſent Militum arma, habebant illi Armigeros ſuos, qui ea deferebant, donec opus haberent. --- præſertim autem Scuta Militum deferebant, & Haſtas, unde Scutarii, & Scutigeri, vulgò Ecuiers, appellabantur &c. Sic Camdenus, in Britannia ſua, & quidem in Deſcriptione Provinciæ Eboracenſis, p. m. 80, Edit. Londin. 1587: Armigeri, nobis Esquiers, his (Equitibus) proximi ſunt, qui vel à Clypeis gentilitiis, quæ in Nobilitatis inſignia geſtant, vel, quia Principibus, & Majoribus illis Nobilibus, ab armis erant, nomen traxerunt &c. & Spelman, Gloſſ. voc. ead. pag. 42: Armiger nuncupatus eſt, qui Domini ſui arma bajulat, ipſisque Eum cingit &c. Dn. Praun, im Adelichen Europa, Part. 3, Cap. 7, §. 588. pag. 476: Die Junge Edelleute, ehe Sie recht mannbar worden, wurden Armigeri genennet, und führten den Rittern ihre groſſe geharniſchte Pferd, oder Dextrarios, welche die Frantzoſen Palefrois nennen, welches ſo viel geſagt iſt, als ein Pferd, welches man par le frein, an der Hand, führet &c. & §. 589: Dann, weil dieſer Geharniſchte Zeug ſehr ſchwehr war, ſo muſten den Rittern die Waffner ſolche, biß zum Fall der Noth, nachführen &c. Saxonibus vocati olim Scilpor; teſte Paulo Diacono, lib. 2. de Geſtis Longobardorum, Cap. 14. p. m. 375; qui memor convivii Alboini, Longobardorum Regis, in quo conjugi Roſimundæ poculum propinavit, ex cranio interfecti Parentis ipſius, Chunimundi Regis, factum: Roſimunda, ubi rem animadvertit, altum concepit in corde dolorem: quem compeſcere non valens, mox in mariti necem, Patris cædem vindicatura, exarſit; conſiliumque mox cum Helmige, qui Regis Scilpor, hoc eſt, Armiger, & collectaneus erat, ut Regem interficeret, iniit &c. Hinc Gryphiander de Weichbildis, Cap. 67, §. 11. p. m. 169. Armiger, lingua patria Longobardorum, Schiltpor dicebatur, quaſi qui clypeum elevat, der den Schildbort &c. Rectius Spelmannus, l. c. voc. Scilpor. p. m. 504: Scilpor, Scildenaza; hoc Longobardis, illud Saxonibus. Armiger, ſeu, etymo vicinius, Scutiger; nam Scild, utriſq; Scutum; Por, Longobardis Puer; atque ex hoc contractum, ut etiam Romanis, quibus ſervi, ab herili prænomine, Marcipor, Lucipor, Quinctipor &c. quaſi Marci, Lucii, Quinctii, puer, vel Miniſter, dicti ſunt. Id idem Saxonibus Cnapa, German. Knabe &c. Tales erant Armigeri Jonathani, I. Samuel. XIV, 1, 6, 7, 12, 13, 14, 17; Sauli, I. Sam. XXXI, ſ. 4, 5, 6, & I. Paral. XI, 4 & 5: Joabi, 2. Sam. XVIII, 15, ex quibus unus Naheni vocatur, 2. Sam. XXIII. 37, & I. Paral. XII, 39. Thiodus, Armiger Theodorici Regis, poſt mortem Alarici, Wiſigothorum Regis Tutor Amabarici, ipſius nepotis, conſtitutus eſt; teſte Paulo Diacono, lib. XV. Rer. Romanar. in Appendice Eutropii, pag. m. 195; unde ſua Surius, in vita Johannis Papæ, 27 Maji, pag. m. 313; add. Du Freſne l. c. voc. Armiger, pag. m. 332; de Winigiſo, Armigero Ludovici II. Imp. legas Principis hujus Placitum, contra Ildebertum quendam, de An. 860. apud Mabillonium, lib. VI. de Re Diplomatica, ſ. XCIII. pag. 533. Hocque ſenſu accipiendæ Chartæ quamplures, in quibus Armigerorum mentio fit, v. g. Manegoldus, Miles de Eſthorpe, dictus Struve, omnibus in perpetuum ---- Recognoſco publicè proteſtans, quod Ego, de unanimi conſenſu Ludolfi & Conradi, MILITUM; Johannis, dicti Glewere, & Segebandi, ARMIGERORUM, Fratrum meorum, nec non Heckehardi, Filii mei, ac omnium, qui collaudare debebant, Monaſterio Sanctimonialium in Lune, quatuor Domos, ad me, jure proprietatis pertinentes, receptis centum & octoginta marcis Hamburgenſium denariorum, vendidi, hereditario jure, liberas, ac ab omni onere Advocatiæ penitus exemptas, à dicto Monaſterio, cum Juris cujuslibet integritate, perpetuo poſſidendas. Una domus iſtarum

Do-

Domorum ſita eſt in Villa Solbeke - - - - *Altera domus ſita eſt in Villa Boltcſſen* - - - - *duæ verò domus ſitæ ſunt in Villa Adenthorpe &c. Datum Luneborch, An. Dn. 1291. pridie Kal. Januarii.* Alia, de An. 1326. in die *Johannis Baptiſtæ*, cujus præced. lit. g. memini; Alia, ſub dato *Medinge*, An. 1355. *Dominica Palmarum*, ubi: *Ego, Ludolfus, Prepoſitus Sanctimonialium in Medinge, Elyzabeth, Prioriſſa, totusque Conventus ibidem* --- *volumus, ut, cum Reverendus Pater, Daniel, Epiſcopus Verdenſis* --- *bona illa, Curiam videlicet & unam Caſam in Bevenhuſen* --- *que ego, Ludolfus predictus* ---- *de manibus Waſmodi de Medinge, ARMIGERI, juſto emptionis tytulo, extraxi, pro certa quantitate pecuniarum, pro octoginta marcarum denariorum Luneborgenſium deliberatione, voluerint, & redimere à nobis, hoc, ſine omni noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum* --- *quavis contradictione* - - - *facere licebit &c.* Alia, Ann. 1361. 5. Jun. in qua hæc habentur: *Diſcreta mulier, Mechtildis, Uxor Hinrici de Zwerin, ARMIGERI, Verdenſis Dioceſis, non coacta, non vi, nec metu, inducta, ſed ſpontanea & libera voluntate, partem decimarum in Villis Suttorpe & Weſtede ſitarum, quam, nomine dotis, ab ipſo Hinrico de Zwerin, marito ejus pretacto, tempore quo ſibi thoro legitimo fuerat copulata, ſuſceperat, & hucusque poſſidebat, ac omne jus, quod habebat, vel habere poterat, decimis in eisdem, in manibus Venerandi in Chriſto Patris & Domini, Dn. Olrici, Abbatis Monaſterii S. Michaëlis in Caſtro Luneborg, Ordinis S. Benedicti, Verdenſis Dioceſis prelibate, Pheudatoris ipſarum decimarum, ſimpliciter reſignavit, nichil juris in eis ſibi penitus reſervando, dicto Henrico de Zwerin, marito ipſius, preſente, & ſuum conſenſum ad hoc firmiter adhibente* ---- *Et Ego, Henricus de Zwerin, ARMIGER ſupradictus, quod hujusmodi decimarum reſignationi, per Mechtildim, Uxorem meam predictam, facte,* --- *preſens interfui, & conſenſum meum ad hoc plenarie adhibui, ideoque ſigillum meum huic publico Inſtrumento, ſcienter & benivole appoſui &c.* Alia, ſub dato *Hamborgh*, An. 1363. *am Avende Margreten, der Hilligen Junſer, und Erliken Martelerſchen,* ubi: *WY Otto Grote, Hern Geverts Groten, des RIDDERS, Sone, WAPENDRAGERE, bekennen und betugen openbare, in duſſem jegenwartigen Breve, dat WY einmodiglick, unde mit wol vorbedachtem beratem Mode, aller uſer Erven, unnd Unſere negeſte Blotsverwanden, aver enkamen ſint, mit den Erliken Mannen, Edler Pannen, Borger tho Hamborg; Vaken Oſſen. Preſter, UNSEME Vagde; Ditrich Roden, Vagd in Oſſenwerder; Criſtianen Jungen; dat alle Inwanere, de nun ſyn, und noch kamen mogen, UNSES Landes Stilborne, UNS und UNSEN Erven, edder Nakamen, geven ſcholen, vor jeden Morgen Plog-Landes, enen Schilling Penningh, vor Schatt; unde enen Schilling, vor den Tegeden; alle Jar up S. Martini Dagh des Biſchops; unde vor jedem ungebowden, edder woſten, Morgen, nichts mehr als enen Schillingk jarlick, vor Schatt &c.* Ecce, *Armigeri* quoque nonnunquam prædicato *Wir* utebantur! Alia, de Ann. 1397. in die *B. Eliſabeth*, in qua legitur: *Nos Johannes de Elce, Archi-Diaconus in Hedfelde; notum eſſe cupimus, publice proteſtantes, quod admodum Venerabilis in Criſto Pater, Dn. Johannes, Epiſcopus Verdenſis, ad inſtantiam Ottonis Groten, & ſuorum Filiorum, ARMIGERORUM, fundum & dotem offerentium in Inſula Stelborn, novam Eccleſiam parochialem inſtauravit, creavit & erexit, & ſumptibus dictorum ARMIGERORUM conſtructam, auctoritate dicti Domini Epiſcopi, finita eſt & conſecrata &c.* Veniſſe autem *Armigeros*, de quibus hic ſermo, *Famulorum* cenſu, teſtis eſt laudatus *Waſmodus de Medinge*, qui in cit. Charta An. 1355. vocatur ARMIGER; in alia verò, qua *Wernerus de Medinghe*, Miles, Cœnobio Michaëlitano Luneburgenſi, An. 1366. *des negheſten Dunnerdaghes na Unſer Vrowen Daghe, der vor Helenen, alſe ſe undvanghen ward*, vendidit *ſinen Hof, de ſo licht by deme Lindenberghe, myd allerhande Rechte, Vrigheyd, Vrucht unde Nud, alſe daraf komen mach* ---- *vor ſeſtich Marck Lunebergher Pennighe*, audit *Knape*, ibi: *Alle deſſe vorſcrevenen Stücke love ik, Her Werner vorbenumend, und we Waſmod, Jordan, Boldewen und Eckbrecht, KNAPEN, alle ghebeten van Medinghe, loven myt Hern Wernere, Unſen Vedderen, vorbenumed, Hern Daniele, dem Abbete; Hern Wernere, dem Priore; Hern Marquarde, deme Coſtere, und deme gantzen Convente Sunte Micheles vorgheſcreven, myd ener Samenden Hand, ſtede und gans to holdende, in guden Truwen &c.* & in alia, ejusdem anni, *Knecht*, verb: *Ick Waſmud van Medinghe, KNECHT, bekenne openbare, in deſſeme Breve, dat ik hebbe* - - - *vorkoft, deme Dorluchteghen Vorſten, mineme Gnedighen Heren, Hertoghe Wilhelm von Brunſwick und Luneborg, und ſynen Erven, und Nakomelinghen, dat Dorp to Wichmannsborch, mit alleme Rechte, in Watere, in Weyde, in Velde, in Holte, und mit aller Tobehoringhe, unde mit der Veſten, de ik dar ghebuwet hebbe* ---- *vor vif Hundert Mark Luneborgher Pennighe &c.* Sic, *Henricus* de *Swerin*, in præfata Charta An. 1361. dictus *Armiger*, in alia An. 1362. *des Dunnerdaghes na Myduaſten*, audit: *Knape*, ibi: *Ick Hinrck van Swerin, KNAPE, bekenne, unde betughe openbabre, in deſſeme Breve, dat ik, mit Willen myner Erven, hebbe vor-*

vorkoft, und laten, Abbete Olreke, und Hern Anthonies dem Priori, und deme gantzen Convente Uppe dem Hus to Luneborg, en Hus, mit deme Hove de darto hort, dat myn Stal hadde weſen &c. Rurſusque in alia, An. 1366, *in Sunte Juries Daghe des Hilghen Merteler:* ſub initium: *Ik Hinrick van Swerin, KNAPE, bekenne und betughe openbare, in deſſeme Breve, dat ik, ---- hebbe redeliken und gentzliken vorkoſt, und vorkope, Hern Daniele, deme Abbete, Hern Wernere deme Priori, und deme gantzen Convente des Münſters Sunte Michaëlis, uppe dem Huſe to Luneborch, myn Lifghedingh, unde Brukinghe, de ick ghehad hebbe, und hebben ſcholte myne Levedaghe, in myneme Stalle, und in deme Hove, de dar bilanghes tohord, de ſe licht in der Stad to Luneborch, by Vorn Beken Hove, van Wittorpe &c.* Pariter, Domini *Ottonis Groten* filii, *Wernerus & Otto*, appellantur, in cit. charta, Ann. 1397, *Armigeri*; aſt an. 1400, nudè *Famuli*, charta teſte *Henrici* Abbatis *S. Mariæ Raſtedenſis*, ubi: *Nos Henricus, miſeratione Dominica Abbas Monaſterii S. Mariæ virginis in Raſtede, Giſelbertus* Prior, totusque *Conventus ibidem, Ordinis S. Benedicti, Bremenſis Diœceſis --- donavimus & donamus per preſentes, Religioſis Viris, Abbati & Conventui in Schernbeke; Ciſtercienſis Ordinis, Verdenſis Diœceſis, omne Jus noſtrum pheodale, quod contingit, & in perpetuum contingere poterit, in Bonis, que Wernerus, Otto, & Gevehardus, dicti Groten, FAMULI, hactenus à nobis in pheodo tenuerunt, in Villa Thodemesborg, & predictis Abbati & Conventui in Monaſterio Scharnbeke, juſto venditionis titulo, vendiderunt, &, ad utilitatem eorum, in manus noſtras, patentibus ſuis literis, & pendentibus ſigillis, liberè reſignavere &c. Datum Anno Domini 1400, ipſo die Apoſtolorum Diviſionis.*

Deinde, *Armigeri* vocati ſunt, qui Generoſo nati ſanguine arma tractarunt militaria, Equeſtrem licet dignitatem nondum fuerint aſſecuti; utpote Candidati ſaltem Militiæ exiſtentes. Vid. *Spelman*, Gloſſ. voc. *Armiger*, p. 42; præſertim Dn. Ockel de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. 2, *t.* 39, pag. 71, rectè ſcribens: *Non ſoli verò Nobiles Glevæ, ſeu Aſſeſſores dextrariorum, die Pantzer-Reuter, hujus Quinti Clypei erant capaces, ſed & Armigeri, qui & Scutiferi, nonnunquam appellantur, die Edlen Leichten Reuter; ita dicti, non quod, inſtar Famulorum, Glevorum arma portaverint: ſed, ab Armis Gentilitiis, quæ intexta ferebant, vel in pectore, vel in Scuto, nempe Principum, Baronum, imò & Militum Filii & Fratres, non ſtatim cingulo militari comparebant, neque glevis incedere poterant, & dextrariis ſe inſtruere, Militiam tamen nihilominus ſectabantur, &, ut pateret Stirpis origo & Nobilitas, in pectore geſtabant Majorum Inſignia, de cujus generis Armigero exaudiendus eſt locus Chronici Majoris Belgici, p. 244, quem refert Limneus Lib. 2. Addit. Lib. VI, c. 2, p. 6, quando dicunt, Wilhelmum, Comitem Hollandiæ, cum An. 1247. in Imperatorem eligeretur, adhuc fuiſſe Armigerum, ideoque ſtatim fuiſſe creatum Militem, antequam Aquisgrani diadema Regni ſuſcepiſſet. Quis enim crederet, Germanos, Famulum Milites cujusdam in Imperatorem creaturos fuiſſe &c.* Hocque ſenſu intelligenda verba *Theobaldi* Epiſcopi, in vita *B. Wilhelmi* Ducis, Comitis & Eremitæ, Cap. XIX, apud *Surium*, 10. Febr. p. m. 109:

En Generis ſoboles noſtri ſtat, turbaque Fratrum,
Cum quibus in theatro ludere ſæpe ſoles:
Fratres cum cuneis notorum reſpice triſtes:
Exi, ne diſtes, aſſociandus eis.
Illis jungeris pompa, ſolioque frueris:
Cinges Te Generis turba, beatus eris.
Armigerorum turba decorum glorificabit.
Servorumque chorum copia larga dabit &c.

Ut & Locus *Levoldi de Northof*, in *Chronico Marcano*, apud *Meibomium*, T. 1. *Rer. German.* pag. 394. ad An. 1297: *Bernhardus Bitter filium Gewini de Rinkenrode Militis, venientem de Vrondenberg; rapuit, & eam fratri ſuo, Engelberto, in matrimonio copulavit, quam Pater ejus poſtmodo ſibi redditam primogenito Domini de Volmunſteine dedit in Uxorem; cujus facinoris auctores, videlicet Bernhardum Bitter, & ſuos complices, ſtatim è terra ſua eliminavit, multamque in ipſorum bonis ſatis rigidus irrogavit. Comes Everhardus, aſſociata ſibi electa Militum & Scutiferorum comitiva, inter quos erat Comes de Waldegge præcipuus, Regi Angliæ, Eduardo, & Comiti Flandriæ, Guidoni, fert auxilium, Villam Iprenſem intrat &c.* & ad An. 1345. p. 403: *Comes Adolfus de Marka, apud Oppidum Recklinghuſen, contra Gentes Archi Epiſcopi Colonienſis, in bello obtinuit victoriam, ubi multi Nobiles, Milites & Armigeri capti fuerunt, per Comitem ſupradictum &c.* Et Charta *Friderici*, Auguſtani Epiſcopi, qua, ſub dato *Auguſtæ* An. 1329. 8. Id. Maji, Præpoſito & Conventui Monaſterii *Herbrechtingenſis*, Jure Patronatus Patrochialis Eccleſiæ *Stozingenſis* ceſſit, ubi: *Cum itaque Religioſi Viri --- Prepoſitus & Conventus ---- Monaſterii in Herbrechtingen, nobis in Chriſto dilecti, Jus Patronatus Eccleſie Parrochialis in Stozingen, quod Strenuus Vir, Heinricus de Stozingen, ARMIGER ſuique Progenitores, à Nobis, & Eccleſia Noſtra Auguſtenſi, à multis retroactis temporibus, tenuerunt, & feodali titulo poſſe-*

Digitized by Google

poſſederunt, cum univerſitate ſua, ritè & rationabiliter comparandum duxerint & emendum, notum eſſe volumus &c. Vid. *Documenta Würtenbergica* Monaſterii *Herbrechtingenſis*, Part. I. §. 4 pag. 960; Nec non Bohemiæ Moraviæque Procerum Literæ Proteſtationis, ad Concilium Conſtantienſe, minatoriæ & acerbæ, Pragæ, 2. Septembr. 1415. apud Illuſtr. Dn. de *Leibnitz*, Part. 2. *Mantiſſæ Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. XV. pag. 130. ſub initium: *Reverendiſſimis in Chriſto Patribus & Dominis, Dominis Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ambaſitoribus, Doctoribus & Magiſtris, ac toti Concilio Conſtantienſi, Nos Milites, Militares, ARMIGERI, cæterique Coronæ SCUTIFERI, Chriſtianiſſimi Regni Bohemiæ, circum circa cum ſuis Nominibus & Sigillis deſcripti, affectum omnis boni, & obſervantiam Jeſu Chriſti Domini mandatorum &c.* Perſpicuè eos indigitat Vetus *Chronicon Rhythmicum Principum Brunſuicenſium*, apud laudatum Dn. *Leibnitium* Tom. 3. *Rer. Brunſuic.* Cap. 43. p. 76:

Nu hadde de van Brunſwich
De alde Hertoge Henrich,
Alſo æme reit ſin hoge Mot,
Vil mangen werden Ritter gut,
Geſammet unde KNAPEN,
DE DAR DROGEN WAPEN,
NA RIDDERLIKER WISE.
Henrich, de alde Griſe,
Mit derſulven Ridderſchap,
De æme mannich werder Degen gab,
Wolffenbütte he belach &c.

Et rurſus Cap. 52. p. 99, obſidii Brunſuicenſis, à *Philippo, Ottonis IV.* Anticæſare, ſuſcepti, memor:

Eins Tags ließ Er Kriegen,
Grafen, Herren, und Freyen.
Ritter und KNABEN,
Daß jedermann SEIN WAPEN,
UND DAS HARNASCH AN SICH LEGT.
Und ſich zum Sturm reit.
Das Gepott ſchier wardt gethan;
Gewapent wardt vil mancher Mann.
So Er ſtürmet die Feſte &c.

& Cap. 64. p. 132. in vita *Ottonis Pueri*:

Da ward ein viel mercklicher Streit,
In den Hagen auff beiden Seit;
Von Lunenburg Otto das Kind,
Und die mit ihm dar kommen ſint,
Die mochten ein Theil da ſtreites han,
Die Bürger und die Dienſtman,
Zum Streit waren auch gereydt,
Ieglicher hatt an ſich geleydt,
DAS HARNISCH UND IHRE WAFFEN,
VON RIDDERN UND VON KNABEN,
Ward da Streites viel gepflogen &c.

Hinc etiam *Knapen von Wapene* quandoque nuncupantur; teſte charta, de An. 1386. *des neghesten Sondaghes, na Paſchen*, ſic inchoata: *We, Otte, Grote, und Werner und Otte, mine Sones, KNAPEN VAN WAPENE, betughet und bekennet openbare, in deſſem Breve, dat We vrentliken vorſcheden ſynt, mit Abbet Olrike, und dem Convente Sunte Michaelis to Luneborg, umme allerleye Twidrach, Schelinghe und Anſprake, de We, van Unſes Broder, Hern Werners, deſſulven Abbet Olrikes Vorvaren, umme ene Venghenſcop, und Unſer Suſtere, unde unſer Kyndere, Weghene, umme Korne, Kleder, und umme allerleye andere Stuke, aldus langhe, teghen ſe, had hebben - - - Und hir hebben an und aver ghewesen. Her Wylter Crowel, Kentzeler des Rades to Luneborch, Wolrad Laſſan; Her Werner van Medinghe, Rydder; und Hans van dem Berghe, KNAPE VAN WAPENE &c.* Aliaque de An. 1420. *des Donredaghes na Sunte Vitus Dage, des Hilgen Mertelers*, ubi: *Wy Otte Grote, KNAPE VAN WAPENE, unde Frederick Scholdenvblet, Borger to Hamborch, bekennen openbare, in deſſem Breve, vor allen guhden Lüden, dat Wy Uns frundtliken vordreghen hebben, to enem gandſen Ende, umme de Scheidinghe Unſer beider Lande, alſe van des Waters weghene, dat dar entwiſchen dore lopt &c.* Attamen & hoſce *Armigeros* inter *Famulos* fuiſſe relatos, vel ex præfatis chartis Ann. 1397 & 1400. in quarum altera, dicti *Wernerus & Otto* Filii *Ottonis Groten, Armigeri*, in altera verò *Famuli*, appellantur &c. dignoſci poteſt. Id tamen extra dubium, Militiæ Candidatos hoſce non amplius ea præſtare ſervitia fuiſſe coactos, quæ *Famuli* reliqui.

Sed & illi Nobiles dicti *Armigeri*, qui Feuda Scutorum tenebant, *die Schild-Lehen beſaſſen.* Huc ſpectat *Codex Juris Alemannici Feudalis*, Cap. 101. (al. 96.) Edit. *Schilteri*, Ann. 1696. pag. m. 121. Tit. *vom Schilt-Lehen*, verb: *Schilt-Lehen hant ein Ende, ſo ein Herre den Schilt wieder nimet, und git ouch der Man dem Herren den Schilt wider; das mag er ſich nüt erweren, er mus den Schilt entphohen, und damit het das Schilt-Lehen ein Ende &c.* i. e. Interprete Schiltero: *Feudum Clypei amittitur, ſi Dominus Clypeum iterum aufert; ſed &, ſi Vaſallus Domino Clypeum reddit, Dominus non poteſt detrectare, quo minus recipiat; & ſic hæc feudi ſpecies finitur &c.* In Commentario ad hunc locum, pag. m. 379. adducit Dn. *Schilterus*, *Jus Saxonicum Latinum*, Cap. 42. §. 1. ubi: *Quidam dicunt, quod plures ſint infeudationes, quæ in certo termino finiuntur, ſicut Feudum Scuti, quod cum Scuto ceſſabit &c.* Hinc ſua Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione Immemoriali*, Cap. 2. §. 39. p. 72 & 73. Conf. *Spelman* l. c.

Reliquas *Armigerorum* ſpecies delineant *Spelman.* l. c. & *Du Freſne* voc. *Armiger.*

(*l*) EDELKNECHT &c. *Speidelius*, voc. *Edelknecht*, pag. 210. ait: *Nobiles, qui Inſignia habent, das iſt, zu Schild und Helm gebohren, vocabantur Edelknecht; qui verò Inſignibus carebant, Reiſige Knecht*, Quibus, ex *Caſparo à Lerch*, de *Ordine Equeſtri*, fol. 79. annectit: *Erſtlich iſt dieſer Name von Dienſten des Kayſers, und Nachfolg des Adlers, entſtanden; Forders, ſeind diejenige in Kriegszügen alſo genennet worden, ſo majoribus Nobilibus, ſive Equitibus Auratis, & officiatis in bello nachgefolgt; Dahero man geſchrieben ſind: Ritter und Knechte; Das waren Edle Knechte, ad diſtinctionem der Ritter. Ingleichen hatte der Adel bey ſich in Vehden, reiſige Mann und Knecht, die in Burg-Hæuſern auch gebraucht waren zur defenſion, auch offenſion; Dieſe von den Edlen zu unterſcheiden, gab das Wort Edelknecht, den Ausſchlag und Verſtand. Endlich, ehe junge vom Adel wehrhafft gemacht waren, hatten Sie diß epitheton nicht zugebrauchen; aber, ſo bald, durch den Backenſtreich, die Wehr Ihnen zuerkant worden, Edle Knechte genent, und zu Kriegszügen, Pferd- und Fuß-Thurnieren, gelaſſen waren. Es waren auch die, welche Freye Thurnier beſucht, und dahero ihre Ritterliche Waffen, Schild, Helm, und durch Kayſerliche Züg und Schlachten, anſehnliche Thaten, oder bekantlichen Reichs-Adel erlangt hatten, vor Edle Knecht hauptſæchlich verſtanden. Wie dann diß prædicatum gantz honorificum geweſen, daß, gleich nech jedes Adelichen Mitglieds Namen N. N. von N. Edelknecht &c. in Patenten und Contracten unterſchrieben worden iſt &c.* In Charta de An. 1296. Menſ. Decembr. qua *Hainricus & Otto*, Fratres, Comites Gemini Pontis, ſeu *Zweybrücken*, Abbati & Conventui Monachorum de *Alba*, Ciſtercienſis Ordinis, *Spiren*ſis Diœceſis, Villam *Mercklingen*, & Curiam ſuam ibidem, dictam *Fronhof &c.* vendiderunt, legitur, ſub finem: *Si vero nos, vel Fidejuſſores à nobis conſtituti, in alio aliquo obſtagio fuerimus, aut aliquod legitimum impedimentum ſine dolo & fraude habuerimus, nos Nobilem Servum cum equo, & quilibet Fidejuſſorum ponet Servum Idoneum, loco ſui &c.* Vid. *Documenta Würtembergica, Albæ Dominorum Cœnobii*, Part. I. pag. m. 149 & 150; ibique: Annotator. lit. h. pag. 151. verba *Speidelii* præſata repetens. Sicque intelligenda formula, toties in Receſſibus Imperii occurrens, *Ritter und Knechte*, cujus & in aliis chartis publicis frequens mentio, vid. *der Stætte Declaration, auf Kayſers Wenceslai Landfrieden zu Eger*, de Ann. 1389. apud Dn. Dattum, lib. I. *Rer. German.* Cap. IX. §. 52. pag. 71. verb: *Der, oder die, ſollent gerichtet ſin, mit allen Fürſten, Graven, Herren, Rittern und Knechten &c.* Literæ *Sigismundi* Imperatoris, *an die Grafen, Herren, Ritter und Knechte, auf dem Gaw, und Weſterreich*, de An. 1429. apud eundem l. c. lib. 2. Cap. 3. §. 23. p. 233; Conſ. *Vereinigung der Geſellſchafft S. Jœrgen-Schilds*, de An. 1437. ibid. §. 28. pag. 234. verb: *Alle Fürſten, Graven, Herren, Ritter und Knechte, der Ritterſchafft in Schwaben, der Vereinigung mit Sant Jœrgen Schilt &c.* Nec non *Reformatio Francofurtenſis Friderici III.* An. 1442. Prœm: *Mit Beyweſen und Rath Unſer und des H. Reichs Churfürſten, und Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Grafen, Freyen, Herren, Ritter, Knecht, und Stæds &c.* ut & *Acht jæhrige Vereinigung S. Jœrgen Schilds in Schwaben*, An. 1488. ibid. l. c. Cap. 8. pag. 281: *Wir, die Hawptleut, Prelaten, Grafen, Fryen, Herren, Ritter und Knecht, der Geſellſchafft und Verainigung S. Jœrgen-Schilds in Schwaben &c. bekennen &c.* & Fœdus *Johannis*, Electoris Trevirenſis, cum Fœdere Suevico, de An. 1489. ibid. lib. 2. Cap. X. §. 14. pag. 304: *So haben Wir Uns mit denſelben Prelaten, Graven, Freyen, Ritter und Knechten, und des H. R. Reichs Stætte des Bunds im Land zu Schwaben, und Si mit Uns, vertragen und vereinige &c.* & *Reformation Kœnig Maximilians, die Freyſchœpffen und das heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffend, zu Worms*, de An. 1495. ibi: *Enbieten allen und jeglichen Churfürſten, Fürſten Geiſtlichen und Weltlichen, Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Hauptleuthen &c. Unſer Gnad und alles Guts &c.* Quam ſalutationem etiam *der Ordnung und Satzung über die Wein, zu Freyburg in Brißgau*, An. 1498. præfixit. Add. Receſſus *Eslingenſis* Fœderis Suevici, An. 1500. apud Dn. *Dattum* l. c. lib. 2. Cap. XIX. pag. 366: *Wir Churfürſt, auch Churfürſten- und Fürſten-Bottſchafften, und Gemaine Verſamlung von Prelaten, Graven, Freyen, Ritter, Knechten, und des H. Reichs Stætten, des Bundts im Land zu Schwaben, ſo auf dieſem Tag, hie zu Eslingen, bey einander verſamelt ſein, bekennen &c.* Adhuc hodiè Immediati Nobiles Imperii, in literis ad Cæſarem, ſe *Nobiles Servos* vocant, vel Querelis teſtibus, ſub dato *Straßburg, den* 5-15. Junii 1680. à Nobilitate Alſatica, contra Gallorum infeſtationes & exactiones, *Leopoldo* Imp. expoſitis, apud *Lundorpium*, T. XI. *Act. Publ.* lib. XII. Cap. XVII. pag. 13, quas ita claudunt. *Ew. Kayſerl. Majeſt. allerunterthænigſt-gehorſambſte Vaſallen, und Edle Knecht, Director,Ræthe und Ausſchuß der Freyen unmittelbahren Reichs-Ritterſchafft im Untern Elſaß &c.* Conſ. eorundem literas ad Cæſarem, 6. Julii an. eod. in Comitiis publicè dictatas, ibid. Cap. XL. §. 26. pag. 67. ubi ſimilis ſubſcriptio. Eodem ſpectat laudati Cæſaris Decretum, de An. 1666. 31. Octobr. ſub Tit: *Confirmation, Declaration, und Extenſion des Weyland Ræmiſchen Kayſers, Ferdinandi II. den 17. Martz, 1623.*

über

über die, vom Churfürſten zu Pfaltz, und anderer Orten, zugefügte Beſchwarungen &c. verb: *Wie nun Ihr Kayſerl. Maj. ſeithero deroſelben angetrettenen, ſorgfæltigen Regierung, Ihr, mit ſonderm Fleiß, angelegen ſeyn laſſen, damit obgedachte Ritterſchafften, und deroſelben Mitgliedere, als Ihr Kayſerl. Maj. und des H. Reichs Vaſallen, und Edle Knechte, insgemein, und abſonderlich, bey Ihrem Stand---gehandhabet werden mœchten &c.*

Coronidis loco, addendum de Titulo *Juncker*, quod, per Synæreſin, juvenilem Dominum, *einen Jungen Herrn*, denotet, & quondam Regum, Ducum, Comitumque filiis junioribus, ad gubernacula nondum ſedentibus, fuerit tributus; Vid. *Münſteri Coſmographia* lib. 3. Cap. 20. pag. m. 450 & 451; *Johannes Stumpff*, lib. 4. *Hiſtor. Helvet. Beſoldus*, Diſcurſ. de *Ordine Equeſtri*, n. 3; & *Theſaur. Pract.* voc. *Juncker*, pag. m. 440, ibique *Dietherr*, in Additionibus; *Speidelius*, voc. ead. pag 553; *Nolden*, de *Statu Nobilium*, Cap. I. §. 24. 25 & 26, pag. 16; *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 3. Cap. 2. §. 4, pag. m. 215 & 216; *Limnæus*, Lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 1. §. 15. p. 4; alii multi. *Spangenbergius* ſanè, lib. V. *Chron. Henneberg.* Cap. 13. pag. 200, affirmat, ſibi viſum antiquum Inſtrumentum, à Regis Daniæ filio ita ſubſcriptum: *Junckher Otto von Dennemarck.* In Legibus *Woldemari II*, Regis Daniæ, An. 1280, in Comitiis Warinburgicis promulgatis, occurrit in fine: *Med Hans Sœnners Raad, er hos vor Konning Erick Hertung Abel; Juncker Chriſtoff &c.* Vid. *Springsfeld*, de *Appannag.* lib. I. Cap. 3. §. 28. Eſt mihi Charta de An. 1364, in qua *Ludovicus*, Dux Brunſulc. & Luneb. audit: *Junckherr Lodewich van Brunswick*; vid. præced. lit. b, circa finem; Sic, in Tranſactione *Alberti*, ArchiEpiſcopi Bremenſis, cum Civitate Bremenſi, de An. 1366, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs Archivs*, Contin. 2. IV. *Abtheilung*, V. *Abſatz*, §. XXI p 445; *Witlick ſy all den ghenen, de deſen Bref ſeet, ofte leſen hœret; dat Wy, Albert, van der Gnade Godes, Ertze-Biſchop der Hilligben Kercken tho Bremen, na Rade und Vulbort Unſes leven Veddern, Hertoghen Wilhelms, unde Junckeren Lodewighes, Unſes Broderes, Herthogen tho Luneborg, Uns ghanßlicken verſœhnet, unde vruntliken vorenet hebbet, umme allerleye Schele und Twidracht, de ſo weſen heſſt, bette an deſſen Dach, twiſchen Uns, und unſe Helpere, uppe eine Zit; unde tzwiſchen de Ratmann und Borgere van Bremen, Greven Corde, und Junckeren Kerſtene van Oldenborch; Greven Kerſtene van Delmenhorſt, unde alle ere Helpere, uppe de anderen Zit, in deſſer Wiſe &c.* & poſtea: *All deſſen vorſchrevene Stucke hebbe Wy vorſchrevene Biſchop Albert, lövet an Truwen, den vorbenompten Ratmannen unde Borgherren van Bremen, Greven Curde, Jungkherren Kerſtene van Oldenborch, Greven Kerſtene van Delmenhorſt, und alle eren Helperen, de in deſſeme Orlloghe begrepen ſind, truwelyken tho holdende, --- Unde Wy Hertoghe Wilhelm, Junghere Lodewich, Herthogen tho Luneborg vorghenompt, Herr Henrich, Proveſt tho Lune --- hebbe ock unſe Ingheſeghgele hangen tho deſſ.m Breve &c.* Eundem *Ludovicum*, à Patre, Duce *Magno*, hoc titulo fuiſſe compellatum, diſcimus ex *Apologia Luneburgica*, de An. 1635, *wegen des, durch Hertzog Friderich Ulrichs, am 11. Aug. 1634. begebenen Todesfall, erledigten Fürſtenthumbs Braunſchweig*; fol. 14 & 120 ubi: *Woll Junckern Lodowick, Uſen Sone &c.* In Diplomate quodam de Anno 1374, cujus poſt *Limnæum* l. c. & *Draconem* l. c. p. 216, Dn. *Theodorus Kirchmaierus*, in Diſſ. de *Nobilitate Franconica*, An. 1677. *Wittebergæ* habita, Cap. 1. §. 12, & Dn. *Carolus Samuel de Jordan*, Eq. Sileſius, in Diſſ. de *Jure Nobilium Ducatus Oppolienſis & Ratiborienſis*, Præſide Dn. *Samuele Friderico Willenbergio*, An. 1700, 1. Oct. Francofurti ad Viadrum publicè defenſa, Cap. 1, §. 5. p. 5. meminerunt, legitur: *We Junckherrn: Frederick, Berndt, Henrick & Otto, Brœdere, van der Gnade Godes, Hertoghe tho Brunſchwig und tho Luneborg &c.* In alio, de An. 1400, quod *Letznerus*, in Chronico MS. Brunſulcenſi, lib. V, Cap. 68. p. 159. ſiſtit, habetur: *We Juncker Berndt, unde Ehr Henric, von der Gnade Godes, Hertogen to Bruneſwick und to Luneborch, bekennet openbar, in duſſem Breve &c.* Conf. Part. II. *der Braunſchweigiſchen Huldigungs-Acten*, pag. 411; nec non Part. I. *Braunſchweigiſcher und Hiſtoriſcher Hændel* Cap. 2. §. 82. pag. 117. ubi *Reverſales Senatus Brunſuicenſis*, ejusdem anni, quarum & *Speidelius* meminit, l. c. ibi: *Wy, de Rath der Stadt Brunſwig, bekennen, dat Uns de Hochgeborne Forſte, Junckher Otto, Hertoge to Brunſchwig, unſe leve Gnædige Junckher &c.* Exhibet *Letznerus* l. c. C. 45, pag. 102, literas laudati *Ottonis* Ducis, Ann. 1414, ita ſubſcriptas: *Und des zu einer rechten Urkund, haben Wir* (Johannes de Memmingeroda, & Ludolphus de Medem) *Unſer beyder Inſiegel, by des Hochgebohrnen und Durchleuchtigen Fürſten, Hartogen, Otten, Hartogen to Brunſchwig, Unſers Gnedigen Junckern, Inſiegel, wiſſentlich an dieſen Brieff hangen laſſen &c.* In Privilegio Succeſſorio Ducum *Clivenſium*, habentur hæc verba: *Jedoch mit Vorbehalt aller Scheidbrieff, ſo Unſer Gnediger Lieber Herr, und Unſer Gnediger Lieber Junckherr, ſein Bruder, einander gegeben haben &c.* Vid. *Johannes, Julio-Montenſis*, de *Succeſſione Juliacenſi* Diſcurſ. 4. §. 23. pag. 105; *Draco* l. c. De *Ottone*, Haſſiæ Landgravio, ſcribit *Dillichius*, part. 2.

Chron. Haſſ. pag. 179, Juris Primogenituræ, an. 1311. In Haſſia introducti, memor: *Dieſer Otto machte demnach, zu Verhütung mehren Streits, eine Conſtitution und Anordnung, daß hinfüro allezeit der ælteſt Sohn unter Seinen Nachkommen, allein Regierender Fürſt ſeyn, und dahero: ein* **Landgraff und Herr Heſſen-Landes, und Gnadiger Herr**; *Die andern Brüder aber,* **Landgraffen zu Heſſen, und Gnadige Junckern**, *genennet - - - werden ſolten &c.* Idem de *Hanoviæ* Comitibus, ex *Knichenii Encyclopæd.* C. 1. §. 101. ſ. 9. notat *Beſoldus*, in *Theſauro*, voc. *Juncker* pag. 440, ibi: *Dixi - - - Statuto Comitum* **ab Hanau**, *præcautum fuiſſe, ut protogenus ſolito Jure ditionem ſibi vendicaret,* **Dominusque, Herr**, *inſigniretur, Fratres autem Juniores:* **Junckherren** *nominarentur &c.* Add. *Limnæus* l. c. pag. 5. Inter Documenta *Recapitulationis, contra das Plæniſche Succeſſions-Recht*, de An. 1671, lit. Q. reperitur unum, in quo hæc occurrunt: *Dat de vorbeſchreven Eddele und Wohlgebohrne* **Juncker Otto, Graven tho Schaumborg**, *ſchal geven, den uphenanten Herrn Kœnige tho Dennemarck, enen Brev verſegelt &c.* Pacta hereditaria Comitum *Schaumburgicorum & Sternbergenſium* de Ann. 1370, ſubſcripſerunt: **Graff Henrich von Sternberg, Juncker Simon von Sternberg**; *Dechant zu Paderborn,* **und Juncker Johann, Graff zum Sternberg**. Vid. *Spangenberg, Chron. Schaumburg.* lib. 5 c. 18. *Draco* l. c. pag. 216; *Limnaus* l. c. pag. 5; *Goldaſtus* lib. 2. de *Majoratu*, c. 7. ſ. 14; *Speidelius* l. c. Senatus Spirenſis, annnnciando Civibus ſuis, exortum Ann. 1460, inter *Ditericum*, ArchiEpiſcopum Moguntinum, & *Fridericum* Palatinum Electores, bellum, quodque poſteriori, vigore fœderis, auxilia ferre tenerentur, tale Edictum vulgavit: *Unſere Herren, ein Rath, thut Euch zu wiſſen, daß Sie Unſers Gnædigen Herrn des Pfaltzgrafen Helffer, und der Hochwürdigen, Hochgebohrnen Fürſten und Herren, Herrn* **Dieth erichs**, *Erwæhlten und Beſtætigten zu Mayntz; Herrn* **Ludwigs**, *Pfaltzgrafen bey Rhein &c. Herrn* **Ulrichs**, *Grafen zu* **Würtemberg; Juncker Emichs, Juncker Bernhardts, und Juncker Dieters**, *Gebrüder, Grafen* **von Leiningen**, *Feind worden ſeind &c.* Vid. *Lehman, Chron. Spirenſ.* lib. 7. Cap. 103, p. 931: unde ſua *Limnæus* l. c. Tom. IV. Addit. ad lib. VI. Cap. I. §. 15, pag. 1. In antiquo Epitaphio legi: **Juncker Bernhard**, *Edler Herr zu der Lippe*, teſtatur Dn. Auctor noſter, ſeq. lib. 3. Tit. XX. ſ. 66. In Annalibus Clivenſibus, celebratur **Junckherr Gerhard von Cleve**; vid. cit. *Johannes Julio-Montenſis* l. c. ſ. 18; *Draco* l. c. In præſentiarum hic titulus eo usque extendi ſolet, ut & Nobilibus infimæ claſſis vindicetur; qua de re *Stumpffius* cit. lib. 4. *Chron. Helvet.* c. 30: *Vorzeiten nennet man eines Fürſten Sohn, ein* **Junckherrn**; *da ſich aber die Stand erhæbeten, wurden die Freyherrn-Kinder* **Junckherrn** *genennet; Jetzt will ein Jeder Knecht beym Adel,* **Juncker** *heiſſen &c.* Eundem hodiè & *Patriciis* Civitatum quarundam v. g. *Francofurtenſis, Norimbergenſis, Auguſtanæ, Ulmenſis, Wormatienſis, &c. &c.* pariterque *denen Saltz-* **Junckern** *zu Lüneburg und Hall*, dari, res nota eſt, licet, ad differentiam *Nobilium*, ruri degentium, *Statt-Junckern* vocentur, Lat. *Domi Nobiles*, de quibus plura *Draco*, l. c. lib. 3. cap. 3. p. 234 &c. Dn. *Michaël Praun, de Patriciis Superioris Germaniæ.* An. 1667; *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Geſchlechter*, p. m. 315 & 316, ibique *Dietherr*, in Additionibus; *Speidelius*, Spec. voc. eadem, p. 411 &c. *Stephani*, de *Nobilitate*, Cap. 4. §. 22 &c. *Fritſchius*, de *Jure Pagorum*, Cap. XV, ſ. 6 & ſeqq. Non omnes autem *Patricios* pari cenſu venire, non minus dubio caret, qua de re fuſius *Draco* l. c.

7. A temporis vetuſtate (*a*) aut novitate, in Homines Novæ & Antiquæ Nobilitatis, *Vierſchildige (b) Edelleuth*, Speidel, voc. *Adel.*

NOTÆ.

(*a*) VETUSTATE &c. Conf. de diviſione hac, *Limnæus* lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. V. §. 5 &c. *Bœcler, Notit. Imperii* lib. X. Cap. 1. p. m. 182. Alii. Sobriè de *Nobilitate* philoſophatur *Seneca*, Epiſt. 44. pag. m. 456 & 457: *Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc ſumus* **Nobiles**; *nec rejicit quemquam Philoſophia, nec eligit; omnibus lucet.* **Patricius Socrates** *non fuit:* **Cleanthes** *aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus:* **Platonem** *non accepit* **Nobilem** *Philoſophia, ſed fecit. Quid eſt, quare deſperes, his te poſſe fieri parem? Omnes hi Majores tui ſunt, ſi te illis geris dignum, geres autem, ſi hoc protinus tibi perſuaſeris, à nullo te Nobilitate ſuperari. Omnibus nobis totidem ante nos ſunt; nullius non origo ultra memoriam jacet.* **Plato** *ait:* **Neminem Regem non ex ſervis eſſe oriundum; neminem non ſervum ex Regibus.** *Omnia iſta longa varietas miſcuit, & ſurſum deorſum Fortuna verſavit. Quis ergò Generoſus? ad virtutem benè à natura compoſitus. Hoc unum eſt intuendum; alioqui, ſi ad vetera revocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. A primo mundi ortu, usque in hoc tempus, perduxit nos, ex ſplendidis ſordidisque, alternata ſeries.* **Non facit Nobilem atrium**, *plenum fumoſis Imaginibus;* **nemo in noſtram Gloriam vixit**: *nec, quod*

an-

Digitized by Google

ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit Nobilem: cui, ex quacunque conditione, ſupra fortunam licet ſurgere &c. Intuendum eſt, non unde veniant, ſed quò eant &c. Sanè, ut idem Epiſt. XXXI, in fine, pag. m. 443, ſcribit, *Rectus, bonus & magnus animus, tam in Equitem Romanum, quam in Libertinum, quam in ſervum, poteſt cadere. Quid eſt Eques Romanus, aut Libertinus, aut Servus? nomina ex ambitione, aut ex injuria nata &c.* & rurſus lib. 3, de *Beneficiis*, Cap. 28. pag. m. 302; *Eadem omnibus principia, eademque origo. Nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui Imagines in atriis exponunt, & nomina Familiæ ſuæ longo ordine, ac multis Stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant, noti magis, quam Nobiles ſunt, unus omnium parens Mundus eſt: ſive per ſplendidos, ſive per ſordidos gradus, ad hunc prima cujusque origo perducitur &c.* Ita quoque *Ovidius*, ad *Piſonem*:

Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
Atria? quid pleni numeroſo Conſule Faſti,
Profuerint? ſi vita labat: perit omnis in illo
Gentis honos, cujus laus eſt in origine ſola &c.

Et *Juvenalis, Satyra VIII*:

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictosque oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos?
Quis fructus Generis tabula jactare capaci,
Famoſos Equitum, cum Dictatore, Magiſtros,
Si coram Lepidis malè vivitur?

Eleganter etiam vel ipſe *Julianus* Auguſtus, Oratione ſecunda, de *Rebus geſtis Conſtantii Imperatoris. Sed, quemadmodum dixi, nos ita de iis perſuaſos oportet in illorum Nobilitatem inquirere. Adeoque, quicunque Præclaros Parentes ſortitus fuerit, & horum ipſe ſimilis fuerit, hunc audacter Nobilem eſſe pronunciemus. Quisquis vero Parentes habuit virtute minime præditos, cujus ipſe ſibi poſſeſſionem vindicaverit, ejus Parentem & Autorem Generis eſſe Jovem exiſtimandum eſt; nec ei minus, quam iis deferendum, qui, cum Parentibus bonis nati eſſent, Illorum virtutem imitati ſunt. Sed qui malus & depravatus à bonis ortum accepit, hic inter illegitimos habendus eſt. Nec qui, ex pravis orti, illorum ſimiles ſunt, eos unquam Nobiles appellare debemus, tametſi decem millia Talenta in bonis habeant, aut Majorum ſuorum quamplurimos Principes percenſeant, aut certè Tyrannos viginti, aut Olympiacas, aut Pythicas victorias &c.* Juſta inſuper animadverſio *Caji Marii*, ex Novo Homine, facti Conſulis, in oratione adverſus Nobilitatem Veterem, apud *Salluſtium*, cap. 85. *Belli Iugurthini*, pag. m. 335: *Contemnunt novitatem meam; Ego, illorum ignaviam. Mihi Fortuna, illis probra objectantur --- Quod ſi jure deſpiciunt me; faciant idem Majoribus ſuis; quibus, uti mihi, ex Virtute Nobilitas cœpit; invident honori meo: ergò invideant labori, innocentiæ, periculis etiam meis: quoniam per hæc illum cepi. Verum, homines, corrupti ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi honores veſtros contemnant, ita hos petunt, quaſi honeſtè vixerint --- Nunc videte, quam iniqui ſint. Quod, ex aliena virtute, ſibi arrogant, id mihi, ex mea, non concedunt; ſcilicet, quia Imagines non habeo, & quia mihi nova Nobilitas eſt; quam certè peperiſſe melius eſt, quam acceptam corrupiſſe &c.* Add. *Ciceronis* Oratio XXIII. pro *L. Muræna*, Cap. XVI. Hic autem ſermo propriè non eſt de *Nobilitate Naturali*, ſive *Virtutis*, *vom Tugend-Adel, welcher zwar Edel, aber keinen Edelman, macht*; ſed de *Nobilitate Civili*, à Summo Principe, vel eo, qui id juris à Summo Principe nactus eſt, collata, quippe quæ propriè *Nobilitat*, quaque præditi, reliquis, in Republica pari cenſu non venientibus, eminent; ne omnes æquali jure & prærogativa nati videamur; quare & nemo privilegiis ex tali *Nobilitate* fluentibus, quantamcunque etiam *Nobilitatem naturalem*, ſive *virtutis*, præ ſe ferat, gaudere poteſt, qui in Republica ejus non particeps factus. Quoniam verò fundamentum hujus *Nobilitatis* vindicari ſolet virtuoſis & egregiis in Rempublicam facinoribus, palam eſt, eorum *Nobilitatem antiquiorem* cenſeri, quorum Majores ab antiquo benè de *Republica* meriti, meritorumque præmia hereditario jure in Poſteros devolverunt; & *recentiorem*, recens acquiſitam. Utrique tamen idem honor, eademque prærogativa, niſi ubi Summa Civilis Poteſtas ipſa diſcrimen quoddam conſtituerit, v.g. in *Haſtiludiis*, ad quæ, (juxta Art. XII. Legum Torneamentorum, prout apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Conſtit. Imp.* pag 42. habentur (de quarum tamen fide ſubleſta alibi dixi) *Quisquis recentioris notæ Nobilis, & non talis, ut à ſtirpe Nobilitatem ſuam & origine quatuor ſaltem Generis auctorum proximorum Gentilitiis inſignibus probare poſſit, is quoque Ludis his exeſto &c.*) regulariter non niſi quatuor Proavos producere valentes admittuntur; id quod etiam in *Capitulis Cathedralibus* plerisque obſervari conſuevit. Quia verò hæc omnia juris ſunt poſitivi, & Summus Princeps circa hoc diſpenſare poteſt, nec dubium eſt, quin & diſcrimini inter *Nobilitatem Veterem, & Novam*, ſatis facere queat, in tantum, ut, ſi Nobilitatis diplomati inſerat clauſulam: *So haben Wir demnach, mit wohlbedachtem Muth, gutem zeitigen Rath, und rechtem Wiſſen, ermeltem N. dieſe beſondere Gnade gethan, und Freyheit gegeben, und Ihn, mit allen und jeden ſeinen Ehelichen Leibes-Erben, und derſelben Erbes-Erben, Mann- und Frawens-Perſohnen, in Ewigkeit, in dem Stand und Grad des Adels, Unſerer und des H. Reichs, auch Unſerer Kœnigreich-Fürſtenthumb- und Landen, recht-Edelgebohrnen, Ritter-maſſigen, Lehen- und Thurniers-genoſſen Leuten, erhebt, und darzu gewürdiget, geſchœpfft, Edel gemacht, und*

Digitized by Google

Sie derſelben Schaar, Gemeinſchafft und Geſellſchafft zugefüget, zugeſellet und verglichen, allermaſſen und geſtalt, als ob Sie von ihren vier Ahnen, Vatter und Mutter-Geſchlechten beiderſeits, Recht Gebohrne Rittermaſſige Lehens- und Turniers-Genoß Edelleute waren. --- Und meinen, ſetzen und wollen, daß obberührter N. alle ſeine Eheliche Leibes-Erben, und deroſelben Erbens-Erben, Mann-und Frauens-Perſohnen, nun fürbaß in Ewigkeit, Rechtgebohrne, Rittermæſſige, Lehens- und Turniers-Genoſſe Edelleute ſeyn, von manniglich, an allen Orden und Enden, dafür geehret, genennet, geſchrieben, geachtet, und gehalten werden, auch all und jeglich Adenlich Gnaden, Ehr, Würde, Privilegi, Freyheit, Alt-Herkommen, Vortheil, Recht-und Gerechtigkeit haben, mit Beneficien auf Hohen und Niedern-Thumbſtifften, Geiſtlichen und Weltlichen Lehen und Æmpter anzunehmen, zu empfahen, zu halten und zu tragen, mit andern Unſern und des H. Reichs, auch anderer Unſerer Kœnigreich, Fürſtenthumb und Lande Recht-Gebohrnen Lehens-Turnier-Genoß und Rittermæſſigen Edelleuthen, Lehen und all ander Gericht zu beſitzen, Urthel zu ſchœpffen und Recht zu ſprechen &c. recens creatus Nobilis æquè ad Equeſtres Ludos, & Capitula Cathedralia admitti queat, ac octo vel ſedecim Proavorum ſuperbiens imaginibus. Rationes decidendi ſunt, quia:

(1) Ejusmodi Statuta merè juris ſunt poſitivi; adeoque non immutabilia.

(2) Pontifex Romanus toties diſpenſat circa Leges Canonicas; e. g. in obtinendis Epiſcopatibus; (ut vel unicum exemplum proferam,) cum Can. 3, Concilii Lateranenſis, cujus Lib. I. *Decretalium Gregorii IX.* Tit. VI. de *Electione, & Electi poteſtate*, Cap. VII. *Cum in cunctis*, mentio fit, ſtatuatur: *Ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam triceſimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio ſit natus; qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur &c.* aſt, quoties non obtinetur, à Romano Antiſtite, prætereundi hoſce Canones venia? Quidni & Romanorum Imperatori liceat, circa nudos Nobilitatis Civilis, in obtinendis *Canonicatibus*, ſeu Cathedralium Eccleſiarum beneficiis, obſervandos licet aliàs, diſpenſare gradus? præſertim, cum,

(3) Ipſemet omnis Nobilitatis fons ſit, & ab Eo omnes dignitatum theſauri profluere cenſeantur; (*Sixtinus de Regalibus*, lib. I. c. 4. §. 3; & reliqui, ad quos hoc titulo *Daniel Otto, Jur. Publ.* ac C. XI, p. m. 324, provocat;) ac in ſpecie, in Diplomate *Caroli V.* Imp. an. 1550, 8. Oct. Auguſtæ Vindelicorum, Nobilitati Alſaticæ dato, audiat: *Beſchützer, Schirmer und Handhaber des Lœbli-chen Teutſchen Adels*, apud *Bernhardum Hertzog*, lib. VI. *Chron. Alſat.* p. 146; & *Lunigium*; *Reichs-Archive*, Continuat. I. *im Anhang*, VI. *Abſatz*, §. 78, p. 43.

(4) Advocatus eſt Eccleſiæ; cujus jura ſemper tueri præſumitur, donec probetur contrarium.

(5) Ante tempora *Martini V.* P. R. qui primus Anno 1418, 3. Maji, *Conſtantiæ*, cum *Natione Germanica* deſuper concordavit, rariſſima de Nobilitatis gradibus, à Canonico producendis, occurrat mentio. Vid. Ill. Dn. *Leibnitii* Part. I. *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. 155, v. 11, p. 387 & 388.

(6) Cæſar creare valet Duces, Marchiones, Principes reliquos, Comites & Barones; cur non & Nobilem, ad poſſidenda beneficia Eccleſiaſtica, frequentandosque Equeſtres Ludos, habilem?

(7) Clauſula: *De Habilitate tenendi Canonicatus; adeundive Haſtiludia*, cujus modò memini, ſpeciali Principis gratia Diplomatibus nonnullis inſerta, aliàs fruſtranea eſſet, omnique careret effectu.

(8) *Sacrilegii inſtar eſt, dubitare: An is dignus ſit, quem elegerit Imperator.* Ita L. 3. C. de *Crimine Sacrilegii.*

bus Chriſtianorum Europæorum ferè jam deploratis, Seculo XII. demum fuiſſe inſtitutum; rectè docet idem Vir Illuſtris, Not. ad *Lampadium*, Part. 3. Cap. VI. in Appendice, pag. 243; Ecce, quid de Ordinis initiis, *Jacobus* de *Vitriaco*, in laudata Hiſtoria Hieroſolymitana, Cap. 64. Part. 2. *Geſtorum Dei per Francos*, pag. 1082 &c. *Hoſpitale S. Joannis, à tempore Surianorum & Græcorum, cum adhuc ſub Saracenorum Dominio Civitas Sancta captiva teneretur, initium habuit in hunc modum. Licet temporibus illis totam Terram Promiſſionis Saraceni, peccatis exigentibus, occupaſſent; multi tamen Chriſtiani de Gente Surianorum, Patriam ſuam deſerere noluerunt, ſed extremis conditionibus afflicti, & jugo duræ ſervitutis oppreſſi, inter Saracenos habitabant. Princeps autem Ægyptius, qui univerſas Regiones, à* Laodicia *Syriæ uſque ad extremam Ægypti Civitatem,* Alexandriam, *poſſidebat, quartam Civitatis Hieroſolymitanæ portionem, ex parte Dominici Sepulchri,* Surianis, *& Patriarchæ eorum, ſub annuo tributo, ad habitandum conceſſerat; alias autem tres portiones inhabitabant Saraceni. Unde, ex Occidentalibus Regionibus plerumque ad Terram promiſſionis veniebant Chriſtiani quidam, cauſa negotiationis tracti; alii, cauſa devotionis & peregrinationis, cum magno periculo, dato Saracenis tributo, loca ſancta viſitabant: inter quos quidam de Longobardis, & maximè* Almaphitani, *de Civitate ſcilicet* Almaphia (Amalphia) *quæ non niſi ſeptem miliaribus diſtat ab egregia Civitate* Salerno, *qui merces peregrinas afferebant, & Principem Ægyptium, tributis & muneribus, ſibi benevolum & placatum reddiderant, apud ipſum optimas invenerunt conditiones; unde ab ipſo Principe facilè obtinuerunt, ut, in honore* B. Mariæ, *prope Eccleſiam Sepulchri Dominici, quantum vix jactus eſt unius lapidis,* Eccleſiam Latinorum *conſtruerent: eo quod Suriani Græcorum conſuetudines, & inſtituta in Divinis officiis, penitus obſervabant: Unde, uſque in hodiernum diem, prædicta Eccleſia, dicitur Eccleſia S. Mariæ de Latina. Latinum enim Abbatem, & Monachos, more Latinorum Divina celebrantes, in ea inſtituerunt. Tempore autem procedente extra, ſepta Monaſterii, in quo mulieres peregrinas recipere ejusdem loci Monachi inhoneſtum reputabant, aliud ordinaverunt Monaſterium, in honore* B. Mariæ Magdalenæ, *& Sorores Mulieres Religioſas, quæ peregrinis Mulieribus Latinis in prædicto loco miniſtrarent, & eas in hoſpitio reciperent. Poſt hæc verò, confluente peregrinorum multitudine, cum prædicta Monaſteria, ad recipiendos omnes pauperes afflictos & infirmos, non ſufficerent, juxta Eccleſiam ſuam prædictus Abbas & Monachi, ad opus infirmorum & egenorum,* Hoſpitale & Capellam, *in honorem* S. Joannis Eleemonis, *in eodem loco conſtruxerunt. Hic Vir Sanctus, Deo placens, & per omnia commendabilis, Cyprius fuit Natione, &, meritis Sanctitatis exigentibus, ad Patriarchatum Alexandrinum fuit vocatus. Et quoniam in eleemoſynis, & in aliis operibus pietatis, ſingulariter præcellebat,* Eleemon, id eſt, Miſericors, *eſt appellatus. Et quoniam à principio prædictum* Xenodochium, *ſeu* Hoſpitale S. Johannis, *reditus vel alias poſſeſſiones non habebat, de fragmentis & reliquiis menſarum utriusque Monaſterii, & de quibusdam eleemoſynis Fidelium, Abbas de* Latina, *ad quem illud Hoſpitale ſpectabat, pauperibus & infirmis faciebat provideri. Poſtquam autem Divinæ placuit Pietati, ut Civitatem Redemptionis Noſtræ, per Ducem* Godefridum, *& alios Chriſti fideles, ab impiorum dominio,* (An. 1099. 15. Julii) *liberaret, & eam cultui reſtitueret Chriſtiano, Vir quidam Sanctæ vitæ, & probatæ Religionis, nomine* Gerardus, *qui longo tempore, de mandato Abbatis, in prædicto Hoſpitali, pauperibus devotè miniſtraverat, adjunctis ſibi quibusdam honeſtis & Religioſis Viris, habitum Regularem ſuſcepit, & veſtibus ſuis* Albam Crucem *exterius affigens in pectore, Regulæ ſalutari, & honeſtis inſtitutionibus, facta ſolemniter profeſſione, ſe ipſum obligavit. Cui etiam Mulier quædam,* Agnes *nomine, Romana Natione, Nobilis carne, ſed nobilior Sanctitate, quæ, in Monaſterio Mulierum, vicem geſſerat Abbatiſſæ, in miniſterio pauperum adjuncta, eandem regulam, & humilitatis habitum, votivè ſuſcepit. Prædicti igitur Fratres, humiliter & devotè Domino ſervientes, & infirmis pauperibus, de paupertate ſua, diligenter miniſtrantes, in agro, qui dicitur* Acheldemach, *mortuos ſuos ſepeliebant. Hic eſt ager ille figuli, qui emptus eſt à Judæis in ſepulturam peregrinorum, ex triginta argenteis, quos Judas in Templo projecit. Abbati autem* S. Mariæ de Latina, *qui prædicti* Hoſpitalis *principium extiterat, & tam ipſos, quam infirmos eorum, de propria menſa diu ſuſtentaverat, obedientiam, & reverentiam, quamdiu pauperes fuerunt, non negaverunt: primum paupertatis ſuæ Patronum & Coadjutorem eorum, & loci, apud Dn. Protectorem,* B. Joannem Eleemona, *devotiſſimè venerantes, & ipſum Dominum & Advocatum ſuum confitentes; Domino etiam Patriarchæ Hieroſolymitano devotè obedientes, de bonis ſuis decimas, ſecundum ſacros Canones, & Utriusque teſtamenti præcepta, abſque contradictione reddebant. Orationi autem vacantes, vigiliis & jejuniis ſe ipſos affligentes, operibus miſericordiæ affluentes, parci ſibi & auſteri, pauperibus autem & infirmis, quos* Dominos *ſuos appellabant, largi & miſericordes exiſtebant - - - & quoniam, ex omni Natione, Tribu & lingua, poſt Terræ Sanctæ liberationem, Chriſti Fideles, Sepulchrum Domini viſitaturi,* Hieroſolymis *confluebant, largitione Principum, &*

elee-

Digitized by Google

eleemoſynis Fidelium, modico tempore adeo ditati ſunt, quod, ab univerſis Occidentalibus Provinciis, redditus copioſos colligentes, caſalia ſibi & Oppida, tanquam Terræ Principes, comparantes, ditioni ſuæ ſubjecerunt &c. Brevior eſt *Wilhelmus Tyrius* l. c. libr. IX, Cap. IX, pag. 767, memor *Godefridi Bullionei*, Hieroſolymorum Regis: *Poſtquam igitur Regnum obtinuit, paucis diebus interpoſitis, ſicut Vir Religioſus erat, in his, quæ ad decorem Domus Dei habebant reſpectum, ſolicitudinis ſuæ Domino cœpit offerre primitias; nam protinus, in Eccleſia Dominici Sepulchri, & Templi Domini, Canonicos inſtituit, eisque ampla beneficia, quæ Præbendas vocant, ſimulque & honeſta domicilia, circa prædictas Deo amabiles Eccleſias, aſſignavit: ordinem & inſtitutionem ſervans, quas magnæ & ampliſſimæ à Piis Principibus fundatæ, ultra Montes ſervant Eccleſiæ ---- plura etiam, niſi mors eum prævenitſſet, collaturus. Adduxerat etiam prædictus Vir, Deo amabilis, peregrinationem ingreſſurus, de Clauſtris bene diſciplinatis, Monachos, Viros Religioſos, & ſancta converſatione inſignes, qui toto itinere, horis diurnis & nocturnis, Eccleſiaſtico more, divina Illi miniſtrabant officia; quos, poſtquam Regnum adeptus eſt, juxta eorum poſtulationem, in Valle Joſaphat locavit, ampliſſimumque, loco, eorum gratiâ, contulit patrimonium &c.* Canonicorum fuiſſe viginti, Auctor eſt *Albertus Aquenſis*, lib. VI. *Hiſtor. Hieroſolymitanæ*, Cap. XL, Tom. I. *Geſtorum Dei per Francos*, pag. m. 285: *Placuit Summo Principi Jeruſalem Duci Godefrido, nec non & cæteris omnibus, ut in Templo Dominici Sepulchri, viginti Fratres in Chriſto, divini cultores officii conſtituerentur, qui aſſiduis Domino Deo viventi in laudibus & hymnis pſallerent; hoſtiam corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti devotè immolarent; deinde cottidianam ſuſtentationem, de oblatione fidelium conſtitutam, ſuſciperent &c.* Add. *Fulcherius Carnotenſis*, de *Geſtis Peregrinantium Francorum cum armis Hieruſalem*, ad An. 1099, ibid. pag. 399; cætera habet *Albericus*, in *Chronico trium Fontium Cœnobii*, ad An. 1113 pag. m. 223; *Ordo Magnæ domus Eleemoſynariæ, quæ dicitur Hoſpitale, jam inſtitutus erat* (ante tempora ſcil. Balduini Regis, quorum meminit) *hoc modo: Viri quidam Italici, de Malfa Civitate, quæ poſita eſt inter Neapolim Virgilianam & Salernum, maritimas Civitates, cum propter mercimonia, quæ deferebant in Jeroſolyman, apud Infideles gratiam inveniſſent, dum adhuc Caliphas Ægyptius in Civitate dominaretur, eandem de conſtruendo ſibi in ea domicilio, a Calipha prædicto, impetrant, & ſecus Eccleſiam Domnicæ Reſurrectionis, erigunt habitationem & Monaſterium Monachorum, in honore Dei Genitricis, Virginis Mariæ; ſimiliter in honore B. Mariæ Magdalenæ, Monaſterium Fœminarum, ſub prædictorum providentia Monachorum. Ab his etiam ædificatum eſt Xenodochium, propter confluentiam ad ſancta loca pauperum Peregrinorum, & in eodem Altare S. Joannis, Alexandrini Patriarchæ, qui, quia miſericordiæ viſceribus affluebat, dicitur Eleemon, i. e. Miſericors, in honore. Hoc eſt initium Magnæ domus Eleemoſynariæ in Hieroſolymis, quæ dicitur Hoſpitale. Dicitur, quod Ordo iſte Fratrum Hoſpitalis Hieroſolymitani, circa Annum Domini 1240, usque ad 3500. habeat Capellas &c.* Junge ad hoc verba *Sigonii*, lib. IX. de *Regno Italiæ*, ad An. 1103, p. m. 388 & 389; *Hieroſolymis, poſt tot annorum intervalla, recuperatis*, (ſcil. 1099, 15. Julii) *ingens Chriſtianos omnes Sepulchri Chriſti viſendi cupido inceſſit. Itaque ea res tribus Religioſorum hominum Ordinibus cauſam præbuit: Hoſpitalariis, Templariis & Teutonicis. Hoſpitalariorum hæc fuit origo: Ante recepta Hieroſolyma, Chriſtiani Latini, permittentibus Ægyptis, & Sarracenis, Urbis dominis, prope Sepulchrum, Monaſteria duo conſtruxerant, unum Viris, alterum Mulieribus recipiendis, quæ Sepulchrum adiſſent, eaque nomini B. Mariæ Virginis, & B. Mariæ Magdalenæ, dicarant. Recuperata vero Urbe, cum ea Cœnobia infinitæ affluenti multitudini non ſuppeterent, Hoſpitale eſt additum, idque nomini S. Joannis Eleemoſynarii, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſive, ut vulgo fertur, S. Joanni Baptiſtæ, ſacratum eſt; ibique, ex vectigalibus utriusque Monaſterii, iis, qui Sepulchrum adiſſent, ægrotantibus, res neceſſariæ ſubminiſtrari ſunt cœptæ, Rectorque, qui loci curam gereret, inſtitutus, qui, poſt aliquot annos, una cum ſociis ſuis, habitum Religionis aſſumpſit, Crucemque Albam in pectore gerere, certa ſe aſtringens vitæ diſciplina, inſtituit. Hi poſtea ſtudium rei militaris, & defenſionem peregrinorum, adverſus Sarracenos, profeſſi, maximis in toto Chriſtiano Orbe opibus, pia Principum privatorumque largitione, ditati ſunt, Militesque Hoſpitalarii, ac Hieroſolymitani, deinde Rhodii, appellati &c.* Conf. *Nauclerus* Vol. 2, Generat. XXXVII, pag. 809: *Cum Civitas Sancta ſub poteſtate Principum Ægyptiorum erat, venerunt illuc plurimi Chriſtiani, qui, dato Saracenis tributo, loca ſancta viſitabant; ex his quidam impetraverunt à Principe Ægypti, ut, in honorem B. Mariæ Virginis, prope Eccleſiam Reſurrectionis Dominicæ, Eccleſiam Latinorum ædificarent, quæ vocata eſt Eccleſia S. Mariæ de Latina. Ibidem ipſi Latinum Abbatem & Monachos inſtituerunt; Tempore procedenti, extra ſepta Monaſterii, ordinaverunt Latini aliud Monaſterium, in honore B. Mariæ Magdalenæ, & in eodem*

Sorores inſtituerunt, ut & Viri, & Mulieres, diverſoria invenirent. Paulo poſt, Abbas & Monachi S. Mariæ, ad opus infirmorum & peregrinorum, Hoſpitale & Capellam S. Johannis Eleemoſynarii conſtruxerunt. Hoc Hoſpitale de reliquiis menſæ Abbatis & Monachorum vivebat. Ubi vero Civitas Sancta pervenit in manus Chriſtianorum, quidam Vir Religioſus, Geroldus, qui longo tempore pauperibus, in eodem Hoſpitali miniſtravit, habitum regularem ſuſcepit, & veſtibus ſuis Albam Crucem affigens, ſe ipſum obedientiæ obligavit, Fratresque congregavit, una cum eis, pauperibus & infirmis miniſtrabat, in agroque Acheldemach mortuos ſepeliebat. Militabant autem ſub Abbate prædicto, Domino etiam Patriarchæ de bonis ſuis fideliter decimas dantes; & quoniam Deus erat cum eis, in omnem terram exivit ſonus eorum, largitioneque Principum, ac eleemoſynis Fidelium, brevi ditati ſunt tempore, ita, quod, ab univerſis Occidentalium Provinciis, copioſos redditus colligentes, Caſtella, & Oppida, & terræ plurima Dominia, ditioni ſuæ ſubjicerent. Hi poſtea ab Honorio II. confirmati, degunt ſub regula B. Auguſtini, habentes habitum nigrum cum Cruce Alba in pectore, qui deputati ſunt ad pugnandum corporaliter contra infideles. Pauci eorum ſunt Clerici, privilegio tamen Clericorum gaudent, horasque ſuas, ex Oratione Dominica, perficiunt, & vocatur Ordo Hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymitani &c. Frequens *Hoſpitalis Hieroſolymitani Fratrum* mentio fit, in *Decretalibus Gregorii IX*, lib. V, Tit. XXXIII, de *Privilegiis & Exceſſibus Privilegiatorum*, Cap. 3. 4. 5. 7 & 10.

(*e*) CALIPHÆ &c. i.e. *Principis Ægypti*, de cujus potentia modo allata *Jacobi de Vitriaco*, verba legantur, quibus addas, *Wilhelmi Tyrii* l. c. lib. IX, Cap. XVII, pag. 772: *Volens Ægyptius Calipha Imperii ſui fines porrigere, & quam longè lateque propagare Ditionem, miſſis Exercitibus, univerſam Syriam, usque Laodiciam. quæ Antiochiæ contermina, Cœles Syriæ limes eſt, violenter occupavit &c.* Spangenbergius lib. XI, *des Adels-Spiegels*, Cap. V, fol. 340. vocat hoc titulo Summum Pontificem Ægypti.

(*f*) HIEROSOLYMA &c. i. e. An. 1099, 15. Jul. Vid. præced. Tit. XVI, *Catal. Duc. Lothar.* Vita *Godefridi Bullionei.*

(*g*) PROVENTIBUS &c. Vid. præced. lit. d.

(*h*) SECULI XII &c. Vid. ibidem.

(*i*) RHODUM &c. *Nauclerus* Vol. 2, *Generat.* XLIV, p. m. 994, ejusdem ſententiæ eſt, verb: *Anno Domini 1308, Rhodus Inſula, in poteſtaten Chriſtianorum deveniens, per Fratres Hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymitani, obtenta eſt. Hi nempe cum Hieroſolyma omnino deperdita eſſet, & Templarii fuiſſent extincti, procuratis magnis privilegiis Indulgentiarum à Clemente Papa V, erga porrigentes manus adjutrices, diſcurrentes per Italiam cum Indulgentiis, multam pecuniam congregaverunt, quibus ſuffultus Magnus Magiſter, cum Claſſe ex Neapoli movens, mari tranſito, prælio dejectis Turcis, obtinuit, cum magno Sarracenorum & Græcorum damno, Inſulam, & Urbem, penè dirutam, Chriſtianorum ſuffragiis inſtauravit. Deinde, navalia reformans Cyprus, & peregrinis, magno eſſe auxilio cœpit, quorum virtute, quicquid Chriſtianæ Religionis in Aſia eſt, probè Chriſto reſervatum fateri licet, quibus pro majori parte, Templariorum bona addita ſunt. Poſtmodum illi devotione permoti, etiam Regulam B. Auguſtini profiteri voluerunt; quare multis beneficiis ab Eccleſia ſunt dotati &c.* Ita quoque Paulus Langus, in *Chronico Citizenſi* apud *Piſtorium*, p. m. 825, ad Ann. 1308: *Eodem Anno Magnus Magiſter Johannitarum*, (Fulco de Villaret) *cum Claſſe ex Neapoli, ſe movens, mari tranſito, Inſulam Rhodi, ingentiſſimo prælio aggreſſam, cum maximo Sarracenorum & Græcorum damno, obtinuit. Ex eo ergo tempore Johannitarum, ſive Rhodiorum Militum, in Oriente cœpit in dicta Inſula &c.* Matthæus Palmerius vero in Continuatione Chronici *Proſperi*, refert expugnationem hanc ad annum 1309; pariter ac *Donatus Boſſius*, in Chronico, quod Sec. XV. prodiit; Aſt *Magnum Chronicon Belgicum Piſtorii*, p. m. 283, vindicat eam Anno 1310, ibi: *Anno Domini 1310, in Feſto aſſumptionis B. Mariæ Exercitus Chriſtianorum, cum Hoſpitalariis, obtinuerunt Civitatem Rhodi, quæ eſt Caput & Metropolis totius Regionis & Inſularum vicinarum, & ex eo Inſula Rhodi, & aliæ Inſulæ circumvicinæ, redactæ ſunt ſub poteſtatem & Dominium Chriſtianorum, Turcis penitus ſubjugatis &c.* Idem ſentire Auctores Antiquiores & probatiores, docet *Spondanus*, Contin. *Annal. Baronii*, ad An. 1310, §. X, p. 374, allegans hoc titulo: Continuatorem *Martini Polon*, *Amalricum Augerii de Beunis*, Priorem Monaſterii S. *Mariæ de Apriano* (forte Aprutiano) Elnenſis Diœceſis; *Bernhardum Guidonis*, Laudanenſem Epiſcopum; *Marinum Sanutum* cogn. *Torſellum*, Patricium Venetum, 1310, clarum, qui quinquies in Orientem profectus, opus editum, *Secreta Fidelium Crucis*, inſcripſit; *Annales Genuenſes* &c. Fruſtra *Muhamedem*, Turcarum Imperatorem, trimeſtri obſidione, terra marique, *Rhodum*, an. 1480, fatigaſſe, ex *Trithemio*, *Chron. Spanheimenſi*, ad h. a. ut & *Hirſaugienſi*, h. a. & *Onuphrio*, de *Vitis Pontificum*, in vita *Xyſti IV*, pag. m. 310 & 321, conſtat; præſertim huc ſpectant literæ, ab ipſo Magno Magiſtro, *Petro d' Aubuſſon*, & Ordinis Conſulibus, ſub dato *Rhodi*, 13. Sept. 1480. deſuper ad *Fridericum III*, Imp. ſcriptæ apud *Freherum* Tom. 2. *Rer. German.* pag. 158 &c.

(*k*) AN

(*k*) ANNO 1523 &c. Rectius An. 1522, quo ſcilicet *Solymannus*, Turcarum Imperator, *Philippum de Villiers L' Iſle Adam*, Magnum Ordinis Magiſtrum, *Rhodiis* ad extremam rerum omnium neceſſitatem redactis, laboribus ac vigiliis exhauſtis, partimque vulneribus confectis, accedente *Andreæ Meralii*, Luſitani Equitis, proditione, 20. Dec. ad deditionem coëgit, pactis licet conditionibus: ut cunctis, qui abire vellent, liberum eſſet, cum armis, omnique ſupellectili, triremibus, aliisque navigiis; &, ſi, ad comportandam ſupellectilem, naves non ſufficerent, Turcæ, quotquot neceſſariæ eſſent, commodarent: remanſuris in quinquennium foret immunitas, libertasque conſcientiæ, & Chriſtianæ Religionis, una cum Eccleſiis; abituris contra conceſſo ſaltem duodecim dierum ſpatio. Quibus ſtipulatis, *Solimannus*, 25. Dec. Urbem ingreſſus, Magnum Magiſtrum honorificè habuit, qui, bona Victoris gratia, dimiſſus, ipſis Januarii Calendis, 1523, è Portu exiit, in *Cretam* navigaturus. Vid. *Onuphrius*, de *Vitis Pontificum*, in vita *Hadriani VI*, pag. m. 346; *Spondanus, Contin. Annal. Baronii*, Tom. 2, ad An. 1522. §. XXI & XXII, p. 351; *Münſterus*, *Coſmograph.* lib. 5, Cap. 15, p. 1280; *Bucholcer, Ind. Chronolog.* an eod. p. 501; *Dionyſius Petavius*, *Rationar. Tempor.* Part. I, lib. IX, Cap. 7, p. 597, 627 & 628; Alii. Integrum bellum, libris tribus, deſcripſit *Jacobus Fontanus* Brugenſis, apud *Schardium*, Tom. 2. *Rer. German.* p. 88 &c. Ne tamen te offendat, quod, ſub finem libri 2, pag. 118, commemoret: *Tandem Anno, à Nato Chriſto XXIII, ſupra ſeſquimilleſimum, ſub juſto clypeo miſerabiliter occubuit Chriſtiani Imperii antiqua propugnatrix*, (Rhodus) quia de complemento deditionis loquitur, æque ac Author Paraleipomenon *Conradi Urſpergenſis* Chronico annexorum, pag. m. 351, ubi: *Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo XXIII, Rhodus, Imperii Chriſtiani antiqua propugnatrix, Tyranno Turcarum, Solymanno, dedita eſt &c.* & *Renatus Choppinus*, JCt. Gallus, in *Monaſtico*, lib. 2, §. 25, pag. m. 210, verb: *A Turcis hoſtibus obſeſſa* (Rhodiorum Urbs) *in Solymanni poteſtatem venit, octavo Kalend. Januarii*, (adeoque 24. Decemb.) *Anno 1523.*

(*l*) MELITAM &c. Priusquam Inſulam hanc obtinuerint, ſeceſſerant Equites *Romam*, inde *Viterbium*; mox *Cornetium*, hinc *Villam Francam*, poſtea *Nizzam*, donec Inſula *Melitenſi*, à *Carolo V*, Imperatore, donarentur, de qua donatione *Spondanus*, l. c. ad Annum 1530, §. XIII, pag. 406: *Hoc eodem anno, Milites Hoſpitalarii, ſive Jeroſolymitani S. Joannis, vel etiam Rhodienſes dicti, poſt multas collocutiones & tractatus, de accipienda à Carolo Imp. in ſuum receſſum & habitationem Inſula Melita, cum res demum anno ſuperiori concluſa fuiſſet, de conſenſu Pontificis Regumque Galliæ, Angliæ, Luſitaniæ, & aliorum Principum, in quorum ditionibus Beneficia Ordinis, quæ Commendas vocant, erant; nihilominus, ob quasdam ſupervenientes, in acceptionis conditionibus, difficultates --- non niſi die vigeſimo quarto Martii hujus anni, ſublatis ab Imperatore omnibus difficultatibus, plenariè conceſſa eſt Bononiæ, poſt Ipſius coronationem, (cujus extat Diploma conceſſionis in Hiſtoria Religionis Hoſpital. Tom. 3, lib. 5,) & à Magiſtro, atque Ordine, die vigeſimo quinto Aprilis, accepta; una cum alia propinqua minori Inſula, Goza, circuitus circiter triginta millium paſſuum, & Urbe Tripolitanâ, ſub Feudo unius accipitris, ſeu falconis, ſingulis annis Pro-Regi Neapolitano porrigendi; & profeſſionis clientelaris fundi, ſingulis Regum mutationibus, faciendæ, aliisque nonnullis conditionibus, quæ nihil tamen Ordinem obligarent alicui ſervitio militari. Appuleruntque Melitam Magiſter & Conventus Militum, die vigeſimo ſexto Octobris: atque inde deinceps dicti ſunt Milites, ſive Equites, Melitenſes &c.* Sicque conciliari poſſunt ſecum invicem Scriptores, commigrationem hanc partim Anno 1529, partimque 1530, vindicantes, utpote priori concluſam, & poſteriori factam. Vid. *Münſteri Coſmographia*, lib. 2, Cap. 96. p. 384; *Petavius* l. c. pag. 628; *Limnæus*, lib. VI, Cap. 2, §. 53, pag. 70, aliique, pro anno 1529. militantes.

(*m*) CONDITIONIBUS &c. Vid. præced. lit. l, verba *Spondani*. Add. *Münſterus* l. c. *Limnæus* l. c.

Cæterum, diſtinguitur Ordo *Septem Conſiliis Nationalibus*, quæ *Linguæ*, ſeu *Zungen*, vocantur, quarum tres *Gallicæ* ſunt, nominatim: *Provinciana* (de la Provence) *Avernienſis* (d' Auvergne) & *Francia* (de l'Isle de France) Una: *Italica*; duæ: *Hiſpanicæ*, *Aragonenſis* ſcilicet & *Caſtellana*, cui juncta *Portugallica*; & una: *Germanica*. Olim erant Octo, ſed *Anglica*, jam anno 1537. eviluit. Capita harum *Linguarum* certis gaudent nominibus: *Provincianæ* appellatur: *Magnus Commendator*, *Le Grand Commendeur*; *Avernienſis*: *Magnus Mareſchallus*; *Franciæ Inſulæ*: *Magnus Hoſpitalius*; *Italicæ*: *Magnus Admiralius*; *Arragonicæ*: *Magnus Conſervator*; *Caſtellanæ*. *Magnus Cancellarius*; & *Germanicæ*: *Magnus Prior*; *Anglicæ* vocabatur *Turcopelierus*, quorum noviſſimus 1550. obiit.

Patronum venerantur *Johannem Baptiſtam*; cujus loco alii *Johannem Eleemoſynarium*, Patriarcham Conſtantinopolitanum, nuncupandum cenſent. Vid. præced. lit. h.

Equitum alii ſunt *Cavalieri*, alii *Capellani*, & alii *Servientes*. *Cavalieri* rurſus ſubdividuntur in *Cavalieri di Gratia*, & *Cavalieri di Giuſtitia*. Vid. præc. lit. e. *Cava-*

Digitized by Google

Ceri di devotione non niſi fidelitatis vinculo Ordini tenentur.

Magno Magiſtro, quem, ex Privilegio *Hugoni Revelio*, vigeſimo Magiſtro [illegible], ſola Sedes Romana judicat, *Eminentiæ* titulus tribuitur.

Catalogus Magnorum Magiſtrorum, ex *Chriſtiani Gryphii Entwurff der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*, p. 34 &c. deſumptus, ſic ſe habet:

1 Fra *Gerhardus*, †. 1115. Subſtituit huic *Boſius*, Tom. I. *Hiſtor. Hieroſolym.* lib. I, f. 12, *Brocardum Roger*, an. 1131 defunctum, quem verò alii tacent.
2 *Raymundus di Podio*, vel *Poggio*, †. 1160; Multis *primus Magiſter* vocatur, circa an. 1099 electus; aſt ſine fundamento.
3 *Augerius* de *Balben*, †. 1163.
4 *Arnoldus* de *Comps*, Delphinates, † 1166; (Europ. *Heroldt.* T. 2, pag. 751, audit *Albertus*;)
5 *Gisbertus* de *Sully*, (al. *Aſſaly*) Anglus, electus 1167, valedicens muneri & ſuffocatur undis 19. Sept. 1183.
6 *Caſtius*, ſeu *Gaſto*, paucorum menſium.
7 *Jobertus*, †. 1179.
8 *Rogerius* de *Moulins*, Gallus, †. 1187, in prælio Acrenſi.
9 *Guarinus* (Garnerius) de *Napoli*, Syrus, an. eod. in bello Saracenico interfectus.
10 *Ermengardus d'Aps*, ſub quo Hieroſolymorum jacturam Ordo paſſus, An. 1187, †. 1192.
11 *Godofredus* de *Duiſſon*, Gallus, †. 1194.
12 *Alphonſus* Luſitanus, renuncians Muneri 1195, †. 1207.
13 *Gaufredus* (Godofredus) de *Rat*, †. 1206.
14 *Guarinus* de *Montagu*, Averníenſis, ſub quo *Andreas*, Hungariæ Rex, Ordinis Inſignia ſuſcepit; †. 1230.
15 *Bertrandus* de *Texi*, †. 1240 in captivitate Mauritanica.
16 *Guarinus*, †. 1244.
17 *Bertrandus* de *Comps*, Delphinates, †. 1248, ex vulnere, in bello Turcico ipſi inflicto.
18 *Petrus* de *Villabrida*, †. 1251. Sub hoc *Magnus Prioratus Germaniæ* fundatus.
19. *Wilhelmus* de *Caſtelnovo*, †. 1260.
20 *Hugo Revel*, Delphinates, †. 1278.
21 *Nicolaus* de *Lorgue*, †. 1288.
22 *Johannes* de *Villers*, Gallus, ſub quo, amiſſa ann. 1291 *Acri*, Ordo *Syria* pulſus, & in *Cyprum* translatus eſt, †. 1294.
23 Otto de *Pins*, †. 1296.
24 *Wilhelmus* de *Villaret*, Gallus, †. 1308.
25 *Fulco* de *Villaret*, qui An. 1310, 25 Aug. *Rhodiorum* Inſula potitus, primus *Magnus Magiſter* appellari cœpit, Anteceſſoribus ejus *Magiſtrorum* charactere contentis. An. 1316, depoſitus, ſucceſſorem nactus eſt, *Mauritium* de *Pagnac*, aſt hoc anno 1322. mortuo, in integrum reſtitutus, brevi licet poſt Muneri vale dixerit, & †. 1325, vel 1327.
26 *Elion* de *Villa nova*, electus 1324, † 1346.
27 *Deodatus* de *Gozon*, † 1353, 7 Sept.
28 *Petrus* de *Cornilian*, Gallus, † 1356;
29 *Rogerius* de *Pins*. † 1365.
30 *Reymundus Berengarius*, ex Provincia Galliæ, qui *Alexandriam* intercepit; † 1378.
31 *Robertus* de *Juliac* † 1379, 29 Julii.
32 *Johannes Ferdinandus Heredia*, Aragonus, † 1396, 1 Mart. *Vincentius Coronelli*, in Deſcriptione Inſulæ *Maltæ*, ſuffectum ei tradit *Riccardum Graccioli*, ab *Urbano VI.* P. R. conſtitutum; imperium vero nunquam adeptus legitur.
33 *Philibertus* de *Naillac*, Gallus, ſub quo Ordo *Moream* ſibi comparavit, aſt nunquam in poſſeſſionem miſſus. † 1421.
34 *Antonius Fluvianus*, † 1437, 29. Oct.
35 *Joannes Laſtic*, Gallus, †. 1454, 19 Majl.
36 *Jacobus* de *Milly*, Gallus, †. 1461, 17. Aug.
37 *Petrus Raymundus Zacoſta*, †. 1467, 21 Febr.
38 *Johannes Baptiſta Urſini*, Italus, †. 1476, 8 Jan.
39 *Petrus d'Aubuſſon*, Gallus, ſub quo *Muhamedes* fruſtra An. 1480, *Rhodiorum* Inſulam, dura obſidione fatigavit. An. 1492. Cardinalis Eccleſiæ Romanæ factus, †. 1503, 3 Junii, ætat. 80.
40 *Emericus Amboiſa*, Gallus, †. 1512, 12 Nov.
41 *Guido* de *Blanchefort*, Gallus, †. 1513, 24 Nov.
42 *Fabricius Caretto*, Italus, †. 1521, 10 Jan.
43 *Philippus* de *Villiers L'Isle Adam*, Gallus, ſub quo An. 1522, à *Solymanno*, capta *Rhodus*; An. 1530, *Maltam*, *Caroli V.* Imp. gratia, inhabitare cœpit †. 1534, 15 Aug.
44 *Pierino del Ponte*, Italus, †. 1535, 7. Nov.
45 *Deſiderius* de *S. Jalla*, Gallus, † 1536, 26 Sept.
46 *Johannes* de *Homedes*, Hiſpanus, ſub quo erepta Ordini Bona in Anglia, An. 1537; nec non Ann. 1551, *Tripolis* in Africa, verſa vice, *Magno Germaniæ Priori*, honores Imperii Principis à *Carolo V.* Imp. conceſſi, 1553, 6 Dec.
47 *Claudius della Sangle*, Gallus, †. 1557, 21. Aug.
48 *Johannes* de *Valetta Pariſot*, Gallus, ſub quo Turcæ, à die 28 Majl, 1565, usque in Septembrem, infelici ſucceſſu, *Maltam* infeſtarunt. *Valettæ* Urbis conditor, †. 1568, 21 Aug.
29 *Petrus* de *Monte*, † 1572, 27 Januar.
50 *Johannes l'Evêque de la Caſſiere*, depoſitus, & †. 1581, 29 Sept.
51 *Hugo de Lubens Verdale*, Gallus, †. 1594.
52 *Martinus Garcia*, Aragonus, †. 1601, 7 Febr.
53 *Adolphus* de *Vignancourt*, Gallus, †. 1622, 14 Sept.
54 *Ludovicus Mendez* de *Vaſconcellos*, Luſitanus, †. 1623, 7. Mart.
55 *Antonius* de *Paula*, Gallus, †. 1635, 9. Junii (*Theatr. Europ.* Tom. 3. p. 674, habet An. 1636.)

56. *Jo-*

Digitized by Google

56 *Johannes Paulus Laſcaris*, Nizzenſis, † 1657.3-13. Aug. & quidem juxta *Theatr. Europ*. Tom. VIII. ad h.a. p. 345. ætat. 98. vel, ſi *Thuldeno*, lib. 8. *Hiſt. Europ*. p. 170. fides habenda, ætat. 112. annorum.

57 *Martinus* de *Redin*, † 1660. 6. Febr. ætat. 72. Cujus *Theatrum Europ*. Tom. IX. p. 286. meminit.

58 *Anet* de *Gerſans*, al. *Gaſſan*, vel, ut in *Theatro Europæo* l. c. habetur: *Clermontius* de *Chates Goſſons*, Gallus, † 1660.

59 *Raphaël Cotoner*, qui in *Theatro Europæo* l. c. & in *Diario Europ*. Continuat. IV. p. 167. *Raphael della Groſſiera*, audit, electus 1660. †. 1663. menſ. Octob.

60 *Nicolaus Cotoner*, in *Theatro Europæo* l. c. p. 1080. dictus *Nicolaus Cotorio*, elect. 1663. †. 1680. 29. Apr.

61 *Gregorius Caraffa*, Neapolitanus, in *Theatro Europæo*, Tom. XII. pag. 252. *Georgius Caraffa* nuncupatus, elect. 1680. 2. Maji †. 1689.

62 *Adrianus* de *Vignancourt*, Gallus, elect. 1689. †. 1697. 4. Febr.

63 *Raymundus* de *Perillos*, Aragonus, elect. 1697. menſ. Febr.

Linguam Germanicam, celebrem quondam reddiderunt quatuor *Magni Prioratus*, in quos erat diviſa: *Germanicus* nimirum, *Bohemicus*, *Ungaricus*, & *Danicus*, una cum *Bajulagio Brandenburgico*, quod vulgò *Magiſterium Domini*, *des Herrn Meiſterthum*, vocant. In præſentiarum verò *Ungarici* & *Danici* non niſi ſuperſtes nomen. Et ad *Bohemici* Commendas ne quidem omnes Germani, ſed ſoli *Bohemi*, *Sileſii*, *Auſtriaci* & *Tyrolenſes*, admittuntur. Modernus *Magnus Prior Bohemicus* eſt: *Ferdinandus Leopoldus Dubski*, Baro de *Strobomislitz*, Eques Ordinis S. Johannis Hieroſolymitani, Pro-Rex Bohemiæ, electus & confirmatus An. 1714; Anteceſſor Ejus fuit: *Gundoccarus Poppo*, *Comes Dieterichſteinius*, *Baro de Hollenburg & Finckenſtein*, *S. R. I. Comes, Ordinis Melitenſis Eques, Commendator & Receptor Magni Prioratus Bohemici, S. C. Majeſt. Cubicularius; Supremus Styriæ Venationum Præfectus hæreditarius & Pincerna Carinthiæ*; qui An. 1707. 11. Januar. *Ordinis* nomine, ſolennem *Viennæ* introitum habuit. Hujus Anteceſſoris, *Ferdinandi Ludovici Liebſteinsky*, *R. S. I. Comitis de Kolowrath*, *Dynaſtæ in Borobradeck*, *Strackoniz & Warwaſchau &c.* meminit *Europ. Heroldt*, Tom. 2. p. 751. & Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer*. lib. 3. Cap. 17. §. 1; Sedes Magni Prioris eſt *Strakonizæ*. *Germanici Prioratus Magiſter* vulgò *Militiæ Ordinis S. Johannis Baptiſtæ Hieroſolymitani Supremus per Germaniam Magiſter*, jam ab An. 1546. inter Principes Imperii coruſcat, votumque, in Comitiis Imperii, proximus à *Murbacenſi* Abbate, exponit. Sedem habet *Heidersbemii*, in Briſgoviâ; & inter Membra Circuli Rhenani Superioris, *Heidersbemii Principis* appellatione, innoteſcit.

Catalogus Magnorum Priorum Germaniæ, juxta *Megiſerum*, Dn. *Becmannum*, & *Gryphium* l. c. p. 45. &c. talis eſt:

(1) *Henricus*, Com. de *Dockenburg*, elect. 1251.
(2) *Henricus*, Com. de *Fürſtenberg*, An. 1272.
(3) *Johannes*, Baro de *Lupffen*, An. 1289.
(4) *Godefridus* de *Klingenfelß*, An. 1295.
(5) *Helvicus* de *Runderſack*, An. 1299.
(6) *Albertus* Com. de *Schwartzburg*, An. 1322.
(7) *Berchtoldus*, Com. de *Henneberg*, An. 1327.
(8) *Rudolfus* de *Marmünſter*, An. 1331.
(9) *Herdegen* de *Rechberg*, An. 1353.
(10) *Eberhardus* de *Roſenberg*, An. 1368.
(11) *Conradus* de *Brunsberg*, An. 1382. quo ſimul *Pacta*, *Heimbacenſia*, cum *Bernhardo Schulenburgio*, Balliviæ Brandenburgicæ Magiſtro, iniit, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I. *dritte Fortſetzung*, *XXIII. Abſatz*, in Appendice, Tit. *vom Johanniter-Orden*, §. V. p. 86.
(12) *Fridericus*, Com. *Zolleranus*, An. 1394.
(13) *Amandus* de *Rein*, An. 1408.
(14) *Hugo*, Com. de *Montfort*, An. 1414. Primus *Magni Ballivi* titulo ornatus.
(15) *Johannes Leſſel*, An. 1452.
(16) *Johannes Schlegelholtz*, An. 1459.
(17) *Reichardus* de *Bulach*, An. 1466.
(18) *Johannes* de *Aw*, An. 1469.
(19) *Rudolphus* Com. de *Werdenberg*, An. 1486.
(20) *Johannes Kerckentzer*, An. 1500.
(21) *Johannes* de *Hattſtein*, An. 1512. †. centenarius.
(22) *Georgius Schilling*. An. 1546. primus *Magnorum Priorum*, à *Carolo V.* cui, in expeditione Africana, ſtrenuam operam navaverat, in Claſſem Principum Imperii evectus.
(23) *Georgius Bombaſtus* de *Hohenheim*, el. An. 1553.
(24) *Adamus* de *Schwalbach*, An. 1567.
(25) *Philippus Flach*, An. 1573.
(26) *Philippus Riedeſel* de *Camberg*, An. 1594.
(27) *Bernhardus* de *Angeloh*, An. 1598.
(28) *Philippus* de *Leſch*, An. 1599.
(29) *Wipertus* de *Roſenberg*, An. 1601.
(30) *Arbogaſtus* de *Andlau*, An. 1607.
(31) *Johannes Fridericus Hund* de *Saulheim*, An. 1612.
(32) *Hartmannus von der Tanne*, An. 1635.
(33) *Fridericus*, Landgravius *Haſſiæ*, elect. An. 1647. †. 1682.
(34) *Franciſcus à Sonnenberg*, Helvetus, elect. 1682.
(35) Baro *Droſte* de *Fiſcheringen* Weſtphalus, elect. 1683.
(36) *Hermannus* de *Wachtendonck*, elect. 1683.
(37) *Wilhelmus*, qui Ann. 1708. 12. Januar. à *Joſepho* Imp. Ordinis Privilegiorum confirmationem amplifſimam obtinuit, formulam exhibente *Antonio Fabro*, Tom.

Digitized by Google

Tom. XVII. *der Staats-Cantzley*, Cap. XIV. p. 818. ad 857. cui tale initium: *Joſephus --- ad perpetuam rei memoriam, recognoſcimus, & notum facimus, tenore præſentium, univerſis; cum Nos, Venerabilis Noſter & Sacri Imperii Princeps, ac Devotus, Dilectus WILHELMUS, Militiæ Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, per Germaniam Supremus Magiſter, pro ſe, atque univerſo* Præclaro Ordine, *ſub eodem militante, humiliter rogarit, ut ſibi omnes & ſingulas, ſuas, ſuique Ordinis, Gratias, Immunitates, Exemptiones, Privilegia, Jura & Juriſdictiones --- innovare, confirmare & corroborare, ſeque, tanquam Supremum Magiſtratum, ac ipſius Ordinem, cum omnibus ſibi conjunctis perſonis, Commendis, rebus, & bonis cujuscunque nominis, ac ubilibet in Imperio Germaniæ ſitis, & Ordinis defenſioni ſubjectis, ſub Noſtram, & S. Rom. Imperii ſingularem Protectionem & defenſionem ſuſcipere, præſertim etiam eidem, & Ordini Statuta, & Ordinationes ſuas, quoad paupertatis Religioſæ obſervantiam, juraque in omnia & ſingula ſingulorum decedentium bona, ex iisdem ſibi, & univerſo Ordini, competentia, ſalva & integra conſervare --- nec non Sanctionem: Quod omnes, à Parentibus ex vero ſanguine Germano non oriundi, ab Allemanniæ ſupremo Prioratu, ejusque dignitatibus, Commendis, membris, penſionibus, ac juribus, perpetuo excluſi manere debeant, communi Sacri Romani Imperii Statuum conſenſu, accedente Noſtra Cæſarea ratificatione, ſtabilitam, Diplomatis hujus Noſtri paginis, pro perpetua ejus obſervantia, inſerendam curare --- dignaremur &c.* Quæ de ſolis Germanis hic dicuntur, pro fundamento habent *Concluſum Imperii*, Ratisbonæ, 7. Julii, Ann. 1706. ſignatum, vi cujus nemo, niſi ex Nobili Sanguine Germanico procreatus, ad Magnum hunc Prioratum, ejusve Commendas & beneficia, admittatur, formulam ſubminiſtrante Dn. *Lunigio*, Tom. I. *Part. General. des Teutſchen Reichs-Archivs*, pag. 678; ſubſecutamque 25. Maji, 1707. Decretalem Commiſſionis Cæſareæ Approbationem, quam idem l. c. pag. 679. ſiſtit, ubi: *Der Rœm. Kayſerl. auch zu Hungarn und Bœheim Kœnigl. Majeſt. Unſers Allergnædigſten Kayſers und Herrns, Geheimbder Rath, und bey noch fürwæhrendem allgemeinen Reichs-*Convent *Bevollmæchtigter Hœchſt Anſehnlicher* Principal-Commiſſarius, *der Hochwürdigſt Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr* Johan Philip, *der Rœm. Kirchen*, Tit. S. Sylveſtri, *Prieſter*, Cardinal *von Lamberg, Biſchoff und des H. R. Reichs Fürſt zu Paſſau &c. haben denen Anweſenden des H. R. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stænden Fürtrefflichen Ræthen, Botſchafften und Geſandten, auf erhaltenen Allerhœchſt gedachten Kayſerl. Majeſt. allergnædigſten Befehl, hiemit nicht verhalten wollen, welcher maſſen dieſelbe das Ihro fürgebrachte, den 5. Julii vorigen Jahrs* ſignirte *Reichs-Gutachten, ſeines Inhalts, daß kein Auslænder, ausm Teutſchen Blut nicht entſproſſener, in des Lœblichen Ritter-Ordens Priorat in Teutſchen Landen, und noch weniger zum Genuß einiger deſſen Commenden, Güter und Penſionen, gelaſſen werden ſolle; Der erkandten ſolcher Vorſehung Billigkeit nach, allergnædigſt ap*probiret, *und* ratificirt *haben; und verbleiben Hœchſtermelte Ihr Hochfürſtl.* Eminentz, *Eingangs erwehnten der Churfürſten, Fürſten und Stændten, Ræthen, Botſchafften, und Geſandten, mit freundlich-geneigt und gnædigen Willen, jederzeit wohlbeygethan.* Signatum, *Regenſpurg, den* 25. Maji, An. 1707.

(L. S.)

Johan Philipp, Cardinal von Lamberg,
Biſchoff und Fürſt zu Paſſau.

Bajulagium Brandenburgicum, ſeu *Magiſterium Domini*, (cujus jam facta mentio, de quo etiam inſpiciantur D. Joh. Chriſtophori Becmanni *Anmerckungen, von dem Ritterlichen Johanniter-Orden, und deſſen abſonderliche Beſchaffenheit in dem Herrn-Meiſterthum deſſelben, in der Marck, Sachſen*, Pommern *und Wendland*, edit. Francofurti, ad Oderam, 1693. fol. & auctiores, Coburgi, 1695, 4to;) complures & olim Commendas, per Saxoniam, Marchiam Brandenburgicam, Pomeraniam, & Slaviam diſperſas, complectebatur; ejusque *Ballivus*, à Commendatoribus ritè electus, vigore Pactorum *Heimbachenſium* Ann. 1382. inter *Conradum de Brunsberg*, Magnum Germaniæ Priorem, & *Bernhardum Schulenburgium*, Ballivum Brandenburgicum, erectorum, (apud *Lunigium* l. c. Part. ſpec. Contin. I, *dritte Fortſetzung, XXIII. Abſatz*, in Appendice, Tit. *vom Johanniter-Orden*, §. V. pag. 863;) à *Magno Priore Germaniæ* confirmandus erat, ſine cujus venia, nec Equites creari, nec Commendæ conferri poterant. Hodiè verò ſummum jus conferendi hujus *Bajulagii*, penes Boruſſiæ Reges, qua Electores Brandenburgicos, reſidet.

Ballivi ſedes eſt *Sonnenbergæ*, vel *Sonnenburgi*, ad Wartam fl. in *Nova Marchia*; Quo titulo utatur? patet ex Inſtrumento donationis *Tangermundanæ*, quo *Ludovicus Romanus*, & *Otto*, Marchiones Brandenburgici, ſub dato *Vranckenvorde*, Ann. 1360. die *B. Marcelli* Martyris, Ordinem *Johanniticum* Inſulâ *Grummendycke*, aliisque bonis, donarunt, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. ſpec. Contin. 2. *vierte Abtheilung, im dritten Abſatz*, §. VI. pag. 9. &c. ibi: *Religioſis & Honorabilibus Viris, Dn. Hermanno de Werberghe, Magiſtro Domus S. Hoſpitalis, Ordinis S. Johannis Jheroſolimitani, per Saxoniam, Marchiam*

Bran-

Brandenburgenſem, Slaviam & Pomeraniam - - ac Ordini prædicto, & Fratribus ipſius, præſentibus, & futuris, in perpetuum donavimus & donamus, meliori modo & forma, quibus fieri poterit, proprietatem Inſulæ, vulgariter dictæ **Crummendycke**, *Diœceſis Verdenſis &c. &c.* In fine habetur: *Actum Tangermunde, datum vero* **Vranckenvorde**, *Anno Domini 1360. in die B. Marcelli Martyris &c.*

Catalogum *Magiſtrorum Bajulagii*, ex Dn. *Becmanno*, ſiſtit *Gryphius*, in ſæpe citato *Entwurff der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*, p. m. 48.

Catalogus Magnorum Magiſtrorum Bajulagii Brandenburgici.

1 *Fridericus* de *Alvensleben*, elect. 1303. præfuit 24. an.
2 *Gebhardus* de *Bortfelt*, el. 1327. præfuit 28. ann.
3 *Hermannus de Warberg*, el. 1355; præfuit 13. an.
4 *Bernhardus von der Schulenburg*, el. 1368: qui, an. 1382. Pacta *Heimbachenſia*, cum Magno Priore Germaniæ, *Conrado de Brunsberg*, iniit.
5 *Ditericus de Welmdes*, elect. an. 1440.
6 *Wernerus de Güntersberg*, el. an. 1409. præfuit 13. Ann.
7 *Buſſo de Alvensleben*, el. An. 1422. præfuit 2. Ann.
8 *Balthaſar von Schlieben*, el. An. 1424. præfuit 13. Ann.
9 *Nicolaus de Thierbach*, el. 1437. præfuit 23. Ann.
10 *Henricus de Rhedern*, el. 1460. præfuit 1. an.
11 *Liborius de Schlieben*, el. 1460. præfuit 1. an.
12 *Caſparus de Güntersberg*, el. 1461. præfuit 14. an.
13 *Richardus von der Schulenburg*, el. 1475. †. 1491.
14 *Georgius de Schlaberndorf*, el. 1491. †. 1527.
15 *Vitus de Thümen*, el 1527. †. 1544
16 *Joachimus de Arnimb*, el. 1544. †. eod.
17 *Thomas Runge*, el. 1544. †. 1564.
18 *Franciſcus Neuman*, el. 1564. †. 1559.
19 *Martinus*, Com. de *Honſtein*. el. 1569. †. 1610.
20 *Fridericus*, *Johannis Georgii*, Elect. Brandenb. filius, elect. 1610. †. 19. Maji, 1611.
21 *Erneſtus*, *Joachimi Friderici*, Elect. Brandenb. filius, elect. 1611. †. 1613. 19. Sept.
22 *Georgius Albertus*, *Johannis Georgii*, Elect. Brandenb. filius, electus 1614. †. 1615. 19. Nov.
23 *Johannes Georgius*, *Joachimi Friderici*, Elect. Brandenb. filius, electus 1616. proſcriptus ab Imperatore 1623. †. 1624. 2. Mart.
24 *Joachimus Sigismundus*, *Johannis Sigismundi*, Elect. Brandenb. filius, electus 1624. †. 1625. 23 Febr.
25 *Adamus*, Comes *Schwartzenbergius*, el. 1625. †. 1641.
26 *Johannes Mauritius*, Princeps *Naſſovius*, elect. 1652. †. 1679.
27 *Georgius Fridericus*, Princeps *Waldeccius*, S. C. Maj. & Hollandorum Supremus Campi - Mareſchallus, elect. 1689. 9. April. †. 1692. 19. Nov.
28 *Carolus Philippus*, *Friderici Wilhelmi*, Elect. Brandenb. filius, elect. 22. Febr. 1693. †. in Caſtris Caſalienſibus in Italia, 1695. 13. 23. Julii.
29 *Albertus Fridericus*, Ejus frater, natus 1672. 14. Januar. elect. 1695. 4. Aug. †. 21. Jun. 1731. nuptias celebrarat, 30. Oct. 1703 cum *Maria Dorothea*, fil. *Friderici Caſimiri*, Ducis Curlandiæ.
30 *Fridericus Car. Albertus*, Alberti Friderici, *Magni Magiſtri*, filius, nat. 3. Jun. 1705, elect. 18. Aug. 1731.

Ceremonias creandi Equites fusè deſcribit Dn. *Lunigius* l. c. Part. ſpec. Contin. I. *dritte Fortſetzung, XXIII. Abſatz*, in Appendice, Tit. *vom Johanniter-Orden*, §. 17. pag. 115. Rubr. *vollkommener Bericht, von den* Solennitäten, *wenn ein neuer Ritter zu Sonnenburg, in der Marck Brandenburg, in den Johanniter Orden auf- und angenommen, eingekleidet, und geſchlagen wird &c.*

Statuta Ordinis habentur ibidem, §. 18. p. 119 & 120.

2. Equites, pro inſigni habent, in pectore ſiniſtro, Crucem albam Octangularem. (*a*) Patronum habent Johannem Baptiſtam, (*b*) Vivunt ſub Regula S. Auguſtini. Jurant (*c*) paupertatem, caſtitatemque.

NOTÆ.

(*a*) OCTANGULAREM &c. Huc pertinent præced. §. 1. lit. c. dicta. Add. Statuta Sonnenburgica, apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 120. ubi: *Endlichen, und zum Beſchluß, müſſen die Ritter wiſſen, daß Sie, vermœge der Ordens-Statuten, ſchuldig und gehalten ſeind, alle einerley weiſes achteckichtes Creutz, zu tragen, wie Sie jetzo überkommen, und derſelbe, welcher ſich ohne demſelben befinden und ſehen læſſet, oder, nach ſeinem Belieben, gleichſam zum Schimpff des Ritterlichen Ordens, und des Herrn-Meiſters, ihme ein ſonderliches kleineres machen læſſet, und es am Halſe trægt, allewege Sechzig Reichsthaler zur Straf verfallen; auch derſelbe Ritter, den ihn alſo antrifft, und es nicht bey hieſiger Ordens-Cantzley anzeiget, Hundert Reichsthaler Straffe, verwürcket habe, die beedes alhieſiger Ordens-Kirchen zu- und anheim fallen ſollen.* Dn. *Gryphius* vero, cit. Tract. *von Geiſt- und weltlichen Ritter-Orden*, pag. 26. ait: *Die Ritter, werden in* Cavallieri, Capellanen *und* Servientes *abgetheilet; Sie tragen ein weiſſes achteckichtes Creutz, umb die 8. Seeligkeiten anzudeuten, in Form eines Sterns, auf einem ſchwartzen Habit; Die Servientes aber nur ein ſechseckichtes.*

(*b*) BAPTISTAM; aliis, *S. Johannem Eleemoſynarium*, Patriarcham. Vid. præced §. 1. lit. d.

(*c*) JURANT &c. vid. præced. §. 1. lit. c.

Digitized by Google

3. Ordo Teutonicus, (*a*) cujus Equites etiam Hieroſolymitani, ſeu Mariani, vocantur, à Xenodochio S Mariæ Hieroſolymæ ædificato.

Author hujus Ordinis fuit Germanus (*b*) locuples, qui ædificium ſuum, ad recipiendos advenientes Religionis gratia, in Xenodochium convertit, eique, in honorem B. Mariæ Virginis, addidit Templum, unde poſtea Fraternitas dicta: Fraternitas Ordinis Teutonici Hoſpitaliorum S. Mariæ Hieroſolymitanæ. Poſtea huic Ordini Magiſter (*c*) lectus eſt, qui non debet eſſe alius, niſi Germanus. (*d*)

NOTÆ.

(*a*) TEUTONICUS &c. Legendi de hoc Ordine: *Jacobus de Vitriaco*, Cap. 66. *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, in Codice *Geſtorum Dei per Francos*, Edit. Hanovienſ. 1611. pag. 1085; *Albertus Crantz*, lib. VII. *Vandal.* Cap. XXVII; *Aubertus Miræus*, Cap. 3. *Originum Ordinum Equeſtrium*; *Marci Antonii*, *Practicabilia Eccleſiaſtica* Q. 20; *Sebaſtianus Münſterus*, lib. V. *Coſmographiæ*, Cap. 446; *Marcus Murinus*, in Chronico *Magiſtrorum Ordinis Teutonici*, Polonicè ann. 1606. *Cracoviæ* edito; *Andreas Guarini*, Tract. cui titulus: *Origine e Fondatione di tutte le Religioni e Militie di Cavallieri*, pag. m. 26 & 27. Edit. tertia, *Venetiis 1666. Caſparus Hennenberger, in Erklærung der Preuſſiſchen græſſern Landtaſel*, pag. 360. cujus verba *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad Lib. VI. Cap. 2. §. 57. pag. 14 & 15. recitat. Ipſe *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 2. §. 57. &c. pag. 77. &c. *Renatus Choppinus*, in *Monaſtico*, lib. 2. §. 25. pag. m. 211. &c. Illuſtr. Dn. *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VIII. *th.* V. lit. e. pag. m. 610 &c. *Speidelius*, Spec. voc. *Teutſch-Orden*, pag. m. 892; *Hartknoch*, de *Pruſſia* Part. 2. Cap. I; *Petrus Duisburgenſis*, in *Chronico Pruſſiæ*, Francofurt. 1679. 4to. *Johannes Caſpar Venator, im Hiſtoriſchen Bericht von dem Teutſchen Orden*; Norimberg. 1680. 4to. Dn. *Coccejus*, in *Prudentia Juris Publici*, Cap. XVIII. §. 46. pag. 317; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procerum Imperii* lib. 3. c. 2. §. 4. pag. m. 61. &c. *Chriſtianus Gryphius im Entwurff der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*; Edit. Lipſ. 1709. pag. 66. &c. Dn. *Hertius*, Diſſ. de *Origine & progreſſu Specialium Romano Germanici Imperii Rerumpublicarum*, §. XXIII. &c. pag. 52. &c. Dn. *Fridericus de Reventlau*, Diſſ. de *Equitibus, & Equeſtribus Ordinibus*, Part. ſpec. Cap. I. p. 44. &c.

Privilegia Imperatorum, aliorumque Principum, Ordini conceſſa, ſiſtunt *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad Lib. VI. Cap 2. §. 57. pag. 21. &c. *aus der Nürnbergiſchen Deductions-Schrifft*, contra *den Teutſchen Orden*, p. 16 &c. & Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I. *dritte Fortſetzung*, in Appendice, §. 1. & ſeqq. p. 3. &c.

Vocatur *Teutonicus*, quia non niſi *Germani* in ſodalitium recipiuntur, quo verba R. I. *Auguſtani*, An. 1500. §. 41. *vom Hochmeiſter aus Preuſſen*; pertinent, ibi: *Von wegen des Hochmeiſters aus Preuſſen, iſt beſchloſſen, Ihm eine Schrifft, von wegen Unſer und der Stænde des Reichs, an den Kœnig zu Poland, zu geben, der Meinung, wie Wir, und die Stænde des Reichs, verſtanden haben, daß der Kœnig im Fürnehmen ſeyn ſoll, den Hochmeiſter zu beſchwærlichen Eyden, und andern, zu Abbruch dem H. Reich, zu tringen. So aber der Orden allein auf Teutſche Nation geſtifft, auch niemand anders, dann dem H. Reich, zugehærig, ſo ſey die Bitt, ſolch Fürnehmen abzuſtellen, und den Hochmeiſter bey dem H. Reich unbetrængt bleiben zu laſſen &c.* & §. 42: *Der Teutſch-Orden ſoll auch hierinn begriffen werden &c.* ubi: *Weiter iſt beſchloſſen, dieweil der Teutſch-Ordẽ allein von- und auf die Teutſchen geſtifftet, ũ. dem Ræmiſchen Reich zugehærig, (und) billig ſey, ihn zu handhaben, auch wiederumb zierlich und gleich, daß der Hochmeiſter in Liefland mit dem, das der Orden in Preuſſen und Liefland habe, Uns und das H. Reich, inmaſſen ander Fürſten des Reichs thun, erkennen, und ihre* Regalien *empfangen; Darumb ſollen Sie &c.* Hinc *Baronius*, Tom. XII. *Annal. Eccleſiaſt.* ad An. 1198. §. 3. pag. 878. *Cæleſtini III.* P. R. confirmationis memor: *Fuere ejusdem Cæleſtini digna alia factorum monumenta ... inter alia, Confirmatio Religioſæ Militiæ Ordinis Teutonicorum; rogatus enim ab Henrico Imperatore, donavit eosdem idem Pontifex veſte alba & cruce nigra, ſubjecit verò Regulæ S. Auguſtini. Conſti autem ſub eo Ordine non niſi Nobiles, iidemque Germani, qui magnitudine animi, digna ipſorum Generoſitate edidere facinora &c.* Et Imperii Proceres inter Gravamina, ann. 1522 & 1523. in Comitiis *Norimbergenſibus*, adverſus Pontificem Romanum, expoſita, proferebant Art. XXVI. quod Pontifex, contra Ordinis Statuta & Leges, *Hieronymum Venetum*, Italum, Equitem creaſſet; Vid. *Goldaſti Statuta & Reſcripta Imperialia*, pag. 45; *Limnæus*, Tom. IV. Addit. *Jur. Publ.* lib. VI. c. 2. §. 58. pag. 15. Ipſe Ordinis Adminiſtrator, *Wolfgangus Schutzbar*, dictus *Milchling*, laudando *Maximiliani* Auguſti, pro tuenda Ordinis hujus libertate, ſtudium, cum controverſia in Comitiis Ratisbonenſibus An. 1547 & 1548. iterum ventilaretur, ait: *Gleicher geſtalt hat Kayſer* Maximilian *allen mæglichen Fleiß fürgewendt, damit mein Orden das Sein bekommen mæchte. Ebenmæſſig hat jetztgedachter Kayſer* Maximilian, *Hochlæblichſter Gedæchtniß, auf dem Reichstag, der allhier zu Augſpurg im Jahr 1500. iſt gehalten, Weiland*

Herr

Digitized by Google

Hertzog Friedrichen von Sachſen Seel. damahls Hochmeiſtern in Preuſſen, in Betrachtung, daß mein Orden allein auf Teutſche Nation geſtifftet, auch Niemand anders, dann dem H. R. Reich zugehœrig, ſolchen beſchwærlichen Aid, deß ſich der Kœnig zu Polen gegen Ihm, als Hochmeiſtern, damals angemaſſt, hinfühto, zu Abbruch deß H. Reichs, zuthun abgerathen und verbotten &c. Vid. des Adminiſtratoris Teutſchen Ordens in Preuſſen Gegenbericht und Ableinung des Polniſchen Oratoris Supplication-Schrifft, Kayſerl. und Kœnigl. Maj. auch den Stænden des H. R. Reichs, zu Augſpurg, An. 1548, übergeben, apud Goldaſtum, in Reichs-Handlungen, fol. 158; unde ſua Dn. Dattus lib. 3. Rer. Germanic. Cap. XV, §. 19, pag. 641 & 642. Conf. Conringius ad Lampadium, Part. 3, Cap. VI, Append. pag. 243.

(b) GERMANUS &c. Jacobus de Vitriaco l. c. initia hujus Ordinis ita deſcribit: Cum Civitas Sancta (Hieroſolymorum) poſt prædictam ejus liberationem (Ann. 1099, 15 Jul. vid. præc. §. 1. lit. d, & præced. Tit. XVI, Catal. Ducum Lotharing. Vita Godefridi Bullionei) habitaretur à Chriſtianis, & multi ex Teutonicis, & Alemannis, cauſa peregrinationis, pergentes Hieruſalem, linguam Civitatis ignorarent, inſpiravit divina Clementia cuidam Honeſto & Religioſo Viro Teutonico, qui in Civitate, cum Uxore ſua, morabatur, quatenus quoddam Xenodochium de bonis ſuis conſtrueret, in quo pauperibus & infirmis Teutonicis hoſpitalitatem exhiberet. Confluentibus autem ad ipſum, ratione commercii linguæ & noti ſibi idiomatis, de Gente illa multis pauperibus & peregrinis, de conſenſu & voluntate Domini Patriarchæ, quoddam Oratorium compoſuit juxta prædictum Hoſpitale, in honore B. Dei Genetricis Mariæ. Longo autem tempore, in magna paupertate, tam de bonis ſuis, quam de his quæ colligebat, ex Fidelium eleemoſynis, pauperes infirmos procurabat. Quidam autem & maxime de Gente Teutonicorum prædicti Viri, charitatem & meritum attendentes, omnibus renunciantes, ſe & ſua Deo, & prædicto Hoſpitali, tradiderunt, miniſterio pauperum, depoſito ſeculari habitu, voto ſe adſtringentes. Procedente autem tempore, cum non ſolum de inferioribus, ſed de Equeſtri Ordine, & de Nobilibus Alemanniæ, Viris Deo devotis, prædicto Hoſpitali ſeſe voto obligaſſent, paupertatem voluntariam, & abjecti in Domo Dei eſſe magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, eligentes, viſum eſt eis, Deo gratum eſſe & acceptum, & magis meritorium, non ſolum pauperibus infirmis ſervire, ſed inſuper animas ſuas pro Chriſto ponere, &, ab inimicis Fidei Chriſtianæ, Terram Sanctam defendendo, Chriſto, tam ſpiritualiter quam corporaliter, militare. Unde Regulam & Inſtituta Fratrum Militiæ Templi ita ſuſceperunt, quod opera pietatis, & Deo amabilem hoſpitalitatem, non reliquerunt: ſicut animalia ſanctæ, habentes faciem hominis pariter & leonis; & utrumque ſervitium ita Religioſè & diligenter adimplentes, quod Dei & hominum gratiam promeruerunt & favorem, ad differentiam aliorum, Cruces Nigras albis chlamydibus aſſuentes &c. Hinc ſua Nauclerus, Vol. 2, Generat. XXXVII, pag. 810. Autor Chronici Sclavorum, à Lindenbrogio editi, ad An. 1188, pag. m. 205, vindicat Ordinis noſtri primordia nominatim Lubecenſibus & Bremenſibus, ibi: Anno Domini 1188, cœpit Ordo Fratrum de Hoſpitali Domus Teutonicæ, qui nunc regnat in Pruſſia & Livonia, & dominantur ſummis, qui inſtituti ſunt ſervire infirmis. Cœpit autem tali modo: Quidam Cives Urbium Lubic & Bremæ, exiſtentes in Exercitu Chriſtianorum, cum Adolpho, Comite Holſatorum, in ſubſidium Terræ Sanctæ, videntes plures Teutonicos peregrinos infirmos jacere, in locis diverſis campi, in maximis miſeriis, abſque cujuscunque cura, quando ſcilicet Exercitus Chriſtianorum erat in Expeditione Accon, cum primo Friderico Imperatore, miſericordia moti, acceperunt latum velum, de quadam magna navi, & inde facientes tentorium, collegerunt ſub illo infirmos tales, & curam eorum egerunt. Ipſis quoque cum Comite Adolpho redeuntibus, commiſerunt illud Capellano Frederici, Ducis Sueviæ, Filii Imperatoris, tunc noviter ſubmerſi, ſcil. Friderici Primi, & Camerario ejusdem Capellani, qui ædificaverunt ibi domicilia & Capellam, in honorem B. Mariæ Virginis, Domus Teutonicæque illud nominaverunt Hoſpitale B. Virginis, quibus plures alii ſe junxerunt, captaque Urbe Accon, ædificaverunt, intra muros ejusdem, quoddam Templum, et Fredericus, Dux Sueviæ, præmemoratus, obtinuit confirmationem illius Religionis, à Papa Cœleſtino III, per promotionem Imperatoris Henrici VI, Fratris ſui, unde nominata eſt Religio illa: Fratres de Hoſpitali Domus Teutonicæ &c. Conf. Chronicon Epiſcoporum Verdenſium, in vita Tammonis, XXVIII. Præſulis, ap. Dn. de Leibnitz, Tom. 2, Rer. Brunſuic, pag. 217 & 218: Eo tempore (An. 1190) obſeſſa eſt Civitas Ackon, à Chriſtianis, duobus annis, & capta eſt; circa idem tempus, incepit Ordo Militum de Domo Teutonica, à Frederico, Duce Sueviæ, in obſidione Civitatis Ackon, ſuo velo navis extenſo &c. Clarius loquitur Albertus Cranzius, lib. VI. Vandal. Cap. XXVIII, mentione facta obitus Friderici I, Imp. Ejusque Expeditionis Sacræ: Cum interea multi, per æſtum inſuetum, ex Peregrinis, languerent, &, acceptis in prœlio vul-

Digitized by Google

vulneribus, deficerent, primi **Cives Lubicenſes**, *&* **Bremenſes**, *productis velis de navibus ſuis, fixere papiliones, ſub quas ægrorum multitudinem comportarunt, pietatis ſtudio illis obſequentes. Viderunt piam illorum operam Principes,* **Fridericus**, *Sueviæ Dux, & Imperialis Cancellarius,* **Conradus**, *pridem Lubicenſis* (lib. VIII. Saxon Cap. 3, habet: Herbipolenſis) *Epiſcopus, & collata, in uſus egentium, grandi pecunia, pietatis exemplo & ipſi inclaruerunt; & quum forti in armis opere nullus erat uſus, ad pietatem intenderunt ſtudia; proceſſitque res usque adeo, ut primum ejus rei firmitatem quandam ſtatuerent, ſub titulo* **Mariæ Virginis**; *quam multi etiam Militares ſubierunt. Inde* **Militaris Ordo** *ille provenit, qui dicitur* **Teutonicorum:** *quem deinde, aliquot intercedentibus annis,* **Fridericus II.** *Imp. obtinuit à Summo Pontifice* (Honorio; ceu lib. VII. *Vandal.* Cap. XXVII, docet) *confirmari &c.* Interjectis paucis, annectens: *Lubicenſes & Bremenſes, quia primi fuere, qui ſemina futuri Ordinis jecere, inter Militares, aſſumuntur in* **Ordinem**, *cum alios plebeos non admittant, niſi in Chorum pſallentium &c.* Audiamus & *Caſparum Hennenberger in Erklærung der Preuſſiſchen Græſſeren Landtafel,* pag. 360: *der Anfang dieſes Ordens iſt geſchehen im gelobten Lande, in der Belagerung der Statt Ackers, ſo man auch Ptolemaidem nennet,* Ann. 1190, *als* Fridericus I, Barbaroſſa *genannt, im Waſſer umbkommen, und ſein Sohn,* Henricus VI, *Kayſer ward, zog das Volck vor die gewaltige und mæchtige Statt Ackers und lagen lang dafür, da wurden viel Leute kranck, und ſturben ihrer auch ſehr viel, dan ſie lagen zerſtreuet, einer hier, der ander dort, hatten keine ſonderliche Wartung; da waren* **acht Pilgram, fünff von Bremen, und drey von Lübeck**, *die namen ein Segel von einem Lübiſchen Schiffe, Roggen genant, und brachten die Teutſche Krancken unter daſſelbige Segel, warteten ſolcher mit allem Fleiß und Treuen, daß ſolche Krancke des mehrentheils wieder zu recht kamen und geſund wurden: das gefiel den Teutſchen Fürſten, und ſonderlich* Friderico *aus Schwaben, des Kayſers Brudern über die maſſen wohl, ſchrieben ſolches dem Kayſer hierin zu, baten Ihn, Er wolte ſolches an Pabſt bringen, und ihnen zu einem Orden helffen, darinnen ſie mæchten ſeyn, und leben, der armen Krancken warten, und ihnen dienen, und, in der Noth auch helffen ſtreiten. Solches gieng alſo an, und der Pabſt* Cæleſtinus III. *confirmiret den Orden, und gab Ihnen* S. Auguſtini *Regel, auch groſſen Ablaß, wie der* Johanniter- *und* Templirer-*Orden hatte, nach welcher Ritterſchafft Sie auch leben ſolten, dadurch Sie dan auch zu groſſen Gütern kamen, und kleidet ſolche, mit andern, der Patriarch von Jeruſalem ein, auf Schreiben und Befehl des Pabſts, gab Ihnen den weiſſen Mantel, mit einem Schwartzen Creutz, hinten und fornen, auch einem weiſſen Schild, mit einem Schwartzen Creutz, und ſolten heiſſen: Ritterbrüder des Hoſpitals S. Mariæ Teutſchen Ordens zu Jeruſalem &c.* Ordinem à *Cæleſtino III* P. R. fuiſſe confirmatum, non ſolum ex adductis modò *Chronici Slavici, & Caſparis Hennenbergeri,* verbis, ſed & ex *Nauclero* l. c. diſcimus, hæc proferente: *Anno Domini 1191, apud* **Acam**, *quidam* **Bremenſes & Lubecenſes Cives Hoſpitale** *in honore B. Mariæ Virginis, ad opus infirmorum, tempore obſidionis, ex velis navium, fecerunt, eleemoſynas conferentes atque colligentes, obtinuerunt, auxilio* **Friderici**, *Ducis Sueviæ, à* **Cæleſtino** *Papa, cooperante ad hoc* **Henrico**, *Rege Romanorum, Ordinem iſtum, ſub titulo:* **Hoſpitalis B. Mariæ Virginis Domus Teutonicorum in Jeruſalem**, *confirmari, privilegiisque opportunis donari, Anno ſupradicto &c.* Conſentit *Baronius,* Tom. XII. *Annal.* ad An. 1198, §. 3, pag. m. 878, exiſtimando tamen, incertum eſſe, quo anno Pontifex Ordinem confirmaverit: *Fuere ejusdem* **Cæleſtini** *digna alia factorum monimenta, quæ certis Ejus Pontificatus annis non ſunt affixa, &, inter alia,* **Confirmatio Religioſæ Militiæ Ordinis Teutonicorum:** *rogatus enim ab* **Henrico** *Imp. donavit eosdem idem Pontifex* **Veſte alba, & Cruce nigra;** *ſubjecit verò Regulæ* **S. Auguſtini** *&c.*

(c) MAGISTER &c. *Nauclerus,* cit. Vol. 2. Generat. XXXVII. pag. 810, memor Confirmationis Ordinis noſtri, an. 1191, à *Cæleſtino III,* P. R. factæ, addit: *Ex eo tempore, incepit habere* **Magiſtrum Ordinis Generalem**, *Proſapia Nobilem, & rei militaris peritum. Erat autem* **Primus Magiſter**, *Frater* **Henricus**, *dictus* **Walpora**, (Walpota) *ſub quo* **Hoſpitale** *inceptum fuit in Civitate* **Aca** *jam recuperata; & Illi ſucceſſit Frater* **Otho**, *Magiſter Secundus; quo mortuo, electus eſt Frater* **Hermannus Bart.** *Succeſſit illi defuncto, Frater* **Hermannus de Saltza**, *ſub quo, Religio cœpit habere maxima incrementa. Itaque conſecuta eſt magnifica dona in Apulia, Romania, Armenia, Alemania, Ungaria, Livonia, Pruſſia &c.* Vid. ſeq. §. 4. Principibus Imperii Eum annumerari, vulgo notum. In ſubſcriptione *Ordinationis Regimenti Wormatienſis* An. 1521, poſt Epiſcopos omnes, imò & *Hartmannum,* Abbatem Fuldenſem, occurit: *Dieterich von Cleven Hochmeiſter Teutſchen Ordens, in Teutſchen und Welſchen Landen &c.* Idem notatur in ſubſcriptione R. I. *Wormat.* ejusdem anni. In ſubſcriptione R. I. *Norimberg.* Ann. 1524, obſervatur hic Ordo: Albrecht, *Hochmeiſter in Preuſſen, Teutſchen Ordens Marggraf zu Brandenburg &c. Weigand, Biſchoff zu Bamberg. Dieterich von Cleen, Meiſter Teut-*

ſchen

Digitized by Google

ſchen Ordens in Teutſchen und Welſchen Landen &c. R. I. Auguſtanum 1525, iiidem poſt Epiſcopos demum ſubſcripſit *Diterici von Cleen, Teutſchmeiſters*, Legatus *Friderich Sturmfeder, Commenthur zu Blumenthal &c.* æquè ac *Walther von Cronberg*, R. I. *Spirenſ.* 1526; & dictus *Fridericus Sturmfeder*, R. I. *Ratisb.* Ann. 1527. Aſt R. I. *Spirenſ.* An. 1529, ante omnes Epiſcopos, ſignavit: *Walther von Cronberg, Adminiſtrator des Hohen Meiſter-Ampts in Preuſſen, Meiſter Teutſchen Ordens, in Teutſchen und Welſchen Landen &c.* A quo tempore, ſemper Epiſcopis præpoſitus legitur. Quem locum in Circuli Franconici Comitiis obtineat, docet *Limn.* Tom. IV. Addit. ad lib. VI, Cap. 2, poſt §. 60, p. 17 & 18.

(d) GERMANUS &c. Equites quoque tales eſſe debere, rectè monet *Baronius* Tom. XII. *Annal.* ad An. 1198, §. 3, pag. 878: *Cenſiti autem ſub eo Ordine,* (Teutonicorum) *non niſi Nobiles, iidemque Germani, qui, magnitudine animi, digna ipſorum Generoſitate edidere facinora, quæ aliorum ſunt ſcriptorum memoriæ perpetuæ commendata,* Conf. *Nauclerus* l. c. *Quia Teutones hujus Religionis inventores fuere, ex quibus poſtmodum prodierunt Viri Nobiles, & rei militaris peritiſſimi, & tales, qui, pro teſtamento Dei, ſua corpora tradiderunt, & in ſanguine ſuo, auxiliante Deo, univerſam **Pruſſiam**, Gentem Paganam, & Idolis deditam, Polonis, ac circumvicinis Chriſtianis omnibus, moleſtam & inimicam, juſto bello tandem, & per multos agones, in ſuam poteſtatem redegerunt; ex quo tempore **Lingua Teutonica** ad eos introducta eſt, & cultus Chriſti Genti imperatus: propterea nemo ad eum Ordinem recipitur, niſi (1) Teutonicus, (2) Nobilibus ortus Parentibus, & cui (3) propoſitum ſit, pro tuendo Chriſti Evangelio, adverſus ſalutiferæ Crucis inimicos, armis depugnare &c.*

4. Pro Inſigni *(a)* gerunt Crucem Nigram, pallio albo inhærentem. Jurant: *(b)* perpetuum bellum contra Turcam, & Caſtitatem. Sequuntur Regulam S. Auguſtini; *(c)* Anno 1220, cum omnia Bona ferè, a Saracenis, ipſis eſſent erepta, in Germaniam reverſi, arma ſua cum Gladiferis. *(d) mit den Creutz Brüdern (e)* in Livonia, contra Boruſſos, qui & tunc temporis nondum fideles erant, junxerunt, & tandem, poſt quinquaginta tres Annos, Boruſſiam *(f)* ſui Juris fecerunt &c.

NOTÆ.

(a) INSIGNI &c. Vid. *Jacobus de Vitriaco*, præced. §. 3, lit. b. Conf *Nauclerus* l. c. *Veſtimentis Albis utuntur, nigra cruce inſuta; barbam omnes nutriunt, exceptis, qui in ſacris Altaribus ſerviunt. Pro Canonicis horis, Orationem Dominicam uſurpant &c.* Eodem tendunt verba *Spangenbergii* lib. XI. *des Adelſpiegels*, c. 4: *Daß die Ritter der Jungfrauen Marien des Teutſchen Hauſes, oder Ordens, heiſſen; **einen weiſſen Mantel, und ein Schwartz Creutz darauf, und einen Schwartzen Rock darunter tragen**; und ihre Bærte, wie Sie zuvor gehabt, behalten, und Niemand, dann nur Teutſche, in ihren Orden nehmen, und nach S. Auguſtini Regul leben ſollen. Auch mœchten Sie einen weiſſen blancken Helm, mit einem Schwartzen Creutz, führen &c.* ut & *Baronii*, præced. §. 3, lit. b, in fine. Add. ſeq §. 5, lit. g. *Hennenberger in der Erklærung der Grœſſern Preuſſiſchen Landtafel*, p. 364, de augmento Inſignium, hæc profert: *Kœnig Heinrich zu Jeruſalem gab dem Meiſter Teutſchen Ordens, Otto von Carpen, **das güldene Creutz**, zum Zier und Gedæchtniß, in dem Schild. Kayſer Friederich der II, hat des Ordens Schild **mit des Rœmiſchen Reichs Adler**, gezieret &c.* & pag. 368: *Kœnig Ludwig von Franckreich verehret* An. 1250, d. 20. Aug. *zu Ackers, dem Orden die vier Lilien in Ihr Schild &c.* Hinc ſua *Limnæus* Tom. IV. *Addit.* ad lib. VI, Cap. 2, poſt §. 60, pag. 20.

(b) JURANT &c. Vid, *Jacobus de Vitriaco* l. c. *Nauclerus*, præced. §. 3, lit. d. Conf. ſeq. §. 5, lit. h.

(c) S. AUGUSTINI &c. Vid. *Baronius & Hennenberger* præced. §. 3, lit. b, in fine; & adducta modo *Spangenbergii* verba.

(d) GLADIFERIS &c. Germ. *Schwerdtbrüder*; alio nomine vocabantur *Enſiferi*. Peculiarem diſſertationem, de *Ordine Enſiferorum*, ventilavit Dn. *Conradus Samuel Schurtzfleiſchius*, Wittebergæ, An. 1689, Reſpondente *Andrea Hornung*, Revalia-Livono. Cœpit Ordo, circa Annum 1204. occaſione belli, ab *Alberto*, Rigenſium Epiſcopo, *Livonis* Gentilibus illati, de quo *Arnoldus Lubecenſis*, lib. VII. *Chronic. Slav.* Cap. IX, §. 7. pag. m. 516, ita: *Obtinuerat etiam* (Albertus) *a Sede Apoſtolica, ut, ſi quos inveniſſet Viros Religioſos, & Verbi Dei erogatores, ſive de Ordine Monachorum, ſive Regularium Canonicorum, vel aliorum Religioſorum, ipſos ſuo labori cooperatores efficeret. Unde ipſum ſequebatur multitudo maxima, & Militum manus copioſa. Cumque frequenter æſtivo tempore Exercitum duceret, contra Crucis Chriſti inimicos, non ſolum Livones, verum etiam alias Barbaras Nationes ita ſibi ſubjecerat, ut ab eis obſides acciperet, & pacis conditiones cum eo facerent. Crevit igitur Eccleſia Dei, per Venerabilem Virum,* Albertum, *bene diſpoſita Præpoſitis, Parochiis, Cœnobiis. Multi etiam continentias voventes, & ſoli Deo militare cupientes, forma-*

Digitized by Google

ma quædam **Templariorum**, *omnibus renunciantes*, **Chriſti Militia**, *ſe dediderunt, & profeſſionis ſuæ, ſignum*, *in forma Gladii*, *quo, pro Deo, certabant, in ſuis veſtibus præferebant. Qui, confortati & animo, & numero, inimicis Dei terrore non parvo, formidabiles effecti ſunt &c.* Refert *Chriſtophorus Hartknoch*, ex Auctore Chronici Ordinis, in *Animadverſionibus* ad *Petri Dusburgii Chronicon Pruſſiæ*, part. 3. Cap. 28, Equites hos jam ab *Alexandro III.* P. R. inſtitutos & confirmatos, & *Alberto* Epiſcopo duntaxat fuiſſe additos; ſententiam verò hanc Annalium fidei contrariari, rectè monet *Schurtzfleiſchius* l. c. *t.* 5, p. 5.

Innocentius III, an. 1205, Ordinem confirmaſſe fertur, Equitibusque duorum rubri Coloris enſium, decuſſatim poſitorum, dediſſe inſignia; vid. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baron.* ad h. a. §. XV, pag. 30, ab eoque allegati: *Functius*, in *Chronolog. Matthæus à Michovia*, in *Sarmatia Europæa*; *Andreæ Fauyni Theatrum honoris & Nobilitatis*, lib. VII; *Franciſci Menenii Origines Ordinum Militarium*; Dn. *Schurtzfleiſch* l. c. & pag. 6, qui, ex *Innocentii* Epiſtola 191, lib. 2, caſtigatioris & plenioris *Stephani Baluzii* Editionis, verba citat, quibus Ordinem patrocinio ſuo ornaſſe eluceſcit, ibi: *Omnes*, *qui*, *ad defendendam Livonienſem Eccleſiam*, *& Chriſtianos*, *in illis partibus conſtitutos*, *divino Zelo ſuccenſi*, *duxerint tranſeundum*, *ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & eis Apoſtolici patrocinii beneficium impertimur &c.* De Inſigniis ait *Nauclerus*, Vol. 2. Generat. 42, ad An. 1239, pag. m. 929: *Erant, per id tempus, in Livonia, Fratres Religioſi, vulgo dicti:* ***de Gladio***; *hi præter* ***Crucem***, ***habebant in veſtibus gladios affixos***, *militabantque, pro defenſione fidei, contra Paganos &c.* & *Sebaſtianus Münſterus*, lib. 3. *Coſmograph.* Cap 478, pag. 1119, *Sie* (*die Schwerdtbrüder*) *trugen, in Ihren Kleidern, ein* ***Creutz***; ***und darzu zwey angenahete Schwerdter***; *damit anzuzeigen, daß Sie ſtritten wieder die Heyden; zuſchirmen den Chriſten-Glauben, und ſonderlich fochten Sie, wider die Littauwer, ſo in Liefland pflegten zu fallen &c.* Addit *Chriſtianus Gryphius*, *im kurtzen Entwurff der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*, §. XXII, pag. m. 118, Tit. *die Schwerdtbrüder in Liefland*, *Stellam rubeam*, ibi: *Sie folgten der Ciſtercienſer Regel und Kleidung, und trugen, auf der Bruſt,* ***zwey Rothe Creutz-weiſe über einander geſchrenckte Schwerdter***, *woher ſie auch den Nahmen* ***bekommen, ſampt einem rothen Stern***; *den* Ashmole *vergeſſen &c.* Aſt *Stellam* hanc *Crucem* ſaltem fuiſſe, ſentire videtur *Spangenbergius*, lib. XI. *des Adelſpiegels*, Cap. X, memor Equitum pallii albi: *Darauf zwey Rothe Schwerdter übereinander geſchrenckt, und ein* ***Stern***, ***etwan auch nur ein Creutz &c.***

Priusquam Inſignia hæc fuerint nacti, *Equites Dei*, It. *Chriſti*, vocabantur. Vid. *Spondanus* l. c. Conf. *Arnoldus* l. c. & §. 11, verbis mox producendis.

Primus eorum Magiſter, ***Wyno de Rohrbach***, circa an. 1205. electus creditur, annoque 1223, à *Wigberto*, Soſatenſi, Equite Enſifero, occiſus. Vid. *Spondanus* l. c.

Excepit Eum ***Volquinus Schenck de Winterſtatt***, An. 1238, in prælio Lithuanico interfectus. Hic eſt, qui An. 1228, una cum *Hermanno à Salza*, Magiſtro Ordinis Teutonici, à *Conrado*, Maſſoviæ Duce, auxilio vocatus, in Pruſſorum Regiones venit; imo ſub Eo, de uniendis Livonenſibus cum Equitibus Teutonicis, actum. Occaſionem ſuppeditat *Arnoldus* l. c. §. 11 &c. pag. 516: *Orta fuit inter Dominum Epiſcopum* (Albertum Rigenſem) *& Fratres ſupra dictos, qui Dei Milites dicuntur*, *quædam inteſtina ſimultas*, *& mirabilis quædam altercatio. Dicebant ſane Fratres, ipſorum juris eſſe tertiam partem totius Gentilitatis, quam Dn. Epiſcopus, vel verbo prædicationis, vel violentia expeditionis, obtinere potuiſſet. Quod cum Epiſcopus omnino eis negaret, facta eſt inter eos gravis diſcordia, ita, ut multum contra ipſum, in Curia Romana, laborarent, nec minus Dn. Epiſcopus ſuam ſententiam confirmaret &c.* Quibus litibus ſopiendis, ***Innocentius III.*** *Chriſtianæ Reipublicæ utile futurum ratus, compoſitionem ſuaſit, & Capita Conventionis auctoritate ſua approbavit, ea lege, ut Ordo tertiam partem Terrarum Lettiæ & Livoniæ, conceſſu Rigenſis Epiſcopi, teneret, &, illarum ratione, Magiſter Ordinis obedientiam ſponderet, neutiquam verò onus ſervitii præſtandi imponeretur, niſi quatenus ad defenſionem Eccleſiæ, & operam bello contra infideles navandam, pertineret; reliquas Terras, quas extra Lettiam & Livoniam, ditionis ſuæ facerent, Epiſcopi beneficio non agnoſcerent, & ſuo Jure (Salvis Imperii auſpiciis) poſſiderent &c.* Hæc Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. ex Epiſtolarum *Innocentii III*, centeſima quadrageſima prima. Conf. *Spondanus* l. c. *Spangenberg* l. c. Cap. 4, p. 333.

Tertius Magiſter, *Theodoricus à Gruneck*, (al. *Grüningen*) horrendam à Boruſſis cladem accepit, qua Ordinis vires ita enervatæ, ut tandem Ann. 1237, vel ſequenti 1238, ſpontanea *Enſiferorum* ſubjectione, laudato *Hermanno à Saltza*, ſupremo *Teutonici Ordinis* in Pruſſia Rectori, facta, hi duo Ordines in unam ſodalitatem coaleſcere cogerentur; quæ conjunctio labenti jam & fatiſcenti *Livonicorum Militum* Ordini oportuna accidit, & *Gregorio IX.* P. R. auctoritate ſua An. 1239, eam firmanti, probata eſt. Qua de re *Nauclerus* l. c. *Quia videbant* (Enſiferi) *negotium Ordinis B. Mariæ* (Teutonicum) *indies proſperari, habitis hinc inde tractatibus, per Romanum Pontificem voluntariè ſe paſſi ſunt Teutonicorum Religioni uniri &c.* Conf. *Crantzius* lib. VIII. *Saxon.* Cap. 3; *Mattheus*

thæus Dreſſerus, Iſagog. Hiſtor. Millenar. VI. pag. 293. *Münſterus* l. c. *Caſparus von Ceumern Theatridium Livonicum*, pag. 1. 2. 3. &c. *Petrus Dusburgius*, Part. 3. *Chron. Pruſſ.* cap. 28. *Balthaſar Ruſſow, Lieflændiſche Chronick: Caſparis Schützii Hiſtor. Rer. Boruſſic.* ad An. 1238. &c. *Spondanus* l. c. *Joh. Caſpar Venator*, lib. I. *des Hiſtoriſchen Berichts vom Teutſchen Orden*, Cap. 2. pag. 26: *Schurtzfleiſch* l. c. ſ. 8. pag. 10 &c. *Gryphius*, l. c. pag. 119. Hacque ratione *Enſiferorum* nomen expunctum.

(*e*) CREUTZBRüDERN &c. *Crucigeri* diverſi erant ab *Enſiferis*, iidem vero cum *Teutonicis*; *Marianis*; *Militibus Domus Hoſpitalis Hieroſolymitani*; vid. *Conring. de Finibus Imperii*, Cap. XXIX. ſ. 31. pag. m. 488. & Dn. *Schurtzfleiſchii Res Pruſſicæ*, ſ. 20. pag. 12. *Crucigerorum* nomen ſortiti ſunt, ab *Aurea Cruce*, qua *Henricus*, aliis *Johannes*, Hieroſolymorum Rex, Ordinem donavit; Vid. *Hennenberger* præced. lit. a. *Teutonici* dicti, à Gente; *Mariani*, à Patrona; *Milites Domus Hoſpitalis Hieroſolymitani*, à loco fundationis.

(*f*) BORUSSIAM &c. Primus Magiſtrorum *Ordinis Teutonici*, qui in Pruſſorum Regiones deſcendit, fuit præfatus *Hermannus de Saltza*, inita cum *Conrado* Maſſoviæ Duce, pactione, *Friderici II.* Imp. pariter, & *Gregorii IX.* P. R. conſenſu approbata; cujus hæc erant præcipua capita: *Haberent Crucigeri, quod fortuna belli offerret, illique eſſent occupaturi; idque, in laboris præmium, ſub fide & clientela Imperii Germanici, retinerent; Culmenſem modo tractum relinquerent Conrado; nec Polonis quicquam eriperent, utpote ſociis, quorumque liberatores eſſent.* His legibus juſtum Equites Exercitum compararunt, prima occaſione in aciem egreſſuri. *Cromerus*, lib. VII. *Rer. Polon.* Auctor eſt, parvo tempore, *Crucigeros* magna in *Pruſſorum* oris incrementa cepiſſe; quod & *Salomon Neugebauer*, in *Hiſtor. Rer. Polon.* lib. 3. p. 133. affirmat. Vix autem ſubactam Gentem, Pomeraniæ Princeps, *Suantipolcus*, ad capeſſendum bellum acerrimè hortabatur, rationes proferens: æſtimandum impotentem Dominatum, qui paucorum licentia exerceretur: Vindicandam Veterem gloriam: pro laude & ſalute Gentis dimicandum. Seducti etiam *Pruſſi* Seductorem Ducem eligunt, quem ſecuti, funeſta rebellione, *Crucigerorum* rem penè omnem deleverunt. Vid. *Cromerus*, l. c. lib. 8. pag. 148. & lib. 9. pag. 162 & 172; *Neugebauer* l. c. pag. 145. &c. Firmatis deinde iterum rebus, prævia cum *Enſiferis* conjunctione, proſperiori fortuna elatiores redditi *Crucigeri*, jam in *Boruſſos* & *Livonos* diviſi, & ſuis ſinguli Magiſtris parentes, multa inſolenter facere, & contra juſtitiæ regulas, aliena appetere, iniquaſque expeditiones moliri cœperunt. Sociorum fines primo aggreſſi, priſtinæ amicitiæ fructus jacturam paſſi ſunt. Inde *Lithuanorum* agros inhiantes fœdæ imperandi ambitionis documentum poſteris reliquere. Nec majori jure, *Pomeraniæ* Populos tributis exigendis debilitarunt; hisque rebus omnium odia in ſe derivarunt. Pertæſi pacis, cum & pacta cum *Polonis* violarent, naveſque Regias Viſtula devectas interciperent, timentes *Poloni*, & ſe tandem oppreſſum iri, conſilium gerendi belli ceperunt. Crudeliſſimum erat prælium, quo *Uladiſlaus Jagello*, Poloniarum Rex, Ejuſque Patruelis, *Vitoldus*, (al. *Alexander*,) Lithuaniæ Princeps, ſumma neceſſitudine compulſi ad arma ruentes, An. 1410. 15. Julii, ad *Dravanciam* fl. haud procul ab *Hockerlandiæ* Oppido *Gilgenburg*, ad Pagum *Tannebergam*, (al. *Grunewaldam*) è ferocium Equitum Exercitu quinquaginta millia, una cum turgido ipſorum Magiſtro, *Ulrico à Jungingen*, miſerè trucidarunt, quadraginta millibus in captivitatem abductis, captiſque ſignis quinquaginta & uno; proximè ſequenti 10. Octobr. cum nihilominus petulantes Equites, ad pagum *Lancicum*, novo prælio rebus ſuis conſulere auderent, rurſus eorum millia octo periere, pluribus captis; qua duplici clade, non ſolum jactum acquirendæ *Polonis Pruſſiæ* fundamentum, ſed & Ordinis adeo inciſæ vires, ut, per multos annos, non amplius ſalutem reliquam dimicationi committere conarentur. Vid. *Æneæ Sylvii Status Europæ* ſub *Friderico III.* Imp. Cap. 22. apud *Freherum*, T. 2. *Rer. German.* pag. 66 & 67; *Cromeri, Chron. Polon.* lib. 12. pag. 205; & lib. 15. p. 255. lib. 16. pag. 266. & 268; lib. 17. pag. 271. *Matthæi à Michovia, Sarmatia Europæa*, lib. 4. cap. 43; *Münſteri Coſmographia*, lib. 3. cap. 474. in vita *Conradi de Jungingen*, pag. m. 1113. &c. *Spangenberg*, lib. XI. *des Adelſpiegels*, Cap. 4. fol. 337; *Spondanus, Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1410. §. XI. pag. 723 & 724; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2. Cap. 29. ſ. 32. pag. m. 490; *Schurtzfleiſch*, de *Rebus Pruſſicis*, ſ. 19. & ſeqq. ad 28. pag. 12. ad 19.

Comitabatur jacturam hanc *Boruſſiæ* Ordinum defectio, qui, peſſimi Magiſtrorum Regiminis tædio, præcipuè *Ludovici Erlichshauſii*, pacta an. 1440. conventa ſervare nolentis, Anno 1454. *Caſimiro III.* (al. *IV.*) Polonorum Regi, in fidem & clientelam ſe obtulerunt, exorto licet inde duodecennali bello, quod *Torunenſi* pace, an. 1466. 18. Octob. iterum extinctum eſt; addita lege, *ut Pomerellia, una cum Culmenſi & Micholovienſi Diſtrictibus; nec non Ermelandia, Marienburgo atque Elbinga, Coronæ Polonicæ ceſſis, reliquam Pruſſiæ partem poſthac Ordo, beneficiali titulo, Poloniæ Regibus acceptam ferret, præſtando deſuper intra ſex menſes, à die ſuſcepti Regiminis, computandos, homagio.* Quæ Transactio pro baſi diviſæ inpræſentiarum *Pruſſiæ*, in *Polonicam & Brandenburgenſem*, habenda. Vid. *Æneas Sylvius* l. c. *Matthæus à Michovia* l. c. Cap. 60; *Cromerus* l. c. lib. 26. pag. 393 &c.

De-

David Chytræus, in *Boruſſia*, ad An. 1442; *Münſterus* l. c. in vita *Erlichshauſii*, p. 1113 & 1114; *Spondanus* l. c. ad An. 1454. §. 16. p. 39 & 40. *Conringius* l. c. *Schurtzfleiſchius* l. c. t. 28. p. 19.

Stabant hæc ad annum usque 1525. quo Ordo penitus *Pruſſia* excidit, beneficiaria lege, & annexo *Ducali* axiomate, Marchionum *Brandenburgenſium* Genti, nominatim *Alberto*, Onoldinæ Lineæ, illata. Summam exprimit *Thuanus*, lib. I. *Hiſtor.* ad *An.* 1525. p. m. 25: *Tandem Teutonici Equites magno prælio victi, fidem Caſimiro, Sigismundi I. Parenti, per jusjurandum dederunt. Sed cum Albertus Brandenburgicus, Sigismundi Sororis Filius, Ordinis Magiſter, ſtare Prædeceſſorum jurejurando nollet, rurſus gravi bello ſe implicuit, cui gerendo, cum auxilia à Cæſare & Germanis, quorum de Majeſtate & jure agebatur, fruſtra expectarentur, induciis, quantum potuit, extracto tempore, poſtremo omni ope deſtitutus, imminentem belli procellam, pace cum Avunculo contracta, in occaſionem ſibi privatim conſulendi vertit. Nam ex Ordinis Magiſtro, à Polonis, cujus ſe Clientelæ credidit, Pruſſiæ Dux creatus eſt, ſtatimque mutata Religione, voti vinculum ſolvit, ducta Uxore Dorothea, Friderici I. Daniæ Regis, filia, & Provinciam, quam antea uſusfructus tantum titulo obtinebat, jure proprietatis poſſidendam ad hæredes transmiſit &c.* Conf. idem lib. V. ad an. 1547. pag. 133. Add. *Münſterus* l. c. pag. 1114 & 1115; *Chytræus* lib. XI. *Saxon.* ad An. 1525, pag. 281. &c. *Johannes Sleidanus* lib. V. Commentar. *Simon Schardius*, de *Rebus Geſtis ſub Maximiliano II.* Tom. IV. *Rer. German.* pag. 73 & 74. *Martini Cromeri* Oratio *pro Sigismundo*, pag. 28. *Salomon Neugebauer* l. c. lib. 8. pag. 625; *Spondanus* l. c. ad Ann. 1525. §. XXIII. pag. m. 375; *Joh. Palatius*, de *Vitis Pontificum Romanorum*, Tom. IV. in Vita *Clementis* VII. §. 7. pag. 51; *Conringius* l. c. *Schurtzfleiſchius*, in Annotatis ad *ſuas res Pruſſorum*, t. VII & VIII. pag. 9. & ſeqq. de Jure hujus metamorphoſis, vid. ſeq. Lib. 2. Tit. IV. §. 3. Qua occaſione Ordo, Ann. 1561. in *Livonia* quoque perierit, dictum præced. Tit. XV. §. 12. lit. g. p. 1172. Conf. *Conringius*, de *Finibus Imp.* lib. 2. Cap. XXIX. §. 35. &c. pag. 494. &c. *Spondanus Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1557. §. 18 & 19. pag. 571 &c. Ann. 1559. §. XV. pag. 582. & An. 1561. §. XXXVIII. & ſeqq. pag. 615. & An. 1562. §. XLIX. pag. 633. ubique tamen Proteſtantes ſugillans. *Natalis Comes*, lib. XI. *Hiſtor.* ad An. 1558. &c. p. 249. & ſeqq.

Adjungam, ex *Chriſtiani Gryphii Entwurff der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*, Edit. Lipſ. 1709. pag. m. 81 &c. Catalogum omnium Magiſtrorum Ordinis Teutonici, ſequenti ordine:

Catalogus Magnorum Magiſtrorum Ordinis Teutonici:

1 *Henricus Walpot* de *Paſſenheim*, elect. in Caſtris Aconitanis an. 1190. mortuusque 24. Novemb. 1200. *Spangenberg* Lib. XI. *Adelſpiegel*, Cap. 4. pag. 313. ait Eum an. 1191. electum, obiiſſe an. 1201; in *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, pag. 319. exprimitur annus ſepulturæ ejus, 1190.

2 *Otto* de *Karpen*, elect. 1200. †. 2. Jun. 1206. *Hennenberger in der Preuſſiſchen Landtafel*, ponit. 4. Jul. *Spangenberg* id refert ad annum 1207.

3 *Hermannus* de *Bard*, elect. 1206. †. 1210. 20. Mart. In laudata *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, p. 321. vocatur *Hermannus Brand*, Olſacenſis;

4 *Hermannus* de *Saltza*, ſub quo conjunctio cum Gladiferis facta. Quique primus in Boruſſiam venit. elect. 1210. †. 1240. 24. Jul. In *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana* pag. 321. audit *Hermannus à Salicen*, Nob. Miſnicus.

5 *Henricus* de *Hohenlohe*, quem *Hennenberger*, *Spangenberger*, aliique omittunt; *Hartknochius* autem, part. 2. *Boruſſ.* Cap. 2. pag. 281. ad 284. anno 1246. Ordini præfuiſſe latè oſtendit. Dn. *Paullini*, *Annal.* §. 50. p. 43. eum omittit.

6 *Conradus*, Landgravius Thuringiæ, & Haſſiæ, †. 1252. 23. Jun. Alii Eum defunctum ſcribunt Ann. 1253. 24 Julii; vid. præced. Tit. XVI. *Catalog. Ducum Thuringiæ*, §. 39. in vita *Hermanni* Landgravii.

7 *Poppo* de *Oſterna*, qui *Spangenbergero*, *Poppo* ab *Oſternow*, & in *deſcriptione Poloniæ Elzeviriana* pag. 322. *Poppa ab Oſterling*, vocatur, elect. 1253. dimittit imperium 1265.

8 *Henno* (ſeu *Johannes*) de *Sangerhauſen*, elect. 1265. †. 8. Jul. *Spangenberg* ait eum an. 1277. defunctum Treviris. In *deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, p. 322. dicitur, Eum an. 1263. electum, & an. 1275. ſepultum.

9 *Hartmannus*, Com. de *Heldrungen*, elect. 1275. †. 19. Aug. *Spangenb.* ponit ejus obitum ad an. 1285.

10 *Burchardus* de *Schwenden*, elect. 1283. †. 1290. in prælio Acriſienſi; *Spangenb.* ait, eum an. 1292. in Inſ. Rhodiorum occubuiſſe. In *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, p. 323. an. 1287. Magiſtratu ſe abdicaſſe perhibetur, Rhodiis tandem defunctus.

11 *Conradus* de *Feuchtwangen*, elect. 1291. †. 1297. *Spangenb.* ſcribit, eum Pragæ an. 1299. oppetiiſſe.

12 *Gottfriedus*, Com. Hohenloicus, el. 1298. *Spangenberg* docet Eum an. 1309. reſignaſſe. Idem docet *Deſcriptio Poloniæ Elzeviriana* l. c. p. 324.

13 *Sigfridus* de *Feuchtwangen*, qui Sedem *Marpurgo* Haſſorum, *Mariæburgum* Pruſſiæ, transtulit, el. an. 1300. *Spangenberg* addit, Eum an. 1312. miſerè periiſſe.

14 *Carolus Beffart*, Trevirenſis, elect. 1312. †. 1324. Treviris. *Spangenberg* ſcribit, Eum Viennæ mortuum, 1325 Idem habetur in *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, p. 325.

15 *Wernerus de Urſelen*, el. 1325. interfectus an. 1330. 18. Nov.

Digitized by Google

18. Nov. Marienburgi. *Spangenberg* habet an. 1328. In *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, p. 325. dicitur interemptus à *Johanne Brunsdorffio*, Ordinis Fratre, in Vigilia S. *Eliſabethæ*, cum peractis precibus veſpertinis domum reverteretur.

16 *Ludgerus* (Lotharius) Dux Brunſuicenſis, el. 1331. †. Regiomonti 1335. *Spangenberg* monet, Eum, non niſi ad annum 1343. usque, Ordini præfuiſſe. In *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana* p. 325. vocatur *Ludolphus*, el. 1325.

17 *Theodoricus*, Com. Oldenburgicus, el. 1335. †. Marienburgi 1341. 15. Jul. *Spangenberg* habet annum 1342. In *Deſcriptione Poloniæ Elzeviriana*, l. c. electus dicitur, an. 1329.

18 *Ludolphus König* de *Weitzau*, el. 1342. mente captus evaſit an. 1346. Engelsburgi. Author *Deſcriptionis Poloniæ Elzevirianæ* l. c. hunc planè omittit, Ejus loco ponens *Rudolphum*, D. Saxoniæ, el. 1339. tandem mente captum ab Officio depoſitum.

19 *Henricum Düſver* de *Arffberg*, quem *Spangenberg*, *Henricus* de *Duſmar*, ſeu *Tuſamer* vocat, el. 1345. depoſuit imperium an. 1351.

20 *Weinricus* à *Knippenrode*, qui *Spangenbergio Henricus* vocatur, el. 1351. †. 1382. Author *Deſcript. Polon. Elzev.* p. 337. appellat eum *Henricum Kimpradienſem*, elect. an. 1348.

21 *Conradus Zœllner* de *Rodenſtein*, elect. 1382. †. 1390. 31. Mart. Chriſtburgi. *Spangenberg* Eum nominat de *Rodenfels*, defunctum an. 1391. Author *Deſcript. Polon. Elzev.* pag. 327. dicit, cum an. 1379. electum annoque 1387. obiiſſe.

22 *Conradus* de *Wallenrode*, el. 1391. †. 1394. 25. Jul.

23 *Conradus* à *Jüngingen*, el. 1395. †. 1407.

24 *Uiricus* à *Jüngingen*, Ejus frater, el. 1407. in prælio Tannenbergico occubuit 1410. 15. Jul. Auth. *Deſcript. Polon. Elzev.* pag. 329. cum an. 1404. electum commemorat.

25 *Henricus Ruthenus* de *Plavia*, elect. 1410. depoſitus †. 1413. *Lochſtadii* in cuſtodia. *Spangenberg* docet Eum an. 1413. in vincula conjectum demum an. 1421. obiiſſe.

26 *Michael Kuchenmeiſter* de *Sternberg*, el. 1413. depoſitus †. 1423. *Spangenberg* ſcribit, Eum anno 1419. imperio ſponté valedixiſſe; Idem habet *Venator* p. 131. ut & Author *Deſcript. Polon. Elzevir.* p. 330. qui tamen electionem ad an. 1410. refert.

27 *Paulus Pellinzer* de *Ruſſdorff*, el. 1422. pariter Officio & Dignitatibus exutus †. 29. Dec. 1440. Marienburgi. *Spangenberg* refert exauctorationem hanc ad annum 1438. Author *Deſcript. Polon. Elzevir.* p. 330. ſcribit eum an. 1419. electum, officium non niſi novem annis retinuiſſe.

28 *Conradus* de *Erlichshauſen*, ultimus, qui totam Boruſſiam rexit, el. 1441. †. 1449. Auth. *Polon. Elzev.* p. 330. putat Eum anno 1438. electum.

29 *Ludovicus* ab *Erlingshauſen*, ſeu *Erlichshauſen*, qui el. 1450. Vaſallus Poloniæ evaſit an. 1466. †. 1467.

30 *Henricus Ruthenus* de Plavia, el. 1467. non niſi undecim hebdomadibus imperavit.

31 *Heinricus Reſſle* de *Richtenberg*, quem Author *Deſcript. Polon. Elzevir.* pag. 331. *Henricum* Comitem *Ritberbergenſem*, vocat. el. 1470. †. 1477. 17. Febr.

32 *Martinus Truchſeſſius* de *Wetzhauſen*, el. 1477. †. 1489. 5. Jan.

33 Johannes à *Tieffen*, ex Helvetia, el. 1489. †. 1498. *Spang.* dicit Eum an. 1497. *Lembergæ* vivere deſiiſſe.

34 *Fridericus* Dux Saxoniæ, el. 1498. †. 1514. 14. Dec. *Rochlitii.*

35 *Albertus*, March. Brandenb. el. 1511. primus Dux Boruſſiæ creatus, an. 1525. ceu modo dictum.

36 *Waltherus* de *Kronberg*, el. 1537. †. 1543. 4. April. Mergenthemii in Franconia.

37 *Wolfgangus Schutzbar*, dictus *Milchling*, el. 1543. †. 1565. *Spangenberg* habet 1566.

38 *Georgius Hund* de *Menckheim* (*Spangenberg* rectius ſcribit *Wenckheim*,) elect. 1566. †. 1572.

39 *Henricus* de *Bodenhauſen*, elect. 1572. †. 1595. 15. Mart. *Cron-Weiſſenburgi.* *Spangenberger* id refert ad. an. 1587.

40 *Maximilianus* Archidux Auſtriæ, el. 1595. †. 1618. 2. Nov. *Viennæ.*

41 *Carolus* Archidux, el. 1619. †. 1625. *Madriti.*

42 *Johannes Euſtachius* de *Weſternach*, el. 1626.

43 *Johannes Caſparus* à *Stadion*, elect. . . †. 1641.

44 *Leopoldus Wilhelmus*, Archi-Dux, el. 1641. †. 1662. Viennæ, 20. Nov.

45 *Carolus Joſephus*, Archi-Dux, el. 1662. †. 1664 Linzii, 27. Januar.

46 *Johannes Caſpar* ab *Ampringen.* el. 1664. †. 1685. 9. Sept.

47 *Ludovicus Antonius*, Dux Neoburgicus, elect. 1685. †. 1694. 4. Maji.

48 *Franciſcus Ludovicus*, Ejus frater, el. 1694. †. 1732. 18. April.

49 *Clemens Auguſtus*, Dux Bavariæ, nat. 16. Aug. 1700. elect. 1. Jul. 1732.

Catalogus Magiſtrorum Ordinis Teutonici in Livonia.

ex eodem Authore, pag. 87. &c.

1 *Hermannus Balck*, el. 1238. *Kelch*, in Chron. Livon. f. 78. Eum vocat *Falck*, *Spangenberg* lib. XI. *Adelſpiegel* Cap. 4. fol. 339. orditur hunc Catalogum à *Wynone*, de *Rohrbach*, primo *Gladiferorum Equitum* an. 1204. electo Magiſtro, quem an. 1223. *Wolckwinum Schenckium* de *Winterſtett* excepiſſe ait, huncque ſecutum *Theodoricum* à *Gruneck*, an. 1237. in prælio contra Boruſſos cæſum, ſucceſſore laudato *Hermanno Balck*, ſub quo Ordinis cum Equitibus Teutonicis facta conjunctio. Idem docet *Münſterus* lib. 3. *Coſmograph.* Cap. 480. p. m. 1121. quamvis *Balckio* nomen *Germani*, loco *Hermanni*, tribuat. Cit. Author *des Berichts*, p. 104 & 105. opi-

natur, ante Conjunctionem horum Equitum cum Teutonicis, non niſi duos Magiſtros in Livonia floruiſſe, ſcil. dictum *Wynonem*, quem an. 1205. demum occiſum, ſub quo factam putat conjunctionem.

2 *Henricus* ab *Heimburg*, el. 1245.

3 *Theodoricus* à *Gruneck*, ſeu *Grüningen*, qui Churlandia potitus, el. 1247.

4 *Andreas* de *Strickland* (Spangenberg & Waiſſelius habent *Stauerland & Münſterus* l. c. *Saurland*) el. 1250.

5 *Eberhardus* Com. Sainæ (Waiſſelius legit de *Stein*) el. 1256.

6 *Johannes*, ſeu *Hanno*, de *Sangerhauſen*, el. 1258.

7 *Burckardus* de *Hornhauſen*, el. 1261. (Spangenberg habet 1263.) †. 1264. in prælio Durbinenſi, in Churlandia.

8 *Georgius* ab *Eichſtett*, (quem *Waiſſelius* omittit & *Spangenbergius*, una cum *Münſtero* l. c. *Jorianum* ab *Eckſtett* vocat, electum an. 1266.) el. 1264.

9 *Wernerus* à *Breithauſen* (*Waiſſelius, Münſterus* l. c. & *Spangenb.* habent *Frizhauſen*, electum 1268.) el. 1267.

10 *Conradus* à *Wandern* (*Waiſſelius, Ruſſovius, Münſterus* l. c. & *Spangenberg* legunt *Mandern*) el. 1269.

11 *Otto* de *Rodenſtein*, el. 1272. †. 1274. à Lithuanis ad *Korkus* occiſus.

12 *Andreas* de *Weſtphalen* (omiſſus *Münſtero* l. c. & *Spangenbergio*) el. 1274.

13 *Walterus* de *Nordeck*, el. 1275.

14 *Erneſtus* de *Rosburg* (*Waiſſelius* habet *Raſuburg*; *Ruſſovius, Rasburg*; *Münſterus* l. c. *Raſſberg*; & *Spangenbergius, Raſperg*, elect. 1277.) el. 1278. an. 1279. trucidatus.

15 *Conradus* de *Fruchtwangen*, el. 1279.

16 *Wilhelmus* de *Schürburg* (*Waiſſelius* legit: *Willkundt de Seyerburg*; *Münſterus*: *Wilhelm von Sierburg*; & *Spangenberg*: *Willekind de Schierburg* el. 1282.) el. 1281. occiſus an. 1286.

17 *Conradus* de *Hertzogenſtein*, el. 1287. *Spangenberg* habet 1285.

18 *Boltho* de *Hogenbach*, el. 1289. *Kelchius* in *Chron. Livonico* legit *Otto de Hogenbach*; *Münſterus* l. c. & *Spangenberg*: *Heroldus de Hombach* el. 1312.

19 *Henricus* de *Dumpeshagen*, el. 1294.

20 *Bruno*, el. 1296. †. 1298.

21 *Gothfridus* de *Rogga* el. 1298.

22 *Conradus* de *Jocke*, el. 1307. †. 1326.

23 *Eberhardus* de *Monheim*, el. 1327.

24 *Burckhardus von drey Lœwen*, el. 1341. †. 1346.

25 *Goſwinus* de *Ercke*, ſeu *Eiche* (aliis *Robinus* ab *Elzen*) el. 1347. †. 1360.

26 *Arnoldus* de *Fietinghof*, el. 1360. †. 1363.

27 *Wilhelmus* de *Frimerſen* el. 1363.

28 *Lobbeus* de *Hülſen*, el. 1374.

29 *Woldemarus* de *Bruggney* el. 1394.

30 *Conradus* de *Fietinghof*, el. 1403. †. 1413.

31 *Theodoricus Türck*, (aliis *Theodorus Teck*) el. 1414.

32 *Sigfridus Lander* de *Spanheim*, el. 1418.

33 *Zyrſe* de *Rautenburg* (*Ruſſov.* legit *Zyſe de Rutenberch*) el. 1425. †. 1434.

34 *Franco* de *Kersdorff*, el. 1437. †. 1439.

35 *Henricus* de *Buckenode* (*Kelch* eum vocat pag. 138. *Henricum Schungeln* de *Buchenorde*, ſeu *Bobenfort*) el. 1439.

36 *Henricus* (Heidenreich) *Fincke de Auerberg*, el. 1442.

37 *Johannes Oſthof* de Mengeden, el. 1451. †. 1470.

38 *Johannes* de *Waldhauſen*, el. 1475; depoſitus.

39 *Bernhardus von der Burg*, el. 1477. depoſitus.

40 Johannes Freydach de Bringhawen (Kelch p. 131. legit: *Johannes Freitag de Loringhov*) el. 1486.

41 *Walterus* de *Plettenberg*, el. 1495. creatus à *Carolo V.* S. R. I. Princeps; †. 1535.

42 *Hermannus* de *Brüggeney*, dictus *Haſenkampff* el. 1535.

43 *Johannes* de *Recke* (*Kelch* p. 187. legit *von der Recke*) el. 1549.

44 *Henricus* de *Galen*, el. 1551. qui *Wilhelmum*, ArchiEpiſcopum Rigenſem, in arce *Kokenhauſa* obſeſſum, & ad deditionem compulſum, in cuſtodiam conjecit, eodem autem adhuc anno libertati reſtituit.

45 *Wilhelmus* de *Fürſtenberg*, el. 1557. periit in vinculis apud Moſchos

46 *Gothardus Kettler*, el. 1559. qui Livoniam Ordini ſubduxit. Vid. præced. Tit. XV. §. 12. lit. G. pag. 172; *Spangenbergius* multos poſt *Conradum* de *Hertzogenſtein* omittit, æque ac *Münſterus* l. c.

Catalogus *der Landmeiſter in Preuſſen*,

Ex eodem Authore, p. 86 & 87.

1 *Hermannus Balck*, qui ſimul Magiſter Ordinis per Livoniam, elect. 1230.

2 *Poppo de Oſternau*, (poſtea Magnus Magiſter Ordinis Teutonici) el. 1238.

3 *Henricus* de *Wida*, elect. 1246.

4 *Ludovicus* de *Queden*, el. 1250.

5 *Gerhardus* de *Hirtzberg*, ſeu *Hertzberg*, el. 1251. Muneri valedixit.

6 *Hartmannus* de *Grünenbach*, al. de *Kali*, elect. 1256. depoſitus à Papa.

7 *Helmericus* (al. Henricus) de *Rechenberg* (al. Richtenberg) el. 1259.

8 *Ludovicus* de *Baldersheim*, el. 1269.

9 *Ditericus* de *Gattersleben*, el. 1271.

10 *Conradus* de *Tierenburg* Sen. el. 1277.

11 *Conradus* de *Feuchtwangen*, el. 1279. poſtea Magnus Magiſter Teutonicus.

12 *Mangoldus* de *Starnberg* el. 1280.

13 *Conradus* de *Tierenburg* Jun. el. 1282.

14 *Meinhardus* de *Querfurt*, el. 1288.

15 Got-

Digitized by Google

15 *Gottfridus* N.
16 *Ludovicus* de *Schippen.*
17 *Martinus* de *Gœlin.*
18 *Helvicus* de *Goldbach*, Thuringus, el. 1300.
19 *Conradus* de *Sack*, el. 1301.
20 *Henricus Plotzke*, ultimus, elect. 1307, factus Magnus Commendator.

5. Magiſter Ordinis Mariæburgi (*a*) reſidebat, usque ad Annum 1525, ubi Albertus Brandenburgicus, Summus Magiſter, à Rege Poloniæ, magnam Boruſſiæ partem in hæreditatem (*b*) accepit. Et cum Boruſſia, poſt annum 1525. Feudum Poloniæ fuiſſet, ultimis Pactis Olivienſibus (*c*) de An. 1658. hoc jus Vaſallagii eſt extinctum, & ſupremum Pruſſiæ Ducalis Dominium ad Dominum Electorem, & ſuos hæredes deſcendentes maſculos, pertinet: &, hac Linea Electorali extincta, Supremum Dominium ad Regem & Rempublicam Polonicam, redibit: (*d*) & Utile Dominium ſub Feudi nexu, ad Agnatos Domus Culmbacenſis & Anſpacenſis, ut erat ante Pactum Velavienſe, perveniat. (*e*) Vid. Speneri, Theatr. Herald. lib. I, Cap. 13, §. 7. Limnæus Tom. Addit. I, ad lib. V, c. 7, §. 28. Conringius de Finib. Imperii c. 29; Jacobus Lydicius in Notit. Pruſſiæ, de An. 1677. Et Ordo omnia ſua bona ibi perdidit. Hodiè, in Franconia reſidet, Mergentheimii. (*f*) Et qui in Ordinem recipitur (*g*) jurat (1) Caſtitatem, (2) Paupertatem, (3) Defenſionem Pauperum, & (4) Bellum contra Turcas. (*h*)

NOTÆ.

(*a*) MARIÆBURGI &c. Et quidem à tempore *Sigfridi à Feuchtwangen*, An. 1309. Vid. *Gryphii Entwurf der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*, §. VII, p. m. 72: *Indeſſen als* Ptolemais *der Hauptſitz des Ordens, im Jahr 1290, gæntzlich von den* Saracenen *zerſtœhret ward, verlegten Sie die Reſidentz nach Marpurg, in Heſſen, wo auch noch ein præchtiges Teutſches Hauß zu finden. Kurtz darauf aber, im Jahr 1309, verſetzt der XIII. Hochmeiſter, Sigfried von Feuchtwangen, den Hoch-Meiſterlichen Wohnungs-Sitz, aus Marpurg nach Marienburg in Preuſſen, und wurden darauf aus den Land-Meiſtern, Groß-*Compthure &c.

(*b*) IN HÆREDITATEM &c. Vid. præced. §. 4. lit. f.

(*c*) OLIVIENSIBUS &c. Rectius *Velavienſibus*. Dominium ſupremum Pruſſiæ Brandenburgicæ Sereniſſimo Electori, *Friderico Wilhelmo*, ceſſum ſanè eſt An. 1657, 19 Sept. per Pacta, mediante Imperatore, *Leopoldo*, inter *Johannem Caſimirum* Regem, & Rempublicam Poloniæ, ab una, dictumque Electorem, ab altera parte, bellum Polono-Brandenburgicum terminaturos, *Velaviæ Boruſſorum* (non *Bambergæ*, ut Auctori *Maximarum Status Polonici* An. 1670. Germanicè editarum; nec *Brombergæ*, ut *Pacifico à Lapide*, in *Monzamban. not. & strictur.* p. 51, videtur) inita, quorum Art. V, cautum: *Ducatum Pruſſiæ, iis finibus circumſcriptum, quibus Sereniſſimus Elector olim Jure Feudi, ante hoc bellum exortum, poſſidebat, ipſe deinceps & deſcendentes Ejusdem, maſculi, ex thoro Ejus legitimè procreati, indeque deſcendentes omnes, donec quisquam ſupererit ex deſcendentibus maſculis, Sua Serenitas Electoralis, Jure Supremi Dominii, cum ſumma atq; abſoluta poteſtate, ſibi habebunt, poſſidebunt, regentque, absque omnibus ante hac præſtitis oneribus.* Vid. *Lundorpius* Tom. VIII, *Contin. Act. Publ.* lib. VIII, Cap. 101, ad Ann. 1657. pag. 170 &c. *Theatr. Europ.* Tom. VIII, eod. An. 1657. p. 149 &c. & 605 &c. *Chron. Hungaricum Norimbergenſ.* §. 55, p. 68 &c. *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XIX, §. 159, pag. 735 &c. *Thuldenus*, Part. 4. *Hiſtor. Univerſ.* pag. 273 &c. *Loccenius* lib. IX. *Hiſtor. Suec.* p. 804; *Europ. Heroldt* Edit. prior. p. 1126; *Becmannus*, Part. 2. *Hiſt.* c. 8, §. 4, pag. 690; *ImHoff Notit. Procer. Imperii*, lib. 2, cap. 8, §. 8. pag. m. 46; *Ludovicus Petrus Giovanni*, in *Germania Principe*, lib. 2, Cap. 2, p. m. 533. *Schurtzfleiſch*, in *Annotatis ad Res Pruſſorum*, t. X, lit. k. pag. 16 &c. Confirmatio horum Pactorum, 6. Nov. eod. Anno, *Bydgoſtiæ* facta, habetur apud *Landorpium* l. c. Cap. 134, p. 205 &c.

(*d*) REDIBIT &c. Vigore Art. VI. laudatorum Pactorum Velavienſium, ubi: *Quamquam verò Sereniſſimus Elector, Ejusque deſcendentes omnes maſculi, omni prorſus Vaſallagii nexu, quo hactenus Regi & Reipublicæ Poloniæ obſtricti fuerunt, iisque omnibus, quæ inde dependent, liberentur, non tamen perpetua Feudi alienatio inde ſequetur, ſed, deficientibus Maſculis, ex præmemorata Linea legitima Electorali deſcendentibus. Sereniſſimis Regibus & Reipublicæ Poloniæ, Jus ſuum integrum in præfatum Ducatum, à Republica Poloniæ non avelletur; quæ tamen reſervatio interim, ante caſum exiſtentem, juri ſupremi Dominii Serenitatis ſuæ Electoralis, Ejusque deſcendentium, nullo modo præjudicabit &c.* Vid. Authores cit.

(*e*) PERVENIAT &c. Præſumptivè; ſic enim eit. Artic. VI. Pactor. *Velavienſium*, verba immediate ſequentia: *Promittit etiam Sua Regia Majeſtas, tam pro Se, quam pro Succeſſoribus ſuis, ſe, in caſu non exiſten-*

tium Deſcendentium, ſpecialem habituros rationem Agnatorum Serenitatis ſuæ Electoralis, nimirum Domus Culmbacenſis & Onolsbacenſis, & officia collaturos, apud Regni Comitia, ut, caſu caducitatis exiſtente, etiam Illi aliis præferantur, & ad ſucceſſionem præfati Ducatus admittantur, ſub iisdem Feudi conditionibus & obligationibus, quibus antehac Sereniſſ. Elector, Ejusque Anteceſſores, illum vigore Inveſtituræ, poſſederunt &c.

(f) MERGENTHEIMII &c. Vulgo *Mergete*, alioque nomine *Mergenthal*, It. *Marienthal*, ad *Tubarim* fl. Arx Magni Magiſtri, vicino monti *Kitzberg*, inædificata, vocatur *Neuenhauß.* Vid. *Zeiler*, X. *Reichs-Craiß*, Tit. VI, *vom Franckiſchen Kräiß*, voc. *Mergetheim*, pag. m. 517 &c. & *Topograph. Franconiæ* voc. ead. p. 60 &c.

(g) RECIPITUR &c. Quibus ceremoniis Equites initiari ſoleant, diſci poteſt ex *Joh. Caſpari Venatoris Hiſtoriſchen Bericht vom Teutſchen Orden*, ut & Dn. *Lunigio*, & quidem *Part. Special. des Reichs-Archivs, Continuat. I, in der dritten Fortſetzung*, poſt XXIII. *Abſatz*, in Appendice. §. 41, pag. 78, ubi:

Ausführlicher Bericht, wie der Durchl. Fürſt und Herr, Herr Ludwig Anton, *Pfaltzgraf bey Rhein, und Hertzog in Bayern, den 10.* Dec. An. 1679, *zum Ritter des Teutſchen Ordens aufgenommen, und was, bey deſſen* Inveſtitur, *vor Ceremonien und Solennitæten gebrauchet worden.*

Anfangs haben Seine Durchl. Pfaltzgraf Ludwig Anton, *nachdem Sie Freytags vorhero, als am Feſto* Mariæ *Empfængniß, Ihre Beichte andæchtig abgelegt, und die H.* Communion *verrichtet, nebſt deroſelben erſuchten* **Beyſtænden und Aufſchwærern**, *nahmentlich, Hrn. Notger Wilhelmen, Grafen zu Oettingen-Wallerſtein, Herrn zu Hohen-Baldern, Katzenſtein, und Auffhauſen; dann, Herrn Frantz Ernſten Fugger, Grafen von Kirchberg und Weiſſenborn &c. Der Churfürſtl. Durchl. in Bayern Cæmmerer, und dieſe mit Sr. Durchl. des Hrn. Pfaltzgrafens Gemahlten 16 Ahnen, dann dem gewæhnlichen Auffſchwær- und Verſchreibungs-Brieff zum Orden, obbeſtimten Tags, vor deme zu Mergentheim in der Hochmeiſterlichen Reſidentz damahlen verſammelten Teutſchen Ordens-Capitel, (worbey, nebſt des Hrn. Hoch- und Teutſchmeiſters Hochfürſtl. Gn. Sieben Land-Commenthurn, benantlich: (1) der Balleyen, Elſaß, (2) Coblentz, (3) Francken, (4) Heſſen, und (5) Sachſen, dann (6) Bieſſen, (7) Weſtphalen und (8) Lothringen. Ferner, vier Rathsgebietigere der Balley Francken, nemlichen, die Commenthurn: zu Würtzburg, Münnerſtatt, Haylbronn und Kapffenburg; wie auch* reſpectivè *Hoff-Marſchalln, Capitularn, Commenthurn, Hauß-Commenthurn, Trappicrer, Bau- und Küchenmeiſtere, und Rittere zu Viernsperg, Freyburg, Coblentz, Horneck, Cælln, zu den Jungen, Bieſſen, Lützenburg, Franckfurth, Mergentheim und Ellingen;* It. *drey Ordens-Prieſtere, nemlichen der* Director, *und* Vice-Director Seminarii *zu Mergentheim, und* Paſtor *zu* S. Andreæ *in Lüttich, ſich eingefunden) gebührlich erſchienen, alwo Sie dieſes Hohen Ordens læblichen Ordnung und Statuten gemæß, nochmahlen, um die Aufnahme mündlich, und zwar Seine Durchl. der Herr Pfaltzgraf, auf einem dargelegten Küſſen, kniend, mit folgenden Worten gebeten:*

Ich bitt um Gottes, und Mariæ, der H. Mutter Gottes, auch umb meiner Seelen Heil. Willen, mich in den Læblichen Teutſchen Ritter-Orden, auf- und anzunehmen.

Darauf dann Seine Durchl. der Herr Candidatus, *als auch derοſelben* Aſſiſtenten, *die gewæhnliche Verpflicht- und Aufſſchwærung, mit Überreichung, von Ihnen allerſeits unter Hochfürſtlichen und Hochgræfflichen Hand-Unterzeichnungen und Inſiegeln, auf Pergamen gefertigten Obligation-Brieffs, zum Orden, verrichtet und vollenzogen haben.*

*Hierauf iſt man aus der Capitel-Stube, in zierlicher Ordnung, unter Begleit- und Vortrettung, erſtlichen der Jüngern Ordens- und anderer verſchiedenen Cavalliern von Land, und letztens der Herren Land-Commenthurn. Nach dieſen aber, beede Hochfürſtliche Perſohnen, und zwar, zur rechten, Ihre Durchl. der Herr Pfaltzgraf; und, zur Lincken, des Herrn Hoch- und Teutſchmeiſters Hochfürſtl. Gn. folgends, hinter denenſelben, Herr Paul Fugger, Graf von Kirchberg und Weiſſenborn &c. Kayſ. Majeſt. Cæmmerer und Reichs-Hoff-Rath, der Hochfürſtl. Durchl. zu Pfaltz-Neuburg Geheimer Rath, Cæmmerer; Obriſter-Hofmeiſter, Pfleger zu Gundelfingen, und Landſchaffts-*Commiſſarius, *als jetzt Hæchſtgedachter Sr. Durchl. Abgeordneter, mit beeden Herren Grafen* **Aufſchwærern**: *dann, Cantzler und Raths des Ordens, und anderer Prieſterſchafft Officianten, und viele Bediente nach der Pfarrkirchen gegangen: alda Ihrer Durchl. der Herr* Candidatus, *von Hochwohlgedachten Hrn. Grafen Fugger, beeden Hrn. Aufſſchwærern, und deroſelben* ad cerimonias *zugeordneten Ordens-Cavallieren, beden Raths-Gebietigern und Commenthurn zu Münnerſtatt, und Heylbronn, dem Ritter von Neſſelrod, dem Pfaltz-Neuburgiſchen Cammer-Herrn und Ordens* Novitio *von Vellbrücke, des Hrn. Pfaltzgrafen Hochzeiters* P. Confeſſario, *und denen Ordens-Prieſtern, zur Sacriſtey geführet worden: woſelbſten Seine Durchl. dero zierlichen gantzen Cüraß anlegten, und den Helm, mit aufgeſtecktem hohen ſchænen Buſch-Federn, auffſetzten. In welchem ſehr anſehnlichen Helden-Aufzug, nach den celebrirenden Ordens-Prieſtern,* Doctore Joh. Caſparo Venatore, *obgedachten* Seminarii Directorn, *und* inſervirenden Diacono *und* Subdiacono, *auch* Ceremoniario, *Ordens-Prieſter*, Johan Michael Kremern: Item, *mehrbeſagten zugeordneten Raths-Gebietigern, Ihre Durchl. mit einem Roſenkrantz in Handen, und, auf dieſelbe, beede* **Aufſchwærer,**

und

Digitized by Google

und zwar, Herr Graff von Oettingen, den Hertzoglichen Ritterſchild: Herr Graff Fugger aber, den weiſſen Ordens-Mantel, und darauf das Goldene geſchmeltzte Creutz, Wæhr, und vergüldete Sporen, in und auf den Hænden haltend, vor den Altar traten, woſelbſten Ihre Durchl. auf einem etliche wenige Schritt darvon, in der Mitte ausgebreiteten ſchwartzſammeten Teppich; zur Epiſtel Seite, nahe am Altar, Hr. Graf von Oettingen; zur Evangelii Seiten aber, Hr. Graf Fugger, ſich ſtelleten; Ihre Hochfürſtl. Gn. der Herr Hochmeiſter aber verfügten Sich, gleich im Eingang, nach dero gewæhnlichem Stand; unweit davon, hinter einer vorgezogenen Cortinen, herunterwerts, biß an die Sacriſtey, ſtunden die Herren Land-Commenthurn allein; fürters aber, ſo weit ſich die Stühle diß- und jenſeits herunter erſtreckten, die Herren Raths-Gebietigere in Francken, Herr Hoff-Marſchall, und übrige Ordens- und andere Cavalliers.

Dero Ræm. Kayſ. Majeſt. Cæmmerer, Reichs-Hoff-Rath, und anweſender Geſandter, Hr. Frantz Chriſtoff, Freyherr von Wangen, beſchaueten aus deme, vor Seine Exc. zubereiteten Oratorio, dahin zu deroſelben ſich Hochwohlgemelter Hr. Obriſt-Hofmeiſter und Pfaltz-Neuburgiſcher Abgeordneter, Graf Fugger, gleichfalls begaben, ſolchen Actum, Ceremonien und Solennitæten in der Kirchen, von Anfang biß zum Ende.

Das Ampt der H. Meſſe ward mit dem Hymno: Veni Sancte Spiritus, und darzwiſchen erſchallenden Trompeten und Heer-Paucken, angefangen, und folgends, mit einer zierlichen Muſic celebriret und gehalten. Unterm Kyrie Eleiſon giengen Ihro Durchl. der Herr Candidatus, zum erſten; und unterm Credo, zum zweytenmahl, in dero Cüraß, umb den Altar, zum Opffer; dero der Ritter von Neſſelrod jedesmahln den Opffer-Pfenning zuſtellete. Unter dem Offertorio aber empfieng der Ceremoniarius, von beeden Aufſchwærern, den Ritter-Schild: Dann, den weiſſen Ordens-Mantel, ſamt deme, was darauf befindtlich; ſtellt- und legte ſolches aufs Altar, zur Evangelii Seiten, welche nahgehends von dem Prieſter, mit darüber geſungenen beſondern Collecten, gleich auch der Hr. Candidatus ſelbſten benedicirt, thurificirt, und mit Weyhwaſſer beſprengt worden. Die Herren Aufſchwærer aber ſtelleten ſich nun oben an die gegen dem Herrn Hoch-Meiſter überſtehende Stühle: Auf welches hin von dem Ceremoniario das Schwerdt, ſamt der Scheiden, und dem Behencke, ab dem Alter gelangt, und dem Commenthurn zu Münnerſtatt zugeſtellt; von dieſem aber Ihro Durchl. angehenckt wurde; alsdan ward der Hymnus: Veni Creator Spiritus, geſungen, unter welchem der Pfaltzgraf ſtehend blieb; die Prieſter am Altar aber, wie auch der Hr. Hoch-Teutſchmeiſter, und Ordens-Cavalliers, niederknieten, und rufften den H. Geiſt, umb ſeine Gnad, Krafft und Beyſtand mit an. Nachdeme tratte mehr-Hæchſterwehnte Ihre Hochfürſtl. Gn. der Herr Hoch-Teutſchmeiſter, von dero Stand heraus, zu dem Hrn. Candidato, zogen demſelben das Schwerdt von der Seiten aus, præſentirten ſolches gegen dem Altar, mit einer Reverentz, und gaben damit dem Herrn Candidato, unter Ausſprechung derer bey dieſem Ritter-Orden uhrſprünglich herkommenen Teutſchen Worten, und Nahmen:

In Gottes, S. Marien, und S. Georgen Ehr,

jedes, nemlich dreymahln, einen Streich an den Helm, mit darzugehærigem Beyſatz:

Vertrag diß, und keines mehr: Beſſer Ritter, als Knecht.

Stellten ſodan das Schwerdt Ihro Durchl. dem Neuen Ordens-Ritter wiederum zu, und giengen zurück an dero vorigen Stand.

Der Commenthur zu Hailbronn empfieng hierauf, von dem Ceremoniario, ab dem Altar, die vergüldte Sporen, legte ſelbige Ihro Durchl. an, und begleitet dieſelbe demnach, nebſt dem Commenthurn zu Münnerſtatt, dem Ritter von Neſſelrod, und Novitio von Vellbrück, in die Sacriſtey, alwo Seine Durchl. den Cüraß und Helm von ſich, und dero vorige Kleidung, ſampt den Stiefeln, anlegten, wormit Sie abermahln hervor zum Altar, auf vorerwehnten Teppich getretten, und als der Prieſter wiederum den Hymnum: Veni Sancte Spiritus, anfienge, welcher, wie auch die Litaniæ omnium Sanctorum, aufm Chor geſungen wurden, ſeynd Ihro Durchl. unterdeſſen ſtetigs, wohl bey einer ſtarcken Viertel-Stunde lang, mit ausgeſtreckten Armen, ober zwey nacheinander gelegte Schwartz-Sammete Küſſen, auf dem Geſicht gelegen, dero hernacher von dem Commenthurn zu Münnerſtatt die Hand zum Auffſtehen geboten: Auf dieſes, von dem Ritter von Neſſelrod, der Weltliche Mantel abgenommen wurde. Ihre Durchl. giengen alsdan næher vor dem Altar, und empfiengen, von dem celebrirenden Ordens-Prieſter, den weiſſen Ordens-Mantel, und hernacher das Ordens-Creutz, mit gantz demüthiger Ehrerbietſamkeit, und niedergebogenen Haupt, unter denen vom Prieſter offentlich ausgeſprochenen Worten:

Ecce, Sereniſſime Princeps, Crucem iſtam damus Tibi, pro omnibus peccatis Tuis; &, ſi ſerves ea, quæ promiſiſti, facimus Te ſecurum vitæ æternæ.

Giengen ſolgends wieder an vorigen Orth. Nach geſungener Præfation unterm Sanctus, knieten dieſelbe nieder, und blieben alſo biß zum leztern Evangelio; nach welchen der Prieſter das Te Deum laudamus, anfieng, und ſich dieſer Actus in der Kirche endigte. Darauf man dan, in voriger Ordnung, und Weg, wiederumb nach der Hochfürſtl. Reſidentz, und zwar, rectà nach des Hrn. Pfaltzgrafen Zimmer, gienge, alwo in der Anti-Camera I. Hochfürſtl. Gn. der Hr. Hoch-Teutſch-Meiſter, deroſelben die Bedeutung deren in der Kirchen vorgegan-

genen Solennitæten *und* Ceremonien, *dann auch Ihro umbgethanen Wehr, Sporn, Mantel und Creutzes, auslegten, und dero nunmehrigen Ordens Verbündlichkeiten, erinnerten. Nachdeme gratulirten Ihro Hochfürſtl. Gn. mehr Hochgeſagten Hrn. Pfaltzgrafen, zu dero neuen Eintrettung in dieſen Ritterlichen Orden, nachfolgends auch alle anweſende Herren Ordens- und andere Cavalliers,Ræthe und vornehme Officianten --- alsdan gieng man zur Tafel, woſelbſten Ihre Durchl. der Herr Hochzeiter, in der Mitte, oben an; der Kayſerliche Geſandte, zur Rechten; der Herr Hoch-Teutſch-Meiſter aber, zur Lincken Hand, ſaſſen --- dem Herrn Hochzeiter credentzte, der Herr Stallmeiſter von Stain-Callenfels; dem Hrn. Kayſerl. Geſandten, Herr* Commenthur zu Horneck, *und dem Hrn. Hoch-Teutſchmeiſter, der Herr Hauß-*Commenthur zu Mergentheim &c.

Conf. Dn. *ImHoff Notit. Procer. Imperii* lib. 3, Cap. 2, §. 23, pag. m. 64 & 65; *Europ. Heroldt*, Part. I, p. 335 & 336:

(b) TURCAS &c. Vid. *Jacobus de Vitriaco* præced. §. 3. lit. b; & *Nauclerus*, ibid. lit. d. *Speidelius*, voc. *Commenthur* pag. m. 186. Vetus Juramenti formula ab Equitibus olim præſtiri, ſic ſe habet, apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 80, & *Europ. Heroldt* l. c. pag. 336:

Ich entheitze und gelobe Kuſchheit mines Libes; unde ane Eigenſchafft zu ſine; und gehorſam Gote, und S. Marien, unde Uch, Meiſtere des Ordens des Dütſchen Huſes, unde Uwren Nachkommen, nach der Regeln, unde der Gewohnheit des Ordens des Dütſchen Huſes, daz ich euch gehorſam wil ſin, biß an minen Todt.

5. Magiſter Ordinis ſub ſe habet Commendatores, *Commender.* (*a*) Commendatura, nihil aliud eſt, quam Præfectura, quæ interdum & Balley (*b*) dicuntur.

Judicium Conringii de his Ordinibus vid. in Notis ad Lampadium, part. 3, Cap. 6, pag. 244.

Ea quæ concernunt alios Ordines, (*c*) vel in vel extra Imperium, (*d*) huc non pertinent.

N O T Æ.

(a) COMMENDER &c. *Commendator, & Commendatura*, nomen ducunt à *Commendis*; & hæ, à verbo *commendare*, ſeu *committere*. Fratres enim Militiæ ſacræ, Saracenis arma inferentes, mittere ſolebant emeritos in Germaniam, commendantes ipſorum fidei & Curæ Ordinis bona, quæ ipſimet adminiſtrare non poterant. Unde natæ voces. Hinc etiam *Commenda*, in Jure Canonico, *Cuſtodiam Beneficii Eccleſiaſtici* deſignat. Vid. *Speidelius*, voc. *Commenthur*, pag. 185 & 186; *Spelmanni Gloſſarium*, voc. *Commenda*, p. m. 144; *Beſoldus Theſaur. Pract.* voc. *Commenthur*, pag. 158 &c. *DuFreſne*, Gloſſ. voc. *Commenda*, pag. 1105 &c. Alii.

Totus Ordo dividebatur olim in XIII. *Commendaturas*, vulgo *Balliviias*, nominatim: (1) *Alſaticam* (2) *Auſtriacam*, (3) *Tyrolenſem*, ſeu *Atheſinam*, a. fl. *Atheſi*, Germ. *Etſch*, ita dictam; (4) *Confluentinam*, (5) *Franconicam*, (6) *Juncetanam*, ſeu *Bieſenſem*, in Hollandia; (7) *Ultrajectenſem*, (8) *Weſtphalicam*, (9) *Lotharingicam*, (10) *Burgundicam*, (11) *Haſſiacam*, (12) *Thuringicam* & (13) *Saxonicam*. Hodie vero *Ultrajectenſis*, ab Hollandis, & *Burgundica* à Gallis, non ſolum exemtæ ſunt, ſed & *Juncetana*, à prioribus, non parum damni paſſa eſt; præter quod Galliarum Rex plures Commendas *Balliviarum Alſaticæ & Lotharingicæ* Ordini ſubduxerit, & vigore Decreti Ann. 1672, menſ. Decemb. Ordini *S. Lazari Hieroſolymitani* (de quo, Conſtitutio *Pii II*, An. 1567, ap. *Cherubinum*, Tom. 2. *Magni Bullarii Romani*, p. 204, evolvenda) & *S. Maria de Monte Carmel*, An. 1681, dono dederit; unde Querelæ Magni Magiſtri, & petitio reſtitutionis in integrum, per Legatum, *Georgium Caſimirum Majum*, An. 1684, in Comitiis expoſitæ, apud *Lundorpium* Tom. XII, *Contin. Act. Publ.* Lib. XIII, Cap. LX, §. 67, p. 123 & 124; ibi: *Als habe --- bitten wollen, Ew.* Exc. *Hochwürden, auch meine Großgünſtige Hoch und vielgeehrte Herren, bey dieſen vorſeyenden Tractaten, dahin zu* reflectiren *geruhen mœchten, auf das (1) Ihrer Hochfürſtl. Gn. dem Hrn. Hoch- und Teutſchmeiſter --- und dero Ritterlichem Teutſchen Orden, die entzogene proprietæt, ſamt dem* Utili dominio, & Baſſa Juriſdictione, *der gantzen Balley Lothringen, und darzu gehœrige Commenden, Hæuſer &c. welche der Teutſch-Meiſter, unter ſeinem* Matricular-*Anſchlag, gegen dem H. R. Reich vertretten muß, ſo gleich* reſtituiret, *und,* durante Armiſtitio, *ohne weitere Bekrænck- oder Verhinderung, im beſitzlichen Herkommen und Genüß, geruhig gelaſſen, und darinnen weder* directè, *noch* indirectè, *beſchwæret ſeyen; (2) die Balley Elſaß, und dero* incorporirte *Hæuſer und Commenden, bevorab* Ruffach *und* Gebweiler, *nach* relation *des erſt neulich auf deren Gefælle geſchlagenen* Arreſts, *keines weitern ſich zu befahren; wie auch (3) die Hoch Teutſchmeiſteriſche Cammer-Commenden, zu Cron-Weiſſenburg, bey dem würcklichem Genuß ihrer ſchon zu Breyſach, mit Vorlegung der unverwerfflichen* Original-Documenten, *erwieſenen Hohen und Niedern* Juriſdiction *und Gerechtſamen --- in ruhigem Stand gelaſſen werden, und verbleiben mœgen &c.* Reſponſio Imperii, an. eod. 10, Dec, deſuper data, habetur ibid, §. 98, pag. 153 &

Digitized by Google

154. Cum vero Galli nihilominus cœptis inſiſterent, Magnus Magiſter Gravamina urgere perrexit, datis An. 1685. ad *Schwartzbergium* Principem, Sanctioris Senatus Imperialis Præſidem, literis, quas *Lundorpius* l. c. Cap. 108. pag. 245. exhibet. Inhæſit Ejus veſtigiis laudatus Dn. *Majus Memoriali*, ann. eod. 21-31. Mart. ad dictaturam promoto, ibid. Cap. 119. §. 17. pag. 471. & Cap. 166 §. 13. pag. 583. ubi inter alia: *Es iſt aller Welt vorhin genugſam bekant, daß ein zeitiger Hoch und Teutſch-Meiſter* Princeps Imperii *ſey, und deſſen Fürſtenthumb, durch ſeine Balleyen, und deren Häuſer*, in & extra Imperium *gelegen*, conſtituiret, *und gegen dem Reich vertretten werde, ohne daß diejenige Potentzen, unter* Dero Dominien *ſich des Ordens-Güter befinden, ſich jemahls darüber einigen Eigenthumbs angemaſſet haben, geſtalten Ihro Hochfürſtl. Durchl. der Herr Hoch- und Teutſchmeiſter, mein Gnädigſter Fürſt und Herr, unter Ihrer Päbſtlichen Heyligkeit zu Rohm, unter der Cron Spanien, in Niederlanden, unter beyden* Republiquen *von Schweitz und Holland, anſehnliche* Commenden, *Unterthanen, Güter und Gefäll haben, welche alle dem Teutſchen Meiſterthumb* incorporiret, *und, zuſamt den Balleyen in Elſaß, Burgund und Lothringen, deſſen Fürſtenthumb* conſtituiren *helffen, ſolche auch mehr dann 400. Jahr, ohne männigliches Beeinträchtigung, von Dero Hoch- und Teutſch-Meiſterthum ruhiglich ingehabt, genutzt und genoſſen worden ſeyn - - - An ſtatt nun, daß man*, ex parte *des Ritterlichen Teutſchen Ordens, in Hoffnung geſtanden, es würde, durch das jüngſthin geſchloſſene* Armiſtitium, *des Ordens* S. Lazari *zu Paris gantz unbefugte* Prætenſion *auf des Hohen-Teutſchen Ritter-Ordens jenen niemahl* afficirte *Güter und Gefälle, ebenfals in* ſuſpenſo *verbleiben, und, in wahrender Stillſtands-Zeit, der Teutſche Ritter-Orden bey ſeinem ruhigen Beſitz und Eigenthumb gelaſſen werden; ſo iſt es aber leyder dahin kommen, daß dem Ritterlichen Teutſchen Orden ſeine Unterthanen, in denen Balleyen Elſaß und Burgund, acht* Commenden, *benantlichen: Freyburg, Baſel, Mühlhauſen, Ruffach, u. Gebweyler, auch Andlau, Kayſersberg, und Straßburg, wie nicht weniger die Hoch- und Teutſch-Meiſteriſche* importante Cammer-Commenden *zu Cron-Weiſſenburg, und dan die Balley Lothringen, alle ihre* Commenden *und Häuſer, auſſer der alleinigen* Commenden *zu Trier, allbereits ſchon verlohren, oder doch, in wenig Tagen, den Reſt würcklich, angedroheter maſſen, verliehren ſoll, ſo man diſſeits, unter Furcht und Hoffnung, gewärtig ſeyn muß, maſſen ſolche miteinander* & quidem per ſententiam Incompetentium propria in cauſa Judicum, *dem Ritterlichen Teutſchen Orden bereits abgeſprochen, und dem Hoſpital* S. Lazari *zuerkennet worden ſeind &c.* Conf. Ejusdem *Memoriale*, 13. April. an. eod. Ordinibus Imperii, mediante publica dictatura, oblatum l. c. Cap. 119. §. 21. pag. 473. Reſponſio Imperii, ſub dato *Regenſpurg*, 4. Junii 1685, extat ibidem, loc. cit. §. 29. pag. 478. Adde in eadem cauſa, *An Ihr Röm. Kayſerl. Majeſt. von des Herrn Hoch- und Teutſchmeiſters Hochfürſtl. Durchl, ſub dato Heydelberg, den 5. Novemb. 1685. allerunterthänigſt erlaſſenes Schreiben*, cum annexis Documentis, clarum facientibus ſubductas Ordini Commendas, *zu Freyburg, zu Straßburg, Andlau, Ruffach, Gebwiler, Rüxen, Mülhauſen, Baſel, Kayſersberg, Cronweiſſenburg, Beckingen, Sarbrücken, Kauffmanns-Sarbrücken, Lützenburg und Temmels.* Conf. *Fabri Staats-Cantzley*, Tom. 2. Cap. V. Faſcic. 3. §. 2. pag. 515 &c. nec non ſæpe fati Dn. *Maji* Memoriale, An. 1686. 4. Auguſt. in Comitiis dictatum, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 166. §. 35. p. 608 &c. Ablegavit inſuper Magnus Magiſter Baronem *Schenck* de *Nydecken* Pariſios, juſtitiam cauſæ Regi ob oculos poſiturum, aſt re infecta. Tandem An. 1697. Art. XI. *Inſtrum. Pacis Ryſwicenſis*, promiſſa Ordini reſtitutio in integrum, verb: *Magno Ordinis Teutonici Magiſtro, & Epiſcopo Wormacenſi, Dn. Principi Ludovico Palatino reddentur plenè ablatæ à Gallia Inclyto Ordini antiquitus dicatæ, ſeu poſſeſſæ Commendæ, loca, reditus & Jura, frueturque dictus Ordo, ratione Commendarum & bonorum, ſub Dominio Gallico ſitorum, tam circa collationem, quam adminiſtrationem, iisdem uſibus, privilegiis & immunitatibus, quibus ante hac, juxta Statuta & regulas ſuas, gaviſus eſt, & Ordo S. Johannis Hieroſolymitani gaudere conſuevit &c.* Repetitæ promiſſiones, Art. XII. Pacis *Badenſis* An. 1714. Optat Ordo & promiſſis fidem ſervari.

Singulis *Balliviis* præeſt *Archi-Commendator*, vulgò *Provincialis*, It. *Land-Commenthur*, qui à *Conſiliariis*, German. *Raths-Gebietigere*, eliguntur, & à Magno Magiſtro confirmantur.

Horum alii ſunt *Immediati*, veluti *Alſaticus* & *Confluentinus*, quibus propterea, inter Prælatos, Votum & Seſſio competit in Imperii Comitiis; Vid. ſubſcriptio Receſſ. 1559 & 1567; & alii *Mediati*; qui, ratione Inſtitutorum & Regularum Ordinis, immediatè Magno Magiſtro ſubſunt; in reliquis vero, Principibus, in quorum Territorii poſſeſſiones ſuas & Domicilia habent, certo modo addicti ſunt, ſicut & in dictis Provincialibus comparent, & onera ſubeunt &c. quales ſunt: *Auſtriacus, Saxonicus, Thuringicus, Haſſiacus &c.* Vid. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico* lib. I. Claſſ. V. Cap. X. §. 23 & 24. pag. 670. *Limnæus* Tom. IV. Addit. ad lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 2. poſt §. 60. pag. 19; Dn. *ImHoff Notit. Procer. Imperii*, lib. 3. Cap. 2. §. 10. pag. m. 63; *Gryphius, im Entwurf von Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden*, §. VII. pag. m. 69.

Archi-Commendatoribus rurſus ſubſunt *Commendatores*, Hauß Commenthure, & Officiales alii; de

quibus

Digitized by Google

quibus *Limnæus* l. c. & *Europ. Heroldt* Part. I. p. 335. &c. Tandem veniunt *Fratres*, quorum alii ſunt *Presbyteri*, alii non; hique vel *Equites*, vel *Laici*. Illuſtris Auctor *des Europ. Heroldts* l. c. ait: *Nach denen Ordens-Beamten folgen die Brüder; Deren etliche Prieſter, andere aber keine; und dieſe wiederumb Ritter, oder Layen. Dann es iſt zugelaſſen, auch weltliche Leute, und auch die, ſo im Eheſtand leben, einzunehmen; Dieſe aber, ſo nicht Ritter ſind, tragen nur das Halbe Creutz. Die Novitii ſind von denen Brüdern des gantzen und halben Creutzes, alſo unterſchieden, daß Sie noch ein gantz weltlich Kleid tragen &c.*

Ex quo à Veteri virtute & induſtria Equites receſſerunt, anſam Proverbio dederunt, apud *Limnæum*, Lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 2. §. 59. p. 78:

Kleider aus, Kleider an,
Eſſen, Trincken und Schlaffen gahn,
Iſt die Arbeit, ſo die Teutſchen Herren han.

nec non dicterio apud *Wolffium*, Centenar. XII. *Lectionum Memorabilium* p. 394 & 401:

Wer ein ſcheen Weib hat, wo Teutſche Herren ſeind, eine Metze Korn, und eine Hinder-Thür, der hat ein Jahr daran zu eſſen.

(*b*) BALLEY &c. *Balliviam, Balivam, Ballivatum & Baliam*, eſſe ſynonyma, & denotare *Præfecturam* quandam, vel *Territorium* alicujus curæ commiſſum, rectè monet *Spelmannus*, voc. *Balia*, pag. 57. Hinc *Baillius, Ballivus*, Gallis *Baillif*, Præfectus, *ein Amptman*, qui alienis rebus curandis deputatur, ſive in Provincia, ſive in Urbibus, ſive in Caſtellis &c. Utrumque deſcendere videtur a verbo *Bajulare*, i. e. *Regere, gubernare*; Quo ſenſu, *Bajulare officium*, apud *Marculfum*, lib. I. Form. I. occurrit; ſic in vita *S. Ruſticulæ*, Abbat. Arelat. Cap. 32: *Quis unquam poterit ore proprio promere, quo ingenio bajulabat exiguitatem noſtram? &c.* & *Balia*, Nutricem denotat; æque ac *Bajulus*, Eum, qui Filiorum Principis educationi quondam præficiebatur; cujus proinde ſumma in Palatio dignitas erat; qualis fuit *Otto*, filius *Beronis* Domeſtici, *Bajolus Sigyberti, Regis*, apud *Fredegarium*, Cap. 86. pag. m. 149; & *Aimoinum*, lib. IV. *Geſt. Francor.* Cap. 38. pag. m. 377; & *Hermarius, Gubernator Palatii Ariberti, filii Regis Clotharii, ſimulque Bajulus à pueritia*; apud *Aimoninum*, cit. lib. IV. Cap. XV. p. m. 363; & *Arnoldus, Bajulus Ludovici Pii*; teſtibus *Annal. Pithœanis* in vita *Ludovici Pii*, ad Ann. 781. p. m. 341. ubi: *Rex Carolus - - - filium ſuum, Ludovicum, Regem regnaturum, in Aquitaniam miſit, præponens illi Bajulum, Arnoldum, aliosque Miniſtros, ordinabiliter decenterque conſtituens, tutelæ puerili congruos &c.* Poſtea, *Bajuli* voce, *Tutor* in genere ſubintelligebatur. De *Bajulorum* diverſitate, legas *Spelmannum*, voc. *Bajulus*, pag. 56; qui mox ſubjungit: *Bajulatio, Munus Bajuli; nos Bailiviam dicimus, Galli, Baillage. Conſtit. Neapolit. lib. 1. Tit. 56. Quidam Bajuli noſtri usque adeò ſuæ Bajulationis, extendunt officium &c.* Rectè hinc *Du Freſne*, voc. *Ballivi*, p. m. 436: *Ballivos autem à voce Bajulus dictos, omnino conſtat &c.*

(*c*) ORDINES. Celeberrimus quondam inſuper erat *Ordo Templariorum*, ſeu *Fratrum Militiæ Templi*, An. 1118. inſtitutus, de cujus origine ita *Jacobus de Vitriaco*, in *Hiſtoria Hieroſolymitana*, Cap. 65. Part. 2. *Geſtorum Dei per Francos*, pag. 1083. memor liberatæ Saracenis Terræ Sanctæ, fundatique Ordinis Johanniticl: *Procedente tempore, cum omnibus mundi partibus divites & pauperes, juvenes & Virgines, Senes cum junioribus, Loca ſancta viſitaturi, Hieroſolymam pergerent, latrunculi quidam & raptores, & viarum publicarum prædatores, incautis peregrinis inſidiantes, multos ex ipſis ſpoliabant, quosdam autem trucidabant. Quidam autem Deo amabiles & devoti Milites, charitate ferventes, mundo renunciantes, & Chriſti ſe ſervitio mancipantes, in manu Patriarchæ Hieroſolymitani, profeſſione & voto ſolenni ſeſe adſtrinxerunt, ut à prædictis latronibus, & viris ſanguinum, defenderent Peregrinos, & ſtratas publicas cuſtodirent, more Canonicorum Regularium, in Obedientia, & Caſtitate, & ſine proprio, militaturi Summo Regi. Quorum præcipui extiterunt Viri venerabiles & amici Dei, Hugo de Paganis, & Gaufridus de S. Aldemaro. In hoc autem tam ſancto propoſito, non niſi novem fuerunt a principio; talibus autem utentes veſtibus, quales eis in eleemoſyna largiebantur Fideles, novem annis in habitu ſeculari ſervierunt.* Rex autem, (Balduinus) *& Ejus Milites, prædictis Viris Nobilibus, qui omnia pro Chriſto reliquerunt, compatientes, una cum Domino Patriarcha,* (Hieroſolymitano, Guarimundo) *de rebus propriis eos ſuſtentabant, quædam Beneficia & poſſeſſiones eisdem poſtea, pro remedio animarum ſuarum, conferentes. Et quoniam nondum propriam habebant Eccleſiam, neque certum domicilium, Dominus Rex, in quadam parte Palatii ſui, juxta Templum Domini, eisdem, ad tempus, habitaculum conceſſit. Abbas autem & Canonici Templi Domini plateam, quam habebant juxta Regis Palatium, ad opus officinarum, eis tradiderunt. Et quoniam juxta Templum Domini manſionem habuerunt; FRATRES MILITIÆ TEMPLI poſtea, ut dicitur, ſunt appellati. Cum autem annis novem in hac profeſſione, & ſancta paupertate, communem vitam ducentes, concorditer, & quaſi unius moris, in domo permanſiſſent, Anno Gratiæ, Milleſimo, Centeſimo, Vigeſimo Octavo, de Mandato Dn. Papæ Honorii, & Dn. Stephani, Hieroſolymitani Patriarchæ, inſtituta eſt eis Regula, & Albus Habitus, absque aliqua*

Cruce

Digitized by Google

Cruce aſſignatus. Hoc autem factum eſt in Concilio Generali, apud Trecas, Civitatem Campaniæ, celebrato, ſub Domino Albanenſe Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, præſentibus Remenſi & Senonenſi Archi Epiſcopis, & Ciſtercienſis Ordinis Abbatibus, cum multis aliis Eccleſiarum Prælatis. Poſt hæc vero, tempore Dn. Eugenii Papæ, Cruces Rubeas veſtimentis ſuis exterius affixerunt, Veſtes Albas, in ſignum innocentiæ, deferentes. Per Cruces autem Rubeas, martyrium deſignantes, eò quod ſanguinem proprium, ſecundum Inſtituta Regulæ, pro defenſione Terræ Sanctæ, effundere ſunt profeſſi: & Chriſti Crucis inimicos viriliter expugnando, à Chriſtianorum finibus propellere, & ad nutum & mandatum Ejus, qui praeeſt Militiæ, non impetuosè neque inordinatè ſed prudenter, & cum omni cautela, ad prælia procedendo, primi in progrediendo, in regrediendo poſtremi: nec eſt eis licitum terga fugiendo dare, vel, ſine mandato, reverti --- unde adeo formidabiles facti ſunt fidei Chriſti adverſariis, quod unus perſequebatur mille, & duo decem millia, non quot eſſent? ſed magis, ubi eſſent? dum ad arma clamaretur, interrogantes. --- Vexillum, bipartitum ex albo & nigro, quod nominant Bauceant, prævium habentes, eo quod Chriſti amicis candidi ſunt & benigni; nigri autem & terribiles inimicis --- Milites autem ex univerſo mundo non ſolùm mediocres, ſed & Duces & Principes, eorum exemplo, mundi vincula diſrumpentes & omnibus, pro Chriſto, renunciantes, ad eos confluebant, profeſſionis & Religionis eorum cupientes eſſe participes --- unde, modico tempore, adeo multiplicati ſunt, quod, in Conventu eorum, plusquam trecentos Equites, exceptis Servientibus, quorum non erat numeras, omnes albis chlamydibus indutos haberent. Amplis autem poſſeſſionibus, tam citra mare, quam ultra, dilatati ſunt in immenſum; Villas, Civitates, & Oppida, exemplo Fratrum Hoſpitalis S. Johannis. poſſidentes, ex quibus certam pecuniæ ſummam, pro defenſione Terræ Sanctæ, Summo eorum Magiſtro, cujus ſedes principalis erat in Hieruſalem, mittunt annuatim &c. Tempus erecti Ordinis indicat *Wilhelmus Tyrius*, lib. XII. *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, in vita *Balduini II.* Regis, Cap. VII. ad Ann. 1118. Part. I. *Geſtorum Dei per Francos*, pag. m. 819: *Eodem Anno, quidam Nobiles Viri, de Equeſtri Ordine, Deo devoti, Religioſi, & timentes Deum, in manu Domini Patriarchæ, Chriſti ſervitio ſe mancipantes, more Canonicorum Regularium, in Caſtitate, & Obedientia, & ſine proprio, velle perpetuo vivere, profeſſi ſunt, Inter quos primi & præcipui fuerunt, Viri Venerabiles, Hugo de Paganis, & Gaufredus de S Aldemaro. Quibus, quoniam neque Eccleſia erat, neque certum habebant domicilium, Rex in Palatio, quod ſecus templum Domini, ad Auſtralem habet partem, eis, ad tempus, conceſſit habitaculum. Canonici verò Templi Domini plateam, quam circa prædictum habebant Palatium, ad opus officinarum, certis quibusdam conditionibus conceſſerunt. Dominus autem Rex, cum ſuis Proceribus, Dominus quoque Patriarcha cum Prælatis Eccleſiarum, de propriis dominicalibus certa eis pro victu & amictu beneficia quædam, ad tempus, quædam in perpetuum, contulerunt. Prima autem eorum profeſſio, quodque eis à Domino Patriarcha, & reliquis Epiſcopis, in remiſſionem peccatorum, injunctum eſt: Ut vias & itinera, maxime ad ſalutem Peregrinorum, contra latronum & incurſantium inſidias, pro viribus conſervarent. Novem autem annis poſt eorum Inſtitutionem, in habitu fuerunt ſeculari, talibus utentes veſtimentis, quales, pro remediis animarum ſuarum, Populus largiebatur. Tandem nono Anno, Concilio in Francia, apud Trecas habito --- inſtituta eſt eis Regula, & habitus aſſignatus, albus videlicet, de mandato Domini Honorii Papæ, & Dn. Stephani, Hieroſolymitani Patriarchæ. Cumque jam annis novem in eodem fuiſſent propoſito, non niſi novem erant: ex tunc cœpit eorum numerus augeri, & poſſeſſiones multiplicabantur. Poſtmodum verò, tempore Dn. Eugenii Papæ, ut dicitur, Cruces de Panno rubeo, ut inter cæteros eſſent notabiliores, mantellis ſuis cœperunt aſſuere, tam Equites, quam eorum Fratres inferiores, qui dicuntur Servientes. Quorum res adeo crevit in immenſum, ut hodie trecentos plus minusve in Conventu habeant Equites, albis chlamydibus indutos, exceptis Fratribus, quorum penè infinitus eſt numerus. Poſſeſſiones autem, tam ultra quam citra Mare, adeo dicuntur immenſas habere, ut jam non ſit in Orbe Chriſtiano Provincia, quæ prædictis Fratribus bonorum ſuorum portionem non contulerit; & regiis opulentiis pares hodie dicantur habere copias. Qui, quoniam juxta Templum Domini, ut prædiximus, in Palatio Regio manſionem habent, FRATRES MILITIÆ TEMPLI dicuntur &c.* Adeoque inſtitutus eſt Ordo An. 1118. ſub *Gelaſio II.* P. R. & confirmatus, ab *Honorio II.* Ann. 1128; & ab *Eugenio III.* cruce rubea auctus. Conf. *Albericus, Monachus trium Fontium*, ad Ann. 1113. pag. 223; *Nauclerus*, Vol. 2. Generat. 17. pag. m. 809. *Chryſoſtomus Henriquez*, Part. I. *Faſciculi Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis*, lib. I. Diſtinct. IV. Cap. 13 pag. 82. & ſeqq. *Baronius* Tom. XII. *Annal.* ad An. 1118. §. 36. p. m. 129. Citò Jurisdictioni Patriarchæ Hieroſolymitani eos ſe ſubduxiſſe, ex *Tyrio*, l. c. pag. 820. diſcimus, qui ſic pergit: *Qui cum diu in honeſto ſe conſervaſſent, propoſito. profeſſioni ſuæ ſatis prudenter ſatisfacientes, neglecta humilitate --- Domino Patriarchæ Hieroſolymitoan, à quo & Ordinis inſtitutionem, & prima beneficia*

Digitized by Google

neficia, ſuſceperant, ſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes: ſed & Eccleſiis Dei, eis decimas & primitias ſubtrahentes, & eorum indebitè turbando poſſeſſiones, facti ſunt valde moleſti &c.

Primus *Magnorum Magiſtrorum* Ordinis hujus catalogum, ex *Cartuſiæ Villanovanæ* Veteri Codice, edidit *Dionyſius Salvagnius Boiſſius*, unde ſua mutuati ſunt *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Templarii*, p.m. 1084. &c. auctoritatibus ubique ſeriem firmans, & *Schurtzfleiſchius*, Diſſ. de *Vitriciis Eccleſiæ*, t. XII. p. 28. &c.

Catalogus Magnorum Magiſtrorum Ordinis Templariorum.

1 *Hugo de Paganis*, Patria Trecenſis, primus Ordinis Inſtitutor, An. 1118.

2 *Robertus*, cogn. *Burgundio*, el. An. 1136.

3 *Ebrardus*, vel *Everardus*, *de Barris*, el. An. 1149.

4 *Hugo*, (Dn. Schurtzfleiſchio omiſſus) flor. An. 1151. cujus mentio fit in Privilegiis Ordinis Hoſpitaliorum, p. 10.

5 *Bernhardus de Tremelay*, qui an. 1153. obſidioni *Aſcalonenſi* interfuit, à Saladino in prælio captus, procurante vero *Manuele*, Imperatore Græco, an. 1157. libertate iterum donatus.

6 *Bertrandus de Blanchefort*, elect. circa An. 1158. cujus complures epiſtolæ ad *Ludovicum VII.* R. Gall. leguntur, in *Geſtis Dei per Francos*, p. 1176. & Tom. IV. *Hiſt. Franc.* p. 692. &c.

7 *Andreas*, *Bernhardi*, Domini *Montisbarri & Hunbergæ* filius, *S. Bernhardi*, Abbatis Clarevallenſ. avunculus, flor. An. 1165.

8 *Philippus*, *Neapolis Syriæ* Dominus, qui dignitatem, adhuc ante annum 1170. iterum dimiſit.

9 *Odo de S. Amando*, Magiſter creatus An. 1171. *à Saladino*, in *Sidonienſi* tractu captus, vitam in vinculis finivit.

10 *Arnoldus de Torogio*, ſucceſſit An. 1179; †. An. 1184.

11 *Gerhardus de Ridesford*, cogn. *Bromptono*, (al. *Rideffor*, *Ridefort*, *Bedefort*) cæſus in prælio, 4. Oct. 1188. inter *Guidonem*, Regem Hieroſolymorum, & *Saladinum*, initum.

12 *Terricus*, *Du Freſnio* omiſſus; qui adjutor *Guidonis* conſiliorum, de recuperanda *Ptolemaide*, ſive *Acon*, ſuſceptorum, fuit; el. 1189.

13 *Gualterius*, el. 1190.

14 *Robertus de Sabloil*, el. 1195. ſub quo afflictiſſimus Templariorum Ordo, a cuſtodia Templi ſummotus, dignitatis pariter & fortunæ jacturam fecit.

15 *Gilbertus Horal*, vel *Eral*, el. 1196.

16 *Pontius Rigladus*, el. 1198.

17 *Philippus du Pleſſiez*, 12 ...

18 *Deodatus de Breiſiaco*, ſeu *Berſiaco*, ſub quo memorabilis Conſtantinopolitanarum rerum converſio contigit, Urbs, An. 1204. capta, Imperiumque *Balduino*, Flandro traditum,

19 *Petrus Montacutus*, quem *Du Freſne* ſilentio præterit, el. 1210.

20 *Guilielmus de Montedon*, al. *Monredou*, el. *1216.*

21 *Guilielmus de Carnoto*, ſeu *de Chartres*, el. *1218.* obſidioni *Damiatæ* An. 1219. præſens.

22 *Thomas de Monte acuto*, ſeu *Montaigu* (Dn. *Schurtzfleiſchio* l. c. p. 33. omiſſus) cujus Epiſtola de An. 1221. qua, poſt expugnatam *Damiatam*, geſta in Regno Hieroſolymorum, recenſet, apud *Matth. Pariſienſem* ad h. a. videre eſt. Sub hoc, Ordo a Juriſdictione Patriarchæ Hieroſolymitani & Epiſcoporum exemtus fertur.

23 *Armandus* (Quem Schurtzfleiſchius l. c. etiam tacet) Mentio ejus fit in Tabulario Manoſcenſi, in Charta An. 1234.

24 *Hermannus de Perigord*, elect. 1239.

25 *Guilielmus Sonnac*, vel de *Senay*, qui, an. 1249. obſidioni *Damiatæ* affuit.

26 *Renaldus de Vichier* (quem Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. ignorat.)

27 *Aimericus*, elect. 1264. cujus loco Dn. *Schurtzfleiſchius* ponit *Petrum de Belgiou*,

28 *Thomas Berart*, vel *Beraud*, quem Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. p. 34. ſilentio præterit.

29 *Robertus*, qui An. 1274. Concilium Lugdunenſe frequentavit.

30 *Gutfredus de Salvaing*, Delphinates, florens An. 1285.

31 *Guilielmus de Bellojoco* (Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. p. 35. alium *Petrum de Belgiou*, ſeu *Bellviſum*. interſerit, quem *Du Freſne* pag. 1087. rejicit) qui jam An. 1286. Magnus Magiſter exitit. Sub hoc capta *Accon*, ſeu *Ptolemais*, An. 1291. a quo tempore Latini conſilium omittendi belli facti, ſero licet nimis maximoque Chriſtianæ rei damno, ceperunt, intelligentes, bellum iſtud omnes prope Chriſtianis nervos ſpiritumque abſumpſiſſe, & plus ambitionis & audaciæ, quam humilitatis, decori & juſtitiæ habuiſſe. Periit in dicta obſidione *Acconenſi*, viriliter contra Saracenos pugnans.

32 *Monachus Gaudini*, poſt Acconenſem cladem, a decem militibus, qui ex ea ſuperfuerant, ſtatim Magnus Magiſter electus An. 1291. in Inſulam Cyprum cum iis conceſſit. Nihil de eo Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c.

33 *Jacobus de Nolay*, (perperam *Molay*,) Burgundio, ex Diœceſi Veſuntinenſi, Magnorum Magiſtrorum

rum ultimus. *Tortoſam*, una cum *Almerico*, *Tyri* domino, expugnavit, & exinde aliquot annos bella cum Saracenis fortiter geſſit; noſter vero à Sultano Babylonico, eâ pulſus, in Franciam venit, multorum ſcelerum accuſatus, & vitæ & exiſtimationis jacturam fecit. Fuit enim de eo, & ſociis, Fratre Delphini, Principe Viennenſium, *Hugone Peraldo*, & quodam Theſauris Regiis Præfecto, aſſenſu Pontificis, *Clementis V.* judicium Capitis habitum, lataque in eos ſeveriſſima ignis ſententia, bonis totius Ordinis partim Equitibus *Rhodiis*, partimque Fiſco illatis. Meminit criminum quorundam, quorum rei judicati, ipſe *Clemens V.* P. R. in Bulla An. 1307, 2. Id. Auguſti, *Pictavis* data, qua Archi Epiſcopus *Narbonenſis*, & Epiſcopi, *Bajocenſis*, *Mimatenſis & Lemovicenſis*, una cum *Mattheo de Neapoli*, Ahotomagenſi; *Johanne de Mantua*, Tridentinenſi; *Johanne de Montelauro*, Magalonenſi, Archidiaconis, ac *Guilielmo Agarin*, Præpoſito Aquenſi, conſtituti Commiſſarii, ad inveſtigandam ulterius veritatem, in Civitate *Senonum*, vocandis ibi in judicium omnibus, qui criminibus motæ querelæ; apud Ill Dn. de *Leibnitz*, in Mantiſſa Part. 2. *Codicis Juris Gentium, Diplomatici*, §. V, lit. e, pag. 78 &c. ibi, §. 1: *Dudum circa promotionis noſtræ, ad apicem Summi Apoſtolatus, initium, etiam antequam Lugdunum, ubi recepimus noſtræ coronationis inſignia, veniremus; & poſt etiam, tam ibi, quam alibi, ſecretò quorundam Nobis inſinuatio intimavit, quod Magiſter, Præceptores, & alii Fratres Ordinis Militiæ Templi Hieroſolymitani, & etiam ipſe Ordo, qui, ad defenſionem Patrimonii ejusdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, fuerant, in transmarinis partibus, deputati, contra Ipſum Dominum, in ſcelus apoſtaſiæ nefandum, deteſtabile Idolatriæ vitium, execrabile Sodomorum, & hæreſes varias, erant lapſi &c.* & §. 3: *Infamia verò contra Templarios ipſos increbeſcente validius ſuper ſceleribus ante dictis, & quia etiam quidam Miles ejusdem Ordinis, magnæ Nobilitatis, nec levis opinionis, in dicto Ordine habebatur, coram Nobis ſecretò juratus depoſuit, quod, in receptione Fratrum præfati Ordinis, hæc conſuetudo, vel verius corruptela, ſervatur, quod, ad recipientis, vel ab eo deputati, ſuggeſtionem, qui recipitur, Jeſum Chriſtum negat; & ſuper crucem, ſibi oſtenſam, ſpuit, in vituperium Crucifixi, & quædam alia, recipiens & receptus, quæ licita non ſunt, nec humanæ conveniunt honeſtati, prout ipſe tunc confeſſus extitit coram nobis, vitare nequivimus, urgente Nos ad id officii noſtri debito, quin tot & tantis clamoribus accomodaremus auditum*; & §. 4. *Sed cum demum, fama publica deferente & clamoſa inſinuatione dicti Regis* (Francorum Philippi Pulchri) *nec non Ducum, Comitum & Baronum, & aliorum Nobilium, Clerique & Populi dicti Regni Francorum, ad Noſtram, propter hæc, tam per ſe, quam per Procuratores & Syndicos, præſentiam venientium, quod dolentes referimus, ad Noſtram audientiam perveniſſet, quod Magiſter, Præceptores, & alii Fratres dicti Ordinis, & ipſe Ordo, præfatis, & pluribus aliis criminibus irretiti, & præmiſſa, per multas confeſſiones, atteſtationes & depoſitiones præfati Magiſtri, & plurium Præceptorum & Fratrum Ordinis prælibati, coram multis Prælatis, & hæreticæ pravitatis Inquiſitore in Regno Franciæ factas, habitas & receptas, & in publicam ſcripturam redactas, Nobisq; & Fratribus noſtris, oſtenſas, probata quodammodo viderentur --- Nos --- ſuper præmiſſis, interrogavimus & examinavimus, usque ad numerum ſeptuaginta duorum, multis ex Fratribus noſtris Nobis aſſiſtentibus, diligenter eos, eorumque confeſſiones, per publicas manus in autenticam ſcripturam redactas, illicò in noſtra & dictorum Fratrum noſtrorum præſentia, ac deinde, interpoſito aliquorum dierum ſpatio, in Conſiſtorio publico, legi fecimus coram ipſis, & eas, in ſuo vulgari, cuilibet eorum exponi, qui, perſeverantes in illis, eas expreſſè & ſpontè, prout recitatæ fuerunt, approbarunt &c.* & §. 3, pag. 80: *Qui Magiſter & Præceptores Franciæ Ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ, atque Pictaviæ, coram ipſis tribus Cardinalibus* (*Bernhardo* Tit. SS. Nerei & Achillei; *Stephano*, Tit. S. Cyriaci in Thermis, Presbyteri, & Landulpho S. Angeli Diacono) *& præſentibus quatuor Tabellionibus publicis, & multis aliis bonis Viris, ad ſancta Dei Evangelia ab eis corporaliter tacta, præſtito juramento, quod, ſuper præmiſſis omnibus, meram & plenam dicerent veritatem, coram ipſis, ſingulariter, liberè ac ſpontè, absque coactione qualibet & terrore, depoſiti ſunt, & confeſſi fuerunt, inter cætera: Chriſti abnegationem, & ſpuitionem ſuper crucem, cum in Ordine Templi recepti fuerunt; & quidam ex eis quadam alia horribilia & inhoneſta confeſſi, quæ, ut eorum ad præſens parcamus verecundiæ, ſubticemus &c.* Articulorum, ſuper quibus inquiſitio facta, erant centum & octodecim l. c. lit. f, pag. 82 & ſeqq. expreſſi; inde notandi:

(1) *Quod quilibet in receptione ſua, & quandoque poſt, vel quam citò ad hæc commoditatem Recipiens habere poterat, abnegabat Chriſtum, aliquando Crucifixum, & quandoque Jeſum, & quandoque Deum, & quandoque, B. Virginem; & quandoque omnes Sanctos & Sanctas Dei, inductus ſeu monitus per illos, qui eum recipiebant.*

(4) *Quod dicebant & dogmatizabant Receptores illis, quos recipiebant; Chriſtum non eſſe verum Deum vel quandoque Jeſum, vel quandoque Crucifixum.*

(5) *Quod dicebant ipſi illis, quos recipiebant, Ipſum fuiſſe falſum Prophetam.*

(6) *Item, Ipſum non fuiſſe paſſum, pro redemptione Hu-*

Digitized by Google

Humani Generis, nec crucifixum, ſed pro ſceleribus fuit.

(7) Item, quod nec Receptores, nec Recepti, habebant ſpem ſalvationis, habendæ per Jeſum; & hoc dicebant illis, quos recipiebant, vel æquipollens, vel ſimile.

(8) Item, quod faciebant illos, quos recipiebant, ſpuere ſuper Crucem, ſeu ſuper ſignum, vel ſculpturam Crucis, & Imaginem Chriſti, licet interdum, qui recipiebantur, ſpuerant juxta.

(9) Item, quod ipſam Crucem pedibus conculcari quandoque mandabant.

(10) Item, quod eandem Crucem ipſi Fratres Recepti quandoque conculcabant.

(11) Item, quod mingebant & conculcabant interdum, & alios mingere faciebant ſuper ipſam Crucem, & hoc in die Veneris Sancto aliquoties faciebant.

(13) Item, quod adorabant quendam catum, ſibi in ipſa Congregatione apparentem quandoque.

(15) Item, quod non credebant Sacramentum Altaris.

(23) Item, quod in receptione Fratrum dicti Ordinis, vel circa, interdum Recipiens & Receptus aliquando ſe deoſculabantur in ore, in umbilico, ſeu in ventre nudo, & in ano, ſeu ſpina dorſi.

(26) Item, aliquando in Virga virili.

(33) Item, quod Fratribus, quos recipiebant, dicebant, quod ad invicem poterant unus cum alio commiſceri carnaliter.

(39) Item, quod ipſi, per ſingulas Provincias, habebant Idola, videlicet Capita, quorum aliqua habebant tres facies, & alia unam, & aliqua cranium humanum habebant.

(40) Item, quod illa Idola, vel illud Idolum, adorabant, & ſpecialiter in eorum magnis Capitulis & Congregationibus.

(41) Item, quod venerabantur;

(42) Item, quod ut Deum,

(43) Item, quod ut Salvatorem ſuum;

(58) Item, quod, qui nolebant prædicta in ſui receptione facere, vel poſt, interficiebantur, vel carceri mancipabantur.

(71) Item, quod aliquando prædicta abnegatio Chriſti fiebat in præſentia Magiſtri & Conventus prædictorum.

(81) Item, quod Magiſter Generalis dicti Ordinis prædicta ſic ſervari & fieri injungebat.

(87) Item, quod alium modum recipiendi in dicto Ordine Fratres non ſervabant.

(89) Item, quod prædictum receptionis modum, & ſupradicta alia, non ſervantes, & ſervare nolentes, Magiſter Generalis, Viſitatores, & alii Magiſtri dicti Ordinis, in hoc poteſtatem habentes, graviter puniebant, quando querela deferebatur ad eos.

(92) Item, quod juramentum præſtabatur ab eis, augmentum & quæſtum dicti Ordinis, quibuscunque modis poſſunt, per fas & nefas, procurare.

(100) Item, quod error hic viget & viguit in Ordine, longo tempore, quod ipſi tenent opinionem, & tenuere retroactis temporibus, quod Magnus Magiſter poſſit abſolvere Fratres Ordinis à peccatis, etiam non confeſſatis, quæ confiteri, propter aliquam erubeſcentiam, aut timorem pœnitentiæ injungendæ, vel infligendæ, omiſerunt,

(115) Item, quod Magnus Magiſter Ordinis, Viſitator, & Magnus Præceptor Cypri, Normanniæ, Pictaviæ, & quamplures alii Præceptores, & nonnulli alii Fratres dicti Ordinis, præmiſſa confeſſi fuerunt, tam in Judicio, quam extra, coram ſolemnibus perſonis, & in pluribus locis, etiam perſonis publicis.

(116) Item, quod nonnulli Fratres dicti Ordinis, tam Milites, quam Sacerdotes, alii etiam, in præſentia Domini Noſtri Papæ, & Dnn. Cardinalium, fuerunt prædicta, vel magnam partem dictorum errorum, confeſſi.

(117) Item, quod per juramenta, præſtita ab eisdem.

(118) Item, quod etiam in pleno Conſiſtorio recognoverunt prædicta.

Hac rerum facie, vulgavit Papa, *Clemens V*, ſub dato *Toloſæ*, 3. Kal. Januar. 1308, Bullam, qua, repetitis *Templariorum* criminibus, eosdem, & omnes ipſis faventes, excommunicationis fulmine feriit; quæ apud Ill. Dn. *Leibnitium* l. c. §. VII, lit. a, pag. 91, legi poteſt. Secuta eam eſt recentior, ſub dato *Viennæ*, 6. *Non, Maji An. VII. ipſius Pontificatus, h. e.* Ann. 1311, qua totus Ordo damnatus, ejusque Bona Ordini Militum Hieroſolymitanorum, quos *Melitenſes* nunc vocamus, adjudicata; formulam ſiſtente *Cherubino* Tom. I, *Magni Bullarii Romani*, in Vita *Clementis V*, §. III, pag. 112 &c. Literas *Philippi*, Galliarum Regis, apud *Matiſconem* 2. Mart. 1311, datas, qua *Clementem* rogat, ut præfatus Ordo tollatur; exhibet Ill. Dn. de *Leibnitz* l. c. lit. b, pag. 92. nec non & illas, quibus, ſub dato *Pariſiis*, 14 Auguſti, An. 1312, aſſenſum præbet, ut Bona *Ordinis* damnati, in Ordinem *Hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymorum*, juxta Concilii *Viennenſis* Decretum, tranſferantur; ibid. lit. c. Conf. de dictis criminibus, & inſecuta Ordinis ſublatione, *Henrici Steronis Annales*, ad An. 1307 & 1311, apud *Freherum*, Tom. I, *Rer. German.* pag. 406 & 407, *Magnum Chronicon Belgicum*, apud *Piſtorium*, pag. m. 269; & 284; *Platina*, in Vita *Clementis V*, pag. m. 222 & 225; *Mutius*, lib. XXII. *Chronicorum*, ad An. 1311, pag. m. 211. *Paraleipomena Urſpergenſis*, pag. m. 263; *Robertus Gaguinus*, lib. VII. *Rer. Gall.* in vita *Philippi Pulchri*; *Spondanus, Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1307. §. 5 & ſeqq. pag. 360 &c. & Ann. 1311, §. 5, pag. 375. *Gualterius*, in *Chronico Chronicorum*, part. 2, fol. 8 & 98; *Spangenbergius*, lib. XI. *Adelſpiegel*, Cap. V, pag. 342; *Buſſierus* lib. 9, *Hiſtor. Franc.* art. 23. *Chaſſaneus, Catalog. Gloriæ Mundi*, Part. 9, Conſider. 5, fol. 319 &c. *Limnæus*, Tom. IV, Addit. ad lib. VI, Cap. 2, pag.

pag. 36 &c. Num Jure, an Injuria, ſit exciſus? mea nihil refert, nec meum eſt definire; id liquet, non obſtante Romani Pontificis, *Clementis V*, & Potentiſſimi Galliarum Regis, *Philippi Pulchri*; contracta in Ordinis præjudicium amicitia, nec accedente *Vienneſis* Concilii, in Allebrogibus celebrati, Ann. 1311, XI. Kal. April. h. e. 22. Martii, promulgato in extirpationem ejus decreto, multos Equitum cauſam, etiam palam, defendiſſe, quod & *Conringius* part. 3. ad *Lampadium*, Cap. VI, in appendice, pag. 147 & 148, jam annotavit. Minimum, ſi *Johanni Nauclero*, Vol. 2. Generat. 44, pag. m. 986 & 987, fides adhibenda, ſteſit â *Templariorum* partibus non ſolùm ArchiEpiſcopus Moguntinus, ſententiarum licet Pontificis executio ipſi demandata eſſet, ſed & reliqui diœceſeos Moguntinæ Præſules, ibi: *Ad ſcripta enim Archi-Epiſcopi, reſcripſit Papa, & commiſit ei inquiſitionem fieri. Ex qua commiſſione, proceſſit ArchiEpiſcopus, &, de conſilio & aſſenſu Co-Epiſcoporum Provinciæ, qui convenerant, ſecundum formam literarum Apoſtolicarum, conſtito de innocentia Fratrum, ipſos duxit abſolvendos. Hæc acta referuntur Moguntiæ, Ann.* 1311, *Cal. Julii.* Auctore, *Hainrico Rebdorfienſi*, in Annalib. ad Annum Quintum *Clementis V*, apud *Freherum*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 418, dictus Pontifex *Militarem Ordinem Templariorum, ab antiquo ab Eccleſia approbatum, videlicet ab Honorio II. Papa, & privilegiatum, exſtirpavit; &, ad ſuggeſtionem Regis Franciæ, perſecutoris Dn. Bonifacii Papæ* (VIII) *quod in Regno ſuo Ordo ille bonis quamplurimis abundabat &c.* Juxta *Aventinum*, lib. VII. *Annal. Boicorum*, Cap. XIV. §. 5, pag. m. 705, merè in Galliam profectus Pontifex, ut Regi *Philippo* gratificaretur, cujus in ſavorem, *Templariorum* Religionem, bonis in publicum collatis, deleverit. Nec *Johannes Bocatius*, lib. IX, de *Caſibus Virorum Illuſtrium*, Cap. 21, inficiari potuit, in defenſæ innocentiæ propoſito conſtantes fuiſſe Equites, imò & perſeveranti fortitudine avari Regis viciſſe perfidiam, niſi, prompta moriendi voluntate, inexplebilem ejus habendi cupiditatem ſtimulaſſent nimis, atque excitaſſent. Addit *Theodoricus Engelhuſius*, in Chronico, in vita *Clementis V*, apud *Maderum*, pag. m. 265: *Dicitur communiter, quod Magiſter Ordinis dixit in agone: Se, & Ordinem ſuum, omnium objectorum criminum innocentes, appellans ad Summum Judicem, ad quem ſpecialiter Papam & Regem Franciæ, ſuper hoc ſibi reſponſuros, peremptoriè citavit, qui quaſi eodem anno mortui ſunt &c.* Nullibi interim, quam in Gallia, ubi vivi combuſti, acerbius judicium ſubierunt. Alia huc facientia congeſſit Dn. *Schurtzfleiſchius* l. c. pag. 36 &c.

(*d*) EXTRA IMPERIUM &c. Coronidis loco, pauca de præcipuis Ordinibus aliorum Regnorum adjiciam, quo titulo veniunt;

IN GALLIA.

Auctor Ordinis fuit *Eduardus III*, Anglorum Rex, de quo *Guilielmus Cambdenus*, in *Deſcriptione Britanniæ*, & quidem in Deſcriptione *Attrebatii*, vulgò *Barckshire*, pag. m. 168, Edit. Londin. 1587: *Hic Edwardus III. ut militarem virtutem honoribus, præmiis atque ſplendore decoraret, Nobiliſſimam conſcripſit Equitum Auratorum Societatem, quos, ob Periſcelidem ſuam, in prælii, quod feliciter ceſſit, teſſeram datam, Garterii, ſive Periſcelidis, Equites nominavit, qui, cærulea periſcelide, aureis literis Gallicè inſcripta: HONI SOIT, QUI MAL Y PENS, ſiniſtram tibiam ſubſtringunt &c.* Conf. *Polydorus Virgilius* l. c. *Rex* (Eduardus III.) *Garterium Ordinem inſtituit, cui tantus deinde acceſſit honor, ut maximos quoque Reges non pœnituerit in id venire Collegium. Sunt numero ſex & viginti Garterii Equites, ſic enim appellantur, & alius in alii demortui locum, per electionem reliquorum, cooptatur. Horum autem Princeps Eques Rex Anglus habetur. Utuntur Pallio cæruleo, crus ſiniſtrum, parum infra genu, corrigia fibulata gemmis & auro ornata, cincti: à qua quidem corrigia nomen Ordini inditum conſtat, quod Garter, Lingua Anglica, id ligaculum ſignificet, quo mulieres tibiarum tegumenta ſibi ligant, Illa præterea corrigia ornatur ejusmodi titulo Gallicis verbis inſcripta: HONNI SOIT, QUI MAL Y PENSE, i. e. vituperetur, qui male cogitat. Ordo vero eſt D. Georgio, ut Bellatorum Præſidi, dicatus: quare Equites quotannis diem ei ſacrum multis ceremoniis colunt, in Templo od Vindeſorium Caſtrum, ubi loci ejus Collegii ſedes eſt, opiparoque convivio diem illum feſtum ogunt &c.* Ita reliqui. Quamvis *Richardus Bakerus*, in *Chronico Regum Angliæ*, fol. 62, b. notet, nonnullos *Richardum I*, priusquam in Terram Sanctam proficiſceretur, Ordinem hunc inſtituiſſe, arbitrari. Ipſum *Camdenum* ſententiam hanc non admodum improbaſſe, teſtantur ejus verba ap. Dn. *Winzingerodæ* l. c. §. IX, p. 14 & 15: *Alii hujus Ordinis inſtitutionem multo antiquiorem faciunt, & ad Regem Angliæ, Richardum I, referunt, Eduardumque tandem reduxiſſe credunt. In ipſo enim Inſtitutionis Libro, quem Guilhelmus Dethicus, Principalis Armorum Rex Garterii, nomine inſignis, omnium, quæ ad honorem ſpectant, ſtudioſiſſimus, mihi oſtendit, ſic legitur: Richardo, cum contra Turcas & Agarenos, Cyprum & Anconam moveret, longiorisq; moræ pertæſus eſſet, dum mira ſolicitudine traheretur obſidio, tandem illabente, per D. Georgii, ut opinatum eſt, interventum, ſpiritu, venit in mentem, ut quorundam electorum Militum cruribus coriacium ſubfibulum, quale ad manus tunc ſolum habebat, indueret, quo futuræ gloriæ memores ex condicto ſi vincerent ad rem fortiter ac ſtrenuè gerendam expergeſierent, ad Romanorum inſtar, apud quos illa coronarum varietas, quibus variis de cauſis donati ſunt & inſigniti Milites, ut his velut irritamentis excuſſa vecordia, virtus animi fortitudoque pectoris fervidior exſurgeret, atque exiliret &c.* Rectè verò ſubjungit Dominus de *Winzingeroda*, §. XI, p. 15: *Hæc valde incerta ſunt.* Ubi quæſo teſtes coævi?

Quo

Digitized by Google

Qua occaſione inſtitutus ſit Ordo, rurſus non eadem Scriptorum ſententia. *Polydorus Virgilius* l. c. pag. 379. ait: *De cauſa inſtituendi Ordinis omnino ambigitur: fama tamen apud vulgus etiam nunc tenet, Edouardum aliquando è Terra collegiſſe Regina, ſeu amica, tibiarum tegminis ligamen, quod fortè reſolutum ita, ut uſu venit, ceciderat, & nonnullis Heroibus id videntibus, ac jocosè cavillantibus, dixiſſe: brevi tempore futurum, ut ejusmodi cingulo etiam ab illis ſummus haberetur honor; atque non multo poſt iſtiusmodi Ordinem inſtituiſſe, ac eum addidiſſe titulum, quo teſtaretur ipſos Heroës, contra quam fas erat, de ſe judicium feciſſe. Et fama vulgi talis. Atqui Autores Anglici verecundi ſuperſtitioſi, fortè timentes, ne imminuta Majeſtatis Regia crimen ſubirent, ſi tale quid, ut minus inſigne, proderent, maluerunt tacitum relinquere; perinde quaſi nunquam alias viſum eſſet, rem ab initio è parva ſordidaque origine ortam, magno eſſe incremento dignitateque auctam.... proinde origo vera Garterii Ordinis non erat prætereunda ſilentio, etiamſi profecta eſſet ab Amore, (quo nihil eſt nobilius, dicente Ovidio: Nobilitas ſub amore jacet;) quocirca famam vulgi de iſtiusmodi cauſa rei; dubio procul non vanam dixerim &c.* Licet non integræ ſit fidei, vel Epiſtola teſte *Henrici Savilii*, ad *Eliſabetham*, Angliæ Reginam, Operi de *Scriptoribus Rerum Anglicarum*, An. 1601. *Francofurti* edito, præfixa, ubi: *Nam Polydorus, ut homo Italus, & in rebus noſtris hoſpes, &, quod caput eſt, neque in Republica verſatus, nec magni alioqui vel judicii, vel ingenii, pauca ex multis delibans, & falſa plerumque pro veris amplexus, hiſtoriam nobis reliquit, cum cætera mendoſam, tum exiliter ſanè & jejune conſcriptam &c.* ad quem locum etiam *Voſſius*, de *Hiſtor. Latinis*, lib. 3. Cap. 12. voc. *Polydorus Virgilius*, pag. m. 679. provocat; attamen *Joſias Nolden*, de *Statu Nobilium*, Cap. VI. ſ. 50. pag. m. 111. in eandem ſententiam ſcribit: *Fuit inſtitutus* (hic Ordo) *in memoriam caligaria faſciola, qua Illuſtri Fœmina, ab Eduardo III. flagranter adamata, dum ea choream ſaltaret, ſoluto fortè nodo, deciderat, hatte Ihren Hoſenband vertantzet, quam ſubitò cum tolleret, ſimul ejus tunicam ita diſcooperuit, ut crura conſpicerentur ab omnibus Aulicis. Comitiſſam igitur ſic pudefactam ut placaret, faſciam, in honorem ejus, inſignium Procerum tibiis dicavit &c.* ad teſtimonium provocando *Pauli Hentzneri*, in *Itinerario Angliæ*, & quidem in deſcriptione, *Vindeſorii*, pag. 147. & *Michaëlis Caſpari Lundorpii*, lib. XXII. *Contin. Sleidani*; Tom. 2. *Limnæus* lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 2. §. 26. pag. 35. exprimit planè nomen Illuſtris Fœminæ, inquiens: *Originem verò inde habuit;* (hic Ordo) *cum Eduardus III. faſciam cruralem Adelheidæ, Comitiſſæ Salisbericenſis, quam ſummo proſequebatur affectu, quæ, ſoluto nodo, inter choreas in terram deciderat, propriis ſublevaret manibus (ad pretium operæ, quod Ovidius alibi ponit:*

Contingent oculis crura videnda tuis)

Nobilium adſtans corona promiſcuo ſplenis pruritu laborare cœpit, nec longè amplius impetum compeſcens in liberrimos cachinnos erupit, unde, Comitiſſa rubore ingenuo profuſa, Rex autem, officio colorem quærens, exclamavit: HONNI SOIT, QUI MAL Y PENSE, *ſimulque adjecit: tempus propediem affuturum, quo illi, qui cachinnis faſciæ ad conſpectum nunc moti, eandem ſumma veneratione eſſent ſuſcepturi. Paulo itaque poſt, anno videlicet Salutis* 1351. *hunc cœpit firmare Ordinem, qui, exiguis ab incunabilis, in ſplendidiſſimum evaſit, ut Reges aliquot, Summique præterea Principes eidem fuerint addicti &c.* Conſentiunt: *Richardus Baker* l. c. pag. 128; *Spangenberg* l. c. *Beſoldus*, Diſſert. de *Fœder. Jur.* c. 5. §. 4; *Europ. Heroldt* l. c. ſexcenti alii; quamvis nonnulli eorum laudatam Comitiſſam, *Aliſam*, alii *Alicam*, & alii *Johannam*, appellent. Rectius ſentire videntur, qui cauſam fundati Ordinis fortitudini Militum, variis in præliis, veluti: *Creſſiacenſi*, in Picardia, an. 1346. cum *Philippo Valeſio*, Galliarum Rege, commiſſo, (de quo *Froſſardus*, lib. I. *Hiſtor.* in vita *Philippi Pulchri*, apud *Hieronymum Commelinum*, de *Scriptoribus Rerum Anglicarum*, pag. m. 503: *Summis viribus utrinque certatum, ſed tandem Angli victores extiterunt ... Gallus, ſub noctem, pauciſſimis comitatus, è prælio diſceſſit. Juſſu Regis Angli cenſa ſunt capita Gallorum, qui ſuccubuerant in prælio, inventi undecim Principes, octoginta Barones, mille ducenti Equites, & plus minus triginta millia &c.*) & *Meringtonenſi* An. 1347. cum *Davide*, Scotorum Rege, impellentibus Gallis, Angliam infeſtante, inito, (de quo iterum *Froſſardus*, l. c. pag. 504: *Angli obtinuerunt victoriam, tametſi numero multo inferiores Scotis. In pugna captus eſt Rex Scotus, cum plurimis aliis. Occiſorum numerus ſurgebat ad quindecim millia, reliquis in fugam verſis &c.* accedente poſtea *Pictavienſi*, apud *Poitiers*, An. 1356. conſerto, in quo ipſe *Johannes*, Galliarum Rex, laudati *Philippi* filius & ſucceſſor, ab *Eduardo*, Walliæ Principe, laudati *Eduardi III.* Regis Gnato, captus, & in Angliam miſſus fuit, cujus *Froſſardus* l. c. in vita *Johannis* Regis, pag. 506. hiſce meminit: *Ventum eſt ad manus, pugnatum acerrimè, nunc huc, nunc aliquandiu inclinante fortuna. Sed ſtrenuam hic operam navarunt ſagittarii Anglici, tum, ſi quando alias, invictis plane animis & robore, ita quidem, ut ipſorum virtute ſolum fractis hoſtium viribus, à minimo Exercitu parta ſit eo die victoria inſignis, qua neſcio an vetuſtas ullam proferre poſſit clariorem. Ut de numero cæſorum nihil dicam, inter quos multi potentes viri, captus adeo Rex ipſe fuit una cum Philippo, natu minimo filio, quem prælium com-*

Digitized by Google

commiſſurus apud ſe eſſe voluit. Et quoniam ea tum fuit Regis fortuna, quivis facile intelligat, quo in loco fuerint cætera turba. Princeps captivum Regem ſecum abduxit **Burdegalam** *&c.* oſtenſæ, tribuunt, id quod *Thomas Smith*, lib. I. de *Republ. Angl.* Cap. XVIII. pag. 40 & 41. innuit, verb: *Supereſt adhuc aliud Equitum genus, quod* ***Aureæ Periſcelidis*** *dicitur.* ***Eduardus III.*** *poſtquam multis, iisque perinſignibus victoriis, potitus eſſet, quippe* ***Johanne*** *Galliarum,* ***Jacobo*** (Davidi) *Scotiæ, Regibus captivis, in Turre Londinenſi ſimul detentis,* ***Henricoque*** *notbo Caſtellano é Regni finibus ejecto,* ***Petroque*** *auſpiciis Walliæ Principis Ducisque Aquitaniæ, cui* ***Nigri*** *cognomentum fuit, demum reſtituto, conſortium illuſtre excogitavit: factoque per ipſum è Regno ſuo, cæterisque Ditionibus, adeoque ex univerſo Orbe Europæo, virorum delectu, ſplendoris virtutumque luminibus maximè inſignium, eo honoris titulo decoravit, faſciaque inſuper, auro gemmisque diſtincta, donavit, fibulaque aurea in ſiniſtro crure, indies geſtandis. Adjecit inſuper cycladem, togam, pallium, torquemque, reliquasque id genus veſtes trabeatas, materia juxta atque opere ipſo ſpectabiles & heroicas, & tam auguſto ſodalitio percommodas, quas, feſtis ſolennioribus, pro ſe quisque induerent. Cujus Sodalitii principem locum Regi Reginæque, illorumve poſteris aſſignandum, reliquos autem illius ordinis ſex ſcilicet viginti, ſtatutis quibusdam & legibus devinctos, Fratrum ac conſodalium numero habendos eſſe &c.* Dn. de *Winzingeroda* l. c. §. XX. pag. 19. eodem quodammodo reſpicit, rationes ſimul reddens appellationis: *Cum Ejus* (Eduardi III.) *Exercitus Ann. 1346. d. 23. April. qui* **S. Georgio** *in Faſtis ſacer eſt, Galliam, & in ſpecie* ***Aquitaniam***, *feliciſſimè ingreſſus eſſet, & paulo poſt ipſe* ***Eduardus*** *acie cum Gallis, apud* ***Creſſiacum***, *decernere ſibi propoſuiſſet, cuivis Militum ſuorum injungebat, ut tibiam ſiniſtram ligaculo ſubſtringeret. Quod cum factum eſſet, victoriaque à partibus Anglorum ſtetiſſet,* ***Eduardus*** *Rex, ut militarem virtutem, fortitudinemque incomparabilem, honoribus, præmiis, ac ſplendore decoraret, Anno 1350. magnis ſolennitatibus, in Arce* ***Windſorienſi***, *Nobiliſſimam Equitum conſcripſit ſocietatem, quos, ob periſcælidem, in prælii, quod feliciſſimum habuit exitum, teſſeram, datam,* ***Equites Garterii***, *ſive* ***Periſcelidis***, *nominavit.* Teſtes, quoa producit, ſunt: *Camdenus, Deſcript. Britan.* pag. 212. *Joh. Tilius*, in *Chron. de Regibus Franc.* ad An. 1350. *Thomas Milles* de *Nobilit. Polit. & Civ.* pag. 160; *Mockel*, apud *Beſoldum*, Diſp. de *Præmiis*, n. 64: *Ashmole*, l. c. Cap. 5; *Hornius*, Tract. *vom Garter Orden*; *Becman, Notit. Dignit.* Diſſert. XVI. §. 4. Quibus annumeres *Algentré, en l'Hiſtoire de Bretagne*, lib. XV. p. 802. & *Limn.* T. IV. Add. ad lib. VI. *Jur. Publ.* c. 2. §. 26. p. 5. Occaſionem Inſtitutionis hujus repetendam eſſe à reſtaurato Equitum *Tabulæ Rotundæ*, ab *Arturo* Rege, Sec. VI. quondam erecto, Ordine, probandum ſibi ſumit *Ashmole* l. c. Sect. 2. fol. 178. &c. &, poſt eum, Dn. de *Winzingeroda* l. c. §. XIX. p. 18 & 19. ubi: ***Eduardus III.*** *Rex Angliæ, cum animum indueret armis jus, ſibi in Regnum Galliæ competens, vindicare,* ***Windſoriæ, XVIII.*** *anno Regiminis ſui, qui erat poſt Chriſtum natum 1344.* ***Arturi*** *Regis* ***Equitum Orbicularis Menſæ*** *(de la Table Ronde) reſtituebat Sodalitium; hocque modo Fortiſſimos Viros ſibi valdè devinciebat. Quo tempore non ſolum dies ludis Equeſtribus, ſed & nox varii generis recreationibus choreisque, in Reginæ Ejusque Virginum præſentia, tranſigebatur - - - Hinc forſan nata eſt ſuſpicio de delapſa iſta faſcia Reginæ aut Comitis Salisburienſis.* Et §. XX. pag. 19. ***Philippus*** *autem* ***Valeſius***, *Rex Galliæ, cum hoc* ***Eduardi III.*** *Regis inſtitutum intellexiſſet, ad imitationem hujus Equeſtris ſodalitii Anglicani, In Aula ſua talismodi quoque Tabulam Rotundam incepit. Poſtquam autem* ***Eduardus*** *vidiſſet, ſibi hanc Regis Galliæ æmulationem magno detrimento eſſe, alio de medio Viros Strenuos & Fortes ſibi devinciendi, ſollicitus fuit, quod etiam feliciter ceſſit.* Hia ſubnectit §. XXI. quæ modo recitavi. De epigraphe: *Honni ſoit, qui mal y penſe*, addit §. XXII. pag. 20. memor prætenſionis *Eduardi* in Galliam: *Cum, vigore illius, clypeum Gallicanum armis ſuis insereret, juxta colorem ejus,* ***garterium cæruleum***, *inſcriptionem autem auream, fieri curavit. Quo verò ſiniſtras aliorum cogitationes, & ſermones invidorum ſupprimeret, Gallica hæc verba:* ***Honni ſoit*** *&c. addi voluit; quibus unusquisque admoneretur, ut certò expectaret ab Equitibus ſuis opprobrium, ſi quidquam ſequius judicaret de ſe, jus ſuum armis tuente.* ***Ashmole***, *dict. Tract. Cap. V. Sect. 2; Dn. Horn, d. l.*

Quicquid horum ſit, certum eſt, Ordinem ab *Eduardo III.* inſtitutum fuiſſe, & quidem Anno Regiminis XIII. qua de re ipſum exordium Legum Ordinis, apud Illuſt. Dn. de *Leibnitz*, in *Mantiſſa* Part. 2. *Codicis Diplomatici Juris Gentium* pag. 1. & Dn. *Lunigium*, Part. Special. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2. *IV. Abtheilung, IV. Abſatz*, §. 72. pag. 414 &c. inſpiciendum: *Ad honorem Omnipotentis Dei, S. Mariæ Virginis Glorioſæ, &* ***S. Georgii*** *Martyris, Dominus noſter Supremus,* ***Eduardus III.*** *Rex Angliæ anno Regni ſui poſt conqueſtum* ***XXIII.*** *ordinavit, ſtabilivit & fundavit quandam* ***Societatem***, *ſive* ***Ordinem Militarem***, *infra Caſtrum ſuum de* ***Windeſore***, *in hunc modum: Primò, ſe ipſum ſtatuit dictæ Societatis, ſive Ordinis, Superiorem;*

(2) Filium ſuum Seniorem (Eduardum) *Principem Walliæ.*

(3) Du-

(3) *Ducem Lancaſtriæ* (Henricum)
(4) *Comitem Warwici* (Thomam)
(5) *Capitaneum de Buche.*
(6) *Comitem Staffordiæ* (Radulphum)
(7) *Comitem Sarum*, (Guilielmum de Monteacuto, Comitem Sarisburiæ)
(8) *Dominum de Mortimer* (Rogerum de Mortuo Mari, Comitem Marchiæ)
(9) *Dominum Johannem Lisle* (Johannem de Inſula)
(10) *Dn. Bartholomeum Burghersh filium*, (al. Burwash)
(11) *Dn. Johannem de Beauchamp.* (al. de Bello Campo)
(12) *Dn. de Bohun* (al. Johannem de Mohun)
(13) *Dn. Hugonem de Courtenay*
(14) *Dn. Thomam de Hollande.*
(15) *Dn. Johannem de Grey.*
(16) *Dn. Richardum de Fitz-Symond.*
(17) *Dn. Milonem de Stapulton* (al. Stapleton)
(18) *Dn. Thomam Wale* (al. Walle.)
(19) *Dn. Hugonem de Wirteslay* (al. Wrothesley)
(20) *Dn. Nelelatum Loryng*, (al. Nigellum Loring)
(21) *Dn. Johannem Chandos.*
(22) *Dn. Jacobum Daudele* (al. Jacobum de Audley)
(23) *Dn. Ottonem de Hollande.*
(24) *Dn. Henricum de Em.* (al. Eme.)
(25) *Dn. Sanchetum Dadrichecourt* (al. Zanchettum Dabrigecourt)
(26) *Dn. Walterum Pavelay* (al. Guilielmum Paganellum)

Quæ parentheſi includuntur, ex *Camdeni Britannia* in Deſcriptione *Attrebatii*, pag. m. 169. adjeci. Habes hic tempus inſtituti Ordinis, annum ſcil. XXIII. Regiminis *Eduardi III.* adeoque, à Chriſto Nato, 1350. utpote quod An. 1317. auſpicatus legitur, Ipſius Patre, *Eduardo II.* in vinculis, mala morte vitam terminante, vid. (poſt *Villanium*, lib. X. c. 7. *Thomam de la Moor* de *Vita & morte Eduardi II*; *Thomam Walſingham*, in *Hiſtoria Angliæ*, & quidem in vita ejusdem *Eduardi*; *Polydorum Virgilium* l. c. lib. XVIII; *Johannem Majorem*, de *Rebus Scoticis*, lib. V; *Hieronymum Harpsfeld. Hiſt. Eccleſ. Anglic.* Sec. XIV. Cap. 2.) *Spondanus Contin. Annal. Baronii*, An. 1316. §. IV. p. 419. & An. 1327. §. VIII. pag. 422; ſimulque numerum & nomina Equitum, prima vice creatorum. Non ſatis accuratè igitur referunt *Girardus*, lib. 14. *Hiſtor. Franc.* pag. 167. & *Spangenberg* l. c. lib. XI. c. 17. f. 346. Ordinis fundationem, ad annum 1344. Cæterum, confirmavit, immutavit, auxitque Statuta hæc, *Henricus VIII.* Rex An. 1522. 24. April. cujus tabulas Illuſt. Dn. *Leibnitius* l. c. pag. 7. &c. & Dn. *Lunigius* l. c. §. LXXIII. pag. 419. &c. exhibent, ſermone Gallico, ſic inchoatas: *Comme le tres-Fameux, tres Victorieux, & l'un des plus eureulx Princes du monde, Eduart III. de ce nom, jadiz Roy d'Angleterre & de France, Seigneur d'Irlande, à l'honneur de Dieu tout puiſſant, de la Benoiſte Vierge Immaculée Marie, & du Glorieux Martir S. George, Patron du Noble Royaulme d'Angleterre, & de S. Eduart, Roy & Confeſſeur, à l'exaltation de la Ste Foy Catholique, & exercitation de bonnes meurs, & vertus; ayt ordonné, eſtabli, creé & fondé, dedans le Chaſteau de Windſore, une Compagnie de XXVI. Chevaliers, pour eſtre de l'Ordre S. George, appellé la Jarretiere &c.* Inter alia, hic cautum eſt.

(1) Que le Roy, & ſes Hoirs & Succeſſeurs, Roye d'Angleterre, ſeront pour tousjours naiz Souverains de la dicte Noble Ordre & amiable Campaignie de St. George, nommé la Jarretiere &c.

(2) Que nul ne ſera eslu, ne choiſi Compaignon du dit Ordre, s'il n'eſt Gentilhomme de Sang, & Chevalier ſans reprouche --- Gentilhomme de Sang eſt icy apres declaire de trois deſcentes de Nobleſſe, c'eſt aſſavoir de nom & d'armes, de par ſon Pere, & de par ſa Mere.

(3) Que chacun an, le jour de la Veille St. George, c'eſt aſſavoir le XXII. jour du Moye d'Avril. --- touts les Chevaliers de la dicte Compaignie, eſtans en lieulx & places en leurs libertez, en quelques lieulx que ce ſoyent, ſeront tenuz porter l'entier habit du dit Ordre, c'eſt aſſavoir: Robe, Mantel, Chaperon & Colier, depuis l'heure des premieres veſpres, à l'heure de tierce, qui eſt, trois heures apres midi, jusque à ce que les dictes Veſpres, & autre divin ſervice, ſoper & wide, ſoit faicte & acomplie. &c. Subminiſtrant Statuta hæc Germanicè: *Hieronymus Megiſerus*, Tract. *vom dreyfachen Ritterſtand*, Part. I. Cap. VI; *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* cap. 2. §. 29. pag. 36. &c. Dn. de *Winzingeroda* l. c. §. XXX. pag. 23. &c.

In fine, de *Inſigniis* additur, Art. XXIX: *Le Souveraine d'icelluy veult & ordonne, par le vouloir & conſentement de toute la Compaignie, que doireſenavant chaſcun Chevalier d'icelle aura & portera en appert & ouvertement, ung collier d'or, autour ſon col, peſant trente onces du poix de Troye, & non aultre, lequel collier ſera faict par pieces, en façon de Jarretieres, au milieu des quelles Jarretieres aura une double Roſe, l'une Roſe rouge, & l'autre deſſus blanche; & à l'autre, une Roſe blanche, & la Roſe rouge par deſſus; & au bout du dict Collier ſera miſe & attachée l'Image de S. George. Lequel Collier le dict Souverain, ſes Succeſſeurs, & l'amiable Compagnie du dict Ordre & chaſcun d'eulx, ſeront tenuz, de porter en eſpecial aux principalles & ſolempnelles feſtes de l'an: & aulx aultres jours de l'an, ſera tenu de porter une petite chaine d'or, avecques l'imaige de S. George, dependant au bout du dict chaine; excepté en temps de Guerre, maladie, long voyaige, que adonques il ſouffira*

de porter ſeulement ung las de ſoye, avecques le dict Imaige de S. George. &c. Dn. de Winzingeroda l. c. t. XXVI. pag. 22. eadem Inſignia plenius deſcribens, ait: *Illa ex hiſce partibus eſſentialibus conſtant, ut Eques (1) in ſiniſtro cruce habeat periſcelidem coeruleam, cui ſæpe dictæ voces Gallicæ: HONI SOIT QUI MAL Y PENSE, phrygio opere, literis majuſculis, inſertæ, (2) amictus ſit pallio cœruleo, ad talos demiſſo, cujus ſiniſtræ humeri parti Crux rubra, in clypeo albo, cum circumſcriptis iisdem literis quadratis: HONI SOIT QUI MAL Y PENSE, adfixa ſit; (3) Pallium verſus collum conſtrictum gerat longa ſerica & cœrulea ligola, ex qua duo ſerici nodi pendent, (4) ſub Pallio iſto conſpicuus ſit, longi ſculá togá; (5) In medio iſtius togæ cingulum habeat, cui innexum lorum, quod cum annexa pera (the Robbos) ſuper humerum dextrum & pallium dependeat; (6) Torquem aureum (collar of the Order) 30. unciarum, in collo geſtet, cum XXI. duplicatis Roſis, albi & rubri coloris, alterna ſerie poſitis, ex quo ſuſpenſa ſit Imago S. Georgii, draconem transfigentis, vid. Statut. 29. (7) Incedat pileo, albis plumis in altum erectis inſigni. Aſhmole d. Tr. pag. 215 & 577. Horn. d. Tr. (8) In Latere ſiniſtro gladium geſtet; (9) Habeat quoque parvam S. Georgii iconem, in pondere unam auri unciam habentem, quam, extra feſtivitates, in Militia, morbis, & itineribus, portet. Dict. Statut. 29.*

(2) ORDO S. ANDREÆ, in *Scotia*, vulgo *der Diſtel-Orden.* De quo *Chriſtianus Gryphius, im Entwurff der geiſt- und weltlichen Ritter-Orden*, §. VI. pag. 173. Erectum eum ſcribunt an. 787. vel 819. ab *Ajacio* Rege, *Hungo*, Pictorum Regi, contra *Athelſtanum*, Occidentalium Saxonum Regem, auxilia ferente; alii verò ipſum *Hungum* Authorem ejus conſtituunt, ope *Andreæ*, Scotorum Patroni, *Athelſtanum* debellantem; alii, eum inſtitutum cenſent anno demum 1500. *à Jacobo IV. Das Ordens-Zeichen, iſt eine güldene aus Diſteln beſtehende Kette, an welcher das Bildniß des* H. Andreæ, *mit ſeinem Creutze, hænget, mit dieſer Uberſchrifft:* NEMO ME IMPUNE LACESSIT: *Wiewohl die Ritter insgemein nur ein grünes Band getragen, an welchem eine* Medaille *gehangen, in der, auf einer Seite, eine gældene, mit einer Kayſer-Cron gekrænte Diſtel, und vorgemeldte Ubirſchrifft, auf der andern aber, das Creutz des* H. Andreæ, *ſo in der Mitten mit einer Lilienfærmigen Cron, zuſammen gefaßt worden, geſtanden. Der Ritter waren 13, zum Andencken Unſers Heylandes und der 12. Apoſtel &c.* Sunt Verba *Gryphii* l. c. qui pag. 175. addit: *Dieſer Orden iſt nachmahls in einen mercklichen Abgang gerathen, biß letztlich Kænig Jacobus der II. von Groß-Britannien, und VII. von Schottland, dieſen Orden, um das Jahr 1687. wieder zu Stande bringen wollen, wie Er dan auch ſchon unterſchiedene Ritter ernennet, und darbey anbefohlen es ſolten die Einkünffte, welche dieſen Rittern, durch die* Reformation, *entzogen worden, ihnen wieder zugewendet werden.* Vid. *Hiſtoire abbregée de l' Europe, au mois de Juillet*, 1687. pag. 99. &c. Anno 1705. Marchionem de *Lothian*, & Comitem, *d' Orrery*, Societatis hujus participes fuiſſe redditos, publica Fama tunc retulit.

IN DANIA.

(1) ORDO ELEPHANTINUS, de cujus incerta origine, ita *Thomas Bartholinus*, in Diſſert. de *Origine Ordinis Danebrogici*, fol. 44. &c. *Ordinis Elephantini natales ignoti quidem, non tamen ignobiles. Plerique ad Chriſtiani I. Oldenburgici tempora referunt, me invito, cum majorem ætatem habere videantur. Ut ſuſpicionem ſuam illi tueantur, variis ſuſpicionibus laborant. A Sixto IV. P. R. conceſſum fuiſſe Elephanti ſignum advenæ Regi Chriſtiano I. anno Chriſti 1474. monſtrare videntur literæ Capituli Arbuſienſis, per Eskillum Bilde, Epiſcopum, ad Johannem Friſium, Cancellarium Friderici I. & Chriſtiani III. miſſæ, quarum copiam mihi fecit D. Petrus Reſenius, harum antiquitatum promus condus. Dubitare verò cogor, de iſtius novæ originis veritate, quia nihil de illa ſcripto conceptum fuiſſe memorant Canonici, ſed fatentur, ita fando accepiſſe. Deinde, tacent temporum illorum Annales, de Pontificis prima inſtitutione, de ſolius Roſa Aureæ conſecratá donario diſerti. Krantzius, non uno loco, iter hoc deſcripſit. Bzovius, ex eodem, & Papienſe, res ibidem actas recenſet. Witfeldius prolixius hiſtoriam contexuit, nulla prorſus hujus inſtitutionis mentione facta. Andreas Vellejus, Patriæ olim Hiſtoricus, in Poëmate, de vitis Pontificum, ſceptrum aureum, à Sixto, accepiſſe Chriſtianum Regem, canit, quod in Templo Roëskildenſi aſſervatum olim fertur, cujus tamen omnis ibidem memoria intercidit. Vero mihi ſit ſimilius, Ordinis Elephantini inſignia habuiſſe Chriſtianum I. à Prædeceſſoribus ſuis, per manus quaſi relicta, Romamque ſecum aſportaſſe, ſed aucta illa fuiſſe, & conſecrata, à Sixto IV. appenſis Elephanto ſpinea corona, & tribus clavis cruentis, in honorem & memoriam paſſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Salvatoris noſtri, quemadmodum ex literis Canonicorum perſpicio. Ita in ſacrum Ordinem convertit Sixtus, qui militaris antea fuerat, idque pio fine, ut ad expeditionem ſacram excitaretur Rex, & mortis Chriſti recordatio inter noſtros perennaret. Hinc etiam Nobiles Matronæ, & Virgines, in Societatem hujus Ordinis adſcriptæ narrantur, ut eleemoſynis, lectionibus ſacris, & meditationibus vacarent, hoc quaſi præmio & privilegio conſecratæ. B. Virgini conſecratum olim fuiſſe Ordinem, inſignia monſtrant, quæ cum imagine*

Mariæ

Mariæ S. Genitricis, clavis tribus, & crucibus, Elephanto appenſis, pinguntur à Bernhardo Juſtiniano, in Hiſtoria Chronologica Ordinum Equeſtrium, ex fide dignis Hiſtoriis collecta &c. Ejusdem memor *Johannes Iſaacus Pontanus,* in *Chorographia Daniæ,* fol. 769, ait: *Eſt in Dania Ordo Militaris Elephanti Equitum, D. Virgini dicatus, quibus, pro teſſera, eſt Torques aureus ex Elephantis, caſtella tergo ferentibus, & calcaribus, quæ Equitum propriè ſunt inſignia, interpoſitis, connexus, appenſa inferius effigie Dei Genetricis, ſolaribus radiis circumdata, cui rurſus orbi, cettus aureus, tribus clavis inſignis, certoque literario emblemate inſcriptus, ſymbola omnia Chriſtianæ pietatis, & Equeſtris dignitatis annectuntur. Cujus quidem Inſtituti leges, & à quo conditæ? reſcire hactenus non eſt datum.* Poſtea verò, occaſione nummi aurei, antica parte effigiem *Chriſtiani IV.* Regis, altera verò Gentilitia arma, Daniæ cruci, cui Elephas ſubeſt, ſuperpoſita, referentis, annectit: *Ex quibus conſtat, Ordinem Elephanti non infimo apud Danos loco cenſeri, & Parentem dicti Chriſtiani IV,* (adeoque Fridericum II.) *ejus conditorem aſſerunt &c.* De Inſigni, inquit *Gryphius* l. c. p. 280: *Das Halsband des Ordens, welcher biß auf den heutigen Tag dauret, beſtund, vor dieſem, aus Wechſelsweiſe in einander geſlochtenen Elephanten, und Anckerſœrmigen Creutzen, an welchen das Bildnuß der Mutter Gottes hieng, die mit Sonnenſtrahlen gekrœnet war, und das JEſus Kind auf dem Armen hielt. Allein, dieſes iſt abkommen, und die Ritter tragen jetzt allein einen weiß amulirten Elephanten, welcher mit 5, breiten Diamanten verſetzt iſt, an einem blauen Bande &c.*

Statuta Ordinis, An. 1693. Kal. Dec. *Hafniæ,* à *Chriſtiano V.* Rege, edita, extant in Mantiſſa Tom. 2. *Codicis Diplomaticit Juris Gentium,* Ill. Dn. de *Leibnitz,* pag 61 &c. ut & apud Dn. *Lunigium,* Part. ſpec. *des Reichs Archivs,* Contin. 2, IV. *Abtheilung,* X. *Abſatz,* §. 105, pag. 217 &c. Eminent, Inter reliquos,

Art. I. vi cujus Rex Daniæ perpetuus Ordinis Magiſter ſupremus audit.

Art. 2: *Nobiliſſimi hujus Ordinis Equites, triginta numero ſunto, præter Ordinis Dominum, Ejusque Filios, qui prædicto numero non includantur, utpote Nobiliſſimi hujus Ordinis nati Equites.*

Art. 3: *Nemini Nobiliſſimum hunc Ordinem ingredi liceat, qui XXX, ætatis annum ſuppergreſſus non fuerit; exceptis Ordinis Domini Conſanguineis, Filiisque Naturalibus, qui, completis XX, annis, admitti poſſint.*

Art. 4: *Nobiliſſimi hujus Ordinis ſocios, dextro latere, quotidie geſtare volumus Elephantem, puro conſtantem auro, alboque pictum encauſto, qui dorſo caſtellum, collo Æthiopem, ſagittam manu tenentem, ſedentemque ad radicem Caſtelli, atque latere crucem adamantinam feret. Elephantem ſuſtinebit faſcia ſerica coloris cærulei, ex ſiniſtro dependens humero Tunicæ autem ſiniſtrum, qua pectus tegit, ſtella ornabit argentea acupicta, octo conſtans radiis, in cujus medio erat crux argentea acupicta, rubro villoſi ſericiplano innitens.*

Art. 8: *Unusquisque, qui in Nobiliſſimum huncce Ordinem admittitur, pro Ordinis Domini (Daniæ & Norvegiæ Regis,) juribus Majeſtatis, Gloria & Regnis, propugnet; Verbi Dei Miniſtros, veramque Evangelicam Religionem defendat; pauperes, viduas, & orphanos protegat; Dei gloriam, Nobiliſſimique hujus Ordinis dignitatem ſummo conamine promoveat; omniaque & ſingula horum Ordinis Statutorum verba, clauſulas, & puncta obſervet.*

Art. 11: *Nobiliſſimi hujus Ordinis Societati poſt hac tantum inſcribentur Reges, & Principes Extranei, Evangelicam Religionem profitentes, Domini Intimi Conſiliarii, Summi Miniſtri, præcipuè Militiæ Præfecti, Ordinisque Dannebrogici Equites, proviſo tamen, quod ſint Religionis Evangelicæ &c.*

Art. 14: *Nemo in Nobiliſſimum hunc Ordinem recipietur, qui Ordinis Dannebrogici Eques antea non fuerit creatus &c.*

Art. 23: *Congregationis feſtum Fridericoburgi quotannis celebretur tertio Pentecoſtes &c.*

Cerimonias creandi hos Equites, ſiſtit Dn. *Lunigius* l. c. §. 106, pag. 233. Multa alia notabilia de hoc Ordine recenſet Dn. *Tentzel, in denen Monatlichen Unterredungen, im* Novembri 1695, à p. 905 ad 929.

(2) ORDO DANNEBROGICUS, ſeu *Viri probi,* Germ. *Biedermann,* quem *Bartholinus* cit. Diſſert. fol. 6, à *Woldemaro* Rege, An. 1219, die *S. Laurentii,* in memoriam Vexilli, cælitus ſibi miſſi, cum contra Livonos Gentiles præliaretur, fundatum docet. Vileſcentem pedetentim natalibus reſtituit *Chriſtianus V.* Rex, An. 1671, novisque auxit Statutis an. 1693. quæ Ill. Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 70 &c. & Dn. *Lunigius.* Part. ſpec. *des Reichs Archivs,* Contin. 2, IV. *Abtheilung,* X. *Abſatz,* §. 107, pag. 233 &c. ſuppeditant, Ex illorum prooemio huc ſpectant: *Cumque Nobis, ſub prima Regni Noſtri initia, innotuiſſet, heic in Regno Noſtro Daniæ, præter Celeberrimum, Nobiliſſimum & Antiquiſſimum Ordinem Equeſtrem Elephantinum, ante aliquot annorum centurias, viguiſſe Equeſtrem Ordinem Dannebrogicum, à Glorioſæ memoriæ Rege, Waldemaro Secundo, ad eorum, virtutem & fortitudinem compenſandam, qui, expeditione Livonica, hoſtilem impetum imperterriti exceperunt, victoriamque, ob hoſtium multitudinem, pene deſperatam, ſibi aſſeruerunt, occaſione cœlitus delapſi vexilli, iſtorum temporum Chronicis celebrati, Anno M. CC. XIX, inſtitutum; memoratum etiam Regem, ut nova hæc Ordinis inſtituto plenam exiſtimationem & gloriam obtineret, XXXV. ex*

optimè meritis ſuis ſubditis, die S. Laurentii, *publicis ceremoniis, ad hanc dignitatem evexiſſe, Equites Dannebrogicos exinde vocatos; dictum quoque Equeſtrem Ordinem in ſummo ſemper honore fuiſſe, utpote quem Regis Waldemari proprii Filii, Extraneique Domini & Principes, geſtaverint, idque tanta multitudine, ut XX. Principes è Regis Erici Menvedi manu, Anno M. CC. LXXXVII, eundem una vice ſuſceperint; Eoque poſtea, Anno M. CCC. XCVII, eum Rex, Ericus Pomeranus, Calmariæ coronaretur, CXXXIII, præclari Heroës; atque Anno M. CCCC. XLIII, in Chriſtophori Bavari coronatione, LXXII. Viri, inveſtiti ſunt. Itaque eundem Ordinem Dannebrogicum, temporum vetuſtate ac mutatione oblivioni penitus traditum, & ſepulchro tanquam opertum, priſtinæ dignitati Gloriæque reſtituere, atque, in ipſius uberius ornamentum ac decus, varios Articulos & Statuta eidem addere, prioraque ita immutare, ut cum præſentibus temporibus, & Religione Evangelica melius convenirent, ſumma ope nixi fuimus; unde anno 1671, in Octobri, poſtquam Deus Omnipotens Nos, Noſtraque Regna & Terras, Primogenito Noſtro Filio beaverat, ejus rei initia Clementiſſimè fieri curavimus &c.* Inter ſtatuta numerantur:

Art 1, qui Reges Daniæ ſupremos ſemper Ordinis Dominos conſtituit.

Art. 2: *Ordinis hujus Equites, præter Ordinis Dominos, Ejusque Filios, quinquaginta numero ſunto.*

Art. 3: *Omnis in hunc Equeſtrem Ordinem admittendus, viginti quinque annis major eſto, exceptis Ordinis Domini Conſanguineis, filiisque naturalibus, qui, quando Ordinis Domino placuerit, admitti poſſunt.*

Art. 4: *Omnibus in hunc Ordinem aditus patebit, qui Inſignibus Gentilitiis dotati ſunt, & quos Ordinis Dominus hoc honore dignos judicabit,*

Art. 7: *Ordinis hujus ſocios ſiniſtro latere geſtare volumus oblongam Crucem auream, albo pictam encauſto, rubrisque inſignem marginibus, cujus in medio quatuordecim ſulgebunt quadrati adamantes, ad crucis formam diſpoſiti, quorum medius reliquos magnitudine excedit. Dictam Crucem ſuſtinebit faſcia ſerica albi coloris, rubris ornata fimbriis, quæ à dextro humero pendebit. Tunicæ dextrum, qua pectus tegit, Stella ornabit argentea, acu picta, octo conſtans radiis, quorum quatuor incubabit Crux argentea, acu picta, rubris inſignita marginibus, atque hæc preferens verba: RESTITUTOR CHRISTIANUS R.*

Art. 11: *Unusquisque, qui in Ordinem hunce admittitur, pro Ordinis Domini, Daniæ & Norvegiæ Regis, Juribus Majeſtatis, Gloria & Regnis, propugnet; pauperes, viduas & orphanos defendat; Dei gloriam, Ordinisque hujus dignitatem, ſummo conanime promoveat; omniaque & ſingula horum Ordinis Statutorum verba, clauſulas & puncta, obſervet &c. &c.*

Quibus ceremoniis Equites creentur, tradit Dn. *Lunigius*, l. c. §. 108, p. 238.

Conf. de hoc Ordine, *Europ. Heroldt* Tom. 2. pag. 155; *Gryphii Entwurf der Ritter-Orden*, §. LX, pag. 375 &c.

IN SUECIA.

ORDO EQUITUM JESU CHRISTI, vulgò *der Seraphinen*, quem an. 1334. à Rege *Magno* inſtitutum aſſerunt *Andreas Mendo*, in *Diſquiſitionibus Canonicis, de Ordinibus Militaribus*, & *Bernhardus Juſtiniani*, in *Hiſtoria Chronologica omnium Ordinum Equeſtrium*; verùm, cum *Johannes Magnus*, Upſalienſis Præſul, lib. XXI. *Hiſt. Suecor.* Cap. X, Geſta dicti Regis perluſtrando, & *Loccenius*, lib. 3. *Hiſtor. Suec.* pag 102 ad 108, factorum notabiliorum Ejusdem Regis memor, nihil de hac inſtitutione commemorent; nec Ordinis Statuta extent; non ſine fundamento, in dubium vocantur ejus natales; quicquid etiam, de Inſignibus ejus, *Mendo & Juſtiniani*, in medium proferant, quod ſcil. Fundator *denen Rittern eine Kette von zuſammen geſetzten roth-amulirten goldenen* Seraphinen, *und goldenen Patriarchal-Creutzen, an welchem das Bild Chriſti in einen* oval *gehangen, zugeeignet haben ſolle*; ceu *Gryphius*, l. c. §. XVII. p. 202. loquitur.

IN PORTUGALLIA.

(1) ORDO D' AVIS, ab *Alphonſo I*, Rege, circa annum 1146, vel 1147, contra Mauros erectus. Nomen ſortiti ſunt Equites, ab Oppido *Avis*, haud longè diſſito ab *Ebora*, quod *Alfonſus II*, Rex ipſis conceſſit. Circa annum 1213, unitus fuit Ordo cum Equitibus *Calatravæ*; poſtea verò ab eis iterum ſejunctus. Sequuntur Regulam *S. Benedicti*; Regem venerantur Caput. Inſignia depingit *Andreas Guarini, nell' origine & fondatione die tutte le Religioni e Militie di Cavallieri*, p. m. 21: *Portano una Croce roſſa, ſimile à quella di Alcantarà, con due uceelli neri*; i. e. rubra cruce utuntur, ſimili Cruci Equitum *Alcantaræ*, cum duabus avibus nigris. *Gryphius* contrà, l. e. §. XVII, pag. 108, exiſtimat, eos geſtaſſe, *auf einem kurtzen* Scapular, *ein grünes Lilienformiges Creutz*. *Mendo* l. c. ait, frui Ordinem 42. *Commendis*, 770350. Ducatorum annuorum redituum. Conf. *Antonius Souſa*, in *Luſitania liberata*, f. 47 & 73; *Spangenberg*, lib. XI. *des Adelſpiegels*, C. 14; *Europ. Herold*, T. 2, p. 161; *Gryphius* l. c.

(2) ORDO S. JACOBI, fundatus An. 1154 (al. 1320) Gaudent 60. Commendis; unde quotannis decies centena coronatorum millia fluunt. Vid. *Spangenberg* l. c. *Souſa* l. c. *Europ. Herold* l. c.

(3) ORDO EQUITUM CHRISTI, erectus à *Dionyſio* Rege, an. 1320; admodum dives eſt, & fruitur 454. Commendis, teſte *Souſa* l. c. pag. 47. Equites *führen ein doppelt Creutz, auswendig roth, und inwendig weiß. Ihre Kleidung iſt ſchwartz. Der Groſſmeiſter iſt heut zu Tag der König ſelber; hat ſeine Reſidentz*

zu

zu Tomar. Und iſt dieſer Orden ſo fürnehm und mæchtig, daß alle Conquêten *auſſerhalb Kænigreichs von Ihme* dependiren &c. Hæc *Europ. Herold* l. c. Conf. *Spangenberg* l. c. &c. &c.

IN POLONIA.

(1) ORDO AQUILÆ ALBÆ, inſtitutus à Rege *Auguſto, 2. Nov.* 1705; in Oppido *Tykoczin*; de quo ita *Gryphius, im Entwurff der Ritter Orden,* §. LXVIII. pag. 450: *Ihro Majeſt. der Kænig Auguſtus von Pohlen, haben* Anno 1705. *den neuen Ritter-Orden des* **Weiſſen Adlers**, *geſtifftet --- das Ordens-Zeichen beſtehet, aus einem durchſichtigen roth-emaillirten Güldenen Creutz, mit einem weiſſen Rande, mit vier Feuerflammen, zwiſchen den Spitzen, ſo auf einer Seite mit Diamanten verſetzt ſind. Auf der andern Seiten, ſchauet man, in der Mitte, des Kænigs Nahmen,* A. R. *das iſt,* Auguſtus Rex, *in einer* Chiffre, *nebſt der Beyſchrifft:* PRO FIDE, REGE ET LEGE. *Oben drüber iſt eine mit Diamanten verſezte Crone, und in allen ein Ring mit Diamanten, um das Ordens-Zeichen anzuhængen, welches an einem blauen Bande getragen werden muß &c.* Conf. *Europæiſche Fama,* n. 25, pag. 621 &c. *Tentzelii Curieuſe Bibliotheque, drittes* Repoſitorium, *Erſtes Fach,* p. 80; *Mercure Hiſtorique & Politique,* Tom. 39, ad An. 1705, Menſ. Decemb. pag. 676; *Cammer-Agent,* 2. Fonction, *dritte* Depeche. p. 220.

(2) ORDO IMMACULATÆ VIRGINIS, ab *Uladislao IV*, Rege fundatus, ac anno 1634, 5. Julii, ab *Urbano VIII*, P. R. confirmatus. Extant ejus Statuta, numero XXIX, una cum Confirmatione Papali, ritibusque creandorum Equitum, apud *Gryphium* l. c. §. LV. pag. 311 ad 351. Clariſſ. Dn. *Bütnerus* communicavit mecum authenticum eorundem Statutorum Exemplar, quod in Bibliotheca Inclytæ Civitatis Luneburgenſis, cujus cura ipſi demandata, aſſervatur, in quo vero XXX. Statuta habentur. In cauſam diſcriminis inquirens, reperi, *Gryphium* omiſiſſe Statutum XXV, de SEPULTURA EQUITUM, medium locum occupans, inter Statutum XXIV: *Quid unicuique Defuncto debeatur:* & XXVI: *De Egenis*; Sunt autem dicti Statuti hæc verba:

Confratrum mortuorum corpora, quibuscunque, per diſtantiam locorum, Occupationesque publicas, aut infirmam valetudinem, licuerit, ad ſepulchrum comitari, & quam maximam etiam mortuo demonſtrare charitatem, ad declarandum tam Inclyti Ordinis vinculum volumus.

Aliam inſuper differentiam in fine Confirmationis Papalis notavi, quandoquidem *Gryphius*, pag. 351, legit: *Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die V. Julii, Anno 1637, Pontificatus Noſtri Anno XI*; cum in Luneburgico exemplari legatur: *Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem; ſub Annulo Piſcatoris; die V. Julii, M. DC. XXXIV, Pontificatus Noſtri Anno Undecimo.* Qui annus etiam Anno Salvatoris 1634. exactè reſpondet, dum *Urbanum, Gregorio XV*, Anno 1623, 6. Aug. in Summo Pontificatu ſucceſſiſſe, tot teſtimoniis probari poteſt. Vid. *Spondanus, Contin. Annal. Baron.* ad An. 1623, §. XI, pag. 155. Auctor *de Conclavi de' Pontefici Romani*, à pag. 587 ad 674; *Theatr. Europ.* Tom. I, ad An. 1623, p. 784; *Meteranus*, an. eod. pag. 436; *Battiſta Nani, Hiſtoria Veneta*, pag. 259; *Diarium Europ.* Contin. XXXIII, pag. 48, in Appendice, *Angelus Maria Cherubini*, Tom. IV. *Magni Bullarii Romani*, pag. 1, & Tom. V, pag. 1; *Dionyſius Petavius*, Part. I. *Rationar. Temp.* lib. IX. Cap. XIV, pag. 654; *Hornius, Hiſt. Eccleſ. & Polit.* pag. m. 423; *Conringius*, in *Hiſtoria Electionis Urbani VIII*, An. 1651. edita, pag. 61; *Wagenſeil, Adriatiſcher Lœw,* pag. 21.

Ex Statutis, hic notentur:

Art. 1. *Numerus Confratrum non excedet LXXII, præter Principem. Hic enim numerus Diſcipulorum Cœleſti Principi placuit. Sed & Patronæ Noſtræ, tam gaudiorum, quam dolorum myſteria, ſeptenario numero terminantur.*

Art. 2: *Genus Equitum Illuſtre, & quorum à Majoribus derivata antiquitas, nullâ macula defœdata, nulla ſuſpicione in dubium revocata.*

Art. 3: *Equites ex ſubditis noſtris Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ, ac Provinciarum ipſis annexarum, eligentur. Licitum tamen erit, Imperatores, Reges, Principes, Viroſque Illuſtres exteros, in hunc Ordinem cooptare, modo numerum* **viginti quatuor** *non excedant --- Hoc præterea cavemus, neminem Exterorum (præter ipſos Ordinum Supremos & Monarchas) in hunc Noſtrum Ordinem adſciſci poſſe, qui non prius omnibus aliis militaribus renunciaverit Sodalitatibus & ornamentis.*

Art. 4: *Principatum hujus Ordinis Nos ipſi, quoad vixerimus, geremus, poſt fata verò noſtra, ſubſequentes Reges Poloniæ, liberè electi &c.*

Art. 5: *Inſigne Equitibus Noſtris dabimus: Torquem, ex auro puro, abſque ullis lapidibus, vel unionibus, cujus particulæ invicem concatenatæ alternatim repræſentabunt: una quidem,* **Lilium Album**, *in medio radiorum, cum hac inſcriptione: IN TE; altera verò faſciculos ſagittarum colligatarum,* **Faſcia Alba**, *his verbis inſcriptis: UNITA VIRTUS. Dependebit â Torque,* **Crux rubea**, *in cujus medio conſpicietur imago* **Virginis Infantis** *candida, Draconem pedibus calcantis, his verbis ſuppoſitis: VICISTI, VINCE &c.*

Art. 9: *Officiales, Ordo hic, habebit duos, ex numero eorundem Equitum, à Principe deſtinatos,* **Cancellarium** *nempe, &* **Theſaurarium** *&c.*

Art. 10; *Eques, antequam Torquem, Ordinis Inſigne, capiat, juramentum in manibus Principis præſtabit: Se Principis, ac Reipublicæ ſalutem, dignitatem & com-*

Digitized by Google

& commoda, atque Patriarum Legum & immunitatum prærogativas, poſt Deum, Ejusque Deiparæ Virginis, Sanctæque Matris Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ honorem, præ oculis habiturum. Si bellum à Barbaris & Infidelibus ingruat, ſe, pro virili obviaturum, & vires ſuas collaturum. In bello, ſtipendiis contentum, à nemine quidquam extorſurum, nec extorqueri à ſuis permiſſurum, aliosque Commilitones, quantum licebit, ab hujusmodi rapinis averſurum: rebellionibus, tumultibus, ſeditionibus, nunquam acceſſurum &c.

Art. 16: *Conventum Princeps indicet, quo tempore & loco viſum fuerit &c.*

Num adhuc floreat hic Ordo, neſcio. Minimum de Equitibus nihil auditur.

IN BORUSSIA.

ORDO AQUILÆ NIGRÆ, à *Friderico* I, Rege, An. 1701, 17. Januar. erectus.

Statuta Ordinis ſunt XL, quæ apud Dn. *Lunigium*, Contin. 2, Partis Specialis *des Reichs-Archivs, IV. Abtheilung, III. Abſatz*, §, 93, pag. 201 &c. *Gryphium, im Entwurf der Ritter-Orden*, §. LXVI, p. 387 &c. *Neubeſtelten Agenten von Hauß aus*, Tom. I, IX. Depéche, §. 148, pag. 789 & ſeqq. occurrunt. Inde allegaſſe ſufficit:

Art. 1, ubi: *Alſo erklæren Wir Uns, und Unſere künfftig, nach Gottes Willen, habende Erben, und Nachkommen an der Preuſſiſchen Cron, zum Ober-Haupt*, Souverain *und Meiſter dieſes Ordens &c.*

Art. 2: *Wollen Wir die eigentliche Zahl der Ritter dieſes Ordens auf XXX. hiemit geſetzt, und beſchrencket haben, dergeſtalt, daß ſolche Zahl, ohne gar erhebliche und zu Unſers Kæniglichen Hauſes, und des Ordens, ſonderbahren Ehren und Nutzen, gereichenden Urſachen, nicht überſchritten werden ſoll. Die Sœhne aber und Brüder des jedesmahl Regierenden Kænigs in Preuſſen, welche des Ordens gebohrne Mitglieder ſind, werden unter ſolchen XXX. Rittern nicht gezehlet.*

Art. 3: *Unſer, und derer künfftig in Preuſſen regierenden Kænige, Printzen, haben zwar, wie jetzt erwehnet, durch Ihre Geburt, ein Recht, dieſes Ordens Mitglieder zu ſeyn, zu deſſen Bezeugung Ihnen auch, ſo fort, nach Ihrer Ankunfft auf die Welt, das Orange-farbe Band, ſamt dem blauen Creutz, allermaſſen ſolches beſchrieben wird, angelegt werden ſoll; die* ſolenne Inveſtitur *aber, und Einkleidung in den Orden, geſchiehet erſt alsdan, wan Sie das Erſte mahl zu der* Communion *des Heil. Abendmahls zugelaſſen werden.*

Art. 4. *Kænige, Churfürſten und Fürſten (des Reichs) ſo in dieſen Orden treten, ſollen an keine gewiſſe Zahl der Jahre, oder Zurücklegung der Minderjæhrigkeit, gebunden ſeyn; ſondern je und zu allen Zeiten, wan es Uns, und den künfftigen Ordens* Souverainen *beliebet, durch Anlegung des* Orange-*farben Bandes, und blauen Creutzes in den Orden genommen werden kænnen &c.*

Artic. 6. *Alle und jede, ſo in dieſen Unſern Orden aufgenommen werden, ſollen aus rechtem aufrichtigen Alten, Adelichen, Rittermæſſigen Geſchlecht entſproſſen und herkommen ſeyn, ſich auch, ehe Sie noch einige Ordens-Zeichen bekommen, durch Beybringung und Beweiß der auf Sie abſtammenden acht Ahnen, vier von der væterlichen und vier von der mütterlichen Seiten, dazu fæhig machen.*

Art. 9. *Gleichwie wir, bey Unſerer heutigen Crœnung, mit Benennung gewiſſer Ritter den Anfang gemacht, und Unſern Sohn, den Cron-Printzen, ſampt Unſerer Brüder Ld. Ld. Ld. wie auch verſchiedene andere Fürſtliche, Græfliche, Frey-herrliche und Adeliche Perſohnen, in dieſen Orden verſetzt haben, alſo ſoll auch hinkünfftig dieſer, nemblich der 8. oder næchſtfolgende Tag des Monats* Januarii, *oder dan ebenfals der* 11. Julii, *als an welchem wir das Liecht der Welt zu erſt angeſchauet haben, jæhrlich gewiedmet ſeyn, bey einer alsdan angeſtelten Capitulariſchen Verſammlung, diejenige, welche dieſem Orden künfftig zugeſellet werden, ordentlich einzukleiden.*

Art. 11. *Sollen die Ordens-Ritter abſonderlich verbunden ſeyn:*

(1) *Ein Chriſtliches Tugendhafftes, GOtt und der Ehrbahren Welt wohlgefælliges Leben zu führen, auch,*

(2) *Andere damit aufzumuntern und anzufriſchen:*

(3) *Die Erhaltung der wahren Chriſtlichen* Religion *überall, abſonderlich aber wider die Unglaubigen, nach allem Vermœgen zu befœrdern.*

(4) *Armer, verlaſſener, bedruckten Wittwen und Waiſen, auch anderer Gewalt und Unrecht leidenden Leute, ſich anzunehmen.*

(5) *Uber die Ehre Unſers Kæniglichen Hauſes, und des Ordens, abſonderlich aber über Unſere Kænigliche* Prærogativen, *und was demſelben anhænget, nach allem Vermœgen zu halten, und nicht allein daran, ſo viel an ihnen iſt, keinen Abbruch geſchehen zu laſſen, ſondern ſelbige vielmehr noch weiter auszubreiten.*

(6) *Uberall Friede, Einigkeit, und gutes Vernehmen zu ſtifften und zu erhalten.*

(7) *Mit mænniglich, abſonderlich aber mit Ihren Ordens-Brüdern, in gutem brüderlichen Vernehmen, zu leben, und derſelben Ehre, zeitliches Glück, und guten Nahmen, wider alle Verleumbdungen, und wodurch ihnen ſonſt nachgeſtellet werden mœchte, treulich und ungeſcheut, zu vertheydigen &c.*

Art. 12. *Zum Abzeichen mehrgedachten Unſers Kæniglichen Preuſſiſchen Schwartzen Adler-Ordens, haben wir genommen: Ein güldenes blau emaillirtes, in acht Spitzen ausgehendes Creutz, in deſſen Mitte der einen Seite, Unſer Nahme:*

FRIDERICUS REX,

mit den beyden erſten Buchſtaben FR. *zuſammen gezogen; in einer jeden von denen 4. Mittel-Ecken aber,*

ein

ein ſchwartzer Adler, mit ausgebreitetẽ Flügeln, vorgebildet iſt. Welches Creutz jeder Ritter dieſes Ordens, an einem Orange *Farben blauen Bande, von der lincken Schulter, über der Bruſt, nach der rechten Hüffte zu, benebſt einem Silbernen geſtickten Stern, tragen ſoll. In der Mitte ſolches Sterns iſt ein Schwartzer fliegender Adler vorgeſtellet, welcher in der einen Klaue, einen Lorbeer-Crantz, und in der andern, einen Donnerkeil hælt, mit dem beygefügten* Symbolo:

SUUM CUIQUE:

Zu ſtetigem Andencken, daß ein jeder Ritter dieſes Ordens, durch deſſen Annehmung, verbunden und ſchuldig ſey, jederman, abſonderlich aber GOtt, dem Hæchſten; Uns, als des Ordens Souverain, *und dann allen denen, mit welchen er ſonſt zu ſchaffen hat, nach der Pflicht, ſo die Gættliche und Weltliche Rechte, abſonderlich aber dieſe unſere* Statuta, *und Ordens-Geſetze, jedem Ritter, in ſeinem Stand und Beruff, auflegen, das Seinige zu leiſten; und daß des Allmæchtigen Gnade, oder Straffe, auch des Ordens Ehre, oder Ahndung und Verluſt, einem jeden Ritter dieſes Ordens bevorſtehen, nachdem er entweder ſolchem Orden, und dem dabey abgezieltem Zweck gemæß, oder dem zu wieder, handeln wird.*

Art. 14. *Es leget ein jeder Ritter einen Unterrock an, von blauen Sammet, und über demſelben einen Mantel von* Incarnat-*rothen Sammet, mit Himmelblaufarben Mohr gefüttert; jedoch mit dem Unterſcheid, daß Unſer und des jedesmahligen Cron-Printzen Mantel, lange, die Ritter aber, an den Ihrigen, gantz kurtze Schleppen haben, und wird ſolcher Mantel mit langen abhangenden und am Ende ſtarcke Quæſte habenden Schnüren, auf der Bruſt zuſammen gebunden. Uber dieſem Mantel, tragen ſo wohl wir ſelbſt, als die ſæmptliche Ritter, die groſſe Ordens-Kette, auf beyden Schultern beveſtiget. Dieſe Ordens-Kette iſt von der* Chiffre *Unſers Nahmens, und von Adlern, ſo Donnerkeile in den Klauen halten, Wechſelsweiſe an einander gefüget, und hænget an der Mitte ſelbiger Kette, vornen auf der Bruſt, das obgedachte, gewæhnliche, und eigentliche blaue Ordens-Creutz. Auf der Lincken Seite des Mantels, wird ein groſer Silberner geſtickter Stern, ſo wie er bereits oben im* 12. Articul *beſchrieben, angehefftet; und endlich trægt ein Ritter, bey dieſer Einkleidung, einen ſchwartzen Sammeten, mit einem weiſſen Feder-Buſch ausgezierten Hut.*

Art. 24. *Ein jeder Ritter ſoll tæglich das Ordens-Creutz an einem* Orange-*farben Bande tragen &c.*

Art. 25. *Ob zwar auch diejenige, welche vorhin mit Unſerm Orden: de la Generoſité, begnadiget geweſen, ſelbigen, wan Sie in dieſen groſen Orden treten, ablegen, ſo iſt doch Unſere Meinung nicht, gedachten Unſern Orden, de la Generoſité, dadurch gar aufzuheben, ſondern, gleichwie derſelbe vielmehr denen, ſo ihn lange gehabt, unter andern auch zur Beforderung in dieſen Neuen Orden, dienen ſoll; alſo ſoll auch niemand den Groſen Orden bekommen, der nicht vorher, wenigſtens eine kurtze Friſt, den Orden de la Generoſité getragen.*

Art. 32. *Ordnen und ſetzen wir hiemit, daß auch dieſer Unſer Orden, zu Beobachtung ſeiner Geſchæffte, und Angelegenheiten, folgende Bediente haben ſoll:*

(1) *Einen Ordens-Cantzler,*
(2) *Einen Ordens-*Ceremonien-*Meiſter.*
(3) *Einen Ordens-Schatzmeiſter.*
(4) *Einen Ordens-*Secretarium, *und*
(5) *Zwey Ordens-Herolde.*

De ORDINE DE LA GENEROSITE, cujus hic facta mentio, & qui an. 1685. à laudato Rege, tunc adhuc Principe Electorali Brandenburgico, fundatus eſt, inquit *Gryphius* l. c. §. LXI. p. 378: *Ich finde in* ImHoffii *neueſter* Edition *der* Notitiæ Procerum, lib. 2. c. 8. fol. 44. *daß der jetzige Allerdurchlauchtigſte Kænig in Preuſſen,* Anno 1685. *als Er noch Chur-Printz geweſen, unter ſeinen Vertrauteſten, einen Orden der* Generoſität, *geſtifftet, deſſen Kennzeichen ein goldenes blau-geſchmeltztes Creutz geweſen, in ſelbigem haben die Frantzæſiſchen Wærter: La Generoſité, mit ſchwartzen Buchſtaben, zweymahl geſtanden, ſo wohl die længe herunter, als Zwerch über; --- dieſer Orden iſt annoch am Berliniſchen Hofe üblich, und kan keiner in den groſen Orden des ſchwartzen Adlers eingenommen werden, der nicht vorher, oder zugleich, Ritter des Orden de la Generoſité geweſen &c.*

IN MOSCOVIA.

ORDO S. ANDREÆ, de quo *Gryphius* l. c. §. LXV. pag 382: *Ietztregierende Czaariſche Majeſtæt in Moſcau, hat* An. 1698. *den Ritter-Orden* S. Andreæ *geſtifftet, und zu deſſen Ordens-Zeichen, ein* Andreas *oder Burgundiſches Creutz, beliebet. Auf der einen Seite, ſtehen dieſe Worte:*

S. ANDREAS APOSTOLUS.

Auf der andern aber:

PETRUS ALEXIEVVIZ, POSSESSOR ET AUTOCRATOR RUSSIÆ.

Quer über ſtehet des jetzigen Czaarwitz, oder Czaariſchen Cron-Printzens, Namen, nemblich:

ALEXIUS PETROWIZ.

Dieſer Ritter-Orden wurde anfænglich vor diejenige geſtifftet, welche ſich im Türcken-Krieg tapffer erwieſen. Es haben aber Ihro Czaariſche Maj. denſelben nachmahls auch andern von Ihren Hohen Miniſtris *und* Generals-*Perſohnen, ertheilet, die ſich bey jetzigem Schwediſchen Krieg in Liefland wohlgehalten; Und* An. 1704. *iſt auch der Kænigliche Preuſſiſche Schloß-Haupt-man zu Berlin, Herr Baron von Printz, welcher vom Kænig in Preuſſen offtmahls an Ihro Czaariſche Majeſt.*

in

Digitized by Google

in hohen Angelegenheiten, abgeſendet wurde, damit begnadiget worden.

IN ITALIA.

(1) ORDO DELLA NONTIATA, ſeu *Annunciationis B. Virginis Mariæ*; de quo ita *Andreas Guarini, nell' Origine e Fondatione di tutte le Religioni e Militie di Cavallieri*; pag. 34: *Amadeo VI, Conte di Savoia, cognominato il Verde, diede principio, l' Anno di Chriſto 1360, all' Ordine de' Cavallieri Della Nontiata. Fu dedicato alla Vergine, in memoria d' Amadeo I. Conte, il quale havendo difeſo honoratamente, col valor ſuo, Rodi, contra il Turco, s' acquiſtò meritamente quell' armi, che portano al preſente i Duchi di Savoia, cioè: una Croce bianca, in Campo Roſſo. Queſti Cavallieri adornano il collo con una catena d' oro, fatta à lacci, con quattro lettere, compartite in Croce di dentro, in queſta forma: F. E. R. T. che vogliono inferire: FORTITUDO EJUS RHODUM TENUIT. Dalla catena pende una Medaglia, nella quale e ſcolpita la vergine, annontiata dall' Angelo &c.* Eundem Auctorem celebrat *Limnæus* lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 2. §. 34. pag. 59. Ordinem verò anno demum 1370. inſtitutum cenſens: *Auctor & primus Ordinis Inſtitutor fuit Amadeus VI, hujus nominis, Comes Sabaudiæ, circa annum 1370, quo, quaſi perpetuæ memoriæ ſignum poſuit victoriæ, qua ipſius avus, Comes Amadeus IV, in navali prælio, poſtquam Equitibus Rhodi auxiliator veniſſet, Anno Chriſti 1310. potitus fuit. Collare, ſeu torques, à collo Equitum (quorum quindecim Ordinem abſolvunt) pendens, aureus eſt, nodis Gordiis intermixtis, literisque F. E. R. T. quod interpretantur: FORTITUDO EJUS RHODUM TENUIT. In extremitate conſpicua eſt imago Archangeli Gabrielis, ad B. Virginem accedentis &c. Gryphius, im Entwurf der Ritter-Orden*, §. XX, pag. 215. arbitratur, Ordinem fundatum An. 1362. & quidem in favorem myſteriorum Roſarii, *den Geheimniſſen des H. Roſenkrantzes zu Ehren*; rejiciens ſimul ſententiam eorum, qui id factum exiſtimant, in gratiam Nobilis cujuſdam Mulieris, quam ardentiſſimo Fundator amore ſit proſequutus, quo titulo *Moreau, au Tableau des Amoiries de France*, Chap. VII. pag. 177. venit, cujus verba *Limnæus* l. c. §. 35 & 36, pag. 59. recitat. In prooemio Statutorum, ab *Amadeo VIII.* Comite, editorum, apud *Limnæum* l. c. §. 37. pag. 60. legitur:

Daß Herr Amadis, *Graf zu* Savoya, *lobſeeliger Gedæchtniß, Unſer Anherr, ein Edler und Mæchtiger Fürſt, ſo in* Apulia *geſtorben, zu der Ehre Gottes, und der Hochgelobten Jungfraw Maria, ihrer XV. Freuden, aller Heyligen in Pariß, (*fortè *Paradiß) und des gantzen Himmliſchen Heers, geſtifftet und angericht hat, ein Orden, mit einem Halßband, ſo eines Windſpiels nicht unæhnlich, und einer* Maday *daran, welches Ordens dan Er, und ſeine Nachkommen, ſeind Obriſten geweſen, und noch, und Er der Funffzehende Ritter, ſo dieſen Orden geführet &c.* Conf. *Petrus Monodus*, in *Amadeo* ſuo, An. 1624. Taurini impreſſo, Cap. XXV, pag. 40 ad 44. *Europ. Heroldt*, T. 2. pag. m. 714.

Ab initio, non niſi *Ordo Sabaudicus* vocabatur; *Carolus III.* verò Dux, modernum nomen ei impoſuit, teſte *Gryphio* l. c. pag. 218: *Biß auf* Caroli III, *des Hertzogs von Savoyen, Zeiten, führete dieſer Orden nur den Nahmen des Savoyiſchen; allein dieſer Fürſt ſetzte zu den XV. Zweiffels-Knoten, die in der Ordens-Kette zu ſehen ſind, XV. weiſſe und rothe Roſen, und gab ihnen den Nahmen der* Annunciata.

Equites hos, (à prima fundatione, numero XIV, præter Caput; quibus *Emanuel Philibertus* Dux, *Quinque* addidit) magna & inſigni prærogativa gaudere; in Terris Sabaudicis, cerimoniæ pariter, quibus modernus Dux, *Victor Amadeus*, An. 1697. in Sodalitatem hanc cooptavit Marchiones: *di Parella; S. Thoma; Bagnaſco; S. Giorgio; Tournon; della Piana, & di Lucino*, Magno Ordinis Cancellario creato Abbate *Doria*; & Actus ſolennis, quo idem Princeps Sereniſſimus, An. 1713, 22. Sept. tanquam *Rex Siciliæ*, novo ſubditos homagio ſibi devinxit, documento ſunt. Conventus celebrant in *Camaldulenſium* Eremo, prope *Taurinum*.

(2) ORDO S. MAURICII, ab *Amadeo VIII*, Duce Sabaudiæ, 1434, fundatus, & an. 1572, rogante *Emanuele Philiberto* Duce, à Papa *Gregorio XIII*, confirmatus, Duce, Magno ejus Magiſtro conſtituto, atque Ordini *S. Lazari*, adhuc eodem anno, junctus. Vid. *Limnæus* l. c. §. 64, pag. 79; *Europ. Herold* l. c. pag 714; addens: *Das Ordens-Creutz iſt weiß, und wird uber dem Grünen von* S. Lazaro *getragen. Das Ordens-Zeichen, iſt ein grün Creutz, mit weiß umzingelt &c. Gryphius* l. c. §. XXXI, pag. 135 & 136. Bullam, qua dictus Pontifex, ſub dato *Romæ*, apud *S. Marcum*, An. 1572, 16 Kal. Octob. Ordinem, ſub *Ciſtercienſium* Regula, confirmavit, Ducesque Sabaudiæ perpetuos ejus Magiſtros ſummos declaravit, ſiſtit *Cherubinus*, Tom. 2. *Magni Bullarii Romani*, in Vita ejus, §. VI, pag. 365 &c. æque ac illam, qua Idib. Novemb. ejuſdem anni, Militiam hanc, Ordinemque *S. Lazari Hieroſolymitani*, ſub denominatione *SS Mauritii & Lazari*, & Regimine Sabaudiæ Ducis, veluti perpetui Magni Magiſtri, univit, l. c. §. VII, p. 366 &c. Quam unionem poſtea *Clemens VIII.* Ann. 1603. 9. Sept. nova Bulla, ratam habuit, cujus formulam apud *Cherubinum* l. c Tom. III, in vita ejus, §. CII, p. 144 &c. offendimus.

(3) ORDO S. STEPHANI, à *Coſmo*, Hetruriæ Duce, An. 1561, vel 1552. erectus. Bulla confirmatoria *Pii IV*, An. 1562, Kal. Febr. deſuper edita, habetur ap.

Che-

Digitized by Google

Cherubinum, l. c. Tom. 2. in Vita *Pii IV.* §. LX. pag. 85. &c. Privilegia, eod. anno, Non. Julii, Ordini collata, recenſentur alia Bulla, ibid. pag. 86 &c. Add. Bullam *Sixti V.* de An. 1590. ibid. in vita hujus Papæ, §. CIV. pag. 687 &c. Plura de eo commemorat *Europ. Heroldt*, Tom. 2. pag. 723 &c. & *Gryphius*, l. c. §. XLI. p. 147 &c. Sedes Equitum eſt *Coſmopoli* in Inſ. *Elva.* Utuntur cruce rubea octangulari.

(4) ORDO DELLA MADONNA GLORIOSA, in Ducatu *Mantuano*, circa annum 1233. à *Bartholomæo de Viacenza*, Dominicano Monacho, fundatus, cujus Equites *Fratres Gaudentes* nuncupantur; Sequuntur Regulam *S. Dominici*; Inſignis loco, ipſis eſt Crux purpurei coloris, in campo argenteo, cum quatuor ſtellis à latere. Vid. *Europ. Herold* T. 2. pag. 763. *Gryphius* l. c. §. XXVI. p. 125 &c.

(5) Varii Ordines, à Pontificibus inſtituti, v. g.
S. GEORGII, ab *Alexandro VI.* An. 1498.
S. PETRI, à *Leone X.* An. 1520.
S. PAULI, à *Paulo III*, An. 1540.
PIORUM PARTICIPANTIUM, à *Pio IV.* an. 1560.
S. MARIÆ LAURETANÆ, à *Sixto V.* An. 1587.
De quibus, aliiſque multis, legas *Gryphium* l. c. §. 34. & ſeqq. p. 140 &c. *Europ. Heroldt*, T. 2. p. 687 &c.

TIT. XXII.
DE
LANDSASSIIS ET PFALBURGERIS

Landſaſſius (*a*) eſt, qui corpore & bonis (*b*) alicujus Superioritati Territoriali eſt ſubjectus.

NOTÆ,

(*a*) LANDSASSIUS &c. De *Landſaſſiis* evolvendi: *Beſoldus, Theſaur*, voc. *Landſaß*, pag. m. 519; *Dietherr, Continuat. Theſaur. Beſoldiani*, voc. ead. pag. 356 &c. *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. *Landſaſſerey*, pag. m. 330; *Rudinger, Obſervation.* Centur. 3. Obſervat. 27. pag. 649; *Speidelius, Specul.* voc. *Landſaſſen*, pag. m. 606 &c. *Limnæus Jur. Publ.* lib. VI. Cap. *IV.* p. 175 &c. *Ziegler*, ad *Aur. Prax. Calvoli, 1678*; *Wilhelmus Leiſer*, Diſſ. de *Landſaſſiis & Schrifftſaſſiis*, Witteberg. 1664. Chr. Gottl. Riccius vom Landſæſſigen Adel. P. *II.* c. XIX.

(*b*) CORPORE ET BONIS &c. Eſt quidem *Landſaſſius*, propriè ita dictus, *Homo Juriſdictionalis, cui, in omnibus, à Domino Territoriali, mandari ac præcipi poteſt; Der in eines Herrn Land ſitzet, und deſſen* Juriſdiction *unterworffen iſt*; Vid. *Meiſner, Deciſ. Cameral.* Tom. 2. Part. I. Deciſ. *VI.* §. 118. &c. fol. 635. & Deciſ. *VIII.* §. 46 & 47. fol. 808; & l. c. Part. 2. Deciſ. 8. §. 4; *Gylman, Symphorem.* T. I. pag. 2. Tit. 6. Vol. 7. n. 47. §. 98; *Beſoldus* l. c. *Webner* l. c. *Magerus de Advocatia armata*, c. 6. pag. 678 &c. *Limnæus* l. c. §. 2. pag. 176; *Rudinger* l. c. *Speidelius* l. c. Vel, juxta *Schilterum*, Diſcurſ. de *Landſaſſiis*, Cap. 2. § 1: *Perſona, Domino Territoriali ſubjecta, quatenus vel Caſtrum, Villas & ſubditos viciſſim in illo Territorio poſſidet, & actu ibi habitat; vel poſſidet tantum, nec actu jure ac facultate ibi reſidendi utitur.* Quam definitionem rei ipſius eſſentiam propius attingere, tradit Dn. *Haggmayer*, Diſcurſ. de *Primis Principiis Juris Publici*, Sect. IV. Aphoriſm. *VII.* lit. a. pag. 108. Minimum *Landes-Obrigkeit*, & *Landſaß*, ad inſtar correlatorum ſunt; *Dietherr* l. c. ſeque, tanquam *Activum* & *Paſſivum*, invicem reſpiciunt; *Beſoldus* l. c. pag. 520; Habenda tamen nihilominus ratio *Privilegiorum*, quibus *Landſaſſii* gaudent, & tenetur Territorii Dominus *Landſaſſiorum* jura, ſarta tectaque conſervare, innovationes non admittere, ſed eos, in antiquis libertatibus, juribus & privilegiis tueri, *bey ihren alten Herkommen, Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten, ſchützen, ſchirmen und handhaben*; ceu *Gailius* loquitur, de *Arreſtis*, Cap. 8. §. 12. pag. m. 246; add. idem Cap. 10. §. 8. pag. 250; *Wehnerus* l. c. voc. *Unterthan*, pag. m. 483; *Speidelius* l. c. Deteſtanda namque prava nonnullorum Dominorum Philoſophia, cujus *Wehnerus* l. c. voc. *Landſaſſerey*, p. 332. meminit:

Laß Mir, was mein iſt;
Gib Mir, was Dein iſt;
Glaube, was Ich will;
Thue Ich Dir Unrecht, ſo ſchweig ſtill.

1. Origo (*a*) Landſaſſiorum petenda eſt ab iis temporibus, quibus Ducatus &c. cœperunt eſſe hæreditarii; Adeoque, licet fortè nomen non obtineat; tamen omnes Romano-Germanico Imperio mediatè ſubjecti, Landſaſſiorum numero non incommodè cenſeri (*b*) poſſunt; nam quod in Principibus, eſt *Lands-Fürſtliche Obrigkeit*; in Comitibus, eſt *Graſliche*; in Civitatibus, *Stattliche Hohe Obrigkeit.*

Digitized by Google

NOTÆ.

(a) ORIGO &c. *Von der Landſaſſerey Anfang bey Chur Trier*, agit *Caſpar Lerch à Durmſtein*, de *Ordine Equeſtri Germanico*, Fundament. 2. ſol. 96. &c.

(b) CENSERI &c. Ita *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2. Cap. 45. §. 2. & ſeqq. ubi de Conventibus Provincialibus agit pag. 415. &c.

2. Territoria, ubi Landſaſſiatus viget, dicuntur clauſa; (*a*) in quibus Landſaſſiatus non viget, dicuntur non clauſa, ſive, non concluſa, ut ſunt: Franconia, (*b*) Suevia, Rhenus, Wetteravia, & Alſatia.

NOTÆ.

(a) CLAUSA &c. Quo titulo veniunt: Saxonia, Haſſia, Marchia Brandenburgica, Bavaria, Auſtria &c. *Etenim, in Electorum ac Ducum Saxoniæ Territoriis, notoriè receptum eſt, pariter & in Bavaria, ut, quicunque ſub Principis Territorio larem fovent, ſive Feudum recognoſcant, ſive minus, ſubjectionis oneribus & juramento ſint obnoxii. Talis Landſaſſerey eſt etiam in Haſſia, & Palatinatu Superiori; Meichſner T. 2. Part. I. Deciſ. 8. ſol. 709; Ejusdem conditionis quoque ſunt Nobiles in Marchionatu Brandenburgenſi; in Auſtria, etiam Comites & Barones; Pomerania; Megapolenſi Ducatu, novi Comites non exempti; Schwanmann, in Deciſ. Cameral. f. m. 125. n. 26;* Sunt verba *Speidelii*, voc. *Freye Reichs-Ritterſchafft*, p. 328; Conf. idem, voc. *Landſaſſen*, p. 607. Acta, in cauſa *Ortenburg, contra Bayern*, fol. 473 & 477 &c. *Meichſner* l. c. Deciſ. 6. in cauſa *Teutſchmeiſter, contra die Graffen von Oettingen*, n. 118, 119. *Becker*, J. P. p. 113; *Mager*, de *Advocatia, Armata*, c. 6. §. 676; *Knipſchild*, de *Nobilit.* lib. I. cap. 1. §. 45; *Dietherr*, Addit. ad *Beſoldi Theſaurum*, voc. *Landſaß*, pag. m. 520; *Webner*, *Obſervat. Pract.* voc. *Landſaſſerey*, pag. m. 330, & 331; *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 4. §. 3. pag. 176. *Hæggmayr*, Diſcurſ. de *Veris Principiis Juris Publici*, Sect. IV. Aphoriſm. VII. lit. a. p. 109; aliique multi. Niſi quis exemptionem edoceat; *Webner* l. c.

(b) FRANCONIA &c. Cur *Landſaſſiatus* non æque in his Provinciis vigeat, ac in modo dictis? quærit *Speidelius*, voc. *Freye Reichs-Ritterſchafft*, p. 328. & reſpondet: id vel propterea non fieri, quod Saxoniæ, Bavariæ, ſimilesque Duces & Marchiones, cum pleno Territorio, ab Imperatoribus, quondam fuerint inveſtiti; nulla ipſis reſervata in Nobiles poteſtate; cum contrà, à *Conradini*, ultimi Franconiæ Sueviæque Ducis, nece, Terræ hæ, cum toto Equeſtri Ordine, ad Imperatorem redierint. Qua ratione, *immedietatem* Nobiles *ad Rhenum* ſint conſecuti? præced. Tit. XX. §. 9. lit. a. dictum. Conf. *Beſoldus*, Conſil. 299. Part. 6; *Dietherr, Contin. Theſauri Practici Beſoldi*, voc. *Landſaß* p. 520; *Webner* l. c.

3. Origo hujus diſtinctionis, referenda eſt, ad interitum Ducum Sueviæ & Franconiæ. Beſoldus, de Equeſtri Ordine, n. 8. In utraque Bavaria, inquit, Saxonia, aliisque in locis, ubi, ex Familiis priſcis, Principum Succeſſores ſuperſunt, ibi ſemper, & ad hoc usque tempus, Nobiles manſerunt Mediati: Franconia autem, licet olim habuerit Duces, eorum tamen jus poſtea accrevit Imperio, ut, ex mediatis, Immediati facti fuerint Nobiles. Similia ſcribit de Suevica & Rhenana Nobilitate.

4. In Territoriis quibusdam clauſis, alii ſunt Vaſalli, nec Landſaſſi; (*a*) alii Vaſalli Landſaſſi; Illi, Germanicè *Lehenleute*; Hi, *Landſaſſen* abſolutè, vocantur. Illi, coram Domino, non niſi ratione Feudorum, (*b*) comparent: Hi, in omnibus cauſis, coram Eo conveniri poſſunt. Et hinc aliud eſt, *in eines Fürſten Land*; *und*, *unter eines Fürſten Land und Obrigkeit, gelegen*, In aliis, omnes ſunt Landſaſſii, ut in Saxonia; omnes (*c*) enim Vaſalli, ibi ſunt Landſaſſii.

NOTÆ.

(a) LANDSASSI &c. Tales ſunt multi Principes Comitesque Imperii, certa Feuda ab aliis Imperii Statibus recognoſcentes. Poſſe autem aliquem in Imperio duplicem ſuſtinere perſonam, *Imperialem* ſcilicet & *Provincialem*, hoc eſt, *eſſe immediatè ſub Imperio*, & ſimul *Landſaſſum alicujus Principis*, exemplis probant: *Gailius*, de *Arreſtis* Cap. 6. §. 14. pag. 236. & lib. I. *Practicarum Obſervationum*, Obſervat. XXX. §. 2. &c. p. 56; *Gilmannus*, lib. 1. *Deciſ. Cameral. Deciſ.* 46. §. 39; *Petrus Friderus*, Mindanus, de *Proceſſibus*, lib. 1. Cap. 38. §. 5. pag. m. 145. *Webner*, *Obſervat. Pract.* voc. *Landes- oder Erb-Huldigung*, pag. 330; aliique multi. Conf. præced. Tit. XVII. §. 17. lit. b. pag. 726. Quod ſi vero quis domicilium ſuum in alterius

Ter-

Territorio clauſo conſtituat, majoremve bonorum ſuorum partem ibidem poſſideat, magna præſumptio eſt, talem quoque eſſe *Landſaſſum;* quo vetus controverſia *Ortenburgici* Comitis, cum *Bavarica* domo, pertinet, aſſerentis, ſe Vaſallum ligium Imperatoris eſſe, nec alteri, ratione domicilii, ſubjectionis juramentum præſtare ſibi licere, etiamſi majorem Comitatus ſui partem in Bavaria teneat; vid. *Act. Ortenburg contra Bayern*, fol. 106. 113. &c. Pro Bavaro, reſpondet *Wehnerus* l. c. voc. *Landſaſſerey*, pag. m. 331. Principem nisi (1) fundata intentione in ſuo Territorio, ut inhabitantes, de jure Territorii, ſubjectionem incurrant, ſecundum ea, quæ *Gailius* l. c. de *Arreſtis*, Cap. 7. §. 8. pag. 241. & *Menochius* tradant, Cap. 5. de *Jur. Territorial.* n. 149 &c. (2) Immunitate Nobilitati Bajoaricæ ſingulariter conceſſa, qua nemini frui detur, niſi cum qualitate ſubjectionis, *der Landſaſſerey;* teſtibus iisdem Actis, fol. 437 & 477; (3) conſuetudine Imperiali, juxta quam nihil novi, ut Comites Imperii, ſi in Principis alicujus Territorio larem foveant, juramentum quoque ſubjectionis præſtent. &c. Similem controverſiam hodiè inter Domum Saxonicam, & Principem Schwartzburgicum, agitari, præced. Tit. XVI. §. 13. lit. n. v. 9. voc. *Schwartzburgii*, monitum. De *Territoriis non clauſis* aliud dicendum, cum domicilium alicujus Immediati Civis Imperii non ſtatim ſubjectionem involvat; *Beſoldus* Conſil. 299. Part. 6: *Dietherr*, Addit. ad *Beſoldi Theſaurum*, voc. *Landſaß*, p. m. 520.

(b) FEUDORUM &c. Hocque paſſu melioris conditionis cenſentur Vaſalli Landſaſſis, quippe qui *indifferenter, ratione omnium cauſarum, etiam non feudalium, coram Domino comparere tenentur*, ceu *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 4. §. 2. pag. 176. loquitur; Conf. *Clutenii Syllog. Rer. Quotidian.* c. 26. lit k. Propterea etiam *Landſaſſi* (1) juramentum ſubjectionis præſtare, (2) in Comitiis Provincialibus, *auf den Landtægen*, comparare, (3) Collectas, aliaque onera publica, in commune ærarium conſerre, (4) ad Domini Curiam, ſeu Judicium Aulicum, *Hoffgericht*, appellare, (5) ſervitia præſtare &c. coguntur; Vid *Beſoldus* de *Jurisdict. Imp. Roman.* c. 18. *Juſtus Springer* de *Pace Religion.* c. 10. pag. 115; *Dietherr* l. c. p. 357; *Speidel*, voc. *Landſaſſen*, pag. 607; *Haggmayr* Diſcurſ. de *Veris Principiis Juris Publici*, Sect. IV. Aphoriſm. VII. lit. a. p. 109. Conf. ſeq. §. 6. lit. a.

(c) OMNES &c. Id negat Princeps Schwartzburgicus, ſupr. l. c.

5. In Ducatu Saxoniæ (non autem in aliis locis, ubi Landſasſiatus viget,) Landſaſſii iterum ſunt, vel *Schrifft-* ſive *Kantzley-Saſſen*, vel Amptſasſii; (*a*) Hi, ſunt: qui, in prima inſtantia, coram Præfecto (*b*) conveniri (*c*) debent; quales non tantùm ſunt Nobiles, ſed etiam integræ Civitates. (*d*) Illi, qui immediatè coram Curia Principis, *vor dem Hofgericht*, conveniuntur.

N O T Æ.

(a) AMPTSASSII &c. De differentia hac Landſaſſiorum Saxonicorum, legas: *Berlichium*, Part. 1. *Concluſionum Practicabilium*, Concluſ. 3. §. 7. &c. p. m. 7. & ſeqq. *Nolden, de Statu Nobilium* Cap. XVII. §. 5. &c. pag. m. 374 &c. *Speidelii Speculum*, voc. *Landſaſſen*, pag. m. 606; *Beſoldi Theſaurum Practicum*, voc. *Amtſaſſen* pag. m. 36; & voc. *Schrifftſaſſen* pag. m. 875; *Andream Knichen*, de *Pactionibus Veſtiturarum*, P. 2. Cap. 5. §. 1. & ſeqq. *Carpzovii Proceſſum Juris*, Tit. 2. §. VII. v. 156. & ſeqq pag. m. 58 &c. *Fritſchius, de Jure Pagorum*, Cap. XV. §. 3. *Danielem Mollerum*, ad Conſtit. Saxon. Nov. Auguſt. Part. 1. Conſtit. 5. §. 14; *Ritterum* de *Homagio*, c. 4. §. 83; *Wehneri Obſervationes*, voc. *Amptſaſſen* pag. m 15; *Limnæum*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 4. §. 4. pag. 176. *Dietherr, Continuat. Theſauri Practici Beſoldiani*, voc. *Amtſaſſen*, p. m. 37. &c. Ortam eam exiſtimant, ex quo Nobiles quidam ſita ſub Præfecturis ruſtica prædia ſibi comparaverint, in feudum poſtea oblata; vid. *Beſoldus* l. c. voc. *Amtſaſſen*, pag. m. 36; *Carpzovius* l. c. §. 160. pag. m. 58; quamvis *Knichen* l. c. §. 6. diſſentiat, originem à belli temporibus, quibus Principes, Præfectorum operâ, Nobiles ad militares operas evocaverint, repetendam cenſens.

(b) CORAM PRÆFECTO &c. Principalis differentia *Schrifftſaſſiorum* & *Amptſaſſiorum*, in eo conſiſtit; *Daß die Edelleute, Ritter, Freyherren, Grafen &c. die den Aemptern nicht unterworffen, ſondern auf ſonderbahre Schrifften der Fürſtlichen Cantzley, ſitzen, auch alle Ræthe der Stætte und Richter, die den Aemptern nicht zugethan ſind, vor die Hofgericht geladen und citirt werden mægen*, in Prima Inſtantia. *Die andern Edelleute aber, Bürger und Bauren, ſo den Aemptern unterworffen, und auf Amptſchrifft geſeſſen, ſollen zuvor vor ihren Amtman, oder Unter-Gerichten, in deſſen Ampt, oder Gericht, ſie geſeſſen, oder vor denjenigen, dem ſie unterworffen, vorgenommen*, citirt *und* in prima inſtantia *daſelbſt gehalten werden*; nec prius tenentur *in Hoffgerichten* comparere. *Churfürſtl. Ober-Hoffgerichts-Ordnung zu Leipzig* de Ann. 1549. Tit. *wer vor das Ober-Hoffgericht mag geladen werden*, fol. 203. *B. Coburgiſche Hoffgerichts-Ordnung*, Part. 2. Tit. 3. §. *Wann wir dann &c. & §. Es ſollen &c.* Sunt verba *Wehneri* l. c. Conf. *Carpzovius* l. c. *Berlichius* l. c. §. 7. pag 7; *Beſoldus* l. c. voc. *Amptſaſſen*, pag. 36. & voc *Schrifftſaſſen*, pag. 875: *Dietherr* l. c. Reliqui. Deinde, differunt inter ſe, quod *Amptſaſſii Schrifftſaſſium in Curia actione pulſantes, non niſi præſtita ju-*

Digitized by Google

datione de expenſis litis & reconventione, admittantur; cum Schrifftſaſſii nulla ſatisdatione arctentur; Vid. *Mollerus* l. c. *Knichen* l. c. §. 13; *Beſoldus* l. c. voc. *Schrifftſaſſen.*

(c) CONVENIRI &c. In tantum, ut ſi quis *Ampteſaſſios*, in Curia, quoad primam inſtantiam, convenire tentet, illi, per exceptionem fori declinatoriam, privilegium primæ Inſtantiæ allegare, ſeque ad judicem ſuum remitti, petere queant. Vid. *Beſoldus* l. c. voc. *Amtſaſſen*, pag. 36; Dari tamen caſus, quibus & *Amtſaſſii* rectè in Curia conveniantur, ex *Berlichio* diſcimus l. c. §. 10 & 11, pag. 8, v. g. ſi *Amtſaſſius*, una eademque actione, cum *Schrifftſaſſio* pulſetur; aut, à *Schrifftſaſſio*, coram Judice Curiali, reconveniatur.

(d) CIVITATES &c. Per ea, quæ tradit *Carpzovius* l. c. §. 164, pag. 58.

6. Landſaſſiatus acquiritur, potiſſimum hodiè, conſtitutione domicilii, (*a*) ſi quis in tali loco, ubi Landſaſſiatus viget, domicilium conſtituat.

NOTÆ.

(a) DOMICILII &c. Notæ Landſaſſiatus præcipuæ ſunt (1) Præſtatio homagii. Qui enim ſubjectionis juramentum præſtat, propriâ, & quidem jurata, confeſſione, ſubditum ſe eſſe alterius fatetur. (2) ſi quis, tam in perſonalibus, quam realibus, activè & paſſive, coram Territorii Domino, agere tenetur; (3) collectas communes, *Land-Steuren*, ſolvit. (4) ex mandato Territorialis Domini, in Comitiis Provincialibus, *auff denen Land-Tagen*, comparet. (5) Mandata ejus ſuſcipit &c. vid. *Speidelius* voc. *Landſaſſen*, p. 607; Conf. *Gaillius* de *Arreſtis*, Cap. VI, §. 10, p. m. 236; & Cap. VII, §. 6, p. 240, §. 10, pag. 41, §. 14 & 15, pag. 242; *Webner, Obſervat. Pract.* voc. *Landſaſſerey*, pag. m 331. *Dietherr, Contin. Theſauri Beſoldiani*, voc. *Landſaß*, p. 357. Add. præced. §. 4, lit. b.

7. Amittitur etiam Domicilii mutatione, (*a*) Landſaſſii autem pro lubitu, præſtitis præſtandis, domicilium mutare poſſunt, niſi inſuper ſint Homines proprii, *Leibeigene Leuthe.* (*b*)

NOTÆ.

(a) MUTATIONE &c. Id autem non procedit, cum quis, quoad nudam perſonam ſuam, domicilium mutet, & domeſticos ſuos, ipſius nomine poſſidentes, in ejusmodi Territorio clauſo relinquat; tunc enim ipſe adhuc domicilium ibi habere cenſetur. Vid. *Webner, Obſervat. Pract.* voc. *Landſaſſerey*, pag. 331, & qui cum eo ſentiunt alii, ibidem nominati.

(b) LEIBEIGENE LEUTHE &c. Spectant huc *Friderici Huſani* Tract. de *Servis, Famulis, & Hominibus Propriis*, An. 1590; *Johannis Hermanni Stammii* Tract. de *Hominibus Propriis*, Ann. 1625; *Lehmanni Chronicon Spirenſ.* lib. 2, Cap. 20, pag. 95 &c. *Beſoldi Theſaurus Practicus*, voc. *Leibeigene Leute*, pag. m. 579, & diſcurſus de *Tribus domeſticæ Societatis ſpeciebus*, Cap 6; *Bechtoldi Sylloge Materiarum Juridicarum*, pag. 221; *Dietherr, Continuat. Theſauri Beſoldiani*, voc. *Leibeigene Leute*, pag. 368; *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Proprius*, pag 444; *Webneri Obſervat. Pract.* voc. *Leibeigenſchafft*, pag. 336 &c. *Speidelii Speculum* voc. *Leibeigene Leuth*, pag. 618; *Hertii* Diſſ. de *Hominibus Propriis*; *Hieronymi von der Lahr*, Diſſ. Inaug. de *Hominibus propriis & liberis Germanorum*, Præſide Ill. Dn. *Thomaſio*, An. 1701, 1. Oct. Halæ habita; Dn. *Ludwig*, Diſſ. de *Colonis Adſcriptitiis*, Reſpond. Dn. *Joh. Friderico Engelhardt*, Ann. 1709, ibid. ventilata.

Ex quo Societates, indeque natæ Civitates, diſtinctionem inter *Imperantes* & *Parentes* pepererunt; hi in *Liberos & Servos* diviſi noſcuntur. Utque *Liberi* vel *Nobiles* erant, vel *Ignobiles* aut *Plebeji*; ita Servorum varia conditio; Hinc *Mercenarios* offendis; illinc *Mancipia*; quo titulo & bello capti vel venditi pariter, ac ſervi nati, & ſponte ſervituti indeterminatæ ſe objicientes venerunt. *Mercenarios* operæ, quibus vacabant, in *Opifices & nudos Miniſteriales* diſtinxerant. Poſteriores hi vel *Conductitii* erant, dicti vulgariter *Ambacti*, teſte *Du Freſnio* hac voce, pag. 160; vel *Gaſindii*, aut, ut rectius Lib. I. *Legum Longobard.* Tit. 9, §. 21, pag. 19, habetur, *Caſindii*, id eſt, *Famuli, domi ſaltem miniſtrantes*, (nuncupati a Francorum *caſa*, ſive domo, & Saxonum *Hynde*, ſive Famulo, qua ratione hodienum Famulos & Ancillas communi vocabulo *das Geſinde* nominamus;) de quibus plura *Du Freſne* voc. *Gaſindus*, pag. 595; & *Spelmann*, Gloſſ. voc. ead. Utrinque *Temporarii* occurrunt & *Perpetui*, quorum alii *ruri*, & alii in *Civitatibus* ſeu Oppidis ſerviebant, qui poſteriores pedetentim in numerum Civium cooptati. Ab initio, ubi venum exponebantur, percontari ſolebant emptores: *Quid operis ſcirent?* quod *Leoni* cuidam, tempore *Theodorici* Regis, contigiſſe, ex *Gregorio Turonenſi*, lib. 3. *Hiſtor.* Cap. 15, pag. m. 59. diſcimus. Evolvendæ hic Veterum Longobardorum, Burgundionum, Alamannorum, aliarumque Gentium Leges, ubi Servi:

Argentarius, *Leg. Burgund.* Tit. 21, §. 2.

Aurearius, In Charta *Ottonis I*, Imp. An. 950; ap *Hundium*, T. 1. *Metropol.* p. 227.

Aurifex, *Leg. Burgund.* l. c.

Bru-

Brunearius, i. e. Loricarum Confector; vid. cit. Charta Ottonis I.

Carpentarius, Leg. Sal. Tit. XI. §. 5.

Cuſtos Armorum, vid. *Tacitus* de Morib. Germ. Cap. 44. §. 4.

Faber ærarius, Leg. Burgund. l. c.

Ferrarius, ibid.

Molinarius, Leg. Salic. l. c. & *Aleman*, Tit. 98, §. 2, & *Longob.* lib. 1. Tit. 8, §. 29 & 30; & Tit. XI, §. 7.

Sartor, Leg. Burgund. l. c.

Sutor, ibid.

Venator, Leg. Salic. l. c.

Vinitor, vid. Teſtamentum *S. Remigii*, apud *Labbeum*, Tom. 1. Bibliothec. MS. p. 860 &c.

Pertinent huc tradita *à Lehmanno*, lib. 4. *Chron. Spirenſ.* Cap. 14, pag. 319. Ne de Servis dicam, quibus demandata ferarum & beſtiarum cura, quales erant:

Berbicarii, Paſtores ovium, *Leg. Alaman.* Tit. 98.

Bubulci, Paſtores boum; *Leg. Longobard.* lib. 1. Tit. XI.

Caprarii, Paſtores caparum, ibid. §. 7.

Cidelarii, i. e. Mellicidæ, *die mit den Immen umbgiengen*, de quibus cit. Charta *Ottonis I*; cui illuſtrandæ inſervit Mandatum *Henrici VII*, Imp. ad *Foreſtarios & Zeidlarios*, de Ann. 1310, apud *Goldaſtum*, T. I. *Conſtit. Imper.* pag. 319; præſertim Conſtitutio *Caroli IV*, de *Foreſtariis & Zeidlariis* de An. 1358, ibid. pag. 369. §. 1, ubi: *Omnes Officiales, Foreſtarii & Mellicidæ, qui Zeidlarii vulgariter nuncupantur &c.* Adhuc hodiè in Superiori Germania *Apiarios* vocari *Zeidler*, ex *Schottelii* Tract. de *Lingua Germanica*, lib. V, Tract. VI, pag. 1447, conſtat.

Cuſtodes Equorum, apud Gregorium Turonenſem l. c.

Hengiſtnoti, Cuſtodes Equorum admiſſariorum, *Hengſtknechte*, vid. Charta *Ludovici IV*, Regis Germ. An. 902, apud *Gewoldum* Tom. I. Addit. *Metropolis Hundii*, pag. 130, rectius *Hengiſtwoteri*, *Hengſtwarter*, in Charta *Henrici III*, An. 1039, ibid. pag. 147; corruptius, *Hengifonti*, in Charta *Conradi Salici*, An. 1029, ibid. pag. 142; aut *Hengiſturti*, ut in Charta *Henrici IV*. Imp. An. 1057, ibid. pag. 151; dicti à vocabulo *Hengiſte*, Equum admiſſarium, *einen Hengſt*, denotante, cujus mentio fit in Charta *Arnolfi* Imp. An. 898, Cœnobio Oetingenſi data, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3, pag. 62, verb. *Cum Curtilibus & ædificiis, famulis, & utriusque ſexus mancipiis, vineis & vinitoribus, cenſibus, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, cum foreſto ad Hengiſte, aquis, aquarumque decurſibus &c.*

Porcarii, Cuſtodes porcorum, *Leg. German.* Tit. X; *Salic.* Tit. XI, §. 5; *Alaman.* Tit. 98, §. 2; *Longobard.* lib. 1. Tit. 8, §. 29 & 30, & Tit. XI, §. 7.

Stotarii, cuſtodes equarum, *Stuttenknechte*; *Leg. Alaman.* Tit. 98; ad differentiam *Hengiſtwoterorum*; quamvis & per *Stotarios* equorum admiſſariorum cuſtodes intelligendos exiſtimet *Du Freſne*, voc. *Stotarius*, pag 968.

Vaccarii, Cuſtodes Vaccarum. *Leg. Alaman.* l. c. &c. &c.

Diverſa ſimiliter *Ruricolarum, Colonorumque* genera. Præcipui fuere:

Abſarii, i. e. qui *abſos*, ſeu *incultos agros*, colebant. Meminit eorum vetus Conſtitutio de *Feudis*, *Caroli Craſſi* nomen præ ſe ferens (de qua præced. Tit. 4, §. 3, lit. i, pag. 305) verb: *Manſionarius quinque ſolidos; Abſarius XXX. denarios; Bunatarius XV. ſuppleant.* In Diplomate *Ludovici Pii & Lotharii*, Imperatorum, de An. 828, apud *Mabillonium*, de *Re Diplomatica*, lib. VI, §. 72, pag. 516, & Dn. *Tenzelium*, in *Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Lindavienſis*, Append. I, §. 6, pag. 12, habetur: *Dedit igitur prædictus Vir Venerabilis, Hilduinus, ex rebus S. Dionyſii, una cum conſenſu Fratrum ſuorum, ad partem Fulcrici, ad proprium ad habendum, in Pago Andecavo, & interi uno, qui vocatur Vitlena, de Terra abſa, Bonuaria XV, & arpennos duos & dimidium.* Nobis *abſus eſt ein Acker, der bracb, oder ungebauet, lieget.* Vid. *Du Freſne*, voc. *Abſus*, pag. 29 &c.

Accolæ (Accolani, Acolabii) i. e. Coloni adſcriptitii, qui cum ipſo fundo tranſibant. Vid. *Du Freſne* voc. *Accola*, pag. 36; *Spelman* voc. ead. p. 7. Mentio eorum fit in Charta *Caroli Magni*, de An. 776, in *Chronico Laurishamenſi* apud *Freherum*, T. 1. *Rer. German.* pag. 60, ubi: *Nec ad homines ſuos, tam Ingenuos, quam & ſervientes, ſeu Accolas, ipſius Monaſterii diſtringendum &c.* Add. Traditio *Bonorum in Muneriberſtad*, lib. 2. *Tradit. Fuldenſ.* §. 13, apud *Piſtorium*, p. m. 500: *Quicquid ibidem ad nos noſcitur perveniſſe, tam terris, domibus, ædificiis, accolabiis, mancipiis &c.* & in alia; in Pago *Alſecinx*, ibid. §. 26, pag. 504: *Cum terris, domibus, ædificiis, accolabiis, mancipiis &c.* & in alia Abbatiſſæ *Embildæ*, ibid, §. 38, pag. 510; *Cum domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, pratis, paſcuis &c.* Paſſimque alibi:

Advocatici, i. e. Qui jure Advocatico alicui ſervitiis erant obnoxii. Vid. Charta *Ludovici* C. P. R. Ducisque Bavariæ, an. 1266, Cœnobio *Fürſtenfeldenſi* data, apud *Gewoldum*, Tom. 2, Addit. *Hundii Metropol.* pag. 328, verbis infra occurrentibus.

Aldii, ſeu *Aldiones*, i. e. Liberti facti, cum impoſitione tamen certarum operarum. Frequens eorum mentio in *Lege Longobardica*, apud *Goldaſtum*, in

Conſuetudinibus Imperialibus, v. g. lib. I, Tit. VIII. p. m. 15. Rubr. *De Plagis aut feritis* ***Servorum****, vel* ***Aldiorum***. Fuiſſe vero *Servos ab Aldiis* diſtinctos, patet ex eadem Lege, lib. I, Tit. VIII, §. 30, pag. 16: *Omnes verò plagæ, aut feritæ, tam de* ***Aldiis****, quam de* ***Servis Miniſterialibus****, ſeu de* ***Servis Ruſticanis****, atque* ***Aldiis & Ancillis****, quæ evenerint, per hunc tenorem, ſicut ſupra conſtitutum eſt, finiantur &c.* Conf. ibid. Tit. XII, §. 1, pag. 22, ubi: *Si quis* ***Aldium*** *alienum occiderit, componat Solid. LX &c.* §. 2. *Si quis* ***Servum Miniſterialem probatum*** *--- aut doctum domi occiderit, componat ſolid. L. de alio vero* ***Servo Miniſteriali*** *--- componat ſolidos XXV &c.* & §. 3: *Si quis* ***Servum*** *alienum* ***ruſticanum*** *--- occiderit, componat ſolidos XVI &c.* nec non l. c. Tit. XXVI, §. 61, pag. m. 37: *Si* ***Aldius*** *cujuscunque in caſu alterius, neſciente Domino ſuo, fugerit, cum inventus fuerit, ſic debeat dare homo ipſe, qui eum habuerit,* ***operas****, quomodo de* ***Servo*** *&c.* Unde patet ſimul, *Aldiones* ad certas operas fuiſſe adſtrictos. It. Lib. 2, Tit. XII, §. 10, pag. 53; *Si* ***Aldius*** *cujuscunque* ***Aldiam alienam*** *tulerit in uxorem, aut* ***Servus****,* ***Ancillam*** *&c.* Add. Charta *Henrici S.* An. 1024 (1014) Novarenſi Eccleſiæ data, apud *Baronium*, Tom. XI, Annal. ad Ann. 1014, §. 8. pag. 51: *Cum* ***Servis & Ancillis****,* ***Aldianibus & Aldianis*** *utriusque Sexus &c.* Plur. *Du Freſne* voc. *Aldius, Aldio, Aldioner*, pag. 130. *Spelman*, voc. ead. p. 26 &c.

Barſchalci, i. e. Servi liberi, ſeu Coloni liberi, quales hodie forſan *Friſaſſi*, in *Hadeleria, Ducatu Bremenſi*, alibique. In Diplomate *Ludovici IV*, Regis, Ann. 902, Eccleſiæ *Friſingenſi* ſcripto, apud *Gewoldum*, Tom. I. Addit. *Hundii Metropolis*, pag. 130, audiunt: ***Parſchalci***, ibi: *In proprium delegamus, cum curtibus & caſis, aliisque ædificiis, Familiis, utriusque ſexus mancipiis,* ***Parſchalcis****,* ***Sindmannis****,* ***Hengiſtnotis****, cenſibus, campis &c.* Eandem lectio, in Diplomate *Conradi Salici*, Ann. 1029, ibid. pag. 142: *Cum Caſtellis, vel vicis, cum curtibus & caſaliis, ædificiis, familiis, & utriusque ſexus mancipiis,* ***Parſchalcis****,* ***Sindmannis****,* ***Hengiſontis****, cenſibus, & capiticenſibus, aquis, campis &c.* nec non in Charta quadam donationis An. 1107, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, pag. 131: *Notificamus, qualiter duæ couterinæ ſorores,* ***Adelbert*** *ſcilicet, &* ***Tuta****, ſub libera* ***Parſchalcorum*** *conditione conſtitutæ, prædium ſuum,* ***Wolveſgrube****, rogatu Cadelbohi Presbyteri, S. Mariæ Garzæ --- delegaverunt &c.* *Ottoni Magno*, in Diplomate An. 940, in favorem Eccleſiæ S. *Emerani* Ratisbonenſis, edito, apud *Gewoldum* l. c. pag. 372, vocantur: ***Parſcalchi***, verb: *Cum omnibus ad eundem locum & foreſtum jure legitimeque pertinentibus mancipiis utriusque ſexus, & aurcariis, cidelariis,* ***Parſcalchis****, manſis, terris, cultis & incultis &c.* In Ejusdem Diplomate, Ann. 950, Eccleſiæ Ratisbonenſi dato, apud *Hundium*, T. 1. *Metropolis* pag. 227, nuncupantur: ***Barſcalki***, ibi: *Cum omnibus --- curtilibus, mancipiis utriusque ſexus, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, piſcationibus, manſionariis,* ***Barſcalkis****, aureariis, Bruniariis, cidelariis, molendinis &c.* *Philippus* Imp. an. 1199, in Diplomate, quo Jura, Privilegia & poſſeſſiones Eccleſiæ Salisburgenſis confirmat, apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, pag. 78, nominat eos: ***Parſcalcos***, ibi: *Cum curtilibus omnibus, ædificiis, campis --- mancipiis quoque pluribus utriusque ſexus,* ***Parſcalcis****, cum omnibus cenſibus &c.* aſt in alio, ejusdem anni, eandem in rem vulgato, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, pag. 179; ***Barſcalcos***, ajens: *Mancipiis quoque pluribus utriusque ſexus,* ***Barſcalcis****, cum omnibus cenſibus in ſalina &c.* *Du Freſne*, hac voce, pag. 49?, inquit: ***Manſi Barſcalci*** *videntur eſſe* ***Colonorum liberorum****, diverſi à* ***manſis ſervorum****, ſeu qui à ſervis coluntur. Vox deducta à* ***Bar****, vel* ***Baro****, i. e.* ***Homo liber****, &* ***Schalck****,* ***ſervus****, quaſi Barſcalci fuerint homines mediæ conditionis inter liberos & ſervos &c.*

Bondi i. e. Qui, pactionis vinculo, in ſervitutem ſe dedere; ad differentiam *nativorum*, & *villanorum*; dicti, à voce *Bund*, ſeu *vinculo*. Vid. *Spelman* Gloſſ. voc. *Nativus*, pag. 426. *Bondos* verò & *Nativos* quandoque ſynonyma eſſe, docet *Thomas Walſingham*, in *Richardo II*, pag. 247: *Ruſtici namque, quos* ***Nativos****, vel* ***Bondos****, vocamus &c.* Unde ſua *Du Freſne*, voc. *Bondus* pag. 582, addens, Danis vel adhuc *ruſticum* vocari *Bonde*; Hinc ***Fribunder***, Liberi coloni, ut auctor eſt *Iſaacus Pontanus*, in *Chorograph. Daniæ*.

Bonnarii, ſeu ***Bunnarii***, It. ***Bunatarii***, ***Bonnuarii*** *&c.* Quales hodiè *die Gartner &c.* Qui *Bonnarium*, id eſt, modum agri certis limitibus, ſeu bonnis, definitum, colebant. Vid. *Du Freſne* voc. *Bonnarium*, & *Bunnarius*, p. 586 & 587; *Spelman*, Gloſſ. voc. *Bonna*, pag. 85, & *Bunuarium*, pag 91. In Diplomate *Ludovici Pii & Lotharii*, de Ann. 82 , apud *Mabillonium* de *Re Diplomat.* lib. 6, §. 72. pag 516, & *Tentzel, Vindic. Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, Append I. § 6, pag. 12, legitur: *De Terra abſa,* ***bonuaria*** *quindecim, & aipennos duos & dimidium &c.* &, paucis interjectis: *de rebus propriis, manſum unum, cum ſuperpoſito, vel ceteris adjecentiis, habentem inter ſellam & pratum, ac teram ara-*

arabilem, bonuaria decem & ſeptem &c. In alio laudati Imperatoris, *Ludovici Pii* An. 839. quo commutatio prædiorum quorundam inter Abbatem Dionyſianum & Abbatiſſam Jotrenſem confirmatur, apud *Mabillonium* l. c. §. 80. pag. 525. & *Tenzelium* l. c. §. 15. p. 35. habetur: *In Villa, quæ vocatur* **Cuciacus**, *curtiles II. habentes, inter ipſos curtiles & vineam, plus minus bunuarium unum & ardennum unum; inter terram arabilem & pratum ac concites,* **bunuaria XI** *& arpennum unum ---- de rebus S. Dioniſii, curtiles tres, habentes, inter ipſos curtiles & vineam, plus minus* **Bunuarium** *unum & dimidium, inter pratum & terram arabilem,* **bunuaria XI.** *& arpennum unum &c.* Apud *Hincmarum*, Tom. 1. Operum, in Capitulis Synodicis, an. 852. Presbyteris datis, Cap. 2. §. 2. p. 716: *Inquirendum: Si* (Presbyter) *habeat Manſum, habentem* **Bannuaria** *XII. præter cœmeterium & cortem &c.* In Charta An. 1167: apud *Miræum*, lib. 2. *Donat. Belgic*, c. 54: *Quatuor bunarii Terræ, & dimidius ſilvæ &c.*

Capitales, i. e. Manumiſſi, ſub conditione annui cenſus, de *capite* ſolvendi; vel etiam præſtandi ſervitii, aut operarum. Vid. Charta *Henrici*, Comitis Trecenſis, an. 1179. in Tabulario Campaniæ Thuano, fol. 298. referente *Du Freſnio* l. c. voc. *Capitales*, p. 800; ***Capitales*** *homines cenſum capitalem, debitum Dominis ſuis, perſolvent &c.* ubi ſimul alia, huc facientia. Conf. idem, voc. *Homines de Corpore*, pag. 764. verb: ***Homines de Corpore***, *ſervituti glebariæ obnoxii, qui cenſum debent de capite; capite cenſi &c.* nec non voc. *Manumiſſio*, pag. 413 Spectat huc etiam locus *Leonis Oſtienſis*, lib. 1. *Chron. Caſſinatenſis*, Cap. X. pag. m. 122 & 123: *Vir quidam Nobilis atque ditiſſimus Beneventanæ Civitatis, Leo nomine, ſe ipſum, & omnia ſua, tam mobilia, quam immobilia, in hoc Monaſterio tradidit --- Servos quidem & ancillas ſuas omnes primitus, per cartulam, libertate donavit. Poſtmodum verò eosdem omnes, ita ut liberi erant, ſimul cum curtibus propriis, & cum omnibus pariter quæ ipſi poſſidere videbantur, ſub prædicti Monaſterii poteſtatem redegit, condicione videlicet hujusmodi: Ut ſinguli eorum quatuor per menſem operas, ubi neceſſarium eſſet, Monaſterio facerent; res eorum, qui ſine liberis defuncti fuiſſent, niſi inter ſe vendere, aut donare illis liceret. Pueros tamen, ſive puellas eorum, alicui ad ſerviendum tradere, utpote liberos, Monachis fas non eſſet &c.* ut & ille, l. c. Cap. XIV. pag. 135: *Servos autem ſuos, & ancillas omnes, libertate donavit, ſub dicione tamen & tutela Monaſterii hujus, ita, ut per ſingulos ſingulas operas annualiter, ubi noſtri ordinati præciperent, exercerent &c* nec non l. c. Cap. XIX. pag. 149: *Servos etiam ſuos omnes liberos ſtatuens, tres per menſem operas noſtris ordinatis, in loco, quo habitant, exercere conſtitui: &c.*

Capitecenſi, i. e. Qui cenſum Capitis Domino ſolvebant. In diplomate *Henrici III.* An. 1039. *Nikero* Friſingenſi dato, apud *Gewoldum*, T. 1. Addit. *Hundii Metropolis* p. 147. habetur; quod confirmentur Eccleſiæ Friſingenſi omnia jura & traditiones & commutationes, cum *utriusque ſexus mancipiis, Marſchalcis, Sindmannis, Hengiswoteris,* ***Cenſibus & Capiticenſibus***, *agris, campis &c.* Conf. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Capitecenſus*, pag. 804. ibique verba *Chartæ Communiæ Faræ* an. 1207. apud *Thomaſſerium* pag. 438: *Statuimus etiam, ut* ***Homines Capitecenſi Dominis ſuis Cenſum Capitis ſui*** *infra terminos Pacis tantum perſolvant &c.*

Caſati, i. e. Qui habitaculum, cum certa portione terræ, ſufficiente uni Familiæ alendæ, habebant. Vid. *Du Freſne*, voc. *Caſata*, pag. 866; *Spelman*, voc. ead. pag. 127. In ultimæ voluntatis *Caroli Magni* tabulis, apud *Pithœum*, *Scriptor. Rer. Franc.* pag. m. 286. art. 6. legitur: *Præcipimus, ut nullus ex his tribus Fratribus,* (Carolo, Pipino, Ludovico Pio) *ſuſcipiat de Regno alterius, à quolibet homine, traditionem vel venditionem rerum immobilium, h. e. terrarum, vinearum atque ſilvarum,* ***ſervorumque qui jam caſati ſunt*** *--- nec non & mancipiis non caſatis &c.* In Chartis donationum & venditionum apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquitatum Alamannicarum*, Part. 1. frequens *Caſatorum* fit mentio, v. g. in Charta III. p. 26: ***Caſatos*** *tres, his nominibus;* ***Ragingerius***, *cum ---- Uxore* ***ſua, Faſtrata***, *& filio eorum,* ***Wolfrido***, *& ſervo* ***ejus, Iſamberto***, *& alio ſervo,* ***Woto*** *&c.* & Charta XXXIX. p. 37: *In Villa, quæ dicitur Centoprato, caſatos duos, cum omnibus adjacentiis, vel adpendiciis eorum, ſed unum infantem inde ingenuum taxavimus &c.* Rurſum, in Charta LXIX. p. 48: *Non eſt incognitum, quod* ***Managoldus***, *pro remedio animæ fratris ſui,* ***Hugiberti, Caſatum*** *unum, cum hoba ſua, ad ſupradictam Eccleſiam* (S. Galli) *tradidiſſet &c.* Iterumque, Chart. LXXXVII. pag. 54: *Ego* ***Ruothaus***, *complacuit mihi, ut aliquam Baſilicam ædificarem, in honorem Dei & S. Galloni, quod eſt conſtructa in Pago* ***Burichincas***, *in Villa Willimundincas, quod ita & feci, & dotavi eam* ***Caſatibus*** *Octo, & ſimiliter hobas duodecim, & mancipia &c.*

Cenſuales, i. e. Qui, de agris ſuis, *(Zinß-Gütern)* certum cenſum ſolvere tenebantur. In Charta *Grimaldi*, Abbatis S. Galli, apud *Goldaſtum* Tom. 2. *Antiquit. Alaman.* Part. I. §. 71. pag. 49. dicitur: *Convenit Nos, una cum conſenſu Fratrum noſtrorum, & Advocati, Emichonis, ut in conceptione, quæ ſita eſt in mar-*

Digitized by Google

[illegible] *Wangon, prope Argunam Aquiloniorem, in utraque* [illegible] *aquæ, Reodolti filio, i. e. Purchardo, & omni* [illegible]*ſteritati ejus, hobas tres dare deberemus: quod ita &* [illegible]*ecimus, ea videlicet ratione, ut Dominum non habeat, niſi Abbatem, qui praeeſt Monaſterio S. Galli, & ad illos Fratres, annisque ſingulis cenſum inde perſolvant, i. e. ſolidum unum, in quocunque pretio potuerint &c.* Conf. ſequentes chartas 72 & 73. pag. 49. &c. It. 78. pag. 51: *Pluribus cognitum eſſe ſperamus, qualiter duo Germani Fratres, Arnolt & Altini, filii Herimoti & Uttenwilare, proprietatem ſuam, quiequid ex paternica hæreditate, vel ex conquiſitione eorum, habuerunt, totum & integrum nobis, Grimaldo Abbati, & Hartmoto, vel Advocato noſtro, Tagaberto, in manus noſtras condonaverunt, nihil e contra poſtulantes, niſi tantum, ut easdem res illis, & legitimæ poſteritati eorum, in beneficium concederemus, vel in cenſum. Quapropter ego Grimaldus --- easdem res illis in beneficium & in cenſum conceſſimus ipſis, & cunctæ legitimæ procreationi eorum, i. e. ut, annis ſingulis, inde cenſum perſolvant, i. e. aut ſex denarios, vel tres maldras de grano, ipſi, & universa legitima poſteritas eorum, ſub eodem monaſterii dominio deinceps firmiter conſiſtant, & equitent, ubicumque eis præceptum fuerit.* In Fundatione Monaſterii *Bebenhuſani*, eidemque conceſſis à *Rudolpho*, Comite Palatino *Tubingenſi*, An. 1191. Privilegiis, Tom. 1. *Documentorum Würtenbergicorum*, pag. 358. legitur: *Ordine Cyſterciense, per auctoritatem Dn. Heinrici Imperatoris, qui tunc Patre* (Friderico Barbaroſſa) *defuncto, in Imperium ſucceſſerat, feliciter* (Ordini Præmonſtratenſi) *ſubrogato, locum illum, & omnes Homines Cenſuales, ad ipſum pertinentes, cum poſſeſſionibus ſuis, ab Advocatoria ſimul, & ab exactoria conditione, qua Nobis tenebantur --- penitus emancipavimus &c.* Conf. *Cruſius*, Part. 2. *Annal. Suev.* lib. 11. c. 1. Inter Privilegia *Friderici II.* Imp. An. 1230. Civitati *Ratisbonenſi* data, apud *Hundium* Tom. I. *Metropolis*, pag. 240. & hoc habetur: *Si Homo, qui Cenſualis dicitur, continuam fecerit in Civitate reſidentiam, jura Civitati conſervando in dandis collectis, & aliis, quæ à Civibus ſtatuuntur, nulla poſtmodum exhibebit Domino ſervitia per coactionem, ſed tantummodo perſolvat cenſum &c.* Add. Diploma *Henrici VII.* Imp. de Ann. 1309. quo Monialibus *Pfullingenſibus* permittit, ut Bona cenſualia per commutationem æquivalentem, comparare queant, Tom. 2. *Documentorum Würtenbergicorum* Monaſterii *Pfullingenſis*, §. XI. p. 343: *Cum Eccleſia Parochialis S. Martini in Pfullingen, quosdam, tam ibi, quam alibi, Homines habeat Cenſuales, Gnotz vulgariter appellatos, Nobis & Imperio, jure Advocaticio, vel dominii, pertinentes, qui bona ſua immobilia, quæ poſſident, nulli, niſi uni ex eis, qui* Gnotz *dicuntur, dare, tradere, vendere, ſeu quocunque modo alio, alienare poſſint, niſi equivalentia, vel meliora bona, dentur & aſſignentur prefatis Hominibus in reſtaurum &c.* & Charta *Ludovici V.* Imp. An. 1331. ibid. § XIII. pag. 346: *Quia honorabiles perſoneque Religioſe, Abbatiſſa & Conventus Monaſterii S. Cecilie in Phullingen, Ordinis S. Clare, à nonnullis Viris cenſualiter de Parochia D. Martini in Phullingen, qui vulgariter* Gnotz *appellantur, ſibi, & ſuo Monaſterio, bona quedam immobilia acquiſierunt, rationabili & equivalenti, diſcretorum arbitrio, commutatione conpenſantes, quanquam talibus,* Gnotz *vocatis, non liceat, niſi invicem inter ſe, de ſuis immobilibus contraire, commutare, aut alienare, abſque beneplacito Romanorum Regis & conſenſu &c.* nec non *Rudolphi*, Com. Pal. *Tubingenſis*, conceſſio jurium, Cœnobio *Blabeurenſi*, in Oppido Cognominis fruendorum, anno 1267. facta, ibid. Tom. 1. pag. 919. verbis infra occurrentibus, & Adnotator ad Chartam *Eberhardi* Würtenbergici, de Anno 1471. §. XVI. lit. a. p. 356. Hinc *Terra Cenſualis*, Lib. 3. *Legis Longobard.* Tit. VIII. de *Terris Tributariis & Beneficiis*, §. 3. apud *Goldaſtum*, in *Collectione Conſuetudinum Imperialium* p. 94: *Si quis Terram Cenſualem habuerit, quam Anteceſſores ſui ad aliquam Eccleſiam, vel ad Villam noſtram, dederint &c.* Conf. *Capitul. Caroli M.* lib. 4 Cap. 39; *Hugo Flaviniacenſis, in Chronico Virdunenſi*, ad ann. 1098. apud *Labbeum* T. I. *Bibliothecæ MS.* p. 243. &c. de Origine *bonorum cenſiticorum*, agit *Fritſchius*, de *Jure Pagorum*, Cap. VII. §. 3.

Centenæ i. e. Fiſcalia prædia colentes. In Capitulari de *Villis*, cap. 62: *Quid de liberis hominibus, & centenis, qui partibus Fiſci noſtri deſerviunt &c.* Vid. *Du Freſne*, voc. *Centena*, p. 925.

Coloni i. e. alienum agrum locatum tenentes, ac debentes conditionem genitali ſolo, propter agriculturam, ſub dominio poſſeſſoris, pro eo, quod iis locatus eſt fundus. Ita *Iſidorus*, lib. 9. c. 4. &, ex eo, poſt *Papiam, Du Freſne* voc. *Colonus*, pag. 1064. Non omnes autem *Colonos* fuiſſe *ſervos*, ſed & *liberos*, ex *Lege Alaman.* Tit. 9. diſcimus, ubi: *Quicunque liberum Eccleſiæ, quem Colonum vocant, occiderit &c.* & Tit. 23. §. 1: *Liberi Eccleſiaſtici, quas Colonos vocant &c.* Vid. *Du Freſne* l. c. p. 1065. *Spelman.* voc. ead. pag. 138. dividebantur inſuper in *Eccleſiaſticos* & *Fiſcales*, prout vel *Eccleſiarum* vel *Fiſci* prædia excoluerant. Vid. *Du Freſne* l. c. p. 1066. Hinc *Colonia*, ſeu agri portio, ad unius coloni penſum deſignata. Vid. *Spelman.* l. c. & *Colonaticum*, ſeu *Colonitium*, i. e. ſervitium, quod colonus Domino præſtare tenetur, apud *Du Freſne* l. c. pag. 1066. & 1067: &

Ce

Digitized by Google

Colonaria mancipia, i. e. Mancipia coloniis addicta. *Du Freſne* l. c. pag. 1067. In Diplomate *Ludovici IV.* de Ann. 900. quo Corbejenſia Privilegia confirmantur, apud *Schatenum*, lib. 3. *Annal. Paderborn.* p. 237. legitur: *Homines ejuſdem Eccleſiæ, Liti & Coloni, & Rectores ipſius Monaſterii, in expeditionem cum ſuis hominibus, ire non cogantur &c.* Rurſus, in Confirmatione eorundem Privilegiorum, *Conradi* Regis, An. 913. ibid. pag. 245: *A nullo --- Comite --- Coloni eorum, & Liti ad Juſtitiam faciendam, aliquo banno conſtringantur.* Quæ *Henricus* Rex Ann. 922. totidem verbis repetit, l. c. pag. 258; æque ac *Otto Magnus*, An. 936. ibid. pag. 277. In alio Diplomate *Ottonis* hujus, An. 937. *Adaldago* Hamburgenſi dato, apud *Lindenbrogium*, §. 7. *Privilegiorum Hamburgenſium*, pag. 130; *Maderum*, in Appendice *Adami Bremenſis*, §. X. pag. 207. & *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* p. 740; habetur: *Si vero aliquis ex Libertis, voluerit Jammundling, vel litus, fieri, aut etiam colonus, ad Monaſteria ſupradicta, cum conſenſu cohæredum ſuorum, non prohibeatur à qualibet poteſtate &c.* & in alio, ejuſdem anni Eccleſiæ Magdeburgenſi tradito, apud *Sagittarium*, in *Antiquitatibus Archi Epiſcopatus Magdeburgenſis*, §. 49. p. 21: *Ad Eccleſiam, quam in Magdeburg conſtruximus --- in proprium damus, h. e. in Pago Norturinga, in Comitatu Chriſtanl, in Germersleve, XII. Familias Colonorum, & in Wolmersleve LXIII. Familias, inter Servos & Litos --- in eodem Pago, in Comitatu Dithmari, XII. Familias Sclavorum, in Villa Buchow; & in Magdeburg, una curtis & territorium & tres Familias Colonorum, --- & in Knobartesdorp, Familias Litorum duas, & in Otterslebe Familias tres, & in Suldorp quatuor Familias Colonorum, & in Magdeburg quatuor Familias Servorum &c.* Hic ſemper *Liti, Servi, Coloni*, à ſe invicem diverſi. Varia & olim jam *Colonorum* conditio fuit, juxta ſcil. contractuum formulas, cum *colonis* initorum, qualem v. g. produnt verba Diplomatis *Adalberonis* Hamburgenſis, de *Diviſione Paludis Auſtralis in Santou*, An. 1143. apud *Lindenbrogium* l. c. §. 43. pag. 153: *Notum ſit omnium turbæ fidelium --- qualiter & Nos, & Domina Duciſſa Gertrudis, & filius ſuus, Henricus Puer, Dux Saxonum, una cum Fideli Noſtro, Alberto-Marchione, Illuſtri Principe, paludem Auſtralem, ſcilicet villis iſtis, Santon, Strabelinghehuſen, Ochtmunde, Has bergen, conterminam, æqua inter Nos portione diviſimus, & ab omni, tam Nobilium, quam Miniſterialium, ſeu Ruricolarum appellatione, liberam factam, habitatoribus excolendam dedimus: melius & utilius æſtimantes, Colonos inibi locari, &, ex eorum labore, fructum nobis provenire, quam incultam, & pene inutilem, eam permanere. Erat autem nobis hæc cum Colonis illis conventio: Ut (1) quotquot ibi manſi habeantur, totidem nobis, à poſſeſſoribus eorum, quolibet anno, denarii perſolvantur, quo prædium non ſuum, ſed Eccleſiæ & Noſtrum eſſe, profiteantur, & (2) decimam frugum, & porcellorum, & anſerum, ovium & caprarum, atque apum examinum, ſecundum uſum Terræ noſtræ, dare non negligant; ſed & (3) poledrum denario, & vitulum dimidium redimant. (4) Concedimus etiam, ut, ad honorem Dei, Eccleſiam conſtruant &c. (6) In Placitis ſecularibus eum, quem ſibi præfecimus, audiant, & (6) defunctis patribus, tam filiæ, quam filii eorum, allodia pari diviſione ſuſcipiant. (7) Tribus etiam annuatim diebus, ad placita ſui Advocati, ex condicto veniant, & bannum, pro quolibet ſuo commiſſo, tantum quatuor ſolidis redimant. (8) Si quis ad nos liber intraverit, & ſe ſicut eſt, liberum profeſſus fuerit, libertate ſua, ſi velit, utatur. Sin autem, niſi prius relectis bonis, nequaquam alius quam Eccleſiæ proprius fieri permittatur. Si vero aliquis (9) ſe Servum fecerit, prædio ſuo careat, &, ad uſum Archi Epiſcopi, illud, abſque contradictione, proveniat. (10) Similiter, qui venerit, & ſe ſervum eſſe non negaverit, hæres ejus in ſuſcipiendo matrimonio illi ſuccedere poterit; qui ſi defuerit, Dominus ejus, ad ſuſcipiendam hæreditatem ſuam, omnino excluſus ſit, ſed Archi Epiſcopus illam accipit. (11) Porro, qui, cum ſit ſervus, ſe liberum eſſe jactaverit, & in hoc mendax probatus fuerit, ad Dominum ſuum, cum ſupellectili propria, ſi repetitur, revertatur; & terra, quam habuit, ad Archi Epiſcopum, ſine repenſatione pretii, redigatur. (12) Si quis ancillam alterius, niſi Eccleſiæ, duxerit, hæreditas illius filiis ac filiabus ſuis, non provenit. Similiter (13) & fœmina, quamvis libera, ſi alicujus Viro proprio, niſi Eccleſiæ, nupſerit, quia ſe quoque ſervituti obnoxiam fecit, Viro ſuo adhæreat, & prædium Eccleſiæ relinquatur. (14) Præterea, ſi aliquem prædia ſua, ut ſæpe neceſſitatis cauſa ſit, vendere velle contigerit, primum Archi Epiſcopo ſe, ſicut ſi alius comparare velit, exhibeat; quod ſi noluerit Archi Epiſcopus, alii cuilibet emere licebit, attamen, & quod is, qui vendidit, annuatim ſolvit, & hunc ſolvere poſtmodum oportebit &c.* Hic habes *Colonos, liberos* pariter & *ſervos*, variis legibus conſtrictos.

Curmedales, i. e. Qui curmedalia prædia à Domino conducta colebant, *Hofheurige, oder vom Hoff gemiethete Güter*; Cur enim, *Curiam Dominicalem*; & *mede*, ſeu *Miede*, aut *Miethe*, denotare mercedem, à conductore præſtandam, poſt *Wehnerum*, *Obſervat. Pract.* voc. *Curmede* pag. m. 79. *Edit. Schilteri* Ann. 1701. Ampliſſ. Dn. *Ludwig*, in Diſſ. de *Colonis adſcriptitiis*, ſuperius laudata, Cap. VI. §. 4. lit. r & s. & t. pag. 31 & 32. abundè demonſtravit, illuſtrandæ rei, ſubjiciens lit. t. pag. 32 & 33. ex *Lamberti Gorſii*, No-

viomagenſis Syndici, *Adverſariis Juris ſubſciſivis, ad lucem Conſuetudinis Geldriæ & Zutphaniæ*, Tract. 3. Part. I. c. 13. n. 17. Diploma *Arnoldi*, Geldriæ Ducis, de An. 1437. ſic ſe habens.

Wy Arnold, van der Ghenaden Gods, Hertoye van Gelre, ende van Gulich, ende Greve van Zutphen, doen kont: alſoo Gerrit Oeldinck, onſe Eyghen - Hoff-Hoirighe Man, is in Onſen Hoff tot Hengloe, van ſynen Goede te Oeldink; ende als Johann Oeldinck, zyn Broder, onſe Kærmediſch is; (Fratrum alter erat Homo proprius, & alter Curmedalis) *ſoo bekennen Wy, voor Uns, onſen Erben, ende Nackkomelingen, dat Wy Gerrit Oeldink van der Eygenſchap voorſcreven, ende Johan Oeldinck, van der Koirmoidſchap, quytt geſcholten hebben, ende quytt ſchelden ſy daeraf, met deſen Brieve, van nu voortaen, ten eewighen Daghe. Toe Ende hebben de vorgemelde Bruder videromne ontfangen ton onſe Vrye Dienſt-Luyden. Voort ſoo hebben vy dat voorſcreven Goed Oeldinck ock gevryet van der Hoirigheyt, ende Eyghenſchap, wegen (von der Leibeygenſchafft des Beſitzers) daer af gemackt onſe Erff-Thins-Goet (daraus gemacht Unſer Erb-Zinß-Gut) ſoo, dat ſol hebben alle alſulker Rechten, als andere onſe Thins-Gæder; behelteljk ons, ende den vorghemelten onſen Erven, ende Naeckomlingen, jaerlich uyt den vorſcreven Goede, ſes Pont te rechten Erffthins, alſulcx Gelts, als wy van aldes gheboirt hebben, alle Jaer in onſem Hoff te betalen &c.* Non ſemper verò eadem Curmedalium poſſeſſoribus fuit conditio; tenebantur ſinguli conventionum legibus, nunc duriorum, nunc mitiorum, prout ſcilicet domini duriores vel mitiores in Curmedales Clientes fuerant. Vid. Dn. *Ludwig* l. c. §. 6. lit. u. pag. 33 &c. Erant autem olim Domini Curmedialium Conductorum coheredes, quare & ipſum *mortuarium Goriſius* l. c. §. 10. *Curmedam* appellat, inquiens: *Curmediales habentur ex hominibus propriis nati: qui tamen ipſi jam eadem deſeruerunt; ſic dicti à Curmeda, quam, his defunctis, Domini percipiunt, vel ex rebus animatis, quæ Lebendige Churmede; vel ex veſtimentis, aliisve rebus inanimatis, quæ ſimpliciter Curmede, optimam, aut huic proximam, quod & unum optimum Majores noſtri dixerunt.* Nec definitum erat, quantum Domino obvenerit, cuncta enim ab arbitrio avari, an benigni Domini, pendebant, qui optimum ex hereditate, *das beſte Stück*, auferre, vel de ſingulis rebus hereditariis partem ſibi vindicare, veluti de bobus, vaccis, vitulis, ovibus &c. vel certam pecuniæ ſummam, à curmedali ſucceſſore ſibi præſtandam, definire poterant; de quo abuſu inſpiciendum Diploma *Henrici*, Ducis Brunſ. & Luneb. Ann. 1433. *des Sontages, alſe man in der Hilligen Kercken ſinget: Vocem Jucunditatis &c.* promulgatum, apud *Juſtum Georgium Schottelium*, Tract. *de Singularibus quibusdam & antiquis in Germania Juribus*, Cap. 2. *von dem Baulebungs Recht*, §. 13. pag. 48 &c. quod & Dn. *Ludwig* l. c. §. 7. lit. a. p. 25 &c. integrum transſcripſit; inde huc faciunt: *Alſo, dat we de ſonderlicke ſchweren Buwleninge, unde Buwdelinge* (de quarum vocum ſignificatione multa *Schottelius* l. c. §. 19 & 20. pag. 55 &c.) *hirvan up geropen, unde aſte gedaen hebben, ſo ſin geweſt van Rechte, edder van redlicker oder unredeliker Wonheit, edder van drangen, dat me der nicht mehr handlen ſchal, wedder van Unſer, Unſer Prelaten, Unſern Manne, oſte gantzen Landes wegen; unde ſetten unde willen, dat we, unſe Prelaten, Manne, unde alle diejenige, de in Unſe Herſchop hebben Eigen Lüde, oder Laten, ſe ſin Mannes, oder Frowen Künne, by orem Levende, to Beddemunde nicht mehr nehmen, odder van ohrentwegen nemen, edder eſchen laten ſchullen, boven dat, alſo ſo von Olders wegen gegeven hebben, und darboven nicht ferders beſchweren. Verner, ſetten und willen we, dat we, unſe Prelaten, Manne, und alle dejenne, de in Unſer Herſchop hebben Eigene Lüde, oder Laten, ſe ſin Manne, edder Frowen Künne, dat nemande, na orem Dode, van eren Erven, mer nemen, edder van oren wegen nemen, eſchen oder ſchatten laten, wan dat Stücke negſt dem beſten, da bi deme Doden beſtorven was, dat ſine was; unde weme dat van Rechte bæren mag, de mag dat, uth des Doden nagelaten Gude, keſen &c.* Nec fas erat *Curmedalibus*, invito Domino, prædia ſua deſerere; vid. Dn. *Ludwig* l. c. §. 8. lit. b. pag. 37 &c. Præter quod annuo cenſu Dominis teneantur, nullo tempore præſcribendo; Vid. l. c. §. 11. lit. i. & k. p. 41 &c.

Eccleſiaſtici, vid. *Kloſter-Leute.*

Emphyteuticarii, i. e. Qui Prædia ruſtica, vulgò *Erb-Zinß-Güther*, ſub quadam utilis Dominii ſpecie, poſſident, indeque, in recognitionem Dominii, certum canonem Domino Directo annuatim præſtant. Vid. *Fritſchius*, de *Jure Pagorum*, Cap. VII. §. 2. *Beſoldus*, Theſ. Pract. voc. *Erbleben*, pag. 238. &c. & voc. *Zinß-Leben*, p. 1028. ibique *Dietherr*, in Addit. *Struvii Juriſprudent. Romana Forenſis*, lib. 2. Tit. XII. pag. 125. & Commentatores omnes ad Lib. IV. Cod. Tit. LXVI. de *Jure Emphyteutico.*

Emptitii; qualis erat *Rhadoinus* ille, cujus mentio fit in Charta *Waringili* Cancellarii, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquit. Alaman.* Part. 1. §. 29. p. 34. *Accipio à vobis ſervum, nomine Rhadoinum, ad taxatum pretium, coram teſtibus &c.* ut & *Illo*, de quo in Formula *Iſonis*, ibid. §. 34. pag. 35: *Ego, in Dei nomine, Illa - - trado ad Monaſterium S. Illius mancipia totidem, quorum hæc ſunt nomina &c. Sed extra, hos, unum ſervum emptitium nomine Illo &c.* & in ejus-

Digitized by Google

ejuſdem Formula, l. c. §. 66, pag. 47, ubi rurſus: *Extra hos, unum ſervum empticium &c.* Conf. infr. voc. *Venditi.*

Fiſcalini, i. e. Homines *Regii*, prædia Fiſci ſeu Principis deſervientes, eiq; quodammodo addicti. Vid. *Vadianus*, de *Monaſteriis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alaman.* pag. m. 55; & in Epiſtola, de *Obſcuris Alamannicorum verborum ſignificationibus*, ad *Bullingerum*, ibid. Tom. 2, part. 1. pag. 59; *Du Freſne*, hac voce, pag. 455, & *Spelman*, Gloſſ. voc. ead. p. 233. Frequens eorum mentio fit in veterum chartis, v. g. Lib. 2. *Leg. Longobard.* Tit. 32, §. 6, apud *Goldaſtum*, Lib. 2. *Conſuetudinum Imperialium*, pag. m. 67: *Ut nec Colinus* (Colonus) *nec Fiſcalinus, poſſit alicubi foras mixtos traditionem facere &c.* & lib. 3. Tit. 20, pag. 98: *Aldiones, vel Aldianæ, ea lege vivant in Italia, in ſervitute Dominorum ſuorum, qua Fiſcalini, vel Lidi, vivunt in Francia &c.* Add. Capitul. *Caroli Magni*, lib. 3. Cap. 26; Capitul. ejuſdem de An. 803 c. 15; Capitul. *Ludovici Pii & Lotharii*, apud *Goldaſtum* T. 3. *Conſtit. Imp.* pag. 265. §. 5; In alio, de Ann. 832. §. 22. l. c. pag. 268; *Carolus Simplex*, in Diplomate, pro inſtauratione Abbatiæ Compendienſis, An. 917. apud *Mabillon*, lib. 6. de *Re Diplomat.* §. 126. pag. 561; ait: *De Fiſcis quoque noſtris donavimus licentiam, ut, ſi quis Fiſcalinus, de alode ſuo, voluerit tradere, vel vendere, vel ad illum ſanctum locum, vel illius loci Canonicis, liberam poteſtatem, id faciendi, habeat &c.* Ecce, *Fiſcalini* & propria habebant bona, de quibus liberè diſponere poterant. Hinc *Curtis Fiſcalis*, Germ. *Fron-Hoff*, in *Fundatione Monaſterii Anhuſani*, An. 1143. in *Documentis Würtenbergicis*, Part. 1. §. 2, pag. 330, & ibi in notis, lit. c, pag. 332. *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spir.* Cap. 20. pag. 96. inquit: *Welche (Leibeigene) die Kœnige in ihrem Ort ohnverændert gelaſſen, oder ob Sie dieſelbe an andere Ort geſetzt, doch zu Erbauung der Kœniglichen Kammergüter gebraucht, die hat man Servos Regios, oder Fiſcalinos, genannt &c.* Conf. *Beſoldi Theſaur.* voc. *Leibeigene Leute*, p. 580.

Frilazzi, i. e. Manumiſſi, omnique ſervitii genere ſoluti; Liberti; Libertini. Sic in *Lege Bajoar.* Tit. 7. cap. 10: *Si cum manumiſſa, quam Frilazin vocant, & maritum habet, concubuerit &c.* Fri enim *liberum*, & *Laz, ſervum*, ex miniſterio domeſtico, *ad agriculturam, dimiſſum*, denotat; quod *Nithardus* innuit, verbis præced. Tit. XX, §. 4, lit. a, jam occurrentibus: *Sunt enim inter illos* (Saxones) *qui Edhilingi; ſunt, qui Frilingi; ſunt, qui Lazzi, illorum lingua dicuntur. Latina vero Lingua, hoc ſunt: Nobiles, Ingenuiles, atque Serviles &c.* Conf. *Jodoci Willichii* Comment. in *Taciti Germaniam*, part. 1, cap. 33, apud *Schardium* T. 1. *Rer. German.* pag. 57. *Du Freſne* voc. *Frilazin*, pag. 541 & 542, etymon deducit à vocibus *Fre*, liber, & *Leſſan*, dimittere: noſtratibus: *laſſen*; quia omnibus ſervitiorum generibus ſoluti ſunt; docente Dn. *Ludwig*, de *Colonis Adſcriptitiis*, §. 2, *lit. a, pag. 2*; add. *Spelmannus*, voc. ead. pag. 249. *Von den Laſmannen*, agit integer Artic. 50. *des Weichbilds*, f. m. LXXVII. Conf. voc. *Laſſi.*

Friſaſſi i. e. Coloni liberi, *Freybauren.* Quales in *Suevia*, *Haleleria*, *Ducatu Bremenſi &c.* dantur; (Quibus ſimiles *Fribunder* in Dania; ita dicti, quod liberè agriculturam exerceant; ſucceſſores ſuos habeant; bonaque ſua liberè vendere, & alio ſe conferre poſſint; nec, quatenus ex communi jure ſucceſſionis teneantur, Dominis ſuis quicquam faciant; imo, ſi ultra conſuetudinis aut conventionis leges ab iis premantur, haud rarò eos in jus vocent, & longo ſuffiamine litis libertates ſuas tueantur. Vid. *Fritſchius* de *Jure Pagorum*, Cap. VI, §. 2 & 3. Add. *Stammius* de *Hominib. Propriis*, lib. 3. c. 3. & præced. voc. *Bondi*, *Gnotz* vid. *Cenſuales*; dicti forſan *vom Geniſß*, qui inde Domino obvenit.

Hinderſaſſii i. e. Ruſtici vel planè nullum, vel tamen non multum agri, habentes, operasque manibus, vel alio modo corpore præſtantes, veluti, *mit Handfrohnen, Getreyde-ſchneiden, Hewmachen, Boten lauffen, Wachen, Jagen &c.* In Diplomate *Caroli IV*, an. 1376. Cœnobio *Maulbrunnenſi* dato, Tom. I. *Documentorum Würtenbergicorum*, pag. 817, legitur: *Daß der ehegenant --- Apt und Convent deſſelben Cloſters zu Mulbrunn, und ir Nachkomen, umb all Sachen, Gütere, Beſitzunge, Buwlüte*, Hinderſeſſin, *und Zugehœrunge &c.* Similiter, in Diplomate *Ruperti* Imp. An. 1401, Cœnobio *Albæ Dominorum* conceſſo, ibid. pag. 169. *Unnd nu ſoll auch Nyman des vorgenannten Cloſters Güte angrifen, ſie, ire eigenen Lüte, oder ihre Hunderſæſſen, damit pfænden &c.* Alio nomine vocantur: *Hinterſætler, Handfrohner, Kotſaſſen &c.* Vid. *Struvii Jurisprudent. Romano-German.* lib. 1, Tit. 4. §. 5. pag. m. 11.

Hoffſaſſii, quorum mentio fit in Diplomate *Caroli IV*, de An. 1349. Cœnobio *Herrn Alb* dato, Part. 1. *Documentor. Würtenberg.* pag. 166. *Ouch ſollen ſie, und Ir Hoffſæſſen, mit Irem Vych, in der vorgenanten Marckh zur Wyla genieſſen ewiglich, aller Wælde, Waſſer, Wayde &c.* Veniunt autem, hoc titulo, Emphyteutæ, Inquilinive, Abbatis *Albæ Dominorum*, *Wilæ*, teſte eodem Diplomate l. c. verbis immediatè antecedentibus: *Ouch wollen wir, daß der Hoff, und alle Ire Gut, Zehenden, und andere Gut, wie die genannt ſinndt, die die vorgenanten Appt und Convent, in der Statt und Marckh zu Wyle jetzund habennt, oder hernach rechtvertiglich gewinnent, --- Steuer, Bethe, Un-*

Digitized by Google

Ungelt, und Dienſt, æwiglich frey, ledig und loß, und entbunden ſeyn ſollen &c. Conſ. *Beſoldus*, Theſ. Pract. voc. *Hofgut*, pag. m. 395 &c. & in Continuat. voc. ead. pag m. 285. *Webner Obſervat. Pract.* voc. ead. pag. m. 224, Edit. *Schilteri*, An. 1701.

Hubarii, Hübner; i. e. qui poſſident tantum agri, quantum uni colono, ad rem familiarem, ſufficit. Nomen ducunt ab *Huba*; de qua voce *Fritſchius*, de *Jure Pagorum*, Cap. VII, §. 5: *Huff, vel Hub, Germanis eſt prædium, ſed ſundus agri tantum, quantum uni ferè ruſtico ſatis eſt, ad rem familiarem. Latini Recentiores vocant Hubam; unde Huben-Güter, quæ Roſenthal de Feudis, Cap. 1, Concluſ. 64, Feuda Ruſtica vocat. Ab Hubis, dicti Hubarum cultores: Hubarii, Hübner. Huba autem, eine Hufe Landes, comprehendit in ſe triginta agros, 30. Acker Feldes, ſive zehen Acker Felde gleich, ut in Thuringia loquimur. Eundem agri modum Hubam in Alſatia continere, ait Beſoldus, Theſaur. Pract. voc. Huff, in Addit. — Ab Hubis, dicitur etiam das Huben, vel Huffen-Geld, quam pecuniam Ruſtici, in Electoratu Saxoniæ, loco operarum, an Statt der Dienſte und Frohnen, Domino Superiori præſtant &c.* Venire etiam, appellatione hac, quandoque, integrum *Manſum*, aut Prædium, *ein vollſtændiger Mayer-Hoff*, rectè monet *Lambecius* lib. 2. Commentar. *Bibliothecæ Vindobonenſ.* Cap. V, pag. 122, in Notis; quo Membrana pertinet apud *Browerum*, lib. 3. *Antiquit. Fuldenſium, c. 11: Numerus mancipiorum 254; Villarum 23; Prædiorum, ſeu Hubarum, 170 &c.* Alias *Manſus* aliquot interdum *Hobis* conſtat, teſte *Du Freſnio*, Gloſſ. voc. *Huba*, pag. 802. In alia Charta apud *Browerum* l. c. pag. 266, legimus: *Optimos exinde ſibi excepit Manſos, eosque, pro beneficiali jure in ſuos hæreditavit filios, ita, ut aliqua villicatio plures amitteret Hubas, quam retineret &c.* Conſ. *Traditio Bonorum in Roſdorf*, lib. 3, *Antiquitatum Fuldenſium*, apud *Piſtorium* pag. m. 582: *Ego Reginbodo, ad locum, qui dicitur Fulda, trado — omne quod habere poſſum in Roſdorff -- i. e. decem Huobas in eadem ſcil. Villa, ſex Manſionariis, & omni poſteritate eorum; unam in Weldrichesbuſum; unam in Buocho; unam in Owebeim, & vineam, centum quinquaginta jugera Terræ Salicæ --- Inſuper trado quatuor Huobas, quibus ipſa Eccleſia dotata eſt, tres in ipſa Villa, unam in Romundeshuoſum &c.* & Charta *Ansfridi* Comitis, apud *Miræum, Notit. Eccleſ. Belg.* pag. 52: *Manſum indominicatum, cum ædificiis & omnibus utenſilibus, habentem Hobas tres, Hobas ſerviles 19, & ſilvam &c.* Benè *Vadianus*, lib. 2. de *Monaſteriis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rerum Alamann.* pag. m. 36, in notis ad donationem *Aloini: Sciendum, Hobam, barbaram vocem, etiamnum noſtris in uſu eſſe, & fundi partem ſignificare, maximè paſcuam; vulgus noſtrum Huob vocat &c.* Hinc ſua *Spelman*, Gloſſ. voc. *Hoba*, pag. 293; & *Du Freſne* l. c. Plura, huc ſpectantia, collegerunt: *Webner, Obſervat. Pract.* (Edit. Schilter. An. 1701.) voc. *Houb*, pag. m. 216, perſpicuè ſimul differentiam inter *Hübner & Affterlehner* oſtendens, verb: *Affterlehner habet rem ſingularem aus einer Huben; ſed ein Hubener, habet quotam partem der Haupthuben; h. e. habens ein theil an der Huben, oder der eine Halbe Hube hat, iſt ein Hubener. Sed, qui habet ein Stück davon, als: ein Hauß, Scheuren, Stadel, Weingarten, der iſt kein Hubener, ſondern ein Affterlehner; qui non eſt particeps juris illius univerſalis, der Huben, wie ein Hubener &c.* *Beſoldus* Theſaur. Pract. voc. *Huff*, pag m. 397, & 399, ibique *Diether*, in Additionibus, provocans ad *Taboris* Diſſ. de *Contractu & Jure Colonario Provinciali*, §. 39, fuſe deſcribentis, quid ſit: *Eine Hube Landes?*

Homines proprii, Eigene, It. *Leib-eigene Leute; Hominum autem propriorum, der Leibeigenen Leuten: non eadem eſt conditio. In Weſtphalia enim deteriore jure habentur; cum illi, quorum proprii ſunt, ipſis ſuccedant in ſemiſſem, &, extra conſortium Hominum Propriorum, liberos ſuos elocare nequeant, niſi hoc ab illis, quorum utilitati parent, impetraverint: müſſen zuvor umb Bewilligung ihrer Herren erſuchen. Hujusmodi Homines Proprii in Suevia, & alicubi, reperiuntur. Et hi ad Servorum conditionem quam proximè accedunt --- In nonnullis locis, præſertim in Ducatu Würtembergico, è contra Homines Proprii, Leibeigene, ſunt melioris conditionis, qui non ſecus ac reliqui non proprii, liberrimam bonorum ſuorum habent adminiſtrationem, atque ut defuncti quodammodo videantur fuiſſe proprii, vivi tamen fuerunt liberi, i. e. re ipſa liberi, verbotenus proprii; quæ libertas ipſorum, etiam ipſis defunctis, ex eo ſatis apparet, quod ex teſtamento, & ab inteſtato, ſucceſſores habeant, perinde atque illi, qui proprii non ſunt, ausgenommen des Hauptfalls. Sed hæc, in ſingulis locis, uſu obſervari magis, quam in Scholis, diſci poſſunt, ut loquitur Vultejus ad §. 2. num. ult. Inſtit. de Jure Perſonarum* Sunt verba *Beſoldi*, Theſ. Pract. voc. *Leibeigene Leut*, p. 579. Clarius adhuc *Webnerus, Obſervat. Pract.* voc. *Leibeigenſchafft*, pag. m. 336: *Quamquam autem, Tacito teſte, Germania nunquam veros ſervos habuiſſe dicatur, Tacit. de Morib. German. Extat tamen & apud Germanos illis non abſimile genus mortalium,*

quos

Digitized by Google

quos Leibeigene Leute, *Proprios Homines, vocamus, qui, licet Adſcriptitiis aliqua ratione adnumerari - - - vel potius Hominibus, per longiſſimum tempus, colonaria conditione detentis, adſcribi - - - vel etiam Libertis comparari queant - - - tamen in omnibus, & per omnia, neque Servi, neque Adſcriptitii, neque Coloni, neque Capite cenſi, neque Liberti, neque Statu Liberi ſunt; ſed novam quandam ſpeciem faciunt, de omnium illorum natura ac conditione aliquid participantem.* Zaſius, Sing. Reſp. lib. 2. c. 7. §. 8. *Eosque nonnulli* Leibeygen, *& quidem communiter, ita* Andreas Gailius, *de Pign. Obſervat. 8. §. 3; alii, iique rectius,* Halbeygen, *nominant,* Matth. Weſembec. *Conſil, 18, §. 27. Sed & hi Homines Proprii in Germania non ſunt ejusdem conditionis, ſed alii, præ aliis, vel meliore vel deteriore loco, habentur.* Zaſius *d. l.* Cothman, *lib. I, Conſil. 42. §. 19 & 25. Nonnullis ſiquidem in locis, ex more Regionis, omnes & ſinguli Ruſtici, vel Homines Proprii, Principum, Nobilium, ac Civitatum, prædia, quæ detinent, non ſibi, ſed dominis, poſſident, eaque tantùm precariò tenent, & nudi ac ſimplices Coloni ſunt; neque ulla bona emphyteutica habent; tantum abeſt, ut proprietarii ſint, vel bona cenſitica poſſideant; ac proinde, pro arbitrio & voluntate Dominorum, expelli poſſunt; quantumvis 30, 40, vel 50 annos continuos, uniformem canonem ſolverint; ut fit in Marchia; quam conſuetudinem etiam in contradictorio Judicio obtinuiſſe, ait* Cothman, *Conſil. 12, §. 61, fol. 349;* Huſanus, *de Servis, Cap. 2. §. 28, 32, &c. Aliis in locis, Glebæ adſcripti ſunt mancipiorum inſtar, vulgò* Hubner *vocati,* oder, die beginet ſeyn von einem Kloſter, *qui neque Servi ſunt, neque omninò Ingenui: ſed cum deterior ſit eorum conditio, eò quod cogantur perpetuo ipſi, & eorum liberi, adhærere fundo, exiſtimantur pars fundi eſſe, & ideò inter immobilia numerantur:* Sichard, *in L. 6. §. 4. C. de Secundis Nuptiis, fol. 574.* Friderus, *Mindanus, I. de Mandat. & Monitor. c. 67. §. 8. fol. 481. Et ſic alii alterius ſunt conditionis. Communiter tamen magis ad liberorum, quam ſervorum, jus accedunt; habent enim (1) ſuam ſedem, (2) propriam familiam, (3) ſuosque penates ipſi regunt - - - (quod tamen ad prædia, quæ à Dominis ſuis, more ſupradicto, poſſident, neutiquam porrigi poteſt, L. 2. C. de Præſcript. 30 vel 40 annor.* Cothman, *Conſ. 42 §. 79 & 80) Item (4) jus commerciorum, etiam cum domino ſuo, emendi, vendendi.* Zaſ. *I. Singul. Reſponſ. C. 3. & lib. 2. Cap. 7. & Conſil. 19. §. 5 - - - - (5) contrahendi in ſua perſona (6) ſedendi & agendi in Judicio, (7) Hæredes in teſtamento inſtituendi, (8) Ab inteſtato ſuccedendi, (9) teſtimonia dicendi, & (10) alia agendi, quæ liberi homines, alias ſolent. Non tamen poſſunt cauſam poſſeſſionis ſuæ mutare;* Cothman, *d. Conſ. 42, §. 74; Tenentur autem, ſicut Homines proprii, Dominis ſuis,* ihren Leibherren, *ad operas,* Frondienſt - - - *Nonnunquam pullos, ſeu gallinas, ſolvunt,* Faſtnacht-Herbſt- Pfingſt- Rauch-Hüner; *& mortui coguntur, vel ex aliqua parte, inſtituere ſuos Dominos in hæredes; vel, ſi hoc non faciant tamen tales domini, pro conſuetudine locorum, accipiunt vel mediam partem bonorum, vel tertiam, vel quartam, vel etiam nonnunquam optimam veſtem mulieris, aut vaccam, ſi mulier propria moriatur; vel optimum jumentum, aut equum, ſi Vir proprius moriatur; quæ Canoniſtæ vocant: Mortuaria,* Leibfæll, oder Todtfæll - - - *In eo autem maximè ſerviles notas ſuſtinent hi Homines Proprii, quod, niſi cum conſervis, matrimonia contrahere, impunè, vel absque manumiſſione, poſſunt; nam, ſi extra ſepta, extra Curiam, extra ſervorum contubernia, contraxerint, multæ ſubduntur. Liberi Matrem ſequuntur; Operas Dominis præſtant; à Domino fugere, Civitatum mancipiis adſcribi, vetantur; licet malè hoc interdum obſervetur; Sacerdotum etiam Ordini accenſeri, niſi manumiſſis, non licet; vendi aliis & permutari poſſunt, dum bona fide ea fiat alienatio - - - Hi vero Homines proprii non ſemper ſub Dominis ſuis, quibus ſerviunt, & operas debent, ſed plerumque ſub aliis, domicilium habent, & propterea horum, non illorum, ſubditi ſunt. Domicilium enim et habitatio Subditum facit, L. Domicilium ad munic. L. Si Patria, C. de Incolis, lib. 10;* Mynſing. *I, Obſerv. 12,* Gail: *de Pignor. d. Obſervat. 8. - - - Atque hoc eſt, quod* Gylman, *Tom. 3. Symphor. fol. 290, ait:* Edelmanns Leibeygene *non haberi pro Servis, quia poſſunt ſervi alicujus eſſe, & ſub alterius Jurisdictione eſſe. Ita proceſſus denegati ſunt ſupplicanti* Georg Schickler, *contra* A. Grafen zu Bentheim, *28. Aug. 1551; ita etiam 24. Jul. 1553. in cauſa* Pfaltz-Veldentz, *contra* Eltz, *denegati ſunt proceſſus; ubi* Pfaltz *ſupplicaverat,* von wegen ſeiner Leibeigenen, *qui tum, quoad jurisdictionem,* Eltz *ſubjecti erant, qui eorum pignoraverat vaccas, eò quod ſibi non paruerant - - - Homines Proprii, à ſtricta obligatione, qua dominis ſuis ad mortuaria,* Hauptrecht, *angarias, prædiorum cenſum, ac multa onera alia, præ liberioris conditionis hominibus, obligantur, à Germanis,* Leibeygene Leut; *à Polonis:* Kmetones; *à Danis:* Bodons; *à Gallis:* Hommes & Femmes de Corps, *item,* Mains mortes, ou taillables, *h. e. Homines manus mortuæ, aut talliabiles, vocantur.* Chaſſan. *Conſuetud. Burgund. Rub. 9. per tot.* Arniſ. *I. de Republ. c. 3. §. 2 &c.* Add. *Vadianus,* lib. 2, *de Collegiis Monaſteriisque Germaniæ, apud* Goldaſtum

ſtum T. 3. *Rer. Alaman.* pag. m. 54. *Cothman*, Vol. I. Conſil. 42, §. 21 & 22; *Speidelius*, voc. *Leibeigene Leuth*, pag. 336 &c. *Sebaſtianus Franckius, in der Kayſer-Chronick*, pag. 241; *Molanus*, lib. 3. de *Canon.* cap. 33; *Commentator* T. I. *Documentorum Würtenbergicorum*, §. IV. Documentorum Cœnobii *Blabeurenſis*, lit. a, p. 921, ubi: *Inter cætera jura, quæ Domini, præſertim Monaſteria, in Homines Proprios ſibi aſſerunt, & hoc erat, quod, ex demortui relicta hæreditate, ipſis, vel das beſte Beth-Gewandt, ſi Fœmina; Das beſte Pferdt, oder ander Vieh, ſi Mas fuit, præſtandum erat, quod vulgò das Hauptrecht, Hauptfall, vocabatur &c.* *Stammius*, Tract. de *Hominibus Propriis*, lib. 1. c. 2. §. 2; *Friſchius*, de *Jure Pagorum*, Cap. VI. §. 3. *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Homines de Corpore*, pag. 764.

Jammundlingi &c. i. e. ſervorum, ſeu glebæ adſcriptorum ſpecies, qui à *litis & colonis* nonnihil differunt; ſique *Spelmanno* credimus, hac voce, pag. 307. intelligendus venit, hoc titulo, *qui ſe, & res ſuas, in potentioris tradidit patrocinium, putà Epiſcopi, vel Abbatis, ut ſic militiam & Reipublicæ onera declinet.* Dictum putat *Jamundling*, quaſi *Gemundling* i. e. in alterius protectionem poſitum; quia *Gemundiam*, veterum Saxonum lingua, idem ac *protegere, & Ling*, idem ac *junior, tener, puſillus, alumnus*; Hinc Germanorum *Mundling*, i. e. *Pupillus; & Vormunder* i. e. *Tutor*, ſeu *Curator*. Notatu dignum Diploma *Ottonis Magni*, de Ann, 937, *Adaldago*, Hamburgenſi Præſuli, datum, apud *Maderum*, in Appendice *Adami Bremenſis*, §. X. pag. 207: *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. m. 740; *Lindenbrogium*, §. VI. *Privilegiorum Hamburgenſium*, pag. 130. ubi: *Si verò aliquis ex Libertis, voluerit Jammundling, vel Litus fieri, aut etiam Colonus, ad monaſteria ſupra dicta, cum conſenſu cohæredum ſuorum, non prohibeatur à qualibet poteſtate, ſed habeat licentiam noſtra auctoritate; habeat quoque poteſtatem prædictus Adaldag, Succeſſoresque ejus, Hammaburgenſis Eccleſiæ ArchiEpiſcopi, ſuper Liberos, & Jamundlingos Monaſteriorum ſupradictorum*, (Ramaslaum, Bremum, Bireſinum, & Bukkenum) *in expeditionem, ſive ad Placitum Regis &c.* Sic & *Otto II*, in Diplomate An. 974. in gratiam privilegiorum laudatæ Eccleſiæ edito, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XI. p. 132; *Concedimus inſuper, ut nullus Dux, neque Marchio, vel Comes, aut alia quælibet judiciaria poteſtas, aliquam ſibi vindicet poteſtatem, in ſupradictorum Hominibus Monaſteriorum, Litis videlicet, & Colonis, atque Jamundilingis, vel eos aliquis capitis banno, ob capitis furtum, vel alio quolibet banno, conſtringat &c.* Quæ *Henricus Sanctus*, ann. 1003 & 1014, in eorundem Privilegiorum confirmatione, repetit, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XVII & XVIII. pag. 136. Vidit easdem chartas *Du Freſne*, voc. *Jammundling*, pag 5. Conf. *Goldaſtus*, Tom 2. *Conſtit. Imp.* pag. 43. Add. Infr. voc. *Mundman*.

Kloſter-Leute, Homines Eccleſiaſtici, Coloni ad Eccleſias ſpectantes, & *qui* (ut *Vadiani* verbis utar, de *Monaſteriis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alaman.* pag. 55) *operas ſuas Eccleſiis pendebant*; de quibus Capitulare *Caroli Calvi* Compendienſe, An. 868. Cap. ult: *Neque Mancipia Eccleſiaſtica quisquam, niſi ad libertatem, commutet; videlicet, ut Mancipia, quæ pro Eccleſiaſtico dabuntur, in Eccleſiæ ſervitute permaneant, & Eccleſiaſticus Homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur &c.* Conf. *Teſtamentum S. Remigii*, apud *Labbeum* T. 1. *Bibliotb.* MS. pag. m. 806: *Vitis plantam ſuper vineam meam, ad ſuburbanum poſitam, ſimili modo communiter poſſidebunt, cum Melanio vinitore, quem do, in loco Eccleſiaſtici Hominis, Albovichii, ut Albovichius libertate pleniſſima perfruatur &c.* Add. *Leg. Ripuar.* Tit. X. §. 1. Tit. XI. §. 3. Tit. XIX. §. 2. 3; Tit. XXII; *It*, *Capitulat. Caroli M.* lib. 5. c. 151. &c. &c. Benè *Lehmannus*, *Chron. Spir.* lib. 2, Cap. 20, pag. 96: *Demnach auch die Kœnige hin und wieder viel Stifft und Klœſter erbauet, und, zu Erhaltung der Biſchoff, Abbt, und deren zugehœrigen Perſonen, Dœrffer und Feldgüter miltiglich geſchenckt, haben Sie denſelben gleichergeſtalt viel Leibeigene übergeben, und zugeeignet, die den Feldt-und Weinbau, ſampt anderer nothwendiger Arbeit, zu Fron, und vergebens, verrichten müſſen; Dieſe heiſſen bey den Hiſtoricis: Servi Eccleſiaſtici &c.* Add. *Du Freſne* voc. *Servi Eccleſiaſtici*, pag. 836; Plerumque, in Cœnobiorum chartis, nudo vocabulo, *Hominum, der Leute*, veniunt; v g. in Diplomate, An. 1213, Cœnobio *Hirſaugienſi* dato, Part. 1. *Document. Würtenbergic.* pag. 555, confirmat *Fridericus II.* Imp. Abbati & Conventui dicti Cœnobii, *omnes poſſeſſiones, monaſteria, obedientias, Eccleſias, Homines, molendina &c.* Sic, *Carolus IV.* in Reſcripto ad Ducem *Hermannum* Teccenſem, de An. 1361, ibid. p. 262: *Darumb haben wir dien Geiſtlichen, dem Abbte, und dem* Convent *daſelbeſt, die vorgenannte Handtfeſte vernuwet, und beſtettiget, und ſie, mit Cloſter, und allen Iren Lüten, und Guten, in Unſern, und des Heil. Reichs Schirm empfangen &c.* Et *Conradus*, Dux *Urslingenſis*, in Reverſalibus an. 1363. Cœnobio *Alpirſpacenſi* conceſſis, ibid. pag. 263 & 264: *Ich Hertzog Cunrad vor Urſelingen, vergihe, und tun kunt offentlich --- Sider ſich die Erwirdigen Gaiſtlichen Herren --- der Apt -- der Convent gemeinlich des Gotzhuß und deß Cloſters zue Alperſpach --- haut bedacht ---- daß Sy gemainlich mich darzu erwelt haut, und mir gelichen haut, minen Lebtag, obe ich es nit verlur, Ir Vogttai, und zue Kaſtenvogt*

vogt genommen haut Irs Cloſters des vorgeſchriebenen, Iro Lut, und Ihres Güntz &c. Quæ in aliis, an. 1364. repetit l. c. pag. 265 &c. Conf. Protectorium *Caroli IV.* Imp. de An. 1372. Cœnobio *Maulbronnenſi* datum, ibid. pag. 815. verb: *Die vorgenanten Apte, Convent und Kloſter, Ihr Leuthe, Guet und Zugehœrungen &c.* Ut & Diploma *Ruperti*, de An 1401. quo idem Monaſterium in ſpecialem Imperii protectionem ſuſcipit, l. c. pag. 825; Reverſales *Conradi*, Abbatis & Conventus *Albæ Dominorum*, An. 1416. ibid. pag. 177; ut & de An. 1419. l. c. pag. 179; Reverſales *Henrici*, Abbatis & Conventus ejusdem Cœnobii, An. 1427. l. c. pag. 180; Reverſales *Ludovici*, Com. Wurtenbergici, An. 1427. eidem Cœnobio datæ, ibid. pag. 181. Diploma *Sigismundi* Imp. de An. 1434, quo Cœnobio *Maulbronnenſi* ſpecialem Imperii protectionem pollicetur, ibid. pag. 833; ſexcenta alia ut mittam. De ſervitiis eorum & oneribus, quibus Cœnobio tenentur, inſpicienda locorum ſtatuta, & conſuetudines; alibi enim, ut fieri amat, durioris, & alibi æquioris ſunt conditionis.

Laſſi, i. e. ſervi, ex miniſterio Domeſtico, ad agriculturam dimiſſi, adeoque intermedii, veros ſervos inter, & ſimplices colonos. Nugas vendit *Gloſſator* Art. 50. *des Weichbildes*, f. m. 78. inquiens: *Laſſen ſeind dieſe, die von den kommen, die unſer Eltern, vor alter Zeit, lieſſen ſitzen, da ſie die Düringiſchen Herren ſchlugen, und vertrieben, ut Land Recht, lib. 3. Art. 42. &c.* Gloſſator *Speculi Saxonici*, lib. 2. Art. 59. f. m. 114. ait: *Wy in Saſſen tu Tinſs-Gude geboren is, dat is ein Late, dy mach des Gudes, ane ſynes Heren Orloff, ſich nicht vortygen. Dit ſint dy unſe Olderen ſitten lyten, don ſy dy Land bedwungen, up beſcheit &c.* Verba ipſius *Speculi*, lib. 3. Art. 44. f. m. 158. ſunt: *Unſe Vorderen, de hir tho Lande quemen, und de Doringe vordreven, de hadden in Alexanders Here geweſen; met ore Hulpe, hadde he bedwungen alle Aſiam. Do Alexander ſtarff, do ne dorſten ſie nicht ſick to deilen in deme Lande; dorch des Landes hat, und Schepeden, met dren hundert Kelen, und vordorven all, uppe vier und veſſtich; deſulven quemen achteine to Prützen, und beſatten dat. Twelve beſatten Ruyan; Vier und twintich quemen hir to Lande; do erer alſo vele nicht ne was, dat ſe mochten den Acker buwen, do ſe den Dorinſchen Heren ſchlugen, und vordreven, do leten ſe de Bure ſitten ungeſchlagen, und beſtadeden en den Acker, tho alſo dane Rechte, alſe ene noch de Laten hebben; Daraf quemen de Laten, van den Laten, de ſick vorwrachten an erme Rechte ſin gekomen de da gewrechten &c.* Quæ nugæ? Unde ſua *Rudingerus*, *Obſervat. ſingular.* Centur. 3. voc. *Laſſen*, pag. m. 651 *Conradus Lag. Compend. Jur. Civil. & Saxon.* lib. 5. c. 11. & lib. 2. c. 6. Alii. Ecce, quid veritatis? Duplex potiſſimum quondam *Servorum* genus apud Germanos erat, alterum, ſimile Servis *Romanorum*, hique erant *veri Servi*, qui à mero Dominorum arbitratu pendebant; alterum eorum, qui colendis agris mancipati, à verbo *laſſen*, dimittere, quia *dimiſſi ad agriculturam à reliquis ſervitiorum generibus immunes*, declarabantur; ſub conditione tamen certæ mercedis præſtandæ; qua detracta, cæterorum ipſis locati prædii redituum liberam diſpoſitionem habebant, ſalvo licet per omnia *Locatoris* Dominio, inſuperque ſalva ejusdem poteſtate continuandi, pro lubitu, vel diſſolvendi contractus. De his intelligendus *Tacitus*, de *Moribus Germanor.* Cap. 25. *Ceteris Servis, non in noſtrum morem deſcriptis, per familiam miniſteriis utuntur. Suam quisque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum Dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut Colono, injungit: & ſervus hactenus paret &c.* æquè ac *Nithardus*, lib. 4. *Hiſtor.* apud *Pithœum*, pag. m. 478. verbis præced. Tit. XX. §. 4. lit. a. & præced. voc. *Frilazzi*, occurrentibus, ubi *Lazzi*, Latinè *Serviles* redduntur; non *ſervi*, verè ſcil. ita dicti, utpote qui peculiarem ordinem non conſtituerant, ſed in complexu Dominorum, veluti correlata, cenſebantur; hæcque ratio, cur diſtinctè *Laſſorum & Servorum* mentio in Diplomatibus occurrat, teſte charta *Ottonis Magni*, An. 939. cujus Dn. *Ludwig* Diſſert. de *Colonis Adſcriptitiis, von Laſsgütern und Curmeden*, Cap. I. §. 2. lit. a. pag. 2. meminit, ibi: *Prædium in proprietatem damus, cum Familia Laſſorum XVIII, Servorum XX, Litorum VIII, Colono etiam uno &c. Wehnerus Obſervat. Pract.* voc. *Laſſen*, pag 334. inquit: *Saxones vocant Laſſen, quaſi in Provincia Gelaſſen, qui ita glebæ ſunt adſcripti, ut, invitis Dominis, recedere nequeant; Daſs ſie, ohne ihrer Herren wiſſen, oder belieben, weder Leib noch Gut, verændern dœrffen. Vocantur etiam Manentes, & Hübner, ſo von einem Herrn, oder Kloſter, begütert ſeynd; Petrus Friderus, de Proceſſ. lib. 2. Cap. 67. §. 8; Stammius, de Servitut. Perſon. lib. 3. c. 3. §. 8. &c.* Conf. *Dietherr*, Addit. *Theſauri Practici Beſoldiani*, voc. ead. p. m. 514: *Die Adſcriptitii, und zum Ackerbau angenommene Perſonen, kœnnen vor ſich, und ohne Urſach, das Gut nicht wieder verlaſſen, ſondern müſſen von der Herrſchafft wieder erlediget werden. Zorer, Part. 2. Quæſt. 2. §. 109. &c.* In tantum conſtituunt ſpeciem *Hominum propriorum*, quo ſenſu *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. 1. Claſſ. IV. cap. 14. §. 33. p. m. 404: *Lezzi, i. e. Coloni, ſeu adſcriptitii glebæ, Eygene Leute, quorum meminit Beuterus, in Tacitum, de Moribus Germanorum, c. 43. &c.* Alias, longè durior *Hominum Propriorum* conditio, quam *Laſſorum*. Atque hæc cauſa, cur in *Ducatu Megapolitano* integrum Nobilibus ſit, ruſticos.

ſticos ſuos prædiis depellere, quoties velint, Vid. *Huſanus*, de *Hominib. Propr.* c. 2. pag. 31; id quod etiam *in Marchia Brandenburgica*, *Nova* præſertim, obtinere, *Diſtelmeierus*, ad Part. 4. T. 7. *Conſuetud. March.* & *Scheplitz*, *Conſuetud. March.* p. 446. aſſirmant. De *Pomerania*, idem aſſerit *Mevius*, Cap. V. *Jur. Publ. Pomeran.* pariter ac *Caſpar Schmidius*, ad *Statut. Bojoar.* T. 21. art. 4. §. 3. &c. de plerisque *Bajoariæ*, ruſticis, quos *Herren Günſtler*, adpellant; quaſi qui à mero favore Dominorum dependent; alibi *Freyſtiffter* nuncupati; cum quibus comparandi, in *oris Rhenanis*, *die Landſiedler*; vid. *Statuta Solmenſia*, Part. 2. Tit. 7; certoque modo, in Electoratu & Ducatibus *Brunſuicenſi & Luneburgenſi*, *die Beſitzer der Schillings-Güter*, notante *Beſoldo*, *Theſ. Pract.* voc. *Schillinggüter*, pag. m. 869. ex *Balthaſaris Clammeri Promptuario Juris*, Tit. 11. p. 282: *Im Fürſtenthumb Lüneburg ſeynd etliche Güter, die heiſſen Schillingbauer, die empfahet der Baur mit einem Schilling, ſo kan man ihm auch mit einem Schilling darvon kündigen; wie er auch ſelbſt den Hoff mit einem Schilling auffſagen kan.* (quod *Laſſis* non conceditur) *Es wird aber nicht gern geſtattet, daß ein Baur, des Eltern auf ſolchen Hof gewohnet haben, und die Bürde des Landes tragen helffen, ohne Urſach, von dem Schilling-Hof gekündet und gewieſen werde. Wann er aber an Bezahlung der Zinß, oder Leiſtung der Dienſte, ſaumig würde, oder ſich ſonſten nicht recht hielte, ſo mag die Abkündigung wohl geſchehen.* Nec multum differunt *die Schüpffleben in Suevia*, teſte *Beſoldo*, hac voce, pag. 878: *Prædia, quæ Ruſtici colunt, nec tamen jus aliquod hæreditarium, ad ſuosque hæredes tranſitorium inibi habent, in Suevia, ita dicuntur: Weil die Erben davon geſchüpfft werden; und muß das Gut, nach ableiben des Inhabers, eines unter den Kindern wiederumb von neuem, doch nur auff ſeinen Leib, kauffen.* Dicuntur etiam *Fall-Güther*: *weil ſie dem Herrn wieder anheim fallen. Welche Leben den Precariis nicht ungleich zu ſeyn ſcheinen &c.* Add. *Dietherr* in Contin. Beſoldiana, voc. ead. p.m. 544: *Schupff-Leben, eſt ſpecies Emphyteuſis, ſeu locationis, quæ ad certum tempus locabatur, eo pacto, ut auferri Colono, Domino volente, poſſit &c.* Conf. infra voc. *Salici.* Quibus plurimos *Sileſiæ* colonos, vulgò *Unterthanen*, jungas; quamvis & hi, paratis nummis, ſubjectionis nexu ſe liberare queant; cum contra, in *Laſſitica conductione*, regulariter non niſi de Domini, i. e. *locatoris*, favore agatur. Quid de mortui *Laſſi* facultatibus Domino obveniat; certò definiri nequit, ob diverſa Provinciarum ſtatuta, quæ juxta Dominantium potentiam, variant; quo enim major Principum Nobiliumve auctoritas in ſubditos, veluti in *Weſtphalia*, *Holſatia*, *Pomerania*, *Ducatu Megapolitano*, *Luſatia*, *Sileſia &c.* eo durior, *Laſſorum*, *Hominum propriorum*, *Emphyteutarumque*, conditio; interim Art. 50. *Weichbildi*, f. m. 77. habetur: *Wenn der Laſs ſtirbt, ſo iſt ſeinem Herrn ledig ſein beſtes Pferd, und ſeine tagliche Kleider, ob er ſie nehmen will &c.* annectit *Gloſſator Speculi Saxonici*, lib. 3. Art. 44. f. m. 159: *Wenn dy Late is ledich, dywile he levet, und wen he ſtervet, ſo bedeilet men dy Kindere; dat is, dy Here nempt em dat Korn in der Schünen, deſte yt ſy bovem dem byſchlage; is des nicht, ſo nempt het up dem Velde halff, unde dy varende Have halff &c.* Reliqua cedunt *Laſſi* heredibus, Conf. *Schottel*, de *Antiquis Germaniæ Juribus*, Cap. 2. §. 5. pag. m. 38. *Fritſchius*, de *Jure Pagorum*, Cap. VI. §. 4. ibique citati alii; præſertim Dn. *Ludwig*, cit. Diſſert. de *Colonis Adſcriptitiis*, Cap. I. §. 8. &c. pag. 11. & ſeqq. Satis hæc ad ſcopum. Unicum addam, vocem *Lati* ante annum 855. mihi hactenus nondum viſam, aſt hoc anno occurrere in Diplomate, quo *Ludovicus Germanicus*, nova liberalitate Cœnobio *Corbejenſi* munificum ſe exhibuit, apud *Schatenum*, lib. 2. *Annal. Paderbornenſium*, h. a. pag. 144. ubi: *Neque ullus Judex publicus, vel quilibet ex judicaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratæ Cellulæ - - - ad cauſas judiciario more audiendas, aut fidejuſſores tollendos, aut Homines ipſius Cellulæ, tam Ingenuos, quam & Latos, diſtringendos &c. - - - - ullo unquam tempore ingredi audeat &c.* Conf. Ejusdem Charta de Ann. 855. qua Prædia quædam in *Hervordenſes* contulit, apud *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 158. ibi: *Quicquid dici aut nominari poteſt, quæ ad prædicta loca jure pertinere noſcuntur, cum Familiis Sexaginta, quæ lingua eorum, Lazi dicuntur &c.*

Liti, i. e. Glebæ aſcripti, tributa pendentes & opera ſervilia: differebant a *Servis*, quod horum conditio longè aſperior fuerit. Vid. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Litus*, pag. 314 & 315: *Spelman*, Gloſſ. voc. *Leudis*, pag. 356; *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Leut*, p. m. 585 &c. Hinc & in *Lege Friſion.* Tit. XV, pluris æſtimatur Litus ſervo, ibi: *Compoſitio Hominis Nobilis, libræ XI; Liberi, libræ V. & dimidia; Liti, libræ duæ & unciæ novem, ex qua duæ partes ad Dominum pertinent, tertia ad propinquos ejus; compoſitio Servi, libra una, & unciæ 4, & dimidia &c.* Varie appellantur; in Charta An. 794. apud *Henſchenium*, ad Vitam *S. Ludgeri* Epiſcopi, legitur: *Totam Terram illam, quam Laudulfus, Litus meus, incolebat &c.* Eadem lectio *Leg. Longobard.* lib. 3. Tit. 20. *Leg. Ripuar.* Tit. 62. §. 1. Tabul. *Luidberti* Moguntini, Ann. 868. apud *Schatenum*, lib. 3. *Annal. Paderbornenſ.* h. a. pag. 164; Diplom. *Ludovici Germanici*, Ann. 873. ibid. h. a. p. 177; & *Ottonis Magni*, An. 937. verbis, præced. voce *Jammundlingt*, occurrentibus, & paſ-

ſim alibi. Quandoque verò nominantur: *Leuti*, vid. *Ludovici Pii* Præceptum, pro Monaſterio Corbejenſi, An. 823. apud *Mabillon*, lib. VI. de *Re Diplomat.* §. 68. pag. 515. verb: *tam Ingenuos, quam & Leutos diſtringendos &c.* Add. *Tenzel, Vindiciæ Conringianæ Cenſuræ Diplomatis Lindavienſis*, Append. 1. Dipl. 4. pag. 7. Quandoque: *Lites*, Vid. Dipl. *Henrici Sancti*, An. 1002. Eccleſiæ *Halberſtadenſi* datum, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Blanckenburgenſibus*, §. 35 lit. u u u u u, pag. 65. ibi: *Ut nullus Judex publicus, ſeu qualibet judiciaria perſona, ejusdem Sedis Lites, aut Colonos - - - disfringere audeat &c.* Nunc: *Luti*, teſte diplomate *Ludovici Germanici*, An. 866. quo beneficia quædam in *Hervordenſes* contulit, apud *Schatenum* l. c. lib. 3. h. a. p. 160. ibi: *Id ſunt Manſi XIV. cum Familiis viginti, qui, lingua eorum, Luti dicuntur &c.* Add. Diploma *Caroli Craſſi*, An. 882. quo jura Corbejenſia confirmat, ibid. ad h. a. p. 190: *Aut Homines ipſius Monaſterii, tam Ingenuos, quam & Lutos, diſtringendos &c.* Nunc: *Lidi*, veluti, lib. 3. *Leg. Longobard.* Tit. 20. præced. voc. *Fiſcalini*; Add. Dipl. *Ottonis I.* Imp. de An. 970. Eccleſiæ Magdeburgenſi ſcriptum, apud *Sagittarium, Antiquit. Magdeburg.* §. 125. p. 96: *Quendam Noſtræ Imperatoriæ proprietatis Lidum, Opoldum nuncupatum, cum omni ſua familia - - - ad opus & ſervitium S. Mauritii Martyris, liberaliter in perpetuam proprietatem tradimus & donamus in Magdeburg &c.* Mox *Liddi*, ut in Diplomate *Caroli Magni*, Epiſcopo *Oſnabrugenſi* tradito. apud *Mabillon* l. c. lib. V, Tab. 25. pag. 390: *Omne Regale vel Sæculare judicium, ſuper ſuos Servos & Liddones, & Liberos Malman & Mundman, & omnes utriusque ſexus homines, eidem Eccleſiæ pertinentes &c.* Conf. præced. Tit. XV. §. 5. lit. a. p. 1124. ad An. 803. Mox: *Liddones*, vid. Diploma *Henrici Sancti*, An. 1002. Privilegia *Oſnabrugenſia* rata habentis, apud *Schatenum* l. c. lib. 4. h. a. p. 365: *Aut Servos, vel Liberos, ſive Liddones, & cæteros, & eos, qui caſum perſolvere debent, quod Mandſchad vocatur &c. ad pontem reſtaurandum, aut corrigendum, ullo unquam tempore aſtringendos ingredi valeant &c.* Mox: *Liudi*, ut in Præcepto *Caroli Magni* de An. 778. quo Dionyſii nǐ Cœnobii immunitates confirmat apud *Mabillon* l. c. lib. VI. §. 53. p. 560. ubi: *Quibuslibet Liudis noſtris &c.* Quamvis, hoc loco, *Liudi, Vaſſallos* potius, quam *Colonos* deſignent, æquè ac *Leodi*, in Præcepto *Chilperici III.* de An. 716. apud *Mabillon* l. c. §. 30. pag. 485: *Quibuslibet chunctis Leodis noſtris &c.* & *Leudi*, in Chronico *Fredegarii* Scholaſtici, Cap. LVI. apud *Freherum*, T. I. *Rer. Franc.* p. 138; de qua poſteriori ſignificatione legas *Goldaſtum*, Tom. I. *Rer. Alaman.* ad Cap. VIII. *Burchardi*, de *Caſibus S. Galli*, p. m. 132. &c. nec non *Spelman* l. c. Imò, per *Leudes*, nonnunquam *ſubditos* in genere intelligi, evincit locus cit. *Fredegarii*, ubi, paulo prius: *Dagobertus, cernens Genitorem ſuum fuiſſe defunctum, univerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, jubet exercitum promovere &c.* Conf. ibid. Cap. 58. p. 139. & *Spelman.* l. c. *Du Freſne* l. c.

Malman i. e. Homines Juriſdictioni alterius ſubjecti &c, *Dingpflichtige Leuthe*; Vid. Dn. *Nitzſchius*, ad *Capitul. Joſephi* Art. X. §. 4. p. 312; nonnunquam *cenſuales*, *Zinß-Leute*; *Mal* enim quandoque idem eſſe ac *cenſum*, auctoritate Diplomatis *Ottoniani* de An. 959. præced. Tit. XVIII. §. 15. lit. g. pag. 824. probavi, ibi: *Cenſum, qui Saxonicè Mal vocatur &c.*

Mancipia, vid. *Servi*, verè ita dicti.

Manſionarii, (vel *Manſuarii*, it. *Manentes*) i. e. Qui, ratione *manſionis*, ſeu *Manſi*, vectigal aut cenſum quotannis Domino ſolvere, aut operam præſtare tenebantur. Vid. *Du Freſne*, voc. *Manſionarius*, p. 393. Eſt autem *Manſus*, Certa agri portio, ſufficiens alendæ uni familiæ, certum vectigal, ſingulis annis, Domino hoc nomine ſolventi. Illuſtrantur hæc Privilegio *Friderici*, Hamburgenſis Archi-Epiſcopi, de *Hollandis*, An. 1106. ſcripto, apud *Lindenbrogium*, inter *Diplomata Hamburgenſia*, §. 35. p. m. 148. legitur: *Pactionem quandam, quam quidam cis Rhenum commanentes, qui dicuntur Hollandi, nobiſcum pepigerunt, omnibus notam volumus haberi. Præfati igitur Viri Majeſtatem noſtram convenerunt, obnixè rogantes, quatenus terram in Epiſcopatu noſtro ſitam, hactenus incultam paludoſamque, noſtris indigenis ſuperfluam, eis ad excolendum concederemus. Nos itaque - - - petitioni eorum aſſenſum tribuimus. Hujus autem petitionis talis fiebat pactio: Ut, de præfata terræ ſingulis Manſis, ſingulos denarios, ſingulis annis, Nobis darent. Manſi vero mentione ne diſcordia in poſterum in Populo haberetur, quæ Manſio in longitudine ſeptingentas & viginti, in latitudine verò triginta habet regales virgas, cum rivulis terram interfluentibus, quos eis ſimili modo concedemus, hic inſcribi neceſſarium duximus. Condixerunt denique, ſecundum Decretum noſtrum, decimam ſe daturos, ita videlicet, ut, de Frugibus Terræ, undecimum manipulum; de Agnis, decimum; de porcis, ſimiliter; de capris, ſimiliter: de anſeribus, ſimiliter; nec non decimam menſuram mellis, & de lino, ſimili modo darent. Pullum equinum, usque ad Feſtivitatem S. Martini, ſolo denario, vitulum obulo, redimerent. Ad Synodalem juſtitiam & inſtitutionem Trajectenſis Eccleſiæ, nobis ſe, per omnia, obtemperaturos promiſerunt - - - de ſingulis centum Manſis, undecim marcas, ſingulis annis, ſe perſolvere aſſeruerunt &c.* Exiſtimat *Papias*, Gloſſ. conſtitiſſe *Manſum* duodecim Terræ jugeribus; verb: *Manſus, dictus à manendo,*

quod integrum ſit duodecim jugeribus &c. Vid. *Du Freſne* l. c. p. 398; *Goldaſtus*, ad *Burchardi caſus S. Galli*, Cap. 8. Tom. I. *Rer. Alaman.* pag. 133. *Bartholomæus Schobingerus*, Not. ad *Vadianum*, de *Collegiis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alaman.* p. 97. ait: *Manſus, Kehlnhoff. Manſus dicitur: quantum quis uno pari boum laborare poteſt, in anno; ut Not. in c. I. X. de Cenſibus; & in uſibus Feudorum; Si de Inveſtitura Feudi fuerit controverſ. cap. 1. §. penult. Bartolus ad L. Si ita, ff. de Auro & Argento Legato &c.* Ipſe *Goldaſtus*, in cit. Notis ad *Burchardi Caſus*, Cap. 8. pag. 133. inquit: *Vocabularius Juris, Sigismundo Imperatore ſcriptus: Manſus, ſecundum vulgare Italorum, dicitur quantitas Terræ, quæ duobus bobus ſufficit in anno ad laborandum &c.* Generalius loquuntur: *Vadianus*, in Epiſtola ad *Bullingerum*, de *Obſcuris Alamannicorum Verborum ſignificationibus*, apud *Goldaſtum*, T. 2. *Rer. Alaman.* p. 59: *Manſum Alamanni Fundum dixere cum Villula. Scribæ barbari Manſam etiam vocarunt &c. Methomius*, in *Vindiciis Billingianis*, Tom. 3. *Rer. German.* p. 38: *Manſus, Manſa, Manſum, (ſic enim promiſcuè uſurpant Scriptores) eſt latifundium, ſive prædium, in quo quis manere, ac Familiam alere poteſt &c.* &, in *Chronico Marienthalenſi*, ibid. p. 257. *Duos Manſos (hac appellatione certus jugerum numerus veniebat) &c.* & Adnotator in Documenta *Monaſterii Maulbronnenſis*, Part. I. *Documentorum Wirtenbergicorum*, p. 791: *Manſus, ſive Manſum, neque domus eſt, neque area, neque hortus, ſed ager certi modi ac menſuræ &c.* nec aliter *Bangertus*, ad lib. I. *Helmoldi*, Cap. X. pag. m. 29: *Manſus, veteribus Fundus, ſeu Prædium, erat, unde quis ſe, & familiam ſuam, tueri & alere commodè poſſet.* Non omnes autem *Manſos* unius ejuſdemque fuiſſe magnitudinis, ex veteri charta apud *Perardum*, in *Burgundicis*, p. 143. cognoſcimus, ubi: *Ipſe Manſus habet terminationes --- & habet, in longo, perticas agripennales ſedecim, & pedes tres; & in lato, perticas quinque --- Ipſe Manſus --- habet in longo perticas agripennales novendecim, in ambis verò frontibus, & in medio, perticas octo, & pedes novem &c.* Hinc ſua *Du Freſne* voc. *Manſum*, pag. 398. & ſeqq. fuſè ſimul *Manſorum* genera deſcribens, quorum præcipui: *Manſi Dominicati*, vel *Indominicati*, aut *Dominicales*, quos Domini ipſi excolebant; *Eccleſiaſtici*, qui Eccleſiis in dotem aſſignati, vel Presbyteris Eccleſiam deſervientibus, cum aliquot mancipiis, dati; *Ingenuiles:* qui ab hominibus liberæ conditionis colebantur, nullis ſervilibus oneribus obnoxii; *Serviles*, vel *Lidiales*, quos Servi, Lidi & Coloni ſub certo cenſu, aliiſque conditionibus ſervilibus, colebant. *Manoperarii*, quorum poſſeſſores, vel inquilini, *Servitio manuali* Dominis tenebantur; *Tributales*, quibus ad onera publica ferenda, à Principe tributus erat impoſitus; *Nudi* i. e. inculti; *Veſtiti*, i. e. ſati, ſeu culti, de quibus *Ludovicus*, Rex Bajoariorum, in Diplomate, Anno Regni VII. dato, apud *Gewoldum*, T. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, p. 12; *Manſi Serviles veſtiti, ad eandem Curtem aſpicientes, viginti duo &c.* Conf. *Du Freſne*, voc. *Veſtitus ager*, p. 1291; & *Spelman.* voc. *Terra veſtita*, p. 536. & voc. *Veſtitio*, p. 552. De multis aliis ne dicam. Sunt, qui *Manſum* & *Hobam* ſynonyma eſſe arbitrantur; vid. præced. voc. *Hubarii* & *Praunii Adeliches Europa*, Part. 3. Cap. 5. §. 542. p. m. 443. *Von dieſen Hundert Mannen muſte ein jeder vier Huben Landes beſitzen; Anſegiſ. lib. 4. c. 3. ait: Omnis liber homo, qui quatuor Manſos veſtitos, de proprio ſuo, ſive de alicujus beneficio, habet, ipſe ſe præparet, & in hoſtem eat ipſe, ſive cum Seniore ſuo &c.* Quæ deſumpta ex *Lehmanni Chronico Spirenſi*, lib. 2. Cap. 43. p. m. 181; conf. cit. *Adnotat. Documentor. Würtenbergic.* l. c.

Maſſarii, i. e. Maſſæ, ſeu Prædio, addicti; Servi glebæ. Vid. *Du Freſne*, voc. *Servi*, pag. 836. *Maſſam* enim & *Manſum* eſſe Synonyma docet idem, hac voce, p. 475. ut & *Spelman*, p. 406.

Miniſteriales, i. e. qui Dominis *jugi miniſterio* erant aſtricti. Mentio eorum fit in *Lege Longob.* Lib. I. T. VIII. §. 2. p. m. 151 *Si quis Aldium alienum, aut Servum Miniſterialem, percuſſerit &c.* Conf. ib. §. 3 & 4. paſſimq; alibi. *Serrarius*, in Notis ad Vitam *Godefridi*, Comitis Campebergenſis, docet *Miniſteriales* in Weſtphalia eſſe triplicis generis, (1) vel corpore jumentisque ſuis Domino ſervientes, propterea *Prædia integra* vocatos; (2) vel ſolo corpore obnoxios, v. g. *die Rotter;* vel (3) Tabellarios agentes, *die Bring ſitter.* Pertinet huc donatio *Brunonis* Epiſcopi, *Herbipolenſis*, Eccleſiæ ſuæ, An. 1036. facta, apud *Schatenum*, lib. VI. *Annal. Paderborn.* p. 508. &c. multa de *Servis Miniſterialibus* continens; nec non charta LXXIII. *Privilegiorum Hamburgenſium*, apud *Lindenbrogium*, p. 175. ubi: *Nos Heinricus & Otto, Milites, fratres, dicti de Barmſtede, renunciantes Nobilitati, & libertati noſtræ, ſpontanea voluntate, facti ſumus Miniſteriales Eccleſiæ Bremenſi B. Virgini Mariæ, S. Petro Apoſtolo in Brema, & Venerabili Domino Noſtro, Gerhardo II. Archi Epiſcopo Bremenſi, & Eccleſiæ ſuæ Bremenſi, facientes corporaliter juramentum, ſicut Bremenſi Eccleſiæ Miniſteriales facere conſueverunt, jurantes, nos ipſi, ac Eccleſiæ antedictæ, ſicut Miniſteriales, fideliter perpetuò ſervituros. Uxores noſtræ, liberi noſtri jam nati, & adhuc naſcituri, idem facient, quando prædi-*

ctus

ctus Dominus noſter ArchiEpiſcopus, vel ſuus nuncius, ipſos duxerit requirendos ... Actum Bremæ, 7. Id. Junii, Anno Domini 1257. Conf. Diploma *Henrici* D. Bavariæ An. 1262, conventionem cum Epiſcopo Patavino complectens, apud *Gewoldum*, Tom. I. Addit. ad *Hundii Metropolim*, pag. 388: *Si quis ex Miniſterialibus utriusque partis, ex alterius familia, uxorem duxerit, gratum utrinque tenebitur, & proles inde nata æqualiter dividetur, & primogenitus Patrem ſequatur, ex jure pertinentiæ; unicus autem hæres communis erit, & proles ex eo genita dividetur. Nec ob alternata hujusmodi conjugia carebunt jure ſuo proprietatis &c.* Add. *Du Freſne*, voc. *Miniſteriales*, p. 566; *Spelman*, voc. ead. p. 412, & ſeq. voc. *Servi, verè ita dicti.*

Mundmanni; corruptius *Montmanni*, id eſt, Homines (liberi pariter & ſervi) qui protectioni ſeu tutelæ alicujus ſe ſubdidere. Dicti à voce *Mund* i. e. Tutela, patrocinio, protectione, & *Man*, viro, ſeu homine. Vid. *Spelman*, voc. *Mund*, p. 423. *Du Freſne*, voc. *Mundman*, p. 697; *Webner*, Obſervat. Pract. voc. *Mont*, p. m. 364. *Nitſchius* ad *Capit. Joſephi*, Art. 1. Cap. I. §. 1. p. 83. Mentio eorum fit in Charta *Caroli Magni*, præced. Tit. XVIII. §. 15. lit. g. p. 826. Conf. *Friderici* 2. Imp. Conſtitutio, de *Juribus & Privilegiis Civitatis Norimbergenſis*, An. 1119. apud *Goldaſtum* T. 1. *Conſtitut. Imperial.* p. 291: *Quicunque Civis antedictæ Civitatis ſe alicujus Muntman, tam Civis ille, quam qui hoc modo receperit eum, gratiam noſtram demeruit, & in utroque pax non violatur &c.* Ejusdemque Privilegia Civibus *Ratisbonenſibus*, An. 1230, conceſſa, apud *Hundium*, T. 1. *Metropolis*, p. 240: *Petitioni Civium aſſentimus, ut ſinguli potentes de Civitate ſua, qui Vaſallos ſibi faciunt, ad turbandam, pacem Civitatis, qui Mundman Vulgariter nominantur, ad munitionem Civitatis, dent decem libras &c.* In Conſtitutione *Sigismundi* Imp. An. 1431. vocantur *Mund-Leuthe*, vid. ſeq. §. 8. lit. e. Hinc *Mundium facere*, idem ac *Tutelam gerere*; L. *Longobard.* lib. 1. Tit. 31. §. 2. apud *Goldaſtum*, in *Collectione Conſuetudinum Imperialium*, p. 41. & Lib. 2. Tit. 12. §. 1. p. 53. It. *mundium alicujus in poteſtate habere*, ibid. lib. 2. Tit. 1. §. 1. It. *Mundiburdium*, i. e. tuitio, tutela, patrocinium, imò, ut *Vadianus*, lib. 2. de *Monaſteriis Germaniæ*, apud *Goldaſtum*, T. 3. *Antiquit. Alemann.* p. 58. habet, *Ditio* ſeu *Dominium*; ſic diploma *Henrici* S. Imp. an. 1004. Monaſterio *Viſbecenſi datum*, de *Antiquit. Brunſuic.* p. 210. *Monaſterium in villa, quæ dicitur Viſbike — in Noſtrum Mundiburdium & Defenſionem --- recepimus*; & *Conradi Salici*, An. 1025. ibid. p. 214. *dictum Abbatiſſam* (in Visbeke) *una cum Congregatione ſibi ſubjecta --- in noſtrum Mundiburdium & defenſionem, ex integro ſuſcepimus &c.* & *Henrici* IV. An. 1089. Cœnobio *Weyh S. Peter*, in Bavaria, conceſſum, apud *Hundium* T. 3. *Metropolis*, p. 94. *Mundiburdium defenſionis meæ expetunt. Ego vero petitionibus eorum facile acquieſcens, in Mundiburdium defenſionis eos ſuſcepi &c.* Sexcenta alia ut mittam. Conf. *Du Freſne*, voc. *Mundeburdis, Mundeburdum, Mundeburdium &c.* p. 695 & 696. *Spelman*, voc. *Mundeburdi*, p. 413. Videtur deſcendere vocabulum hoc, à voce *Mund*, i. e. ut jam dictum, *tutela*, & *Burd* ſeu *onere*. It. *Mundiburdus*, Tutor, defenſor, Patronus; teſte Charta ap. *Wihelmum Hedam*, in *Bernulfo*, Trajectenſi Epiſcopo: *Mundibordem vero, vel defenſorem, alibi non inquiramus, niſi ad ſupradicti Sancti Altare, ad defendendum ſcilicet &c.* Quodammodo huc pertinent *Jammundlingi*, de quibus ſupra, hac voce.

Nativi, qui, à nativitate ſtatim, colonaria conditione domino alicui obnoxii erant, quare &, alio vocabulo, *Originarii* dicti. Vid. Decreta Synodi *Dingolvingenſis*, ſub *Thaſſilone*, Bajoariorum Duce, celebratæ An. 772. apud *Gewoldum*, T. 1. *Addit. Hundii Metropolis*, p. 344: *Si Ancilla libera dimiſſa fuerit, per chartam, aut in Eccleſia, & poſthac Servo nupſerit Eccleſiæ, ancilla permanet. Si autem libera Bajoario Servo Eccleſiæ nupſerit, & --- tres annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadomaverint eam, ut libera fuiſſet, neç ante Comitem, neç ante Ducem, nec ante Regem, nec in publico Mallo, transactis tribus Kalendis Martii, poſt hac ancilla permaneat in perpetuum, & quicunque ex ea nati fuerint, Servi & Ancillæ ſunt &c.* & Charta *Theobaldi* Comitis, de Servis *S. Martini*, An. 1083. apud *Mabillon*, Lib. VI. de *Re Diplom.* p. 587. *Quia --- mancipaveram mihi, & Eccleſiæ S. Martini --- Servos atque Ancillas, qui nati ſunt ex Conjugio Servorum S. Mariæ Carnotenſis Eccleſiæ, & Ancillarum noſtrarum, & Eccleſiæ S. Martini, vel e converſo, venit ad me Gaufridus Epiſcopus &c.* Ut & *Ingulphus*, Abbas Croylandenſis, in Hiſtoria Anglicana, apud *Savile*, de *Scriptoribus Rer. Anglic.* p. 875. in fine: *Si quis Hominum nativorum ſuorum, vel native de eis tenentium, aliique, delictum fecerit &c.* Conf. *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Nativi*, p. 725; *Spelman*, Gloſſ. voc. *Nativus*, p. 426.

Oblati, i. e. Qui ſemet ipſos, vel *ſervitute ſpontanea*, (exemplo *Henrici* & *Ottonis* de *Barmſtede*, quorum, ſub voc. *Miniſteriales*, memini) vel etiam *urgente neceſſitate*, Eccleſiæ, vel alteri Domino cuidam obtulere; De quibus *Lex Friſonum*, Tit. 11. §. 1: *Si Liber Homo ſpontanea voluntate, vel fortè neceſſitate*

coactus, Nobili ſeu Libero, ſeu etiam Lito, in perſonam & ſervitium liti, ſe ſubdiderit &c. Fridericus I. Imp. in conſirmatione Privilegiorum *Corbejenſium*, An. 1152. apud *Schatenum*, lib. VIII. *Annal. Paderborn.* p. 792. conſtituit: *Ut Liberi Homines licentiam habeant tam ſe ipſos, quam prædia ſua, eidem Monaſterio conferre; nec quivis Judex, aut Regia Poteſtas, ſolitum debitum, aut publicum vectigal, ab eis deinceps extorqueat &c.* Huc trahendi certo modo *Servi venditi*; vid. *Du Freſne*, voc. *Obnoxiatio*, p. 22.

Originarii, i. e. Qui à prima *origine* glebæ alterius addicti; de quibus L. 14. Cod. Theodoſ. de *Annona & Tribut.* loquitur: *Originali inquilinatu obnoxii & tributarii.* Talis fuit *Profuturus* ille, de quo *S. Remigius*, in ultimæ voluntatis ſuæ tabulis, apud *Labbeum* T. 1. *Biblioth.* MS. p. m. 807: *Delegoque nepoti meo, Prætextato, --- Innocentium ſervum, quem accepi à Profuturo, Originario meo &c.* Pertinet huc etiam locus *Thegani*, de *Geſtis Ludovici* Pii, ad an. 833. apud *Pithoeum*, p. m. 313. §. 44. *Elegerunt tunc unum impudicum & crudeliſſimum, qui dicebatur Hebo, Remenſis Epiſcopus, qui erat ex Originalium Servorum ſtirpe &c.* Adeoque iidem erant cum *Nativis*. Conſ. *Du Freſne*, voc. *Originarii*, p. 66. & ſeq. voc. *Servi verè ita dicti.*

Permutati i. e. mediante concambio mutati. Exemplum ſuppeditat *Vadianus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3. *Rer. Alaman.* p. m. 53.

Ruricolæ i. e. ad colendos agros deſtinati; *Miniſterialibus* eos quandoque fuiſſe æquiparatos, ex charta *Adalberonis* Hamburgenſis de An. 1143. apud *Lindenbrogium* §. 43. *Privilegiorum Hamburgenſium*, p. m. 153. diſcimus, ubi: *Paludem auſtralem --- ab omni tam Nobilium, quam Miniſterialium, ſeu Ruricolarum, appellatione liberam factam.* Veniunt, hoc titulo, inpræſentiarum omnes indiſtinctè Ruſtici.

Salici i. e. Coloni, quibus *Agri Salici*, ſive *ſervitute carentes*, certa conditione redituum, & culturæ, in perpetuam poſſeſſionem elocabantur; adeò, ut nec colonos, nec poſteros eorum, mutare licuerit, niſi pactum, aut conditionem, violaſſent; vel, non ſolutis reditibus; vel, Fundo *neglectui* habito; vel, parte Fundi, inſcio Domino, diſtracta, aut uſuris recentibus gravata; proinde etiam coloni apochas dabant, vulgo *Reverſales*, quibus continebatur, qua conditione, quove pacto, *locatio* eſſet facta; quam *locationem Erbleben* vocarunt, iqſumque *agrum* hoc modo locatum, *Vectigalem*; ad differentiam *non-vectigalium*, Germ. *der Schupffleben*, qui ad certum duntaxat tempus locabantur, & quidem addito pacto, ut, Domino volente, colonis iterum auferri poſſent. Vid. *Vadianus*, Epiſt. ad *Henricum Bullingerum*, de *Obſcuris Allemannicorum Verborum ſignificationibus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquit. Aleman.* part. I. p. 60. Conſ. *Du Freſne*, voc. *Terra Salica*, p. 1098; Mentio ejusmodi agrorum fit in *Traditionibus Fuldenſibus*, lib. 3. §. 28. apud *Piſtorium* p. m. 582. *Centum quinquaginta jugera Terræ Salicæ &c.* Conſ. charta *Salomonis*, Conſtantienſis Epiſcopi, lib. 2. *Vadiani*, de *Monaſteriis Germ.* ap. *Goldaſtum* l. c. T. 3. p. 63.

Servi verè ita dicti, quales apud Romanos erant, pariterque Germanorum *Mancipia*; *Servi in bello capti*: *Sclavi*: qui à mero arbitratu Dominorum pendebant; de illis intelligenda Epiſtolarum *Senecæ* Quadrageſima Septima, lectu digniſſima, p. m. 460. Ejus operum, curante *Lipſio*, Anno 1605. Antwerpiæ editorum; ibi: *Servi ſunt? imò Homines Servi ſunt? imò contubernales. Servi ſunt? imò humiles amici. Servi ſunt? imò conſervi, ſi cogitaveris, tantumdem in utrosque licere Fortunæ. --- Vis tu cogitare iſtum, quem Servum tuum vocas, ex iisdem ſeminibus ortum, eodem frui cœlo æquè ſpirare, æquè vivere, æquè mori? tam tu illum Ingenuum videre potes, quam ille Te ſervum. --- Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum ſuperiorem velles vivere &c.* Poſteriores ſiſtunt Diplomata, v. g. *Pipini* Regis Præceptum, pro *Taberniaci*, in Agro Pariſiaco Villæ, confirmatione, de An. 754. apud *Mabillon*, lib. VI. de *Re Diplomat*: §. 43. p. 493. ibi: *Quicquid Gaſindus noſter, Teudebertus, per noſtrum beneficium, ipſam Villam Taberniacum, ſuperius denominatam, tenuit, h. e. una cum Terris, domibus, ædificiis, præſidiis, Mancipiis, Colonis, Inquilinis, Accolabus, Libertis Servis, tam ibidem oriundis, quam & aliunde translatis; Ruſticis & Urbanis, ſaltibus &c.* Sic Charta *Giſelæ*, *Caroli Magni* Sororis, An. 791. qua multa prædia Dionyſiano Cœnobio confert, ibid. §. 57. p. 503: *Ipſa loca ſuperius prænotata, cum omni integritate vel ſoliditate earum, i. e. una cum Terris, manſis; domibus, ſuperpoſitis, ædificiis, præſidiis, Mancipiis, Inquilinis, Accolabus, Libertis Servis, tam ibidem oriundis, quam & aliunde translatis, campis, pratis, paſcuis &c.* Nec non Decretum Synodi Wormatienſis An. 868. ap. *Schatenum*, lib. 3. *Annal. Paderbornenſ.* p. 164. & Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatib. Halberſtadienſib.* §. 9. Diplomatum, p. 621. *Quæ ad eundem locum --- pertinere videbantur, in terris videlicet, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis locis ſimulque incultis, domibus & ædificiis, Litis & diverſis Servis Mancipiis, animalibus quoque &c.* Et Diploma *Ludovici* Germanici, an. eod. quo Cœnobii *Altabenſis* Privilegia & Immunitates confirmat, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. *Metropolis Hundii*, p. 15: *Aut Homines ipſius Monaſterii, tam Ingenuos, quam Servos, Sclavos, & Accolas, ſuper Terram*

ipſius

ipſius, commanentes, nec juſtè nec injuſtè diſtringendo &c. Et charta donationis *Ottonis Magni* Eccleſiæ *Magdeburgenſi* An. 937. factæ apud *Sagittarium*, *Antiquitat. Magdeburg:* §. 45. p. 19, & *Meibomium* T. 1. *Rer. German.* p. 741: *In Comitatu Geronis, in Bigera, tres Familias Litonum, & in Comitatu Chriſtiani, in Grimbecesleba, quindecim Familias Slavorum --- Omnes præfatorum locorum Familias, cum cunctis ad hæc jure pertinentibus Mancipiis, ædificiis, agris &c.* In alia laudati Imperatoris donationis tabula, eidem Eccleſiæ, an. eod. data, ap. *Sagittarium* l. c. §. 49. p. 21, habetur: *Ad Eccleſiam, quam in Magdeburg conſtruximus, in proprium damus, h. e. in Pago Norturinga, in Comitatu Criſtani, in Germersleve, duodecim Familias Colonorum; & in Wolmersleve, ſexaginta tres Familias inter Servos et Litos --- Damus, in eodem Pago, in Comitatu Dithmari, duodecim Familias Sclavorum &c.* Et in alia, qua idem Cæſar, An. 969, erga *Saltzburgenſem* Eccleſiam Munificum ſe exhibuit, apud *Gewoldum* l. c. pag. 136: *Cum omnibus ſuis pertinentiis --- curtibus, ædificiis, Servis & Ancillis, cæteriſque Mancipiis, terris, cultis & incultis &c.* Privilegium *Henrici II.* Imp. An. 1017. Epiſcopo Herbipolenſi traditum, apud Dn. *Leuckfeldum*, Append. 3, ad *Antiquitates Pœldenſes*, p. 252, hæc ſuppeditat. *Præcipimus, firmiſſimeque jubemus, quatenus cuncta, ad præfatam Eccleſiam pertinentia, in agris, paſcuis, ædificiis, terris, cultis & incultis, ſeu in Hominibus Servis, Sclavis, Saxonibus, Parrochis, vel cæteris Acolis, qui ſe, ut ſuas res, eidem Eccleſiæ aliquo modo manciparunt, vel adhuc mancipare volunt, cujuscunque ſint Nationis, cujuſve conditionis, quoscunque jure debeat, vivere tuta & in defenſu, ſub noſtra immunitate liceat, ſine omni inquietudine, permanere &c.* Add. Donatio *Brunonis*, Herbipolenſis Epiſcopi, An. 1036, Eccleſiæ ſuæ collata, apud *Schatenum* l. c. lib. VI, p. 508: *Curiam quandam, in Paderbornenſi Epiſcopatu ſitam, ex re nomen habentem, Sunrike, --- obtulimus Deo, Sanctoque Martyri ejus, Kyliano, cum omnibus appendiciis ſuis, videlicet: Miniſterialibus, Litonibus, Mancipiis, agris, cultis & incultis &c. --- Præterea, talem obtinere Juſtitiam Litones non uxoratos ſtatuimus, ut uno anno duobus ſolidis, levis monetæ, ſervitium ſuum redimant, vel ſerviant; & altero anno non ſerviant, nec ſervitium redimant, ſed indigentiæ & utilitati ſuæ conſulant. Fœmineo autem Sexui redemptionem duodecim levium nummorum ſtatuimus. Miniſterialibus verò noſtris hoc officium injungimus, ut, ſingulis annis, tantùm quatuor ex eis, in tempore meſſis, ad prædictam Curiam veniant, & villico conſulant, ut una cum illo de reditibus univerſis debitum exquirant & ſuſcipiant; quorum unum, nomine Richboldum, præ cæteris nobis familiarem, tranſtulimus in conſortium & jus Miniſterialium Eccleſiæ noſtræ; cui cum fœmina quædam libera, & liberis orta parentibus, nomine Richere, legitimè nupſiſſet, manſos duos in Nateſingan, cum omnibus attinentibus, utriſque in beneficium conceſſimus &c.* Et Diploma *Henrici IV.* Imp. An. 1083, quo *Liemarum* Bremenſem Abbatia *Eltenenſi* donat, apud *Schatenum* l. c. pag. 610, & *Lindenbrogium*, §. 30. *Privilegior. Hamburgenſ.* p. 144. *Dedimus autem eo more, quo Reges & Imperatores ſolent, cum omnibus appendiciis, Miniſterialibus, Mancipiis utriusque ſexus, nundinis &c.* De pluribus aliis ut taceam, Conf. quæ, de *Sclavorum* prole, conſtituta, lib. 3. *Speculi Saxonici*, Art. 73. p. m. 181. Add. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Sclavus*, p. 745. Hodiè aliorum *Hominum propriorum* cenſu veniunt.

Sindmanni, fortè *Sendmanni*, i. e. Qui curſores vel tabellarios agebant, *die Boten lauffen mußten;* quales adhuc hodiè dari, præced. voc. *Miniſteriales*, dixi. Suſpicatur tamen *Du Freſne*, voc. *Sindmanni*, p. 874, compoſitum hoc vocabulum, ex vocibus *Seinde*, i. e. *Synodo*, & *Man*, quæ *Hominem* denotat; adeo, ut *Sindmanni* fuerint *Homines Synodales*. Quid ſi dicamus, eos idem fuiſſe ac *Gaſindios*, i. e. ſervitia domeſtica præſtantes? Mentio eorum fit in Charta *Ludovici IV.* Regis German. An. 902, apud *Gewoldum*, T. 1. Addit. *Hundii Metropolis*, p. 130. verb. *In proprium delegamus, cum curtibus & caſis, aliisque edificiis, Familiis, utriusque ſexus Mancipiis, Parſchalcis, Sindmannis, Hengiſtnotis, cenſibus, campis &c.* nec non in Charta *Conradi Salici*, An. 1029, ibid. p. 142. *Cum Curtibus & caſaliis, edificiis, Familiis, & utriusque ſexus Mancipiis Parſchalcis, Sindmannis, Hengiſontis, cenſibus &c.* Et charta *Henrici III.* Imp. An. 1039, ibid. p. 147: *Cum Curtis & Caſis, aliisque edificiis, Familiis, & utriusque ſexus Mancipiis, Marſchalcis, Sindmannis, Hengiswoterts, cenſibus & capiticenſibus &c.* Alia, *Henrici IV*, An. 1057, ibid. p. 151: *Utriusque ſexus Mancipiis, Parſchalcis, Sindmannis, Hengiſturtis, cenſibus, Capiticenſibus &c.*

Venditi, i. e. Qui vel ſemet ipſos, mediantibus nummis, aliis vendiderunt, vel coactè ab aliis fuere venditi; vid. *Formula* 10. ſecundum Legem Romanam, apud *Du Freſne*, voc. *Obnoxiatio*, p. 22. *Placuit mihi, ut ſtatum ingenuitatis meæ in veſtrum deberem obnoxiare ſervitium, quod ita & feci. Unde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit ſol. tantos, ita, ut ab hodierna die, quicquid de me, ſervo tuo, ſicut & de reliquis Mancipiis tuis, facere volueris, à die præſente liberam habeas poteſtatem &c.* & ex

Synodo *Vermerienſi*, An. 752, c. 6: *Niſi pro inopia, fame cogente, ſe vendiderit &c.* Pertinet huc etiam, quod de *Leone* quodam, ad vindicandum *Attalum*, *Gregorii*, Lingonenſis Epiſcopi, nepotem, ad publicum ſervitium mancipatum, in libertatem, miſſo, narrat *Gregorius Turonenſis*, lib. 3, *Hiſtor.* Cap. XV, apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Francor.* p. 59. *Tunc locato ſecum homine quodam, ait: (Leo) Veni mecum, & venunda me in domo Barbari illius, ſitque tibi lucrum precium meum .... accepto vero ſacramento, homo ille abiit, &, vendito eo duodecim aureis, diſceſſit &c.* plura *Du Freſne* l. c. Conf. ſupr. voc. *Emptitii.*

Veſtiti, i. e. Qui certis cerimoniis de manſo, vel prædiolo, erant inveſtiti. In charta donationis *Rothpaldi*, Eccleſiæ *S. Galli* factæ, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquitatum Alamannicarum*, Part. I, §. 42, p. 38, legimus: *A die præſente trado vobis & Servum meum, nomine* **Nhideng**, *& uxorem ejus,* **Bruna**, *& cum oba ſua, & cum omnia quo Veſtiti ſunt: & alium Servum meum, nomine* **Wolfharium**, *cum uxore ſua,* **Arane**, *cum oba ſua, & cum omnia quo veſtitus eſt; & pro iſtas res proſervire volo annis ſingulis, h. e. XXX. Seglas cerveſæ, XL. panis, friſcheugam* (porcum Sylveſtrem anniculum, *ein Friſchling*) *tremeſſem valientem, & XXX. Mannas, & arare duos jöchos in anno, & recollegere, & intus ducere, & angaria ubi opus eſt &c.* Conf. *Spelman*, voc. *Veſtitio*, p. 552.

Villani, i. e. Qui in villis habitant Dominicalibus, tanquam glebæ adſcripti, quibus nec inde licet exire, ſine Domini licentia. Vid. *Spelman*, voc. *Nativus*, p. 426; Conf. idem, voc. *Villanus*, p. 557; nec non *Du Freſne* voc. *Villanus*, p. 1333.

Wendi, qui iidem cum *Sclavis*, hodieque *Hominum propriorum* cenſu veniunt. Innoteſcunt adhuc in Electoratus Brunſuicenſis & Luneburgenſis Præfecturis quibusdam, veluti *Dannebergenſi*, *Luchovienſi &c.* nec non in Ducatu *Megapolitano &c.*

Germanos omni tempore, æquè ac *Romanos*, Veros ſervos habuiſſe, præſertim durantibus bellis captos, non eſt, de quo dubito; cùm nulla in contrarium adſint argumenta; nec obſtat *Taciti* locus, cujus præced. voc. *Laſſi*, memini, utpote de *colonis* duntaxat, certis conditionibus ad colendos agros dimiſſis, intelligendus; nec video, aliud ex Epiſtola *Theodorici*, Italiæ Regis, qua *Clodovæo Magno* de Victoria *Tolbiacenſi*, circa an. 497. (vel, ut alii volunt, 499. de quibus præced. Tit. 2, §. 10. lit. i. pag. 193. juncto *Lehmanni Chronico Spirenſi*, lib. 2. Cap. 20. pag. 95; Annotat. *Documentorum Würtenberg.* Tom. I. pag. 800.) de *Alemannis* reportata, gratulatur pariter, eaque moderatè uti ipſi ſuadet, apud *Caſſiodorum*, lib. 2. *Variarum*, Epiſt. 41. pag. 82. verb: *Memorabilis triumphus eſt, Alamannum acerrimum ſic expaviſſe, ut Tibi eum cogas, de vitæ munere ſupplicare. Sufficiat, illum Regem, cum Gentis ſuæ ſuperbia, cecidiſſe. Sufficiat, innumerabilem Nationem partim ferro, partim ſervitio, ſubjugatam &c.* erui poſſe. Quis enim crediderit, debellatis *Alamannis* multum libertatis fuiſſe relictum! Qui, ut *Gregorii Turonenſis*, lib. 2. *Hiſtor.* Cap. XXX. pag. m. 44, verbis utar, *cum Regem ſuum cernerent, interemptum, Chlodovei ſe Ditionibus ſubdunt, dicentes; Ne amplius, quæſumus, pereat Populus; jam Tui ſumus.* Scribit equidem *Aimonius*, lib. I. de *Geſtis Francorum*, Cap. XV. pag. m. 265. devictos ſaltem tributarios Victori factos, ibi: *Regem ſuum gladio cæſum conſpicientes*, (Alamanni) *jure tributario Francis ſe fore ſervituros, libentiſſimè ſpondent &c.* conſentiente *Hincmaro*, in Vita *S. Remigii*, Cap. 34. apud *Surium*, 13. *Januar*, pag. 195: *Alamanni, in fugam verſi, terga dederunt: & videntes Regem ſuum interfectum, Clodovei poteſtati ſe ſubdunt, dicentes: Parce, precamur, Domine Rex, ne pereat plus Populus; jam Tui ſumus. Tunc juſſit Rex imminentem plagam ceſſare, & Alemannos cepit; ipſosque ad Terram eorum, ſub jugo tributario, conſtituit &c.* Aſt unde hæc? plena fuit victoria; *Alemannique* hoſtes, amiſſo prælio, in Veram ſervitutem, utpote bello capti, abducti; rectè *Joachimus Vadianus*, in Epiſtola ad *Henricum Bullingerum*, de *Obſcuris Alemannicorum Verborum Significationibus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 2. *Antiquit. Alemann.* pag. 60 & 61: *Plena fuit Servis, & Servitutibus, quondam Alamannia noſtra, cujus magna pars hodie Helvetia eſt: nec eſt, quod ſciam, montanus Pagus aliquis Helveticus, qui, rebus Francorum florentibus, duriſſimam illam Servitutem non ſervierit. Extant enim Tabulæ veteres, quæ hanc rem clariſſimè teſtantur &c.* nec non lib. 2. de *Collegiis Monaſteriisque Germaniæ*, apud eundem, l. c. lib. 3. pag. 54: *Franci & ipſi de vincendis hoſtibus, Jure Gentium uſi, plurimos ex captivis in ſervitutem redegerunt: inprimis autem Alemannos, quos non victos modo frequenti ſervitute gravarunt, ſed rebelles etiam ſemel iterumque graviſſime afflixerunt. In Regnis enim ambiendis, & figendis ſedibus, dubitare me fateor, an ullæ unquam Gentes perinde in ſe ipſas ſævierint, atque Germani ſævierunt in Germanos --- Non ſolùm autem Alemannos Franci, Rhenum transgreſſi, ſed alias itidem Gentes, eodem ſervitutis jugo gravarunt. Unde factum eſt, ut & reliqua Francia Servis abundarit &c.* & rurſus pag. 56: *Liberi quondam erant Alemanni, non minus quam Franci; verum, Francis libidine regnandi accenſis, viſum eſt, Gentem Alemannorum finitimam quidem, ſed hoc mage ſuſpectam, ſervitutis jugo premere, & exanimare tot modis memoratam libertatem, ne nocere vires alienæ poſſent, ut merito*

noſtros

Digitized by Google

noſtros pudere ejus oneris debeat, quod à Francis tam violenter Patrum noſtrorum humeris impoſitum, in poſteritatem, graviſſima non ſolum ignominia, verum etiam captivitate deductum eſt. Et Alemanniæ, cujus magna pars fuit, quæ hodie Helvetia vocatur, quondam non alia cauſa, quam potentiæ metu, tam fœdam ſervitutis maculam inuſſerunt Franci, ac deinde, ceu beneficii loco, in Epiſcopos, Abbates, & Abbatiſſas transfuderunt, qui confidentiores facti miſeram plebem haud uno tyrannidis genere, nec paucis quidem Sæculis, excruciarunt. Et pauci ſunt Helveticorum Pagi, qui, vetuſtiſſimarum chartarum teſtimonio, eam ſervitutem non ſervierunt &c. Nec minus benè *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spirenſ.* Cap. 20. pag. 96: *Dieweil dan* Clodoveus *bey den Ræmern den Brauch in Acht genommen, daß Sie die Uberwundene mit Leibeigenſchafft beladen, und dardurch alle Mittel wider Sie zu kriegen abgeſchnitten, hat Er gleichmæſſige Streng und Schærffe fürgenommen, und die Alemannier aller Wehr und Waffen entblæſt, und, anſtatt daß Er Mann, Weib, und Kindern, das Leben geſchenckt, alleſæmptlich zu Knechten, und, mit Leib und Gut, Ihme zu eigen gemacht, und aus Ihrer uhralten Teutſchen Freyheit, ſo tieff herunter geſetzt, daß ſie weder ſelbſt Krieg erheben kœnnen, noch zu Kriegs-Hændeln, oder andern Oberkeitlichen Verwaltungen, gezogen worden, ſondern Diener und entwehrte Leut ſeyn und bleiben müſſen &c.* Id quidem non dixerim, omnes pari ſervitutis jugo fuiſſe preſſos, ſed quosdam liberiori conditioni relictos, illos præſertim, quibus, probata ipſorum fidelitate, ſub annuo cenſu, vel præſtandis certis operis, colendi agri tradebantur; qui ſuccedenti tempore, varia ſortiti nomina, de quibus hactenus egi, prout ſcil. Principum Seculi, vel Eccleſiæ Procerum, aliorumve Magnatum agros colebant, quorum conditio ex Dominorum Humanitate, vel Severitate, pendebat. Reliqui autem veri manſerant Servi, a quibus ſervile genus diu productum. Legi meretur *Vadiani*, de *Conjugio Servorum*, Epiſtola, ad *Johannem Zwickium*, Eccleſiaſten Conſtantienſem, apud *Goldaſtum* l. c. lib. 3. pag. 141. &c. omnem hanc materiam funditus exhauriens; add. ejusdem Commentatio ad chartam Manumiſſionis *Engildrudæ*, apud *Goldaſtum* l. c. pag 58. Lucem quandam his afferunt (1) Formulæ *Donationum*, quibus Eccleſiis tradebantur: *cum omnibus rebus ſuis*; Vid. *Tradit. Fuldenſ.* lib. I. §. 8. apud *Piſtorium*, p. 447. ibi: *Trado ad S. Bonifacium & hæc mancipia: Perahtswind, Meginhart, cum omnibus rebus ſuis &c.* & §. 11. ibid. *Septem Mancipia, cum omnibus rebus ſuis &c.* & lib. 2. §. 82. ibid. pag. 524: *Servum, nomine Leibolf, cum omnibus, quæ habet &c.* vel: *Cum omni, quicquid proprium poſſidere videntur*; vid. ibid. lib. 2. Charta 29. pag. 505: *Mancipia, quorum nomina ſubter poſita: Azzo, & Uxor ejus, Gozzila, & filii ejus, Parahtrat, Wangund, Hiltibald, & Uxor ejus, Wolfrit, & filii ejus, Trenuolf & Eburwin & Tota --- & quicquid proprium videntur habere &c.* add. ibid. charta 40. p. 511; vel: *cum omni ſupellectili &c.* vid. ibid. lib. 2. Charta 15. pag. 500. verb: *Mancipia XIII. quorum nomina hæc ſunt ---- cum omni ſupellectili eorum &c.* Quæ phraſis etiam, ibid. §. 17. p. 501; §. 20. pag. 502; §. 24. pag. 503; §. 27. p. 505. &c. occurrit; vel: *cum omni eorum ſumptu*; vid. ibid. lib. I. Charta 25. p. 454: *Mancipia, cum omni eorum ſumptu &c.* add. ibid. Charta 27; nec non lib. 2. Charta 54. pag. 516. Vel, *cum omnia ſupellectili & ſumptu*; vid. ibid. lib. I. §. 14. pag. 449; verb: *Mancipiis, quorum nomina hæc ſunt ---- cum omni eorum ſuppellectili & ſumptu &c.* Quam loquendi formulam quoque ibid. §. 15. pag. 450. §. 16. ibid. §. 24. pag. 453; §. 36. pag. 456; §. 39. pag. 457; §. 42. pag. 458; §. 57. pag. 462. & paſſim alibi, offendimus; Vel: *cum cunctis ſupellectilibus eorum, & ſumptu, & quicquid ex illis augmentatum & laboratum fuerit*; teſte Charta 10. ibid. lib. I. p. 447: *Et hæc Mancipia, cum cunctis ſuppellectilibus eorum, & omnibus rebus quicquid habent, quorum nomina hæc ſunt: Snellung, Oadalmar, Uzzo, Ratswind, Wigberi ---- hæc omnia, cum illorum ſumptu, & quicquid ex illis augmentatum & laboratum fuerit &c.* Vel: *cum omni eorum elaboratu*: vid. ibid. lib. I. §. 46. pag. 459: *Mancipiis, quorum nomina hæc ſunt: Reheri, cum omni elaboratu ſuo &c.* & §. 110. pag. 478: *Quatuor Mancipia, Egilolf, cum ſua Hoba extra aream, & cum toto elaboratu ejus; & Gereloh, Ata, cum filio, & cum elaboratu ſuo &c.* Vel, *cum omni elaboratu & ſupellectili*; vid. Charta 138. ibid. lib. I. pag. 486: *Nomina quoque Mancipiorum inſerere placuit, cum omni eorum elaboratu & ſupellectili; iſta ſunt nomina: Walto, & Uxor ejus, Heliggund, cum filiis ſuis; Theothart, & Uxor ejus, Richbirg, cum filiis ſuis &c.* add. ibid. lib. 2. §. 24. pag. 503. & §. 226 p. 568; Vel, *cum Filiis, & pecoribus, domibus, & cum omnibus utenſilibus &c.* Vid. Charta 76. ibid. lib. I. pag. 467: *Hæc nomina Mancipiorum: Otperaht, Adalbald, Irmingoz, Betto, Reginburg, Sigiburg, Willirat, & hæc omnia, cum filiis & pecoribus, domibus, & cum omnibus utenſilibus &c.* Vel, *cum omni ſupellectili, & quicquid ex eis augmentatum fuerit &c.* Vid. ibid. Charta 104. p

476

476: Hæc Mancipia cum omni ſupellectili eorum, & quicquid ex eis augmentatum fuerit &c. vel, cum omnibus ad eos pertinentibus, Vid. Charta 41, apud Goldaſtum, Tom. 2. Antiquitatum Alemann: p. 38. Tradimus S. Galloni … de Colonis meis, Erfuinum, cum uxore ſua, & cum omni appertinentia ſua, cum caſa, & cum terra & cum omnibus ſuis: & alium Servum, nomine Waldolfum, cum caſa, cum terra, & omnibus ad eum pertinentibus &c. Vel: Cum omni, quo veſtiti ſunt; vid. præc. voc. Veſtiti. Vel, cum omnibus, quæ poſſident, uxoribus, Filiis & Filiabus, ovibus & bobus & cum iis, quæ opus ad vivendum; vid. ib. Charta 38, p. 37. barbaro licet ſtylo: Cum Servis & ancellis; hæc nomina eorum, Gondabaraneum, & omnia quæ poſſidet, cum uxorem ſuam, & Filios & Filias; & Rithfredum, ſic ſimiliter Winifredum, ſic ſimiliter Liuddulfum - - - cum agris, cum pradis, cum ſilvis, cum aquis, cum omnia acceſſibus, cum omne mobile aut immobile, cum filiis & filias, cum oves & bovis, cum iis, quæ ad opus vivendum pertinerent &c. Vel, cum poteſtate poſſidendi, fruendi, vendendi, & quicquid exinde elegerint faciendi; Vid. Charta 34, lib. 1. Tradit: Fuldenſium, p. 456: Trado ad Monaſterium, quod dicitur Fulda - - - in elimoſinam, Huochun & Blithruda, quicquid proprietatis habuerunt in illa participatione Mancipiorum, quæ Hadaburg, ad S. Bonifacium tradidit; ea ſcil. ratione, ut, à die præſente, & deinceps, Vos & ſucceſſores veſtri (Abbates Fuldenſes) firmiſſimam, & incontradictam posſidendi, fruendi, vendendi, & quicquid exinde elegeritis facere, in omnibus habeatis poteſtatem &c. Conf. ib. §. 51. p. 461; §. 86, p. 469; §. 107, p. 477. &c. vel, mixtim cum beſtiis, vid. ib. Lib, 2, Charta 78, p. 523: Similiter inter ſervos & ancillas XII. & porcos 40, & inter boves & vaccas capita 27, & caballos duos &c. imò beſtiis nonnunquam poſtpoſiti; vid. Charta 137, l. c. pag. 540. Etiam triginta caballos indomitos trado, tria mancipia, quorum hæc ſunt nomina: Wigimar, cum uxore ſua, Aralinda, & filia eorum, Baldswind &c. unde, patet, eos nihil, vel parum, proprii habuiſſe. Conf. Lehmannus l. c. p. 97. (2) Formulæ Manumisſionum, qualis apud Goldaſtum, Tom. 2, Antiquitatum Alemannicarum, §. 7. p. 27, occurrit: Idcirco ego, in Dei nomine, Engildruda, quondam meum Famulum, nomine Sigimarum, ſacris Ordinibus dignum, in præſentia Nobilium Virorum, liberum ab omni vinculo ſervitutis dimitto; cui Romanæ per hoc auctoritatis teſtamentum ſtatuo, ita, ut ab hodierno die & tempore, benè ingenuus atque ſecurus permaneat, tanquam ſi ab origine fuiſſet Parentibus liberis procreatus, vel natus: eandem pergat partem, quamcunque volens canonicè elegerit, habensque portas apertas, ita, ut deinceps nec mihi, nec ſucceſſoribus meis, ullum debeat noxiæ conditionis ſervitium, neque aliquod libertatis obſequium, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ, ſub certa ingenuitate, ſicut alii Cives Romani, per hunc manumiſſionis aut ingenuitatis titulum, benè ſemper ingenuus atque ſecurus exiſtat, ſuumque peculiare, quod habet, aut quod adhuc adquiri poterit, faciat inde, ſecundum Canonicam libertatem, quicquid voluerit … Regnante Domno Hludowico Rege Alamannorum & Pejoariorum, ſub Chonrato, Duce Nobiliſſimo, feliciter, Amen &c. Eandem chartam ſuppeditat Vadianus, lib. 2. de Monaſteriis Germanicis, apud Goldaſtum l. c. Tom. 3. p. 54. (3) Formulæ Permutationum, de quibus, teſtatur Vadianus l. c. p. 53; ubi: Ego Bernhardus, Abbas Monaſterii S. Galli, rogatus ſum pro concambio cujusdam ancillæ Monaſterii noſtri, cui nomen eſt Paldſind, à quodam homine, cui nomen eſt Tiſi. Convenit igitur atque complacuit ex utraque parte, ut nos illi traderemus prædictam Paldſindam, & nos e contra in concambium reciperemus ancillam proprii juris ipſius, nomine Adalhiltam &c. Conf. Goldaſtus Tom. 2. Antiquit. Aleman. Chart. 3. p. 26. Ego Cotawina, ancilla Dei, dono atque trado ad Monaſterium S. Galloni, ubi ejus ſacrus requieſcit corpus, & hoc eſt quod trado, quod ego in Lutinach viſura ſum habere, & in alio loco, qui dicitur Beſſindorff, & in locis, campis, ſilvis, & omnia quæ inibi viſura ſum habere, & Caſatos tres, his nominibus: Ragingerius, cum infantes ſuos, his nominibus: Rihgero, Wantilone, Waltricho; & uxore ſua, Faſtrata, & filio eorum, Wolfrido, & Servo ejus, Iſamberto, & alio Servo, nomine Woto, & Haccone, qui eſt in concambio cum Wichardo, (& ſi) redemere ſe vult, det alium Mancipium undecim manuum longum &c. (4) Quod, pecudum more, fuerint venditi. vid. adducta modo Charta 34, lib. I. Traditionum Fuldenſium, p. 456; & præced. voc. Emptitii; (5) Leges, quibus Domini damnum, à Servis datum, reſarcire tenebantur; Vid. Capit. l. 4. c. 1. Si ſervi per contumaciam, collecta multitudine, alicui vim intulerint, i. e. aut homicidium, aut incendium, aut qualiumcunque rerum direptiones fecerint, Domini, quorum negligentia hoc evenit, pro quo, quod eos conſtringere noluerint, ut talia facere non auderent, bannum noſtrum, i. e. LX. Solidos ſolvere cogantur &c. & l. 3. c. 44: Nemini liceat Servum ſuum, propter damnum ab illo cuilibet illatum, dimittere, ſed, juxta qualitatem damni

Digitized by Google

damni, Dominus pro illo reſpondeat, vel eum, in compoſitionem aut pœnam, petitori offerat. Si autem Servus, perpetrato ſcelere, fugerit, ita, ut à Domino penitus inveniri non poſſit, ſacramento ſe Dominus ejus excuſare ſtudeat, quod hoc ſuæ voluntatis nec conſcientiæ fuiſſet, quod Servus ejus tale facinus commiſit &c. Hinc ſua *Lehmannus* l. c. p. 97. & 98. (6) Tituli, quibus non Romanorum Imperatores ſolum, ſed & Francorum Reges, aliique Potentes Principes, *Slavos* ſibi ſubjecerunt, quorum præced. Tit. XVI, §. XI, in Catalogo *Ducum Venedicorum*, fusè memini (7) Vetus Interdictum, Capitul. lib. 3, c. 3: *Ut nec Colonus, nec Fiſcalinus, poſſint alicui Traditiones facere &c.* (8) Quod Franci pariter, & Alemanni, matrimonia Servorum, ſine conſenſu dominorum contracta, impunita non reliquerint; Vid. *Vadiani* Epiſtola, de *Conjugio Servorum*, ad *Johannem Zwickium*, apud *Goldaſtum*, T. 3. *Antiquitatum Alemann.* p. 144. &c. *Lehman* l. c. p. 98, quem porrò conſulas. Quæ omnia miſerrimam Servorum conditionem ſatis innuunt.

Quo tempore *Servitus* in Germania exſpiraverit? certo definiri nequit; cum id paulatim ſit factum; nec quidem in totum, ſed certo duntaxat modo; reliquias enim ſervitutis, in *Hominibus propriis*, aliisve *Colonis*, hinc inde, vel adhuc hodie deprehendi, nemo facilè ibit inficias; *Conringius*, de *Republica*, Exercit. 3. de *Urbibus Germanicis*, t. 81. p. m. 114. *poſt annum Chriſti nongenteſimum, omnes penè Servos, per univerſam Germaniam, ex pietatis fervore, emancipatos*, arbitratur, ſed nullo argumento aſſertum probans. *Bodinus* de *Republica* lib. 1. Cap. V. §. 39. p. 62. finem ſervituti an. 1250. impoſitum, exiſtimat: *Ut Servitus omnis apud Indos, qui ad Occaſum ſpectant, illa ætate concluſa videretur, qua Chriſtiani ſervitutem à ſuis cervicibus omninò repulerunt, i. e. Anno M. CC. L. Adhuc enim Servos in Italia fuiſſe, Anno 1200. planum eſt, tum ex Legibus Gulielmi, Siciliæ Regis, ac Friderici II. Cæſaris, tum etiam ex Decretis Pontificum Romanorum, Alexandri, inquam III. Urbani III. Innocentii III. ubi agitur* (in Decretalib.) *de Conjugiis Servorum, quæ JCti Contubernia vocant &c.* licet paulo ante vel ipſe ſcripſerit, l. c. p. 61: *Adhuc Servitutis veſtigia plurima reſtant in Orbe Chriſtiano &c.* De *Germania* ſanè, id teſtantur Diplomata & Chartæ ſolemniores innumeræ Seculorum X, XI & XII. apud *Hundium, Gewoldum, Gretſerum, Schatenum, Leuckfeldum &c.* Sequiorum temporum teſtes ſunt: Diploma *Friderici II.* Imp. de An. 1215. quo *Laureacenſe* Monaſterium, vulgo *Lorch*, ſub Regiæ Majeſtatis ſpecialem Protectionem recepit, Tom. I. *Documentorum Würtenbergic.* p. 728. ibi: *Cœnobium de Lorche, à Progenitoribus noſtris - - - - fundatum, ac de propriis ipſorum prædiis dotatum, ſub Noſtra Majeſtatis, cum perſonis Domino illic famulantibus, & cum univerſis bonis ſuis, mobilibus & immobilibus, ubicunque conſtitutis, nec non cum Mancipiis utriusque ſexus, ſpecialem recipimus protectionem &c.* It. Privilegia laudati Imperatoris, An. 1230, *Ratisbonenſibus* Civibus data, apud *Hundium* T. 1. *Metropolis*, p. 239: *Quicunque reſidens in Civitate impetitur de Servili conditione, qua teneatur impetenti, ſi talis probabit, quod decem annis permanſerit à nullo impetitus, deinceps ſecurus permanebit à tali impetitione &c.* Sic, *Otto Puer*, Dux Brunſuicenſis & Luneb. in Diplomate Privilegiorum Senatui Populoque *Luneburgenſi*, An. 1247. die *Vitalis*, conceſſorum: *Civitas Noſtra Luneborch, utens hujus Privilegii libertate, multas vexationes pertulit à Nobis aliquando; erant namque in Civitate Homines quidam, qui proprii Noſtri erant, quorum quidam ſe nobis recognoverunt, quidam non; & illorum Herewede & Rade* (Gerada) *indifferenter accepimus, in quo jura Civitatis & Statuta Privilegii infringere videbamur; multis ergò & magnis dilecti Noſtri Burgenſes Nobis precibus inſiſtentes, ut ab hujusmodi injuria ceſſaremus, inſtantiſſimè ſupplicarunt; & tandem convenimus, tali modo: quod, pro danda libertate omnibus illis, qui Proprii Noſtri erant, ſummam quandam acceptavimus - - - Acceptis igitur trecentis & quinquaginta marcis puri argenti, omnes in Civitate manentes, qui Noſtri Proprii fuerant, damus perpetuo, & per omnia, liberos, eorumque ſucceſſores &c.* In Transactione Conjugis laudati Principis, *Mechtildis*, cum dicta Civitate, Anno & die iisdem, ſuper eadem re inita, lego: *Volumus eſſe notum, quod Dilecti Burgenſes Noſtri in Luneborg, diligentes honorem ac libertatem Civitatis ipſorum, multis Nobis petitionibus inſtiterunt, ut certam ſummam pecuniæ acceptaremus, & daremus Proprios Homines, quoscunque in ipſa Civitate Luneburgenſi haberemus, à proprietate liberos & ſolutos. Nos itaque, cum rationabiles eorum preces ſemper exaudire, in omnibus, quæ honorem ipſorum reſpiciunt, intendamus, ad petitionem eorundem, Quinquaginta marcas argenti acceptantes, de pleno Filiorum Noſtrorum, Alberti, Johannis & Ottonis, & Filiarum Noſtrarum, conſenſu, univerſos Proprios Homines, tam maſculos quam feminas, quoscunque & quocunque modo eos, ſive ratione patrimonii, ſive ratione aliorum Bonorum Noſtrorum, in Civitate Luneborg manentes, habemus, Filios quoque & Filias ipſorum, ſi quos progenuerint, nec non & omnes eorum ſucceſſores, ab omni Servitute, & proprietate, liberos dimittimus & ſolutos &c.* Conf. Diploma *Ludovici*, C. P. R. ducisque Bavariæ, An. 1266. 8. Febr. Cœnobio *Fürſtenfeldenſi* ſcriptum, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. ad *Hundii Metropolin*, p. 328: *Præſentium memoriæ committendum, & futurorum notitiæ duximus decla-*

randum, quod ipſum fundationis noſtræ locum, dictum Fürſtenfeld, poſſeſſionibus jam dotavimus, hic ſubſcriptis, nec non cum Hominibus, qui propris Noſtri ſunt, eorumq; poſteritate, in ipſis prædiis reſidentibus; his etiam adjunctis, qui in dictis prædiis manentes jure Advocatico Nobis attinent, ita videlicet ut ipſi Advocatici ab omni ſervitio, ſeu jure, quo nobis tenentur, liberi maneant & quieti, donec ipſi memorato Monaſterio de noſtris propriis commitentur. Concedimus etiam, ut Noſtris ipſiusque Eccleſiæ Hominibus, liceat viciſſim contrahere matrimonia &c. Et *Rudolphus* Com. Palat. Tubingenſis, in conceſſione jurium, Monaſterio *Blabeurenſi*, in Oppido cognominis fruendorum, An. 1267. facta Tom. I. *Documentor. Würtenberg.* p. 919: *Litem & contentionem diutinam ac damnoſam, dictis Abbati & conventui motam ſepius, quamquam infructuoſe, contra cives in Blaburrun ſuper inquiſitione mortuariorum cenſualium Monaſterii in Civitate eadem commorantium, determinavimus, dictis Abbati et Conventui concedentes, immò Statutum condentes, ut de Hominibus Monaſterio ſuo, jure proprietatis, vel cenſualitatis. pertinentibus, etiam in Civitate Blaburn reſidentiam habentibus, jus mortuarium, quod vulgò Val & Hobrecht (Hauptrecht, Hauptfall) dicitur, ammodo percipiant, ſine contradictione qualibet &c.* Non minus *Henricus* atque Otto fratres, Comites Bipontini, in literis venditionis Villæ *Mercklingen*, & Curiæ ibidem, dictæ *Fronhof*, Abbati & Conventui Monachorum *Herren-Alb*, Ann. 1296. ceſſæ, ibid. p. 1471 *Vendimus Villam noſtram Mercklingen, & Curiam noſtram ibidem, dictam Fronhof, & jus Advocatiæ, Dube, Frevel, Betde, Cenſus, redditus, uſufructus, Landacht, cum ſylvis, almendis, aquis -- Hominibus Propriis, tam ibidem reſidentibus, quam etiam ad ipſa bona pertinentibus &c.* De aliis ut taceam; fatendum tamen *ſervorum* vocabulum pedetentim extinctum, & *Hominum Propriorum* magis invaluiſſe, conditionibus ſervilibus ſimul nonnihil immutatis, ceu præced. voc. *Homines Proprii* jam monitum. Hacque ratione tolerari poſſunt, quæ *Molanus*, lib. 3. de *Canon.* Cap. 33; ſervorum memor, profert: *Sunt in Germania, quos vocant Proprios; ſed non ſunt illi Servi, nec majores ſuos Servos habuerunt &c.* ut & *Sebaſtianus Franckius in der Keyſer Chronick*, f. 241: *Leibeigen ſeyn, heiſſet gleichwohl eigen Güter haben, aber ſeinen Leib nicht dörffen verrücken unter eine andere Herrſchafft, ohne ſeines Herrn vergünſt und Willen. Knecht aber, welche die Wallachen Sclaven nennen, ſeind mit Leib, Weib und Kind, Haab und Gut, ihres Herrn &c.*

8. Pfalburgeri (*a*) quibusdam (*b*) dicuntur, quaſi Fauxburgeri, ſeu falſi cives; aliis, (*c*) à *Pfal* palus; unde iſti, qui non perfecti cives fuerunt, appellati ſunt: *der zwiſchen ſeinen vier Pfalen ſitzet.*

Pfalburgerus erat civis extraneus liberæ conditionis homo, qui ſub Principibus, Comitibus &c. prædia poſſidens, ab Imperialibus & liberis Urbibus, jus Civitatis impetravit, ipſi Civitati certis conditionibus adſcriptus. (*d*) Cum olim hoc ſæpius in Principum fraudem fieret, in Aurea Bulla, c. XVI, talis Civitas prohibetur. (*e*) Vid. Limnæus, in Notis ad A. B. Cap. 16.

NOTÆ.

(*a*) PFALBURGERI &c. De *Pfalburgeris*, legendi: *Beſoldus, Theſaur. Pract.* voc. *Pfalbürger*, p. m. 734: ibique *Dietherr*, in Additionibus; *Wehner, Obſervat. Pract.* voc. ead. pag. m. 393 &c. *Speidel*, in Specul. voc. ead. p. 711 &c. *Joh. Jacobus Draco*, de *Jure Patriciorum*, Cap. 3. §. 21. & ſeqq. p. 244 &c. *Buxtorff*, ad A. B. Cap. 16; *Rumelinus*, ad A. B. Cap. 16. ibique *Mylerus*, in Notis, p. m. 570. &c. *Limnæus*, ad A. B. Cap. 16. p. 472 &c. Dn. *Joh. Philip. Datt*, lib. I. *Rer. German.* Cap. 14. §. 44. & ſeqq. p. 105 & 106; &, præ omnibus, Dn. *Jacobus Wencker*, in *Collectanis Juris Publici*, An. 1702, Argentorati editis, præſertim Diſſ. de *Pfalburgeris*, primo loco occurrens; ejusdem Disquiſitio de *Uſſburgeris*, loco ſecundo inſerta, omnem hanc materiam funditus illuſtrantes.

(*b*) QUIBUSDAM &c. Adnotator T. I. *Documentorum Würtenbergicorum*, ad Diploma IV. Monaſterii *Blabeurenſis*, p. 911. lit. a. inquit; *Servilis autem conditionis homines, qui in Oppidis habitabant, privilegio Oppidorum ſeſe tuebantur, & onera ſervilia amplius ſolvere renuebant --- In Civitatibus ergò ejusmodi homines habitantes, dicebantur Pfalbürger, quaſi Falſcher Bürger; quemadmodum Balmund, dicitur Falſcher Tutor. Melchior Haiminsfeldius Goldaſtus, in Rationali Conſtit. Imperial. f. 78 & 80. &c.* Ejusdem ſententiæ ſunt: *Freberus*, de quo *Beſoldus*, l. c. *Civis ille, qui prius domicilium retinet ejus Civitatis, cui adſcriptus eſt, Falſus Civis eſſe perhibetur, & nomine Germanico vetuſto Pfalbürger nominatur. Cujus vocabuli notatio, quæ ſit, in obſcuro eſt. Quidam putant, incolam, qui non eſt Civis, dici Pfalbürger, der zwiſchen ſeine Pfælen ſitzt. Freberus, Falſum Civem eo ſignificari exiſtimat &c.* & *Arumæus*, ad A. B. Diſc. 6. t. 11, & *Draco* l. c. *Kilinger*, de *Ganerbiis*, Diſcurſ.

3. §. 86; *Rummlinus* ad A. B. Cap. XVI. p. m. 571. ibique *Mylerus* in Notis; aliique multi. In ejusdem vocis originem inquirens, Dominus *Wenckerus* cit. Diſſertat. de *Pfalburgeris*, §. 8. p. 8. ait: *Nobis nova illa conjectura arridet, quæ Pfalburgeros, à Fall, Zufall, quod Latinè caſus dicitur, das ſich zuträgt, nuncupatos fuiſſe, veriſimile facit, quaſi Fallburgeros; quia non uno tempore exorti, nec ſemper in Pfalburgeratu permanſerint; ſed quod diverſis temporibus exiſtentes, certas ob cauſas, ad definitum annorum ſpatium, à vicinis Civitatibus jus Civitatis & protectionis aſſumere coacti fuerint; quibus ceſſantibus, Pfalburgeratus quoque ceſſabat; illis verò iterum renaſcentibus, & Pfalburgeratus reincipiebat; non aliter, ac ſi novus iterum caſus incidiſſet, qui Pfalburgeratus ortum procreaverit; inde Anniverſarii Cives quandoque appellantur.* --- *Nova quoque & grata conjectura eſt, vocem Pfalburger, à Pala, foſſorium inſtrumentum, quo ſolum vertitur, Gallis Paelle, vel Pele, noſtris eine Schauffel, deducens; cui favent, præter ea, quæ è ſupplicatione quorundam Comitum, Baronum atque Nobilium, in §. præced. adducta ſunt, Acta etiam alia, in ſpecie Tabula der Stadt Straßburg Ausſöhnung mit Kayſer Wenceslao, Dat. Bettlern, 5. Jan. 1393, ubi Articulus de Pfalburgeris, ita ſonat: Item es ſüllent ouch die Fürſten und Herren, und die von Straßburg, kein Pflugburger (quod in aliis ejusdem Conventionis Tabulis exprimitur, kein Pfalburger) nit ufnemmen, noch haben, in aller der moſſen, alſo ſich das vindet mit dem Rechten zu Hagenowe &c Ergò Pflugburgere, vel Schauffelbürgere, hoc loco, ſunt Cives, ex agreſtium ordine, qui, vel relicto vel retento aratro, alienæ Civitati ſe ingerunt, ut ab omnibus oneribus, contra priſtinum Dominum, ſub quo habitant, & agros ſuos colunt, exemti ſint; Jura & Privilegia Civitatis quæſitæ propterea allegantes, quibus ut alii & veri Cives gaudere prætendunt. Fallburger poteſt etiam explicari à Fall, Gefell, h. e. præſtatione annua, quam ſolvere tenentur.* His ita præmiſſis, ad examen revocat p. 10, ſententias eorum, qui *Pfalburgeros*, à Palatiis veterum, Germanicè *Pfaltzen*, nomen ſortitos arbitrantur; vel à *Palis*, quaſi ex villis & Pagis intra *palos*, quibus urbium & caſtrorum ingreſſus muniri ſolent, receptos; concludens tandem: *Quum Pfalburgeri vox plerumque ſumatur in deteriorem partem, veriſſima nominis ratio erit à Balo, vel, quod idem eſt, à Fala, quod Vocabulum Priſcis inſidias, malitiam, fraudem, dolum, ſignificavit, cujus etiam in deſcriptione Pfalburgeri expreſſa ſit mentio in Aurea Bulla, & in antiquis Pfalburgerorum monumentis radicatur; ut rectè propterea Goldaſtus in Rationali Conſtit. ſcripſerit: Suſpicatur Freiberus, ψευδοπολίτας, h. e. Falſos Cives, ſignare; Cujus compoſitionis inſtar ſit in verbo Balmond, quo falſum tutorem dixiſſe veteres Theutones, Nauclerus, Cujacius & Cruſius, auctores ſunt. Eſt enim Freberi hæc conjectura non tantum Politica, quæ rem ipſam exprimit, ſed etiam, Grammatica, licet Bal, vel Fal, a Pfal & ſcriptura & pronunciatione differat. Confitetur enim ipſe Goldaſtus hujus vocis variam ſcripturam, eamque pluribus enumerat &c.* Revera quandoque legitur *Paleburger*, vid. ſeq. lit. c; quandoque *Balburger*, ib. mox *Phalburger*, vid. ſeq. lit. c; mox *Pholburger*, ib. nunc *Pfalburger*, vid. charta permutationis quorundam oppidorum, inter *Henricum*, Roman. Regem, & *Johannem*, Epiſcopum Argentoratenſem, An. 1308, apud Dn. *Wenckeri* l. c. Addit. Tit. 1, p. 62. nunc *Pfolburger*; vid. literæ *Caroli IV*. de An. 1354, ib. p. 64.

(c) ALIIS &c. *Wehnerus*, voc. *Pfalburger*, p. 393, hoc ſenſu ſcribit: *Incola, qui non eſt civis, dicitur Pfalburger, quaſi dicas, der zwiſchen ſeinen vier Pfælen ſitzt &c.* & *Speidelius*, voc. ead. p. 711: *Quidam putant, Pfalburgerum dici, der zwiſchen ſeinen vier Pfælen ſitzt, i. e. ut forſitan divinare licet, der nicht in einem Thurn, ſondern in einem hültzern Hauß, wohnet.* Dn. D. *Beſoldus*, in *Diſcurſ. de Jure Ordinibusque Civium*, Cap 3, §. 5: *vel, qui habitat in ſuburbio, Palis ſcil. non muris, vallato. Eſt enim Germanis Palus, Pfal: hincque tales ſuburbiorum munitiones dicuntur Palliſade. Et quid impedit, quin Faulxbourg, quod ſuburbium eſt Gallis, inde derivetur, ut ſit quaſi, Pfalburg &c.* Verum hac ratione & veros Cives proprias domos in ſuburbiis habentes, *Pfalburgeri* nomine appellandos fore, rectè objicit *Limnæus* ad Cap. XVI. *Aur. Bullæ*, Obſervat. 6, p. 475.

Zachariæ Vietori, Diſſ. de *Exemptionibus Imperii* Concluſ. XX, §. 8, p. m. 105, ita vocantur, quaſi *pallantes*, i. e. *paſſim vagantes*, ſubditi; cui ſententiæ ſuffragari videtur Formula Pacis Publicæ, inter Status quosdam Imperii, videlicet: *Gerhardum* Moguntinum, *Conradum* Colonienſem, *Arnoldum* Trevirenſem, Archi-Epiſcopos; *Richardum* Wormatienſem, *Henricum* Argentoratenſem, *Jacobum* Metenſem, *Bertoldum* Baſileenſem, Epiſcopos, multos Comites; & Civitates *Moguntinenſem*, *Wormatienſem*, *Spirenſem*, *Argentinenſem*, *Baſileenſem &c.* An. 1254. ad decem annos factæ, apud Ill. Dn. Leibnitium, Part. 2. Mantiſſæ *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. VIII. v. 19. p. 95. ibi: *Item, inhibitum eſt, quod nulla Civitatum ſibi aſſumat Cives non reſidentes, quod vulgò appellatur Paleburger* &c. & v. 27, ib. p 96: *Item, depoſuimus ibidem Cives, qui dicuntur Balburger, totaliter & de pleno, ita quidem de cetero nulla civitatum tales*

Digitized by Google

habebit & recipiet. Illi vero, quos recepimus, & recepturi ſumus, reſidebunt nobiſcum, una cum uxoribus, & familia ipſorum, cottidie, per totum annum, excepto tamen, quod temporibus meſſium exibunt, una cum uxoribus ſuis, ad rus, pro colligenda annona, in vigilia **S. Margarethæ**, *& non revertentur usque in diem* **Laurentii**, *ita tamen, quod medio tempore relinquant in Domibus ſuis Familiam competentem, neque carebunt Domus eorum igne & fumo, & erunt apertæ, ſecundum conſuetudinem domorum, quæ inhabitantur.* Et §. 28. *Item, tempore autumnali, in die* S. Mauritii, *poterunt exire ad rus ſimiliter, per tres ſeptimanas, vinum ſuum congregando, domibus eorum, ſicut eſt præhabitum, procuratis &c.* Notanda ſimul poſterior lectio: *Balburger*, quæ iis prodeſt, qui inde *falſos cives* eos appellandos eſſe ſtatuunt; ut *Falſos Principes* veteribus *Ballomeres* nuncupatos *Gregorius Turonenſis*, lib. VII. *Hiſt.* Cap. XIV, p. m. 154, auctor eſt, verb: *Et quia ſonuerat* **Gundobaldum** (quendam, ex Græcia profectum, atque Chlotarii Regis filium ſe mentientem) *manifeſte Regem levatum, anticipans Rex verba ejus, ait: O inimici Regionis Regnique noſtri, qui propterea ante hos annos orientem adgreſſus es, ut* **Ballomerem** *quendam (ſic enim vocabat Rex Gundobaldum) ſuper Regnum noſtrum adduceres, ſemper perfide, & nunquam cuſtodiens, quæ promittis &c.* In margine adjicit Freherus: *Ballomer, i. e. Falſus Dominus, Pſeudo-Princeps.* Sic *Guntheramnus*, Rex Pariſiorum *Ebregiſilo*, apud eundem, Lib. IX, Cap. XXVIII, pag. 206: *Non ſufficit, ô infeliciſſime hominum, quod, impudico conſilio,* **Ballomerem** *illum,* **quem Gundobaldum** *vocitatis, ad conjugium arceſſiſtis, quem manus mea ſubegit, qui voluit Ditioni ſuæ Regni noſtri ſuperare potentiam &c.* Eodem ſpectat vocabulum *Balmund*, quo falſum *tutorem*, ſeu *prævaricatorem*, vel ipſe *Carolus Magnus*, in Diplomate, quo An. 813. *Ulmam*, Villam Regiam, Abbati & Conventui *Augiæ Majoris* dedit, apud *Nauclerum*, Vol. 2. Generat. XXVII, p. m. 698, intelligit: *Eligant huic loco, ſicut & in cæteris locis ſuis, competenter Advocatos & Defenſores, eo tamen tenore, ut quandocunque ſui commiſſi prævaricator, aut in rebus vel hominibus, quod vulgò Balmunde dicitur, exiſtat, ſtatim ſine mora ſine judicio, Advocatiam perdat &c.* Conf. *Du Freſne*, voc. *Ballomer*, pag. 448. & voc. *Balmund*, p. 449; *Wehner*, Obſervat. pract. voc. *Balmund*, p. m. 39; *Beſoldus*, Theſaur. Pract. voc. eadem, p. 132.

Alii proferre poſſent, *Pfalburgeros* idem eſſe ac *Cives Helvos, Fahle Bürger*, i. e. *die keine rechte Bürger ſind*; ut *Helvi, die Fahlen*, nec *albi*, nec *fulvi*, ſed *quaſi fulvi*, ſunt.

Verum, hæc omnia meris nituntur conjecturis, quarum ſingulis aliquid veri ineſt, ut plerumque in deducendis etymologiis fieri amat.

(d) ADSCRIPTUS &c. *Wehneri* hæc definitio eſt, *Obſervat. Pract.* voc. *Pfalburger*, p. 393. *Mylero*, in Addit. ad *Rumelinum*, ad Cap. XVI. *Aur. Bull. c.* 1. pag. m. 571. vocatur: *Civis, qui, in fraudem ſui Superioris, in aliam Civitatem ſe adſcribi procurat, ut ejusdem Privilegiis & defenſione fruatur, ſalvo manente prioris Civitatis jure & immunitate &c.* Dn. *Datto*, lib. 1. *Rer. Germ.* Cap. 24. §. 50. p. 106. audiunt: *Principum, Baronum & aliorum Hominum, Cives & Subditi, qui jugum ordinariæ ſubjectionis quærentes abjicere, imò auſu temerario contemnere, in aliarum Civitatum Cives recipi ſe procurant, & nihilominus in priorum Dominorum, quos tali fraude deſerere præſumunt, Terris, Civitatibus, Oppidis & Villis, corporaliter reſidentes, Civitatum, ad quas hoc modo ſe transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defenſari contendunt.* Dn. *Wenckerus* l. c. §. 9. p. 11 ait, *eos eſſe Principum, aliorumque ſubditos, qui in aliarum Civitatum Cives ſe recipi curent, & nihilominus in priorum Dominorum Terris reſidentes, vel & non reſidentes, juribus ac libertatibus civium recipientium gaudere, atque ab iis defendi velint &c.* qui ſeq. §. 20. p. 26 & 27. de diſcrimine *Pfalburgerorum* Veterum & modernorum, nec non *Usburgerorum*, fuſe agit, inde huc ſpectant: *Quoniam non omnes Cives duarum Civitatum ſunt Pfalburgeri, ſed ii tantum, qui, in præjudicium prioris, poſterius quærunt: Uſſburger verò latius patet, quam Pfalburger, & notat non ſolum eum, qui utrinque jus Civitatis habet, ſed etiam illum, qui in uno loco jus Civitatis, in altero jus protectionis, incolatus; hinc patet, quam longè diſtent* **Pfalburgeri veteres, ab iis, quos hodiè nonnulli abuſivè Pfalburgeros** *vocant, eos nempe, qui in Civitatibus tantum commorantur, ut incolæ* **Einwohner, Beyſaſſen**, *nec dum jus Civitatis habent, ſed tantum in tutelam & Jurisdictionem, ut ſubditi, recipiuntur; hi enim, ſive retento, ſive reſignato jure Civitatis, emigrantes, & in altero loco jus protectionis, incolatus, obtinentes, nulli ſunt Pfalburgeri, ſed Uſſburgeri, ad differentiam eorum, qui utrinque jus Civitatis habent, peculiari nomine* **Schutz- und Schirms-Verwandte** *indigitati; a quibus tamen iterum differunt Clientes, qui non ſunt ſubditi.* *Alibi etiam* **Pactburgeri** *dicuntur, ut vult* **Killinger**, *Tract. de Ganerbiis, Diſc. 3. § 88. quod non abſolutè, ſed ſub certo Pacto, unter einem gewiſſen Pact oder Geding, Cives ſint; aut ſub certa & denominata penſione annua, vel cenſu; aut ad certum tempus; raro in perpetuum &c.* Ita quoque *Schilterus, Inſtit. Jur. Publ* lib. I. Tit. VI. §. 4. p. 79: *Dividuntur quoque Cives, in Veros, & quaſi Cives, qui etiam* **Usburger, extranei Cives, & Pfalburger** *dicuntur, qui vel ſimpliciter & jure recepti, vel ad diem, & certum tempus, veluti decennium, pro certa præſtatione pecuniæ, vel equorum &c.* Conf. etiam de diſcrimine Veterum & Re-

& Recentiorum *Pfalburgerorum*, *Knipſchild*, de *Civitat. Imperial.* lib. 2. c. 29. §. 76 &c. Ad recentiorem vocis *Pfalburger* ſignificationem pertinere, rectè monet Dn. *Wencker* l. c. p. 28. quod in *Ordinatione Politica Elect. Saxon.* An. 1612. p. 294. in inferiori claſſe rei veſtiariæ, ita collocentur: *Vorſtætter, ſo eigene Hæuſer haben, auch die Pfalburger, ſo auſſer der Statt wohnen, ausgeſchloſſen diejenigen, ſo in obige Orden gehæren.* Ubi *Pfalburgeri* in ſuburbiis collocantur, & aliis ſuburbanis opponuntur, quod non habeant ædes proprias; itaque alias vocantur *Haüßler*, *Haußgenoſſen &c.* Perperam *Pfalburgeros Kyllingero* i. e. vocari *Pactburgeros*, docet *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, Cap. 3. §. 21. p. 244. eo quod talis ſynonymia ſcopo prohibitionis *non recipiendorum Pfalburgerorum*, contrarietur, qui *Civibus pactitiis* non obſtet. Conf. *Arumæus* ad *Aur. Bull.* Cap. 16. f. 267. &c. & *Beſoldus*, de *Jure Civium*, f. 48. & in *Theſauro Pract.* voc. *Pfalburger*, p. 734. Ad Quæſtionem: *Num quis duarum Civitatum Civis eſſe queat?* affirmativè reſpondet *Wehner* l. c. præjudicia allegando; quamvis circa *Urbes Imperiales*, Imperatorem Dominum & Superiorem agnoſcentes, limitationem adhibeat; pluribus Idem argumentum affirmativè proſequitur *Draco*, l. c. §. 24 & ſeqq. p. 245. &c. nec non *Mylerus*, l. c. c. 3. p. 573 &c. exceptis tamen caſibus, ſi id fiat invito Territorii Domino, vel Civitates iſtæ diverſis Imperii Statibus ſint ſubjectæ. Idem ſentit *Limnæus* ad A. B. Cap. XVI. §. 1. Obſervat. VIII. pag. 475 & 476. Illuſtrandæ rei inſerviunt Acta Publica, quæ Ill. Dn. de *Leibnitz*, Part. 2. *Mantiſſæ* Codicis Juris Gentium Diplomatici, p. 108. &c. ſuppeditat, veluti, §. XI. p. 108. *La Bourgeoiſie perpetuelle, dreſsée entre la Republique de Berne, & la Ville de Neufchatel, l'an 1406.* It. *Reception de la Combourgeoiſie de Berne en l'an 1406. par la Ville de Neufchatel, ibid. p. 111. &c.* §. XII. p. 115. &c. *La Combourgeoſie du Prince de Neufchatel, ave la Republique de Berne, l'an 1458.* It. *Combourgeoiſie entre le Prince de Neufchatel, & le Canton de Soleure*, 1458, ibid. p. 119. &c. §. XIII, p. 122. &c. *Combourgeoiſie entre le Prince de Neufchatel, & le Canton de Fribourg*, 1465. &c. §. XIV. p. 126. &c. *Tractatus inter Novi Caſtri Principem & Rempublicam Lucernatem*, 9. *Nov.* 1693.

(c) PROHIBETUR &c. *Draco*, de *Origine & jure Patriciorum*, Cap. 3, §. 21. p. 244, *Rumelinus* ad A. B. Cap XVI, c. 1, p. 570. &c. aliique multi, non ſatis tutò aſſerunt, jam *Caroli Magni* ætate *Pfalburgeratum*, fuiſſe interdictum, per Conſtitutionem Ejus Theodonis-villanam de An. 806, quam *Goldaſtus*, *Conſtit. Imper.* fol. 10. &c. exhibet, ubi, §. 10: *Similiter præcipimus, ut quemlibet Liberum Hominem, qui Dominum ſuum, contra ejus voluntatem, dimiſerit, &, de uno Regno, in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque Hominibus ſuis conſentiat, ut talem hominem recipiant, vel juſtè retinere præſumant. Hoc non ſolum de Liberis, ſed etiam de Servis fugitivis, ſtatuimus ordinandum &c.* cum *Pfalburgeri* priſtinum dominum non relinquant, ſed ſaltem, in ipſius fraudem, novum ſuperinducere contendant, ut hac ratione duarum Civitatum juribus fruantur; id quod etiam Conſtitutionem *Ludovici Pii*, de Pace Publica de An. 837, apud *Goldaſtum*, T. 2. idem præcipientem, objicientibus, reſponderi poteſt; Vid. Dn. *Wenckerus*, Diſſ. de *Pfalburgeris*, §. XXII. p. 30. Rectius autem producitur hoc titulo Conſtitutio *Henrici*, Romanorum Regis, de An. 1231, quam *Sigismundus* Imp. in *Aurea Bulla*, de *Pfalburgeris*, An. 1431, Norimbergæ edita, ex Idiomate Latino, in Germanicum translatam, ſiſtit, apud Dn. *Lunigium*, *Part. ſpec. des Reichs-Archivs*, Continuat. 1. *im erſten Abſatz*, §. 27, p. 57. ubi: *Item, die Bürger, die da Pfalbürger genannt ſeyn, ſollen gæntzlichen abgeleget werden: item, der Fürſten, Edlen, und der Kirchen Eigen Leut ſollen in unſern Stætten nicht eingenommen werden &c.* Anno proximè ſequenti, 1232, promulgavit Ipſius Parens, *Fridericus 2*, Imp. notiſſimam Conſtitutionem de *Juribus Statuum*, quam Dn. *Schilterus* Tomo 2. *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. XVI, §. 1. p. 117. &c. inſeruit, cujus §. 7. ita ſonat: *Item, Cives, qui Phalburgere dicuntur, penitus ejiciantur &c.* Hujus etiam loci eſt Formula *Pacis Publicæ*, An. 1254, inter Status quosdam Imperii contractæ, cujus præced. lit. e, facta mentio. Mediante *Ludovico* Bavaro Imp. convenit An. 1346, inter *Cunonem de Falckenſtein*, *Ulricum* Com. Hanoviæ, *Philippum Falckenſteinium & Godefridum Eppenſteinium*, ex una, atque Civitates *Francofurdenſem*, *Fridbergenſem & Geilenhuſanam*, parte ex altera, apud Dn. *Schilterum*, inter diplomata & Documenta, Hiſtoriam *Friderici III.* Imperatoris illuſtrantia, p. 233. & 234. & Dn. *Lunigium*, l. c. *in der Andern Fortſetzung der Erſten* Continuation, §. VIII, p. 17; *Und umb die Pholburger iſt gered, das die Pholburger allir Dinge abe fullin ſin, gein uns, den vorgenannten Herren, alſe lange alſe dyſe Richtunge werit. Denn wer by uns, den Steden, blyben wyl, und by uns, den Steden, Burger ſin, idir werden wyl, der ſal mit Wyber und mit Kindern by uns ſitzen, und wonen &c.* De *Caroli IV.* Conſtitutione, teſtatur ipſa A. B. Cap. XVI, cujus Dn. Auctor meminit. Ante omnia huc ſpectat laudata *Sigismundi*, Ipſius Filii, *Aurea Bulla*, ſeu Conſtitutio *Norimbergenſis*, An. 1431, de *Pfalburgeris*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 1, *im Erſten Abſatz*, §. 27, p. 56. &c. ſufficiat inde adduxiſſe: *Wann von der Pfalburger wegen, vor langen Zeiten, groſſ Zwietracht zwiſchen etlichen*

Fürſten, und Herren, und Ritterſchafft, den Stadten, und andern, geweſen, als das wohl landkündig iſt; und die hinzulegen, der Allerdurchleuchtigſte Fürſt, Herr Carl, Rœmiſcher Kayſer, unſer lieber Herr und Vatter, ſeel. Gedachtniß, durch Friedes und Gerechtigkeit willen, in dem Geſetze Seiner Kayſerl. Gülden Bullen, vor Zeiten zu Metz gemacht und beſchloſſen, von den Pfalburgern, lauter und eigentliche geſatzt hat, verbietende allermanniglich, Pfalburger zu empfahen ũ. zu halten, als denn das in dem XVI. Capitel derſelben Gülden Bullen, von der Pfalburger wegen klærlicher begriffen iſt. ... So haben wir, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, etlicher unſer und des Reichs Churfürſten, Furſten, Grafen, Banier-Herren, und viel ander Erbarer Leuth, beyd Geiſtlicher und Weltlicher, und mit rechter Wiſſen geſetzt, geordnet, gemacht und geſprochen, ſetzen, ordnen, machen und ſprechen, von Rœmiſcher Kœniglichen Macht Vollkommenheit, mit dieſem gegenwartigen unſern Rœm. Kœnigl. Geſetze, ewiglich warende, daß kein Fürſt, Grafe, Herr, Ritter oder Knecht, in welchen Würden, Weſen oder State die ſein, noch auch kein Stadt oder Statte in dem H. Reich, keinen Pfalburger, noch Pfalburgerin, noch einig Mundleuthe, ewiglich, keines wegs nicht empfahen, haben noch halten ſollen, ſie ſeynd Geiſtlich, oder Weltlich; und, im Fall ſie deren empfangen, und aufgenommen hatten, vor dato des Brieffs, dieſelben, wer die waren, ſollen ſolche Pfalbürger, und Pfalbürgerin, und Mund-Leuth, in zweyen Monathen, und ſie des dann ermahnet werden, ihres Bürger-Rechts gantz erlaſſen, und auffsagẽ, und ſich der Mund-Leuth auch gantz entſchlagen, und ſie hinfüro damit nicht ſchützen, ſchirmẽ, handhaben, noch hinſchieben, in keine Weiſe &c. De pœna additur: *Und ob jemand, wer der wære, wieder dieſer unſer Geſetze eines, oder mehr, dürſtiglich und freventlich thate, oder thun würde, ſo ſetzen und wollen wir, daß der, oder die, ſo offt und dick das geſchehe, in unſere und des H. Reichs ſchwere Ungenad, und in die Poen der Güldenen Bullen unſers Vatters, Kayſer Carls ſeel. als von den Pfalbürgern begriffen, und darzu in die Pœn Hundert Marck Lœtiges Golds, von ſolcher Uberfahrung willen, verfallen ſeyn ſoll; halb in unſer und des Reichs Cammer, und das andere halb Theil, denen, die wieder das Geſetze übergriffen, und geleydiget werden, unlaßlich zu bezahlen &c.* Alia Documenta Publica, hanc in rem facientia, ſubminiſtrat Dn. *Wencker* l. c. in Append. p. 62. &c. Nihilominus verò Leges has non fuiſſe obſervatas, ex querelis, de quibus R. J. *Trevir. & Colon.* An. 1512, §. 17, *Item, als an uns &c.* inſpiciendus, judicandum eſt.

Tantum.

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google

LIBRI SECUNDI
TITULUS I.
DE
REBUS IMPERII CORPORALIBUS.

Res Imperii ſunt vel corporales, vel incorporales.

NOTA.

Juſtinianea methodo, agitur hic de altero Juris prudentiæ publicæ objecto, *Rebus* ſcilicet, quatenus ſunt vel *corporales*, vel *incorporales*, ſeu *Jura*. Vid. *Schilter.* *Inſtit. Jur. Publ.* Tom. 1, lib. 2, Tit. 1, §. 1, p. 259.

1. Res corporales ſunt vel mobiles, vel immobiles. Res mobiles Imperii ſunt paucæ admodum, & ad eas referuntur res Imperii, quæ Norimbergæ (*a*) aſſervantur. De quibus ſupra diximus, in Tit. De modo perveniendi ad Imperium.

NOTA.

(*a*) NORIMBERGÆ, Add. & *Aquisgrani*, de quibus præced. Lib. 1. Tit. VIII, §. 2. lit. b. & c, pag. 872. & ſeqq. actum.

2. Res immobiles Imperii ſunt Feuda Imperii, & Regiones ad Imperium pertinentes.

3. Feuda imperii ſunt vel Secularia, vel Eccleſiaſtica. Eccleſiaſtica ſunt: Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, Prælaturæ &c. quæ vulgò *Scepter-Leben* vocantur.

4. Ecceſiaſtici enim Imperii Status de hiſce olim per Sceptrum (*a*) inveſtiebantur. *Der Kayſer ſoll leiben allen Geiſtlichen Fürſten ihr Recht mit dem Scepter: und allen Weltlichen Fürſten mit dem Fahnen.* (*b*) *Spec. Suev.* lib. 1. c. 32.

NOTÆ.

(*a*) PER SCEPTRUM &c. Quandoque per *Chirothecam*, teſte *Meinwerco*, Paderbornenſi, ab *Henrico Sancto* Imp. ita inveſtito, vid. præced. Lib. I. Tit. XV, §. 22, lit. d, pag. 1381; Conf. Chartam *Liemari* Bre-

Bremenſis de An. 1088, apud *Lindenbrogium* inter *Privilegia Eccleſiæ Hamburg.* §. 33, p. m. 147; ubi de *Gerhardo de Stumpenhuſen* ita: *Nam publice actum eſt, ſuper Reliquias noſtras cum Chirotheca, ſicut mos eſt liberis Saxonibus, tradidit Aſanthorp, curtim ipſam, & manſos quatuor & dimidium, cum areis, ædificiis, terris &c.* Hinc ſua *Du Freſne* in Gloſſ. voc. *Chirotheca*, p. m. 966, & 970; ubi plura, huc facientia. Quandoque *per Crucem*, vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 22, lit. g, p. 1391, & ſeq. §. 17, lit. e.

(*b*) *MIT DEM FAHNEN &c.* In *Speculo Saxonico* lib. 3, Art. 60, apud *Goldaſtum*, de *Conſuetudinib. Imper.* p. 161, dicitur: *Imperator confert cum Sceptro Spiritualibus; & cum Vexillis, Secularibus, omnia Feuda Illuſtris dignitatis &c. Von Scepter und Fahnen-Lehen* vid. ſupr. l. c. lit. g, pag. 1391; ubi Auctores hic conſulendi; nec non ſeqq. §§. 9, lit. a; 17. lit. d, & §. 18. Add. *Schwederus*, part. ſpec. *Introduct. Jur. Publ.* Sect. I, Cap. IX, §. 2, p. m. 361, &c.

5. De poteſtate Eccleſiaſtica inveſtiebantur per Baculum & Annulum, (*a*) quæ Inveſtitura, à temporibus Henrici V, Pontifici ceſſit. (*b*) Vid. *Lehman*, lib. V, c. 104.

NOTÆ.

(*a*) ANNULUM &c. De Inveſtitura hac vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 22, lit. d, pag. 1379 &c.

(*b*) CESSIT &c. Quibus conditionibus Imperator *Henricus V.* Jure hoc Pontifici Romano, *Calixto* 2, ceſſerit, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, monitum. Acta priora cum *Paſchali* 2, & *Gelaſio* 2, extant ibid. Tit. V, in vita *Henrici V*, p. 549 & 558.

6. De origine horum Feudorum latè egimus, lib. I.

NOTA.

Originis Feudorum facta itidem jam fuit mentio præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 5. lit. a, pag. 9.

7. Hic obſervamus primò: Non omnes Epiſcopos, qui in Imperio noſtro ſunt, eſſe Status Imperii; (*a*) imò ne iſti quidem omnes, qui ſunt Suffraganei Archi-Epiſcoporum, quorum ſupra (*b*) mentionem fecimus, ſunt Status Imperii, ſed quidam (*c*) ſunt mediati: ſicut nec omnes Prælati; ſoli enim ferè Prælati Benedictini (*d*) dignitatem Statuum participant; quamvis & hi non omnes. (*e*) Reliqui Ordines Monachorum, quia recentiores ſunt, & quidem demum Seculo XII, vel XIII, in Germania cœperunt, quo tempore Clerus jam vehementer fuit exoſus, ad hanc dignitatem evecti non ſunt. (*f*)

NOTÆ.

(*a*) STATUS IMPERII &c. V. g. *Neoſtadienſis*, in Auſtria; *Mechlinienſis* Archi-Epiſcopus, cum Epiſcopis *Antwerpienſi*, *Brugenſi*, *Gandavenſi*, *Namurcenſi*, *Tornacenſi* &c. in Belgio.

(*b*) SUPRA &c. Scil. Lib. I, Tit. XV, §. 13.

(*c*) QUIDAM &c. Veluti: *Viennenſis*, in Auſtria; *Gurcenſis*, *Lavantinenſis* & *Laubacenſis*, in Ducatu Carinthiæ; *Seccovienſis*, in Inferiori Styria; *Chiemenſis*, in Archi-Epiſcopatu Salisburgenſi; Qui omnes in ſpiritualibus Salisburgenſi parent: Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. oo. pp. qq. 21, & ſſ. p. 1242. ad 1247.

(*d*) BENEDICTINI &c. Præcipui Abbates & Prælati, qui *D. Benedicti*, (circa annum 543. mortui, vid. *Angelus de Nuce* in Not. ad Lib. III *Leonis* Oſtienſis Chronicorum Monaſterii *Caſinenſis*, Cap. 1, p. 92 & 93.) Canonem ſequuntur, ſimulque voto & ſeſſione in Comitiis Imperii gaudent, ſunt: Abbates, *Murbacenſis*, de quo præced. lib. 1, Tit. XV, §. 16, lit. d, p. 1882; *Campidunenſis*, ibid. lit. e, p. 1283; *Corbejenſis*, ibid. lit. f, pag. 1286; *Stabulenſis*, ibid. lit. h, pag. 1289; Præpoſitus *Elwangenſis*, l. c. §. 17. lit. a, pag. 1292; Ex Prælatis Scamni Suevici: *Weingartenſis*, l. c. lit. b, pag. 1294; *Ochſenhuſanus*, ibid. *Elchingenſis*, ibid. p. 1295; *Irſingenſis*, l. c. *Peterhuſanus*, ibid. p. 1296; *Gengenbacenſis*, l. c. *Ottenburanus*, l. c. *Zwifaltenſis*, l. c. pag. 1297; Ex Prælatis Scamni Rhenani: *Werdenſis*, ibid. p. 1298; *S. Udalrici & Afra*, Auguſtæ Vindelicorum, l. c. *Monaſterienſis in Valle S. Gregorii*, ibid. p. 1299; *S. Georgii in Iſnia*, l. c. *Monaſterienſis S. Cornelii ad Indam*, l. c. De Monaſteriis Fœminarum ne dicam.

(*e*) NON OMNES &c. Quam potens ſit Ordo hic, diſcere eſt ex *Magno Chronico Belgico*, p. m. 357, ubi. *Idem Joannes XXII.* (Pontifex Romanus) *collegit de Libris Prædeceſſorum ſuorum, ex Ordine S. Benedicti, Summos Pontifices fuiſſe XXIV; Cardinales, CLXXXIII; Archi-Epiſcopos, M. CCCC. LXXXIV; Epiſcopos MDII; Abbates Inſignes* 15070; *& habuit Ordo canoniſatos Sanctos quinque millia quingenta quinquaginta quinque, &c.* & interjectis paucis, ex *Johannis de Stabulaus*, ejusdem Ordinis Monachi, Chronico de Pontificibus Leodienſibus: *In hoc Sacro-Sancto Con-*

Concilio Generali (Conſtantienſi) *in quo quinque Nationes Orbis S. Romanæ Eccleſiæ ſubjecti convenerunt, ventilata fuit Quæſtio, per quendam Abbatem S. Benedicti Ordinis Nationis Germanicæ: Quot videlicet eſſent in Univerſo Chriſtianitatis Orbe Monaſteria Monachorum Ordinis S. Benedicti? & facta inquiſitione diligenti per certos Deputatos Nationum prædictarum, repertum eſt, quod Domus clauſtrales Ordinis prædicti (in quibus ſunt ſex Monachi ad minus) ſunt quindecim millia, centum & ſeptem præciſe. Rurſum, ad Quæſtionem ejusdem Abbatis, repertum fuit atque determinatum, eſſe triginta quinque millia, quadringentos & quadringenta novem prædicti Ordinis, ab Eccleſia canoniſatos, & catalogo Sanctorum aſcriptos Monachos, &c.* Non omnes autem Abbates *Ordinis* hujus in Germania frui Comitiorum juribus, teſtantur tot Cœnobia, quæ ejus regulas obſervant, v. g. *Abdinckhofen*, in Epiſcopatu Paderbornenſi; *Admont*, in Styria Superiori; *Abuſium*, in Valle Brentiana; *Abuſium* in Rhætia Sueviæ; *Altaich*, in Bavaria; *Andechs*, ibid. *Arnoldſtein* in Carinthia; *Aſpach*, in Diœceſi Paſſavienſi; *Beurn*, in Bavaria; *Biburg*, ibid. *Brawiler*, in agro Colonienſi; *Crembmünſter*, in Auſtria Superiori; *Engelberg*, in Ergovia; *Epternach*, in Diœceſi Treverenſi; *Etal*, in Bavaria; *Fultenbach*, Auguſtam inter & Dillingam; *Gemblours*, in Diœceſi Namurcenſi; *Gengenbach*, in Alſatia; *Himmelrode*, in Eyſlia; *S. Jacobi* ad muros Moguntiæ; *Lambach*, in Auſtria Superiore; *S. Lamberti* Styriæ Superioris; *Laubium*, in Ditione Leodienſi; *Malbartſtorff*, in Inferiori Bavaria; *Manſee*, in Bavaria; *Maria Mons*, in Comitatu Tyrolenſi; *Maria Cella*, in Styria; *S. Maximini*, extra mœnia Urbis Trevirorum; *Meten*, in Bavaria; *Oſſiacum*, in Carinthia; *S. Pauli*, ibid. *S. Petri*, in ſylva Nigra; *Reichenbach*, in Bavaria; *Schonaugia*, in Diœceſi Trevirenſi; *Schwartzach*, in Alſatia; *Seidenſtetten*, in Inferiori Auſtria; *Sewen*, in Bavaria: *Sigeberg*, prope Coloniam: *Tegernſee*, Superioris Bavariæ; *S. Theodori*, Bambergæ; *Theris*, in Diœceſi Herbipolenſi; *Thierhaupten*, in Superiori Bavaria; *S. Tron*, in Diœceſi Leodienſi; *S. Viti*, Corbejæ; *Uraw*, in Diœceſi Herbipolenſi: *Weltenburg*, in Bavaria: *Weſſenbrun*, ibidem; *Wiltzburg*, in Diœceſi Aichſtadienſi; &c. &c.

(*f*) NON SUNT &c. Dantur tamen Exempla quædam, v. g. Præpoſitus *Berchtolsgadenſis*, Canonem *S. Auguſtini* ſervans; vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 17. lit. b, pag. 1293; æquè ac *Wettenhauſenſis* Abbas, in Marchionatu Burgovienſi, ibid. p. 1296; Prælati *Salmanswileranus*, & *Kaiſersheimenſis*, Ciſtertienſis Ordinis ſunt; vid. l. c. pag. 1294 & 1297; ſic *Urſpergenſis*, *Roggenburgenſis*, *Rodenſis*, *Weiſſenavienſis*, *Schuſſenriedenſis* & *Marchthalenſis*, ſequuntur Regulam *S. Norberti*, Præmonſtratenſium Fundatoris; vid. l. c. pag. 1295 & 1296.

8. *Secundo*: quòd variæ mutationes circa Epiſcopatus Imperii extiterint; Quidam enim Epiſcopatus, unà cum integris Regionibus, Imperii finibus jam exciderunt: Superiori enim ſeculo omnes per Pruſſiam *(a)* & Livoniam *(b)* Epiſcopatus perierunt; in Helvetia, Lauſannenſis, Sedunenſis, & Genevenſis; in Regno Lotharingiæ, Metenſis, Tullenſis & Verdunenſis; in Batavia Trajectenſis. Cumque Regnum Bohemiæ, cum Sileſia & Moravia, hodie Imperii dignitatem parum venerentur, plane & illos, qui ibi ſunt Epiſcopatus ad primam perditorum Claſſem, ſine injuria fortaſſe, retuleris: aliorum Epiſcopatuum regiones hodieque manent in ditione Imperii, non tamen reguntur à Principibus, Epiſcopali adhuc nomine fulgentibus, ſed ſecularibus. Eſt autem & eorum non una ratio. Quidam ſcilicet abjecerunt ſimul & collegia ſua Canonicorum: alii retinuerunt iſthæc quidem, ſed iis aliqua redituum annuorum parte mulctatis. Quidam in Conventu Imperii Ordinum nunc, ſeculares inter Principes, ferunt ſententiam, ut Rex Sueciæ, Bremenſis, nec non Verdenſis, Ducis titulo: Elector Brandeburgenſis, nomine Principis Halberſtadienſis & Mindenſis, & Magdeburgenſis etiam Ducis Authoritate: Mechlenburgenſis, tanquam Princeps & Suerinenſis & Ratzeburgenſis; alii conventibus Imperii plane non *(c)* interſunt, ut Miſnenſis, Merſeburgenſis, Havelbergenſis, Libuſſenſis & Caminenſis. *(d) Vide Conring. in Not. ad Lamp. part. 3. c. 6. §. 4.*

NOTÆ.

(*a*) PRUSSIAM &c. Intellige Thorunenſem, Culmenſem, Elbingenſem &c.

(*b*) LIVONIAM, &c. Puta Rigenſem, Tarbatienſem, Oeſelenſem, Revelanum, Curlandum &c. qui omnes ſeculo Superiori XVI, inter *Imperii* Status, votum & ſeſſionem habuerunt, arg. R. I. *Spirenſis* de anno 1529. §. 7. cui ſubſcripſit *Matthias Unverfordt*. nomine Archi-Epiſcopi Rigenſis, & Epiſcoporum Tarbatienſis, Oeſelenſis, Revelani & Curlandi Conf. R. I. *Wormat.* de an. 1545. ibi: *Johann Biſchoff zu Curland*

land, und Adminiſtrator *des Stiffts Oebſel in Liſland*; R. *I. Auguſt.* de an. 1555. nomine Johannis, Epiſcopi Curlandiæ & Adminiſtratoris Oeſelenſis, ſignavit *Leopoldus Dick*, Doctor. Conf. præced. Lib. 1, Tit. XXI, §. 1.

(*c*) PLANE NON &c. Huc ſpectant quoque Numburgenſis, & Brandeburgenſis. Vid. lib. 1, Tit. XV. §. 13. lit. ee & ff. pag. 1227 ad 1230.

(*d*) CAMINENSIS &c. In præſentiarum hæc immutata. Ad ea, quæ deſuper in Comitiis acta, ſpectat

Memorial *der Chur-Brandenb. Geſandſchafft*, in puncto Seſſionis & voti *des Fürſtenthums Camin*, de anno 1663.

14-24. Jan.

Der Rœm. Kayſ. Maj. auch zu Hungarn und Bœhmen &c. Hœchſtanſehnlichſter Herr Principal Commiſſarie.

Hochwürdigſter Fürſt, Gnadigſter Herr &c.

Aus dem zu Osnabrück, anno 1648 *getroffenen Frieden, iſt mit mehrern zu erſehen, wie ſeiner Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg, Unſerm Gnadigſten Herrn, das vor dieſem geweſene Biſthumb Camin, gleich als Halberſtadt und Minden, erb- und eigenthümblich, mit allen Gerechtigkeiten, vollkœmlich zugeeignet*, ſeculariſirt, *und zum weltlichen Fürſtenthumb gemacht worden, geſtalten dann die Rœm. Kayſ. Maj. Unſer Allergnadigſter Kayſer und Herr, deswegen Hœchſtgedachte Se. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg, Unſern Gnadigſten Herrn, abſonderlich, als Fürſten zu Camin, zu gegenwertigem Reichstag beſchrieben. Wann Wir aber gnadigſt befehliget, die vor alters dem gedachten Fürſtenthumb Camin zukommende Stelle, im Hochlœblichen Fürſtlichen Collegio, einzunehmen, und zu* votiren, *ſolches aber, nechſt bey Minden, zuweilen auch wohl, vorgeſeſſen, wie aus der* Subſcription *des Reichs-Abſchiedes* de an. 1542 *zu ſehen; Als gelanget an Ew. Hochfürſtl. Gn. unſer gebührendes Bitten, bey dem Hochlœblichen* Directorio *im Fürſten-Rath, es dahin zu vermitteln, daß die dem Fürſtenthumb Camin gebührende Stelle, vor, oder* immediatè *nach* Minden *angewieſen, auch in derjenigen Ordnung, das* Votum *abzulegen, aufgeruffen werde. Wie nun dieſes dem* Inſtrumento Pacis, *und Kayſ.* Maj. *Auſchreiben gemaß, alſo verſehen Wir Uns gebührlicher Verordnung, und ſind es um Ew. Hochfurſtl. Gn. gehorſamlich zu verſchulden gefliſſen.* Datum 14-24 Jan. 1663.

Ew. Hochfürſtl. Gn.

Sr. Churfſt. Durchl. zu Brandenburg, zu gegenwartigem Reichstag, bevollmachtigte Rathe, und Geſandten, *unterthanige und gehorſame*

Claus Ernſt von Platen.
Curt Aſchen von Marenholtz.
Gottfried von Jena.

Fundamenta petitionis, quæ Additionibus (*Beylagen*) inſcribebantur, erant (1) quod Camine[illegible]s Præſul votum & ſeſſionem olim habuerit, arg. R. I. de an. 1530. 1542. & 1551. (2) *daß alle dergleichen* ſeculariſirte *Biſchoffthümer*, votum *und* ſeſſionem, vi Inſtrum. Pac. *hatten, theils auf der Querbanck, theils auf der Weltlichen &c.* (3) *daß* Art. XI. Inſtr. Pac. *klar erhellet, daß Camin* votum *und* ſeſſion *gebœre*, ibi: *Tradatur Epiſcopatus Halberſtadienſis*---*eoque nomine ſeſſionem & votum in Comitiis Imperii, & Circulo Inferioris Saxoniæ habeat &c.* Et §. *Eidem &c. Domino Electori &c.* dicitur: *Tradatur Epiſcopatus Mindanus*------ *Eoque nomine ſeſſionem & votum in Comitiis Imperii Univerſalibus & ſingularibus, ut & Circuli Weſtphalici, obtineat &c.* Hinc §. ſeq. *Dicto Domino Electori &c.* ſubjungitur: *Electori & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopatus quoque Caminenſis, in feudum perpetuum, ab Imperatore & Imperio, concedatur, eodem plane jure & modo, ut ſupra, de Epiſcopatu Halberſtadienſi & Mindano, diſpoſitum eſt &c.* (4) *Hat Camin ſeine* Seſſion *und* Votum *auf den Ober-Sachſiſchen Craiß-Tagen.* (5) *Iſt Camin in des H. R. Reichs* Matricul *und Anſchlage zu finden.* (6) *Haben Ihr. Kayſ. Majeſt. Camin als ein Fürſtenthum, zu dieſem Reichstag*, ſpecialiter *beruffen.* (7) *Iſt es dem R. Reiche daran gelegen, daß es ſich den Reichs-* Oneribus *nicht entziehe &c.* Anno 1664, cum ſermo eſſet de auxiliis contra Turcas mittendis, proponebat Legatus Mindenſis, in Senatu, 9 April. *Er verlangte eine öffentliche* Specification, *was ein jeder Standt geben würde.* It. *wegen Camin*, ſuo loco & ordine, *mit Bitte, dieſem Fürſtenthum, welches die Reichs-* Onera *willig trüge, ſeinen gewiſſen Ort zu weiſen, und zwar ehender, als der neuen Seſſionen halber Umfrag gehalten würde &c.* Nonnullis autem Eccleſiaſtici Ordinis Principum Legatis, circa quæſtionem: An? dubia moventibus, in primis Paderbornenſi, reſpondit ſequenti 24 April. Directorium Auſtriacum; *was das* ſeculariſirte *Fürſtenthum Camin anlangte, wære aus dem* Inſtrumento Pacis *zu vernehmen, daß Se. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg*, pro ſatisfactione, *das Stifft Halberſtadt, wie auch Minden*, cum voto & ſeſſione, in Comitiis, *eingeraumet, dann folgete, daß* Epiſcopatus Caminenſis, *Sr. Churfürſtl. Durchl. auch* cedirt *ſeyn ſolte*, eodem plane modo & jure, *als Halberſtadt und* Minden. *Wie nun die tagliche Erfahrung bezeugete, daß man dieſe Furſtenthümer, zur Stimm und Stell auf Reichstagen* admittirte, *alſo müſte Sr. Churſt. Durchl. eben dasjenige, auch wegen Camin, eingeraumet werden, geſtalten es Kayſ. Maj. anhero beſchrieben, und der Oeſtreichiſchen Geſandſchafft anbefohlen, Sr. Churfürſtl. Durchl.* petito, *ſo offte dißfals etwas vorkame, zu* deferiren. *Dahero die* Directoria, *bey Abzehlung der* Votorum, *Camin mit gerechnet. Bedærffte alſo*, quoad quæſtionem: An? *keiner* Conſultation. Ratione loci, *würde ſich der Halberſtadtiſcher Geſandter, mit denen* intereſſirten *zu vergleichen wiſſen &c.* Expoſitis his, repoſuit Legatus

Mona-

Monaſterienſis, 19. April. *Was Camin anlangte, hatte man in dem Paderborniſchen* Voto, *neulich nicht* purè negativam, *ſondern nur allein das* mainteniren *wollen, daß das* Inſtr. Pacis, pro adverſaria intentione, *nicht klar, daß man daraus* quæſtionem: An? pro deciſa, *halten, deswegen dem Caminiſchen Suchen, mehrere* prærogativ, *als dem Strombergiſchen und Weſtphaliſchen beymeſſen, und die, zu nœthigern* Deliberationen *angeſehene* Conſilia, *wieder vorige Reichs-*Concluſa, *vergeblich aufhalten ſolle, (deswegen die von dem Halberſtadtiſchen Geſandten vorgebrachte, ungereimbte, und unartige* termini, *von Schrifftgelehrten und Phariſaern, wohl hatten kœnnen zurück bleiben mœgen, weilen man jedoch diſſeits, ſich aus der Schrifft erinnerte, daß dieſelbe, welche die Schrifft entweder irrig* allegirt, *oder ausgelegt, durch ſolche* Prædicanten *zu verſtehen.) Und dann an Seiten des Halberſtadtiſchen Geſandten angezogen, daß Ihr. Churfürſtl. Durchl.* per Inſtrum. Pac. *den* Titul: *Fürſten von Camin führten, ſo hatte man* (1) *das* Inſtr. Pac. Art. XI, *entgegen zu halten, welches.* in fine, *alſo*: Ratione tituli autem conventum eſt &c. *woſelbſt von Camin nichts gemeldt würde.* (2) *Erſcheinete aus der* Subſcription *des Reichs-Abſchieds*, de an. 1654 *daß Ihr. Churſt. Durchl. ſich nicht Fürſten von Camin geſchrieben;* (3) *Ware aus dem* Inſtr. Pac. Art. XI, §. 5. *zu bedencken, daß Sr. Churſt. Durchl. zugelaſſen, das Biſchoffthumb Camin, Hinter-Pommern zu* incorporiren, *woraus* præſumirlich, *daß ſie, bey Schlieſſung des* Inſtr. Pac. *und annoch, der Meinung ſeyn, ſolche* Incorporation, *da ſie noch nicht geſchehen*, ad effectum *zu bringen, und dahero den* Titul *des Fürſten von Camin, welchen ſie ſonſt, bey dem Friedenſchluß, leichtlich hatten kœnnen erhalten, nicht* affectirt, *und ſich alſo deſſen, bey Unterſchreibung des darauf erfolgten R. A. nicht bedienet.* (4) *Die Wort*: Eodem plane jure & modo, *wolten aus den Reichs-Lehen Rechten, zu* interpretiren, *und dahin zu verſtehen ſeyn, daß die*, ab inveſtitura & jure territoriali, dependirende *Gerechtſame, nicht aber daßſelbe*, quod ſpeciali jure venit, *Ihr. Churſt. Durchl.* conſerirt *werden ſoll.* (5) *Daß aber* votum & ſeſſio in Imperio, ſpeciali jure competire, *ware* ex §. 1. ibidem, *klerlich abzunehmen*, ubi enarratis omnibus juribus, Territorio adhærentibus, ponitur: *Eoque nomine ſeſſionem & votum &c.* prout quoque ex Jure publico notiſſimum eſt, ſeſſionem & votum in Comitiis Imperil, non tranſire per inveſtituram Juris Territorialis, multosque habere definitum Territorium, qui non habent jus ſedendi & votandi in Comitiis. (6) Imò, ex collatione §. 1, clarius hoc patere, cum Mindenſis Epiſcopatus dicatur pari ratione, uti Halberſtadienſis, tranſire debere in Electorem Brandenburgicum, & tamen expreſſis adhuc verbis, ſeſſio & votum ratione ejusdem Epiſcopatus, Electori attribuatur; (7) Art. XII. §. 1. Domui Megapolitanæ, Epiſcopatus *Schwerin* & *Ratzeburg*, cum omni jure territorii aſſignari, & tamen ſpecialem ibi, ratione voti & ſeſſionis, mentionem fieri; (8) Hoc ipſum autem, in aſſignatione Epiſcopatus Caminenſis, non fieri, adeoque ſuccedere regulam: Quod litera non cantat, nec nos cantare debere; ut, uti, ratione ſpecialitatis, particulam relativam, & in quantum in referente & relato eadem ſit ratio, intelligendam eſſe. (9.) Ab Electore Brandenburgico, plures Epiſcopatus, cum omnimodo jure Territorii, poſſideri, ut in ſpecie *Lebus*, *Brandenburg*, *Havelberg*, licet ſeſſionem & votum dudum amiſerint, & Marchiæ Brandenburgicæ ſint incorporati. *Bey dieſer Bewandniß ſehe man nicht, wie der Halberſtadtiſche Geſandte*, per modum juſtitiæ, *gleich, wære die* quæſtio An? *im* Inſtr. Pac. decidirt, *ihm das verlangte* Votum, *mehr denn Stromberg, und einige andere, zueignen kœnne; maſſen man diſſeits mit Stromberg, als einer freyen Burggrafſchafft belehnt, auch Wappen und Titul führe, hingegen aber, von Ihrer Churfürſtl. Durchl. der Titul des Fürſtenthumbs zu Camin*, *im* Inſtr. Pac. *nicht zugeeignet, auch von deroſelben niemahls gebraucht würde, folglich die davon* dependirende *Würde, und* facultas ſedendi & votandi, *zu* ceſſiren *ſchiene. Welches man jedoch, nicht aus der Urſachen, als wann man Ihrer Churfürſtl Durchl. das verlangte* Votum *mißgœnnete, gemeldet, ſondern daß der Halberſtædtiſche Geſandte ihm keine* Prærogativ, tam infirmo ſuo fundamento, *anmaſſen, und ſo vergebliche* proteſtationes & contradictiones, cum jactura boni publici, *veranlaſſen mœchte. Sonſten ſowohl Ihr Fürſtl. Gn. von Münſter, als Paderborn, Se. Churſt. Durchl. zu aller nachbarlichen Freundſchafft befliſſen, und dero auch eines jedweden befügte* Deſideria, *wann nur über die ſæmmtliche*, hoc in paſſu, *einkommende Kæyſerliche* Decreta, *ohne Trennung, oder eines und andern Zurückſtellung, zu gelegener Zeit, fœrmliche Umfrag gehalten werden ſolte, mit ihren* Votis *zu* ſecundiren, *von Hertzen begierig. &c.* Conf. *Lundorpius* Tom. VIII *Actor. Publ.* Cap. 238, §. 9. & ſeqq. p. 967. Aliquoties poſtea hæc lis recruduit, donec anno 1669. Elector voto fuerit gaviſus, ut jam in Principum Senatu, medius inter Suerinenſem & Razeburgenſem, reſpectu Principatus Caminenſis, ſedeat, dicatque ſententiam. Vid. Dn. *Kulpiſius*, Comm. ad *Monzamb.* Cap. 2. §. 7, p. 464. Quæ *Sprengerus* in *Lucerna*, Cap. I. p. m. 81. refert, pertinent ad priora Comitia.

9. Feuda ſecularia ſunt, Electoratus, Ducatus &c. Germanicè *Fahnen-Lehen*, *(a)* Inveſtitura horum feudorum, à Principibus Imperii petenda eſt, ab Imperatore, *(b)* cum *vel alius*, *(c)* Imperator præficitur, vel cum perſona *Vaſalli* *(d)* mutata eſt, 1. F. 22. ſicut & feudorum non regalium, ſive minorum, *(e)* *arg. t. 5. A. B.*

NOTÆ.

(1) FAHNEN-LEHEN &c. Intelligi hoc titulo *Feuda majora*, v. g. Electoratus, Ducatus, Pfaltzgraviatus & Burggraviatus Principales, Comitatus & Baronatus immediaté ab *I*mperatore & *I*mperio dependentes; quæ vel quos *I*mperator quondam regulariter, *cum traditione Vexilli*, contulerit, tralatitium eſt, & ex 2. F. X. *Quis dicatur Dux*, patet; conf. ſeq. §. 17, lit. d.

(2) Nomen ſortiebantur à vocabulo Saxonum *Fana*, Vexillum denotante, & voce *Lehen*, qua Feudum indigitamus.

(3) *Inveſtiens* erat Summus Princeps, vel Imperator; ita ſanè *Speculum Suevicum*, lib. I, c. 32. *der Kayſer ſoll leihen allen Geiſtlichen Fürſten ihr Recht, mit dem Scepter; und allen Weltlichen Fürſten, mit dem Fahnen &c. Spec. Saxon.* antiquiſſimæ Editionis Lipſienſis de An. 1488. lib. 3. art. 58. *Imperator confert* cum Sceptro *Spiritualibus*: & cum Vexillo *Secularibus*, *omnia Pheoda Illuſtris Dignitatis &c.* Germ. *De Keiſer lyget allen Geiſtliken Vorſten Lein mit dem Scepter; alle Werlik Vaen-Lein lyget He mit Vanen &c.* Quæ in Editione Auguſtana An. 1516. & recentioribus, cit. lib. 3, Art. 60, habentur. Sie Cap. XX. *Lehen-Recht*, p. m. 36, *Biſchoff-Gut, oder Lehen, und* Fahnen-Lehen, *ſoll der Kænig gantz leihen, und nicht zutheilen &c.* & ibid. Gloſſator, fol. 37. *Fahnen-Lehen iſt, das man* mit den Fahnen *leihet. Biſchoff-Lehen iſt, das man* mit dem Zepter *leihet; und ſind* Regalia *genant. Dis ſoll der Kænig leihen* gantz, *das iſt, daß Er ſie nicht zutheilen ſoll &c.* & in A. B. *Caroli IV*, Cap. V, §. 1, ubi Comes Palatinus Rheni, S. R. I. Archidapifer, inter alia, qua Vicarius *I*mperii, gaudere dicitur jure inveſtiendi de Feudis, *Feudis Principum duntaxat exceptis, & illis, quæ Vanlehen vulgariter appellantur; quorum Inveſtituram & collationem ſoli Imperatori, vel Regi Romanorum, ſpecialiter reſervamus &c.* Conf. *Ordnung des Regiments zu Worms*, de An. 1521, §. 4. *Und behalten Uns bevor die Belehnung der Lehen und* Regalien *derjenigen, die ſie, unter den Fahnen, offentlich mit ſolennitaten pflegen zu empfahen, zu verleyhen &c.* Add. *Schneidewin, Epit. Feudor*, part. 1, §. 3; *Rudinger* 2. *Controverſ. Feudal.* c. 58, §. 1; *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. 68, §. 3, p. m. 171; *Schrader* de *Feudis*, part. 2, Cap. 3, §. 6, p. 24; *Vultejus* de *Feudis*, lib. 1. Cap. 8, §. 19, p. 225; *Carpz.* de *L. R. German.* Cap. X, Sect. IX, §. 18, p. m. 266, & Cap. XI, ſect. XV, §. 16, p. 321, *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, Lib. 1, Claſſ. 4. Cap 16, §. 11 & ſeqq. p. m. 420; *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Fahnlehen*. p. m. 248, & in Diſſert. de *Regalibus*, Cap. VI, §. 2; *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Fahnelen*, p. 344, & voc. *Feudum Vexilli*, p. 417; *Speidel.* Specul. voc. *Fahnen*, p. 675; *Spelman.* Gloſſ. voc. *Fahnlen*, p. 211; *Schilter.* Comment. *Jur. Feud. Aleman.* Cap. I, §. 1, v. 5, p. 231 & Cap. 42, §. 4, p. 240; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio Hallenſi*, c. 97, p. 95, ſexcenti alii. Notandum tamen, ut hodiè nulla inter Clericos & Laicos, circa inveſtiendi ritus, eſt differentia, ita & olim jam *Laicos* quandoque *per Sceptrum* fuiſſe inveſtitos; vid. ſeq. §. 19, lit. a.

(4) *Inveſtiendi* fuere regulariter *Laici*, nonnunquam tamen & *Clerici*, quoties nimirum ejuſmodi Feuda Secularia in eos conferebantur, teſte Privilegio *Friderici* 2 Imp. ſub dato *Nürnbergk*, 12 Cal. Febr An. 1217, *Udalrico*, Patavino Præſuli, conceſſo, apud *Gewoldum*, Tom. I. Addit. ad *Hundii Metropolim*, p. 381 & 382, &, nonnullis immutatis, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 75. p. 64, verb. *Ad inſtantiam & obnixas preces Dilecti Principis Noſtri, Ulrici, Patavienſis Epiſcopi, (quem in obſequiis Imperii & Noſtris, jam dudum non tantum invenimus devotum, verum etiam in ſua fidelitatis fervore credimus, imo non dubitamus, conſtantem in antea permanſurum,) ad recognitionem laudabilium meritorum ſuorum, quoddam Feodum, quod de concambio, antiquitus inter Imperium & Cathedralem Eccleſiam Patavienſem, de Regali tunc Cœnobio Sanctimonialium Intemeratæ Virginis, Dei Genetricis Mariæ, facto, tunc ceſſit Imperio, quod Feodum tunc, Vexilli nomine, Van-Lehen appellatum, Illuſtris quondam Otto, Dux Bavariæ, ab Imperio dinoſcitur aſſecutus: hoc idem Feodum Dilectus Conſanguineus Noſter & Fidelis, Ludovicus Illuſtris Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariæ, ad preces Noſtras, in manus Regiæ Celſitudinis voluntariè reſignavit; Noſque illud in continenti præfato Ulrico, Patavienſi Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ, liberaliter dignati ſumus conferre & confirmare. Ipſe autem Epiſcopus, ſolicitè procurans Eccleſiæ ſuæ utilitatem, ipſum Feodum ſtatim, titulo legalis ſucceſſionis, contulit prænominato Duci Bavariæ, ab ipſo Epiſcopo, ſuiſque Succeſſoribus, non ab Imperio, ratione Feodi, de cætero recipiendum & poſſidendum &c.* Antiquius documentum præbet *Aurea Bulla Friderici I* Imp. de An. 1180, *Gelinhuſæ* edita, qua Ducatus Weſtphaliæ & Angariæ inter *Philippum* Colonienſem, & *Bernhardum* Anhaltinum, dividebantur, apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniæ*, p. 73 &c. Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs, III Abtheilung, III Abſatz*, §. 167, p. 434, & *Fridericum Lucæ, im Reichs-Fürſten-Saal*, p. 17, &c. ubi: *Unam partem .... Eccleſiæ Colonienſi .... contulimus ... accedente quoque publico conſenſu Dilecti Conſanguinei Noſtri, Ducis Bernhardi, cui reliquam partem Ducatus conceſſimus, præmemoratum Archi-Epiſcopum Philippum portione illa Ducatus, ſuæ collata Eccleſiæ, Vexillo Impe-*

Digitized by Google

Imperiali ſolemniter inveſtivimus &c. Eodem faciunt, quæ *in der Unverfänglichen* Inſtruction *und Aufſfuhrung, durch alle Reichs-Tage, von Anno* 1552, *was in Religions-Weſen vorgangen, und, wegen Reſtitution der Geiſtlichen Güter, auf dem Convent zu Franckfurt, in Anno* 1631 *celebriret, in Acht zu nehmen*, apud *Lundorpium*, Tom. 4 *Actor. Publ.* lib. 2, Cap. XVI, §. 51, p. 252, occurrunt: *So iſt bey Unſerm Stifft Würtzburg dieſes ſonderbar in Acht zu nehmen, daß demſelben, von Anfang deſſen Stifftung, durch Kayſer Carl den Groſſen, das Hertzogthumb Francken incorporiret, und Dero Geſtalt zugeeignet, auch, von derſelben Zeit an, Wir, und Unſere Vorfahren, die Biſchœffe zu Würtzburg, von dem H. R. Reich jederzeit, zu Lehen recognoſciret, erkant und getragen, inmaſſen dan, neben andern Regalien, ſo Uns, obverſtandener maſſen, gleich andern Fürſten des Reichs, Geiſtlichen und Weltlichen, zuſtehen, Wir noch darüber, und inſonderheit mit dem Hertzogthumb Francken, und deſſelben Kayſerlichem Land-Gericht, wie nicht weniger alle bißhero geweſene Unſere geehrte Herren Vorfahren, Biſchœffe zu Würtzburg, in ſpecie auch, wann es die Gelegenheit des Orts, und der Zeit gegeben, gar unter freyem Himmel, und* mit der Fahnen, gleich andern Weltlichen Hertzogen &c. *belehnet .... worden &c.*

(5) Morem hunc inveſtiendi jam *Friderici I* Imp. ætate viridis fuiſſe obſervantiæ, ſeq. §. 17, lit. d, probabo.

(6) Num hodie in deſuetudinem abierit? dicam ſeq. §. 18.

(b) AB IMPERATORE &c. Inveſtituram horum Feudorum regulariter à ſolo Imperatore, in Imperio, petendam, dicta ad lit. a, ſatis demonſtrant. Accedente verò Imperatoris conſenſu, ab aliis quoque eam fieri poſſe, adducto ibidem v. 4. *Friderici* 2 diplomate de An. 1217, conſtat.

(c) VEL ALIUS &c. Petenda enim inveſtitura ab eo, cui ex Feudo ſervitia ſunt præſtanda; proinde à ſingulis recens electis Imperatoribus, tanquam ſupremis Feudorum Dominis; juxta 1 F. 22.

(d) VASALLI &c. Ob fidem, ex Feudo, à ſingulis Vaſallis *Seniori* præſtandam.

Verum, ob ſolam Inveſtituræ neglectam renovationem, Dominos rarò ad privationem Feudi procedere, ſed Vaſallis aliam pœnam dictare ſolere, auctoritatibus probat *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap, X, §. IX, p. 388; præſertim, quando (1) non conſtat, Vaſallum ex dolo, vel contemptu, Inveſtituram neglexiſſe petere. Vid. *Schrader*, de *Feudis*, Part. VI, Cap. 2. §. 58, p. 115; *Petrus Weſenbec.* Conſ. 7, v. 25, 26 & 28; Quæ ſententia Conſtitutione nititur *Lotharii* Imp. de An. 1127, 2 F. 52, §. 3, *Quoniam.* Ut adeo non ſine fundamento, in Reſponſo quodam Juridico, apud *Fabrum*, Tom. IV *der Staats-Cantzley*, Cap. VI, Faſcic. 2, p. 388, dicatur: *Weil in dergleichen Falle* (non petitæ Inveſtituræ) *die Einziehung des Lehens eher nicht der Lehn-Herr vorzunehmen befugt, es ſey denn des Lehn-Manns boßhaffter, betrüglicher und gefährlicher Vorſatz und Schuld, und daß er aus Frevel, und aus Verachtung ſeines Lehens-Herrns, umb die Belehnung nicht angehalten, genugſam beſcheinet und beygebracht &c.* & p. 399: *zugeſchweigen, daß heutiges Tages, vornehmer Rechts-Lehrer und Ausleger Meynung nach, wegen unterlaſſener Lehens-Suchung, auch wohl umb wichtiger in Rechten außgedrückten Urſachen willen, zur Einziehung der Güter, nit leichtlichen, zumahlen uff S. Boden, geſchritten werde*, M. *Weſenbec.* Conſ. 43, n. 117 & 118; lib. 1. *Andr. de Iſernia*, in C. 1. *Quo tempore Miles*, 1 F. 22. *Schrader* de *Feudis*, Part. VI, c. 2, §. 58; *Hartmannus Piſtorius*, lib. 2. Q. 18, §. 19; *Petrus Weſenbecius*, Conſ. 7, §. 25, 26. & 28; *tum quod Dominus erga Vaſallos potius æquitatis rationem habere debeat, quam ſecundum rigorem Juris procedere; C. ult. de Probib. Feudi alienat. per Lotharium*, 2 F. 52; *Bald. Conſ. 429. lib. 1 & tum, quod iſtiusmodi pœnæ privationis magis ad Terrorem, quam ut executioni mandari debeant, impoſita ſint, ceu ſcribit, poſt Nattam, Conſ. 593, n. 6: Anton, Theſaur. Deciſ. 227, n. 2, &c.* Hæc ibi. Quamvis alii, ob Inveſtituram, ex dolo, aut negligentia inexcuſabili, non petitam, rectius ad privationem Feudi procedi poſſe, arbitrentur; vid. *Carpzov. Juriſpr. Forenſ.* Part. 3, Conſtit. 27, *defin.* XI, pag. 1192; *Struvius* l. c. §. VIII, p. 382. Quorum ſententia fundatur 2 F. 22, §. ult. & 2. F. 55, pr. juncto §. ultimo, verb. *juſta cauſa*, & 1 F. 91. (2) Quæſtio eſt, de *Feudo oblato*; id quod Sereniſſimus Dux Würtembergicus, *Eberhardus Ludovicus*, in præfatis literis ſupplicibus ad Imperatorem *Leopoldum*, de An. 1695. apud *Fabrum* Tom. 2 *Staats-Cantzley*, Cap. 2, Faſc. 2, §. 7, p. 225 & 216, urſit, cum Cæſar, ob non petitam Inveſtituram, ab obitu Ipſius Parentis, id eſt, ab an. 1677, 23 Junii, uſque ad 24 Julii 1691, proinde, toto tempore minorennitatis Ducis, Eum Feudis Bohemicis, velut *Naumburg, Bürg und Statt; Beylſtein, Bürg und Statt; Liechtenberg, die Bürg; und Bottwar, der Statt*, privare voluerit, ſcribens inter alia: *Ich werde aber, vor Beſchluß, noch dieſes allerunterthænigſt zu* moviren, *die allergnädigſte* permiſſion *haben, daß die, meinem Hertzogthum*, ut pars integralis, incorporirte *Bæhmiſche Lebenſtücke, ſambt und ſonders, meiner ſeel. Alt-Vordern, der Herren Graffen von* Würtenberg, *freye eigenthümbliche Güter geweſen, die vormahls von niemanden zu Leben gangen, ſondern* Anno 1361 *der Cron Bæhmen, doch daß Sie in Teutſchen Rechten ſitzen blieben, ohnentgeltlich und freywillig zu Leben erſtmahlen aufgetragen worden. Mich deßhalben auf den klaren Buchſtaben des Erſten Leben-Brieffs von beſagtem* Jahr, *allerunterthänigſt beziehend. Wie nun die Feuda Oblata, quæ non proveniunt ex patrimonio Domini Directi, clientelæ magis & protectionis, quam Feudi, naturam habere videntur, (Petr. Weſenbec.* Conſ. 53. in princ.) *zumahlen die definitio Feudi, welches pro beneficio gehalten wird, quod ex benevolentia Domini Directi ita datur, ut proprietas rei beneficiatæ remaneat penes dantem, uſusfructus verò illius rei tranſeat ad accipientem;* juxta Text. 2 F. 23; *von einem ſolchen Aufgetragenen Leben* propriè *nicht* definirt *werden kan, alſo wird, zumahln von dem Domino Directo, auch in denen Fallen, da, de Caducitate, lis von Rechts wegen* movirt *werden kænte, ſi modo Domini injuria vel contemptus non intervenerit, von natürlicher Billigkeit wegen, erwartet, daß Er mit ſolchen* Vaſallen, *ſo Ihm, oder Seinen Vorfahren, Ihr Eigenthumb ultrò, & gratuita ſubmiſſione, aufgetragen, etwas gelinder verfahren, auch da ſchon (wie hier nicht) omittendo, eines oder das andere* committirt *worden wære, dieſelbe jedennoch ihres Utilis Dominii, ex ſtricti Juris rigore, nicht darzu priviren ſolle; verbis Beſoldi,*

P. 2,

Digitized by Google

P. 2, Conſ. 57, n. 83 & ſeqq. It. P. 6. Conſ. 269, n. 10, v. *Wann dann &c.* Conſ. *Abgenœthigte* Apologia, *womit diejenige auß dem Mecklenburgiſchen Adel, welche, auff Anſtifften einiger Fürſtlicher Schweriniſcher Bedienten, im Nahmen Herrn Hertzogs* Friederich Wilhelms *zu Mecklenburg Durchl. als* Feloniæ Rei, ex capite Injuriarum in Principem, *auff* Privation *ihrer Lehen- und* Allodial-*Güther, belanget werden ſollen, ihre Ehre, Haab und Gut, gegen die unbegründete Beſchuldigung und Anklage, zu* defendiren, *mithin ihre Unſchuld der Welt vorzuſtellen der Noth befunden &c.* de An. 1705: Quæſt. V. pag. 98 &c. Quomodo Feudi Dominus culpam, Inveſtituræ renovationem non petendo commiſſam, tam expreſſis verbis, quam tacitè, Vaſallo penitus remittere queat, docent *Schrader* l. c. Part. 6, Cap. 2, §. 78, p. 117; *Struvius* l. c. Cap. X, §. X, p. 389 &c. *Carpzovius, Jurisprud. Forenſ.* P. 3. Conſtit. 2, Definit. 13, p. 1193.

(*d*) NULLUM JUS QUÆSITUM HABET &c. *Num Feudum, ob non petitam intra legitimum tempus Inveſtituram, Vaſallo ablatum, ad Dominum Feudi revertatur? an vero ad proximos Vaſalli agnatos pertineat?* in litem trahi video. *Quoad Filios & deſcendentes* Vaſalli delinquentis, exiſtimant *Andreas de Iſernia* in 1 F. 22, & 2 F. 24; *Burſatus*, Conſ. 293, §. 10 & ſeqq. uſque ad finem vol. 3; reliquique omnes, a *Vulteio*, de *Feudis*, lib. I, C. XI, §. 139, p. 672, & 673, citati, diſtinguendum eſſe, inter *Feudum Novum*, & *Antiquum*, ſive *ex Pacto & Providentia*; illud reverti ad Dominum; hoc verò ad Deſcendentes & Agnatos. *Indiſtincte* negligentiam Patris inexcuſabilem nocere Filiis, omnibusque ex eo deſcendentibus, modò Dominus Feudi, vivente Patre, ad privationem agere cœperit; ob textus clariſſimos, 2 F. 26, §. *Si Vaſallus &c.* 2 F. 31; ſentiunt: *Hartmannus Piſtorius*, P. 1, qu. 35, & P. 2, qu. 18, n. 1; *Carpzovius, Juriſpr. Forenſ.* Part. 3, Conſtit. 27, Defin. 6, p. 1190, & 1191, & Defin. X & XI, p. 1192; *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. X, §. VIII, p. 382 & 383.

Vice verſa, *Ruſdorfius*, in *Vindic. Cauſa Palatina*, c. 1, §. 27 &c. *Surdus Conſil.* 76, §. 12 & 17; *Menochius Conſ.* 304, §. 42; *Thomas* de *Marinis*, de *Feud.* lib. I, T. 2, §. 46; *Schneidewinus*, de *Feud.* P. 5, c. 5, §. 59; *Mylerus* de *Principib. Imperii*, Part. 3, Cap. 91, §. 16, p. 795, aliique multi, arbitrantur, ejuſmodi Patris negligentiam Filio nullatenus nocere, præſertim, cum quæſtio ſit de *Feudo ex Pacto & Providentia*; quod (1) Patris negligentia, ſeu culpa, ſit perſonaliſſima, & pœnæ, juxta l. 22 C. de *Pœnis*, non niſi ſuos teneant Authores; (2) Filius non ultimo Poſſeſſori, Parenti ſcil. ſed primo acquirenti, jus ſuccedendi debeat; (3) Jus reale Filio in Feudo competens, ipſi non peccanti auferri nequeat. Vid. *Schrader*, de *Feud.* Part. X, Sect. V, p. 184.

Quoad Agnatos, communis fert ſententia, ob delictum Vaſalli poſſeſſoris, eos ſimul Feudo privari non poſſe, tum quod (1) Agnatis jus reale in *Feudo* competat; tum quod (2) Agnati non Vaſallo, cui Feudum ablatum, ſed Primo acquirenti, proinde, ex pacto & providentia, ſuccedant; (3) Providentia hæc ſit Juris Gentium, & ne Imperator quidem, ſine legitima cauſa, alicui auferre queat, quod merè Juris Gentium eſt. Ita *Schneidewin.* l. c. *Rolandus a Valle*, Conſ 64, lib. 3; *Cæppen, Obſervat. Feud.* V, §. 31; *Schrader*, l. c. & Part. VII, Cap. V. §. 25 & 26, p. 193. *Mylerus* l. c. §. 15, p. 794. Sunt tamen, qui ſtatuunt, Dominum non teneri Feudum Agnatis tradere, priuſquam Vaſallus delinquens, ejusque Liberi deſcendentes, ſint mortui; quo titulo veniunt: *Piſtorius*, l. c. Qu. 15 & 18, §. 8; *Carpzovius* l. c. Definit. VIII, p. 1191, & Defin. XI, p. 1192; *Struvius* l. c. pag. 383; & Cap. XV, §. 14, p. 576 &c. *Stryckius, Exam. Jur. Feud.* Cap. 3, Q. 20. p. 48, & Cap. 23, Q. 48, p. 315; *Joſephus Groß*, Diſſ. Inaugur. *de Controverſiis quibuſdam ex Jure Feudali deſumptis*, habita Argentorati, An. 1707, Controv. 4, p. 9.

Mihi videtur, quantum *ad Filios*, diſtinctio inter Feudum *Novum* & *Antiquum*, non penitus otioſa, nec tamen omnia *Feuda Nova* pari cenſu æſtimanda, cum omnino diſcrimen ſit (1) Inter *Feudum Novum*, ſimpliciter tale, & *Feudum Novum, jure Antiqui* conceſſum, *nach Art und Eigenſchafft eines Alten Stamm-Lehens*; quod, licet per ſe *Novum* ſit, fictione Juris tamen, ob adjectam clauſulam, qua Feudi Dominus lubenti animo præjudicium ſibi contraxit, pro *veteri* reputatur; *Finckelthauſ.* Diſp. Feud. 2, §. 15; *Struvius* l. c. Cap. 3, §. 3, v. 1, pag. 85; *Ludwel* C. 3, p. 51; *Stryck* l. c. Cap. 3, Q. 16, p. 46. (2) Inter *Feudum Novum*, ex mera Domini liberalitate profluens; & *recens oblatum*; (3) Inter *Feudum Novum gratioſum*; & *oneroſum*, aut *a Domino, pecunia allodiali emptum*. Si Feudum Novum ſit ſimpliciter tale, ex mera Domini liberalitate proveniens, & nullis clauſulis, naturæ *novi Feudi* derogantibus, conceſſum, Dominum puto Jure illud ſibi iterum vindicare poſſe, ex quo Vaſallo delinquenti abjudicatum, nullo reſpectu habito ad Filios, ſeu Agnatos remotiores, utpote quibus nullum adhuc in tali Feudo jus eſt radicatum. Quod ſi verò *Jure Antiqui* ſit collatum, aut *oblatum*, aut *oneroſum*, ſeu allodiali pecunia à Domino *emptum*, æquitati contrarium eſſe opinor, ſi Liberis auferatur, cum ne quidem ipſi delinquenti, hiſce circumſtantiis, facile eripi queat, ceu præc. lit. c. monitum; nec onere duplici, pro eadem re aliquem gravari fas ſit; vid. *Auguſtini Barboſa* Axiomata, lib. 13, §. 7, p. m. 216; & liberos innoxios, tanquam nocentes puniri, iniquiſſimum; Nov. XII præf. *Carpzovius* l. c. Part. 2. Conſtit. VI, Definit. 12, § 6, p. 423.

p. 423, ibique allegati Piſtorius, lib. 1, Q. 30, §. 21 & 29; Matth. Stephani, de Juriſdict. lib. 2, p. 2, Cap. 8. §. 40 &c.

Quoad Agnatos; ſtatim eos ad Feudum Antiquum admittendos ſuſpicor, ſi Vaſallus, ob non petitam Inveſtituram, eo exuatur, nec expectandum prius delinquentis obitum; niſi Inveſtiturarum literæ aliud contineant, tum ob rationes, in favorem Agnatorum modò allatas, cum quia Domini voluntas tacitè præſumitur, ut proximus Agnatus ſtatim Vaſallo poſſeſſori ſuccedat, ex quo hic poſſidere deſinit. Idem juris eſſe puto in Feudo Novo, ſi illud vel Jure Antiqui conceſſum ſit; vel Agnati ſimultaneè de eo ſint inveſtiti. Sine culpa enim nemini jus ſuum auferendum.

(c) DELICTUM &c. Alia quæſtio eſt: Num Feudum, non ob nudam Inveſtituræ petitionem neglectam, ſed commiſſum quoddam grave delictum, v. g. ob Crimen L. M. Vaſallo ablatum, ad Dominum directum revertatur? an verò ad delinquentis Filios, aut, iis non exiſtentibus, vel itidem proſcriptis, ad proximos Agnatos pertineat? ventilata maximè ſuperiori Seculo, ubi Friderico V Electore Palatino, ob impoſitam 4 Novemb. 1619 Coronam Bohemicam, in Bannum declarato, per ſententiam Viennæ 22 Januar. 1621 publici Juris factam, (apud Lundorpium, Tom. 2 Act. Publ. Lib. VI, Cap. 1, p. 306 ad 311. & Tom. 1 Theatri Europæi, ad An. 1621, p. 470 &c.) Ferdinandus 2 Imp. Provincias Ei ablatas, non in Filios Ejus, tum jam natos, Henricum Fridericum, Carolum Ludovicum, Rupertum & Mauritium; nec in Ipſius Fratrem, Ludovicum Philippum, Simmerenſem, ſed in Maximilianum, Bavariæ Ducem, Affinem ſuum, utpote cujus Sororem, Mariam Annam, ab anno licet 1616 iterum defunctam, in matrimonio habuerat, An. 1623, 15-25 Febr. ſolemnitate conſueta (quam Lundorpius l. c. Cap. 178, p. 674 & 675, Caſſander Thucelius, in Electis Juris Publici curioſis, de An. 1694, Cap. V, §. 4, p. 250 &c. & Dn. Lunigius, Part. General. des Reichs-Archivs, in Addit. §. XIV, p. 117 &c. depingunt) Ratiſbonæ transferret. Priuſquam enim ad finem hæc perducerentur, congregati ibidem Imperii Ordines, Saxo & Brandenburgicus Electores in primis, reſpondebant ad Propoſitionem Cæſaream &c. 20-30 Januar. An. 1623: Obwohl Kayſerl. Maj. genugſame Urſachen hätten; ſich gegen dem Pfaltzgrafen ſtarck zubewegen, geſtalt man dann deſſen Facta zu juſtificiren nicht gemeinet; ſo würden Sie doch ſehr rühmlich und wohl thun, daß Sie Ihre angebohrne Kayſerliche Milde und Gnad der Scharffe vorſetzen, und denſelben, auff vorgehende Submiſſion, Deprecation, und Renunciation, allergnädigſt reſtituiren lieſſen .... Zu dem wäre bey der angedeuteten Translation wohl zu conſideriren, wann gleich des Pfaltzgrafen halber kein Bedencken bevor wäre: Ob auch ſeine Söhne, als welche, vor ihres Vatters Verbrechen Ihr Jus acquiſitum auff die Chur-Pfaltz, providentiâ Majorum, gehabt, præteriret? Deßgleichen? Ob dero Herr Bruder, ſo mit des Herrn Pfaltz-Grafen Verbrechen nichts participiret, und gegen Ihro Kayſ. Maj. nichts delinquiret, noch, ob Minorennitatem, delinquiren können; oder auch andere nähere Agnaten, ſo nicht allein unſchuldig, ſondern I. Kayſ. Maj. bey dieſem Zuſtande, getreue und nützliche Dienſte geleiſtet, mit Fug und Recht, von der Chur, ohne dero Verſchulden, außgeſchloſſen werden könten? dann dieſes den ſämptlichen Weltlichen Chur- und Fürſten, ob conſequentiam, ſehr nachdencklich fallen, und nur gröſſer Mißtrauen zwiſchen dem Haupt und den Gliedern erwecken würde &c. (Vid. Manifeſtum Caroli Ludovici Electoris, de dato Londen in Engelland, 12 Januar. 1637, apud Lundorpium l. c. Tom. 4, lib. 3, Cap. 95, p. 653, ibique document. lit. A. p. 664 & 665.) Ad quæ Cæſar: Die Chur-Pfaltz wäre Ihro dergeſtalt lediglich anheim gefallen, daß Ihro, mit derſelben Ihres Beliebens, non attentis Filiis, aut Agnatis proximioribus, zu diſponiren frey ſtünde, und ſolches alles, den Rechten, Reichs-Conſtitutionen, und der Kammer-Gerichts-Ordnung nicht ungemäs. Statibus autem Imperii reſponſione hac minimè contentis, declarabat tandem Cæſar, 25 Febr. An. eod. daß wegen obgemelter Pfältziſcher Kinder Begnadigung, wie auch derſelben, und anderer mehr Agnaten Prætenſion, ſowohl zu der Chur, als den Pfältziſchen Ländern, mit ehiſten, an einem gelegenen Ort, als zu Franckfurt, Nürnberg, Augſpurg, oder Ulm, eine Zuſammenkunfft angeſtellet, und daſelbſt gütliche Handlung gepflogen werden ſolte, welche dann I. Kayſ. Maj. dero theils, zu gutem Ende befördern, oder, da die Güte nicht verfänglich ſeyn wolte, alßdann einen rechtmäßigen ſchleunigen Proceſs, mit Zuziehung des Churfürſtl. Collegii &c. in continenti anſtellen, auch, ſo viel an Ihrer Kayſ. Maj. iſt, auff das befördelichſt, als es der Intereſſenten ſelbſt, und deren Prætenſion halber, nur immer ſeyn kan, und innerhalb einer gewiſſen Zeit, derer man ſich noch allhier vergleichen könte, ſolchen Proceſs außzuführen, erörtern, und alſo hierinn unpartheyiſche Adminiſtration der Juſtitz ergeben, auch in der Fürſtl. Durchl. zu Bayern Inveſtitura dieſe Clauſul (daß nemblich dieſelbe I. Kayſ. Maj. dem Römiſchen Reich, des proſcribirten Pfaltz-Grafen Kindern, deſſen Bruder, wie auch Hertzog Pfaltz-Pfaltzgrafen Wolffgang Wilhelms Fürſtl. Gn. und andern Agnaten, auch männiglich an Ihren Rechten, ſo viel Ihnen gebühren mag, unpræjudicirlich, ſondern daſ-

Digitized by Google

daſſelbe expreſſe vorbehalten ſeyn, und mit eheſten, als mæglich, obgeſetzter maſſen, güt-und rechtlich außgetragen werden ſoll;) inſeriren laſſen wollen; alſo, wan ſolcher Güt-oder Rechtlicher Außſchlag der Chur halben, für des proſcribirten Pfaltzgrafens Bruder, oder Nahere Agnaten, ergangen ſeyn wird, Ihnen alſdan dieſelbige, und was Ihnen zuerkandt ſeyn wird, wan Ihre Fürſtl. Durchl. Hertzog Maximilian in Bayern nicht mehr im Leben, alſobald anfallen, und zugehærig ſeyn, und von Ihr. Kayſ. Maj. damit belehnt werden ſollen &c. Licet etiam dicto Diplomati Inveſtituræ Maximiliano Bavaro conceſſæ, (cujus formula, ſub dato Regenſpurg, den 25 Febr. An. 1623, apud Lundorpium cit. Tom. 2, lib. VI, Cap. 231, p. 795 & 796, & Dn. Lunigium l. c. part. ſpec. IV Abtheilung, I Abſatz, ſ. 272, p. 693 & 694, reperitur,) inſertum ſit, Bavarum de dictis Terris, & annexis prærogativis, inveſtiri, Doch alſo und dergeſtalt, daß erſtgerührte Belehnung Uns und dem H. Reich, wie auch des obbenanten proſcribirten Pfaltzgrafen Friderichen Kindern, deſſen Bruder, Pfaltzgraf Ludwig Philippen, wie auch Unſerm Vettern und Schwagern, Pfaltzgraff Wolffgang Wilhelmen, und andern Agnaten, und ſonſten manniglich, an Ihren reſp. Begnadigung, und prætendirten Rechten, ſo viel einem und dem andern gebühren mag, unpræjudicirlich, ſondern vorbehalten ſeyn, auch ſolche prætendirte Recht und Gerechtigkeiten, mit allerehiſter Müglichkeit, in Güte, oder vor Uns, mit Zuziehung des Churfürſtlichen Collegii, vermittelſt eines ſchleunigen Proceſs, Rechtlich erærtert, und außgetragen werden ſolle &c. Nihilominus Electoribus Saxoni & Brandenburgico viſum fuit, in literis ad Imperatorem, ſub dato Annenberg, 12 Mart. 1623, denuò deſuper proteſtari: kænnen auch bey Uns nicht finden, wie die von Ew. Kayſ. Maj. deroſelben Reſolution annectirte Clauſul, wegen der Pfaltziſchen Kinder und Agnaten, und daß ſolche zur Güte und Recht gewieſen ſeyn ſolten, zu Fried und Ruhe kænte nützlich ſeyn, und ohne Weiterung ablauffen, dieweil der Agnatorum jura gantz ungewiß gemacht, und auff Diſputationes, und den ungewiſſen des Rechtens Außgang, geſtellet werden. Dann einmahl gleichwohl unzweiffentlich, daß die Jura quæſita, ſonderlich per proprium factum, niemand kønnen entzogen, vielweniger aber die Unſchuldige, gleich den Schuldigen, kænnen geſtrafft werden; da Wir nun in Unſerer perſænlichen Gegenwart ſolten helffen deliberiren, wie? wann? wo? und was geſtalt, die Gütliche Handlung, oder, in Entſtehung derſelben, der Proceſs anzuſtellen? würden Wir nicht allein alle das vorgehende belieben, der Agnatorum jura vor ungewiß halten, und allen Chur-und Fürſtlichen Hauſern, (die geſambte Hand haben und erlangt,) ein ſolch præjudicium zuziehen, welches unwiederbringlich, und gegen den Chur-und Fürſtlichen Hauſern unverantwortlich; zu geſchweigen, wie und auff was Maß ein ſolches præjudicium zu formiren; weil, wie angedeutet, alle Chur-und Fürſten-Hauſer daran intereſſirt, Wir bey Uns nicht befinden kænnen &c. Vid cit. Manifeſtum Caroli Ludovici, p. 655 &c. Eodem tendunt alia Electoris hujus ſcripta publica, veluti: Literæ ad Electorale Collegium, ſub dato Londen, 4 Sept. 1636, apud Lundorpium l. c. pag. 641 &c. Proteſtatio ejusdem, contra excluſionem ab Electoratu & Terris avitis, ſub dato: Londen in Engelland den 27 Januar. 1637, apud eundem l. c. p. 676 &c. Literæ ad omnes Chriſtianos Reges, Principes, Reſpublicas, in favorem faciendæ ſibi reſtitutionis in integrum, ſub dato Londen, den 2 Febr. 1637, ibid. p. 678 &c. &c.

(2) Contra hæc, maximè contra citatum Manifeſtum ad Imperatorem, omnesque Reges, Principes, & Reſpublicas Chriſtiani Orbis, Londini 12 Januar. 1637, editum, ibid. l. c. pag. 642 &c. vulgavit Bavarus An. 1639, Ableinung des Pfaltzgrafen Carl Ludwigs Manifeſt, apud Lundorpium l. c. Cap. 108, p. 711, ad 737, ibi p. 727. So irret ſich auch der Pfaltzgraf über die maſſen, daß ſein Vatter die Chur, zum Verfang und Præjuditz ſeiner Kinder, und Agnaten, nicht habe verwürcken kænnen. Dann obſchon die Churfürſtliche Würde ein ſo hohes Regal iſt, man es auch pro Feudo Pactionato, und ex Providentia Majorum acquiſito, halten will, ſo werden doch dergleichen Regalia und Lehen, durch den Lehen-Mann, welcher wieder ſeinen Lehen-Herren das abſcheuliche Laſter der beleydigten Majeſtat, und fractæ Pacis Publicæ begehet, (wie der proſcribirte Pfaltzgraff Friderich gethan) eben ſo wohl als die andere und geringere Lehen, verwürckt, alſo daß ſie dem beleydigten Lehenherrn, zum Abtrag und Recompens ſeiner erlittenen Beleydigung, ohne Mittel heimgehen, und davon des Verbrechers Kinder, ſo wohl als die Agnaten, außgeſchloſſen ſeyn und verbleiben. Das iſt nun ſchon hie vor dieſem, Anno 1623, aus den Lehen-Rechten, Juris Conſultis und Reichs-Verfaſſungen, alſo luculenter, ſolide, und ohnwiedertreiblich (in margine additur: In diſſertatione de Septemviratu, c. 1, n. 9 & ſeq. & ſpecialius, n. 129 & ſeq.) außgeführet worden, daß bißhero niemand, ſo viel man weiß, ſich unterſtehen dærffen, wieder ſolche Außführung die Hand anzulegen, und ein anders darzuthun, derhalben thut man ſich diß Orts, und in dieſem Paſs, daſelbſt hin, umb kürtze willen, allerdings bewerffen; und würde allein, zu Beſtærckung dieſes alles, hiemit noch beygeſetzt,

Digitized by Google

geſetzt, daß auch Kayſer Carls des IV Güldene Bull klarlich genug mit ſich bringe, daß derley Feuda, ob ſie ſchon gar Churfürſtenthumb ſind, dannoch, wegen des Criminis L. M. und fractæ Pacis Publicæ, contra Dominum commiſſi, dergeſtalt verwürckt und verlohren werden, daß ſie gar nicht den Kindern, und Agnaten, ſondern einig und allein dem Herren, (dißfals dem Ræmiſchen Kayſer und Reich) heimfallen; Dan alſo ſagt die Bull; Cap. VII & XIV: Und ob derſelben Fürſtenthumb (redet von den Churfürſtenthumben, und alſo unzweiffelichen antiquiſſimis, pactionatis, und ex providentia Majorum acquiſitis Feudis & Regalibus) eins, oder mehr, im Reich ledig würde, ſo ſoll und mag ein Ræmiſcher Kœnig, der zu den Zeiten iſt, damit thun und handeln, als mit einem Gut, das an Ihn und das Reich gefallen iſt, und, per conſequens, iſt ein Ræmiſcher Kœnig, oder Kayſer, nicht ſchuldig, daß Er ſolch heimgefallenes Churfürſtenthumb eben wiederumb dem Verbrecher ſelbſt, oder ſeinen zumahln Nahern Agnaten, verleyhen müſſe: ſondern, Er hat damit eine ſo ohngeſperrte Hand, daß Er es, wem Er will, einem Nahern oder Weitern; ja gar keinem Agnaten, conferiren mag; nur daß Er es anderwerts wieder verleyhe, und alſo des privirten Churfürſten Stell erſetze, damit die Anzahl der Sieben Churfürſten des Reichs wiederumb ergantzt werde, und ohngeſchmælert verbleibe. Und hat dieſe Diſpoſition der Güldenen Bull nicht nur allein ſtatt in denen Churfürſtenthumben, welche, wegen gantzlichen Abgangs und Erlæſchung deſſelben Churfürſtens Manns-Stammes und Generation: ſondern auch, welche, wegen deſſen begangener Schuld und Verbrechens, (wie in dieſem Fall geſchehen) dem Ræmiſchen Kayſer und Reich offen werden, (In margine citatur Buxtorff, ad A. B. C. 7, concl. 87, princ. lit. a.) Es beſtættiget auch dieſes alles die übliche Reichs-Obſervantz, und noch friſches, bereit hie oben œffters memorirtes Exempel, mit Johann Friderichen, Churfürſten zu Sachſen, umb deſſen, zwar viel geringerer Schuld, und Verbrechens L. M. vvillen, von der Chur und dero Landen, nicht allein Er, ſondern auch ſeine Kinder und Brüder, außgeſchloſſen, und dieſelbe auff andere remotiores Agnatos transferirt vvorden —— Indem Er aber dieſes ſein Vorgeben; daß des Vattern Begangenſchafft, und Delictum L. M. den Kindern an der Succeſſion nicht zu Schaden kommen kænte; ſonderlich auff diejenige Kinder extendiren und ziehen will, welche vor des Vattern Verbrechen ſchon gebohren geweſen .... aber —— es wird von den Rechtsgelehrten insgemein dafür gehalten, (in margine provocatur ad Rolandum á Valle, lib. 3, Conſ. 74, n. 2; & Salic. in L. Quisquis, 5, §. 1, n. 10, C. ad L. Juliam Majeſt.) daß ſolche Straff ſich, ohne Unterſcheid, auff beyderley Kinder, ſive antè, ſive poſt natos, erſtrecken und waltzen thue. Man ſetze es aber: diß ſeye in den Rechten etwas zweyfelich; ſo iſt doch das ohnlaugbahre und richtige Reichs-Herkommen vorhanden, welches in offtgemeltem crimine L. M. auch die Kinder, ſo vor perpetration deſſelben gebohren ſeyn, ſtraffen, und von der Lehens-Succeſſion außſchlieſſen thut; wie aus mehr allegirtem Exempel Johann Friederichs, Hertzogen zu Sachſen, zu ſehen, deſſen drey Sœhne, Einer 18, der Ander 17, und der Dritte 9 Jahr, vor Ihres Vattern, wieder Kayſer Carolum (Quintum) begangener Perduellion, gebohren waren, und dannoch, neben dem Vattern, mit Verluſt, Einziehung und Translation der Sächſiſchen Chur und Landen, geſtrafft worden. Und ob zwar der Junge Pfaltzgraf, die Leuth zu noch mehrerm Mitleyden und Beyfall zu bewegen, inſonderheit ſein, und ſeiner Gebrüder, hohe Unſchuld, als wann ſie ſich in Ihres Vatters Reichs- und Weltkündige Rebellion niemahlen gemiſcht, noch intricirt, und dahero umb ſo viel weniger gegen Sie mit der Excluſion verfahren worden ſeyn ſoll, ſcheinbarlich allegirt, ſo iſt doch ſolche ſeine vermeinte Allegation, vors erſte, gantz unerheblich; dan eben geſetzt, Er und Seine Gebrüder waren vor ſich ſelbſt und an der That ſo unſchuldig, als Sie Sich machen, ſo iſt doch zu dem End, daß ein Lehen wegen des Vatters Feloniæ, zumahlen die auff dem crimine L. M. beſtehet, dem Lehen-Herrn, mit Außſchlieſſung der Kinder und Agnaten, heimgehe, nicht von Næthen, daß die Kinder und Agnaten ſelbs auch, mit und neben dem Vattern, geſündiget haben, und in gleichem reatu vertiefft ſeynd, ſondern genug, daß der Vatter allein wieder ſeinen Herrn verbrochen hab; welches vatterliche Verbrechen alßdan an ſich ſelbs, wegen ſeiner angebohrnen Abſcheulichkeit, mit ſeiner Würckung, auff die Kinder und Agnaten außlanget, und dieſelben von dem Leben excludiret &c.

(3) Scripto huic oppoſuit Sereniſſimus Elector Carolus Ludovicus, An. 1640, aliud longè prolixius, ſub titulo Manifeſti poſterioris, cujus copiam Lundorpius cit. Tom. IV, Lib. 3, Cap. 109, p. 737, ad 784 ſubmi-

niſtrat

niſtrat; inde huc faciunt, p. 753: Zum Andern, iſt zu mercken, daß die gülden Bull die Churfürſtenthumb nicht von neuem auffgerichtet habe, ſondern daß dieſelbe längſt zuvor ſeyen auffgerichtet geweſen; dann es bekennet ſolches die Gülden Bull ſelbſt, mit dieſen Worten: Wan es nun von alter bewehrter und löblicher Gewonheit ungebrechlichen bißhero gehalten iſt, daß hiernach geſchrieben ſtehet, darmit ſo ſetzen Wir und bekennen, von vollkommener Kayſerlichen Macht. Aus welchen Worten klar erhellet, daß die erwehlte Römiſche Könige den Churfürſten Ihre Regalia, Churfürſtliche Dignitæt, Rechte, Freyheit, Privilegien, und Churfürſtliche Land und Leut, eygentlich darvon zu reden, jetziger Zeit, von neuem nicht conferiren, ſintemahl die Churfürſten ſolche Regalia, Dignitæten, und Churfürſtliche Pertinentien, vorlängſt von dem Reich gehabt haben; ſondern, daß ſie Ihnen dieſelbige, per novam Inveſtituram, nur confirmiren, und Sie darmit belehnen. Darumb dan auch die Churfürſtenthumb, und die daran anhängige Præeminentz, Dignitæten, Privilegia, und andere Churfürſtliche Rechte, von Alters her, Reichs-Regalia, und Reichs-Lehen genennet werden; geſtaltſam die Churfürſten genennet werden: Fürſten, die belehnt ſeynd von dem Römiſchen Reich. Und alles was hierinnen ein Römiſcher König, oder Kayſer, thut, daſſelbe thut Er nicht vor ſich allein, ſondern vornemblich von des Reichs wegen, als deſſen Vogt und Adminiſtrator, wie Er etwa in Alten Brieffen genant wird &c. Et pag. 754: Vors Dritte, ſo iſt, aus der Præfation der Güldenen Bull zu ſehen, daß der Zweck derſelben fürnemblich dahin gehet, daß Friede und Einigkeit im Reich, inſonderheit aber unter den Churfürſten, als den nächſten Gliedern und Seulen des Reichs, erhalten, und in den Churfürſtlichen Familien, wegen der Succeſſion an der Chur, und was derſelben anhängig, nicht etwa Uneinigkeit, Zwietracht, Krieg und Unruhe erweckt werden möchte. Darumb dann die Gülden Bull gantz expreſslich und klar (Cap. VII.) hier ſchreibt, und erkläret, wie es mit der Succeſſion der Churfürſten Nachkommen gehalten werden ſolle, die Verba Formalia ſeynd dieſe: Nachdem daß dieſelbe Churfürſten, und Ihr jeglicher todt iſt, daß Rechte, Stimme, und Krafft zu kieſen ſol fallen, an ſelben Erſtgebornen Sohn, der ein Leye iſt. Ob der nicht wäre, ſo ſol die Chur freylichen fallen auff deſſelben Erſtgebornen Sohn, Eheliche und Leyhe, ohne Widerrede, eines jeglichen &c. Auff dieſes Fundamental-Geſetz des Reichs ſeynd die Erb-Verbrüderungen, ſo dann die ſimultaneæ Inveſtituræ, und geſampte Hand bey den Weltlichen Churfürſtlichen Häuſern gegründet, durch welche, allen und jeden Fürſten, welche aus ſolchen Chur-Häuſern reſp. ehelich gebohren ſeynd, Ihr Jus acquiſitum, &c, non ab ultimo Poſſeſſore, ſed à Primo acquirente, ex providentia Majorum, & tanquam ab ipſa Natura immediatè acceptum, per expreſſum reſervirt, conſervirt und confirmirt wird, zu welchem Succeſſions-Recht, Sie alleſampt, und ein jeder inſonderheit, in ſuo gradu & ordine, gleichſam nominatim vocirt, beruffen, und erfordert werden ---- Und das iſt Ihr jus acquiſitum, und radicatum, welches Ihnen, propter factum alterius, und ohn Ihr eygen Verſchulden, keines wegs entzogen werden ſoll. Darauß unwiederſprechlich folget, daß, wann ſchon ein Regierender Churfürſt, oder ein ander Fürſt von demſelben Stamm und Nahmen, der das jus ſuccedendi, durch ſeine Geburt, erlangt hat, ſein Recht durch ſeine eygene Miſſethat verwürcken, und ſich deſſen unfähig machen könne; ſo könne Er jedoch einem andern, der nach Ihm der Nächſte Chur-Erb und Succeſſor iſt, vielweniger allen und jeden andern Agnaten, welchen eben daſſelbe jus affectirt iſt, ſein hergebrachtes natürliches Recht, verwürcken; ſintemahl die Churfürſtliche Würde, Ampt, Seſſion, Stimm, Regalien, Land und Leut, ſeynd Feuda dignitatum pactionata, conceſſa ac debita Generi, ex vi & proviſione primævæ conceſſionis, die nicht gewidmet, noch gelegt ſeind alleine auff die Perſohn deſſen, der ſie, als ein Churfürſt, beſitzt, ſondern auff die gantze Churfürſtliche Familiam, und auff alle und jede Fürſten, welche aus derſelben ehelich entſproſſen ſeynd, obſervato ſuccedendi ordine, ut ſucceſſio de Primogenito in Primogenitum devolvatur: non patrimoniali & hæreditario, ſed Gentilitatis jure, ex pacto vel providentia Majorum acquiſito. Und ob es wohl an dem iſt, daß in den Schulen viel und mannigfaltiglich, aus den gemeinen Lehen-Rechten, dieſe Frage diſputirt wird: Ob? und wie ein Lehen, durch den Vatter, zu Nachtheil der Kinder, und Agnaten könne verwirckt werden? welches man an ſeinen Ort geſtellt ſeyn läßt; ſo iſt gleichwohl gewiß, quod ex Jure communi, propter unius delictum, tota Familia non eſt extirpanda. Quisquis Parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam ejus delicto gravatur; quam ſententiam, tanquam benigniorem, etiam in crimine L. M.

ſequendam,putant; *Acerbum enim eſt, Parentum ſcelera filiorum pœnis lui*, & pœnam L. *Quisquis* (Cod. de Petitionibus bonorum ſublatis, Lib. X. Tit. XII, l. 1.) non obſervari docet *Treutler*, 2, Diſp. 32, *t*. 1, in fin. ubi hoc dictum multum ponderandum ſcribit à Judicibus eſſe; & *Alciatus*, Conf. 467. n. 6, ait, re vera nunquam ſe vidiſſe tales pœnas in Filiis obſervari; quas *Knichen*, de Saxonum non provocando Jure, cap. 5, vocat inhumanas, ſanguineas, injurioſas, iniquas, & contra naturalem rationem. *Wolte man aber den Fall ſetzen, daß ein Lehnmann auch grœſſere Lehen, durch das* Crimen L. M. in primo gradu criminis, *und da man* contra Rempublicam Romanam ipſam *gehandelt, ... verwürckte, und dem Lehen-Herrn, da er nemblichen deſſen rechter Unterthan iſt, (wie die Churfürſten gleichwohl des Kayſers Unterthanen nicht, ſondern des Reichs vornehmbſte Glieder ſeyn)* excluſis Liberis & Agnatis, *nach Außweiß des* Longobarder *Rechten, ledig und heimfallen thaten; ſo* verſiret *man dieſes Orts, wie allbereit ex* A. B. deducirt, *in viel und weit andern* terminis, *und zwar in ſolchen Lehen, Chur-und Fürſtenthumb betreffend, in welchen die Nachfolger* jure Regni ſuccediren; *in welchen nicht das* jus Longobardorum, ſed Francorum, obſervirt *wird, welches viel andere* Effecten *hat, ſo dieſes abſonderliche Recht hat:* Quod non ſuccedatur ab inteſtato; *ſondern, daß die Nachkommen dieſelbe Lehen ergreiffen,* jure quodam ſpeciali, quod certo ordine genituræ regulatæ, *und zwar dergeſtalt und alſo, daß, ſo bald ſie gebohren werden, die lebende,* ipſo momento genituræ, *ihr Recht,* quod ſubſiſtit de præſenti, *und die* Compoſſeſſion, *erlangen und haben. Aus welcher Wurtzel und* Fundament, *vorzeiten die* Confuſion *entſtanden, daß alle Brüder,* in eodem gradu, *ſich, in krafft ſo beſchaffen-und erlangten Rechtens, der Wahl auch je zuweiln angemaßet, da dann die geſampte Brüder und Vettern nimmer würden zugelaſſen noch geſtattet haben, daß von denen, welche der Wahl alſo beygewohnet, einer,* ſua culpa & felonia, *zu* Præjuditz *und* excluſion *der andern Unſchuldigen, ſolte verwürcket, und der Lehenherr alßbalden denſelben auch die* Compoſſeſſion *des Lehens entzogen haben .... Dannenhero auch die Kinder,* vivo Patre, *Chur-Erben, und zwar von Alters, bey dem Chur-Hauß der Pfaltz am Rhein, rechte Pfaltzgrafen genennet werden,* reſpectu ſpei jure approbatæ; *Dabeneben iſt es an dem, daß in hiſce Feudis, maximè propter ſimultaneam Inveſtituram, tot cenſentur conceſſiones, quot ſunt gradus deſcendentium, quibus dicitur ſpecialiter facta conceſſio; & propterea unusquisque ex deſcendentibus cenſetur venire ex propria perſona, non uti cauſam habens ab altero; in tantum, ut Princeps nullo modo, ne quidem ex plenitudine poteſtatis, jus convaſalli, & compoſſeſſionis, auferre poſſit; Daher gedachter* Piſtor (2. Quæſt. 16, n. 30, in fin.) *lehret: Quod tunc pœna nullum locum habeat in Filiis, ſi Feudum æquè principaliter Filiis, ac Patri, eſt conceſſum; wie dieſes Falls in den Churfürſtenthumben ausdrücklichen beſchiehet, da die Conſtitutio Electorum, quæ loco Inveſtituræ eſt, nicht auf eine, oder die andere Perſohn, ſondern auff die gantze* Familiam, *und gewiſſe Lande, Ihr Abſehen gehabt; den gantzen Orden des Churfürſtlichen Geblüts, und* in ſpecie *die Kinder, beruffen; dabey einen ſonderbahren* ordinem ſuccedendi *angeordnet, und dadurch dieſe Dignitat, als ob welcher Beſtandigkeit des Reichs Wohlfahrt beruhet, ſicher, veſt, und unveränderlich gemacht, ut ſic jure proprio Feudum ad omnes deſcendentes pertineat, & factum intervenientis Parentis obeſſe Filiis non poſſit. Auch iſt hier eine klare Linealis ſucceſſio, quæ nulla imitatione hæreditatis, nec Jure Communi aut Saxonico, ſondern ex dono Populi, & quidem ex Aurea Bulla, Feudum transfert ad ſingulos, præſcripto ordine. Et in hac ſucceſſione Patris factum nocere non poteſt Liberis, quia ſimul atque exiſtere cœperunt, jus proprium jam eis quæſitum eſt ex Lege. Es erreget ſich auch bey dieſer* Succeſſion *der Churfürſten, eine ſolche transmiſſio, qua & Filius Primogenitus in Filium ſuum transmittit Jus ſuum Primogenituræ plenariè, etiam vivo & regnante adhuc Patre, & dicit hoc jus radicatum, ſpe minimè fallaci, ſed firma & invariabili, &c.* & pag. 759: *Dahero der Beyeriſche* Scribent *zuzuſehen, wannenhero er ſeine* prætendirte Obſervantz *wird beſchœnen kœnnen; beſonders, und da auch das* Exempel *Hertzog* Moritzen *zu Sachſen hieher gar nicht* quadriret, *als welcher, nachdem Churfürſt* Johann Friderich *der Chur* privirt *und entſetzt geweſen, zu ſolcher Churfürſtlichen Würde und Hoheit erhaben worden; dann, über das, daß derſelbe Achts-und* Privations-Proceſs, *wieder den damahls gefangenen Churfürſten,* Johan Friderichen, *anfanglich mit Gewalt durchgedrungen, und deßwegen offt wiederſprochen: auch in Anſehung deſſen, die Konigliche* Capitulationes *hernacher geſcharfft worden, und alſo vor keine* Regul *angezogen werden kan, daß gleichwohl ſolche* privatio *und* Translation *mit* Conſens *der Churfürſten und Stande beſchehen; dann alſo lauten die Worte der* Inveſtitur: *His igitur & aliis rationibus moti, ex noſtra certa ſcientia, motu proprio, ſano Procerum Noſtrorum & Imperii*

Fide-

Fidelium accedente conſilio, maturaque deliberatione prababita, dictum Johannem Fridericum, *ab omni Jure, bonore, dignitate, ipſo jure cecidiſſe, ac privatum, inbabilem & incapacem decernimus & declaramus. Und daß die damablige Römiſche Kayſerl. Maj. keinen* Privat. *Streit, noch* Intereſſe *gegen Chur-Sachſen, ſondern bloßlichen die Beruhigung des H. R. Reichs, vor Augen gehabt, die Sache zuvor vielfältig* debattiren *laſſen, der Churfürſt von Sachſen* Johann Friderich *auch die würckliche geleiſtete Pflicht, Ayd und Geborſamb, allerdings Kayſer* Carl *auf- und demſelben den Krieg angekundiget; dergleichen in gegenwärtigem Fall wegen Chur-Pfaltz zumahl nichts zu finden iſt. Uber das, ſo haben gedachtes Churfürſten* Johan Friderichs *Sohne und Brüder (welche ſich deſſelben Kriegs, wieder Kayſer* Carl *den Fünfften, auch theilhafftig gemacht,) der Churfürſtlichen* Dignitæt, *und Ihrem* Juri acquiſito, *dem gefangenen Churfürſten das Leben zu* ſalviren, renunciirt; *und war kein naherer* Agnatus *mehr vorhanden als Hertzog* Moritz; *Ja es hat auch denſelben Kayſer* Carl, *nachdeme Er den Churfürſten* proſcribirt, *durch Schreiben ermahnet, daß, weil Er der naheſte* Agnatus, *in Krafft des Ihm gebührenden* Succeſſion-*Rechtens, des Churfürſten Land einnehmen ſolte .... Folget derowegen, daß Hertzog* Moritz, *und, nach ſeinem Todt, deſſelben Bruder, Hertzog* Auguſtus *zu Sachſen, zu der Chur kommen ſind, nicht eben durch eine* Tranſlation, *ſondern vielmehr durch eine ſolche* Succeſſion, *welche durch die zu* Naumburg An. 1554, *den* 24 Febr. *durch vornehmer Kænige und Fürſten Unterhandlung, zwiſchen jetztgedachtem Hertzog* Auguſto *eines, und Churfürſten* JohanFriderichen, *und deſſelben Sæhnen, andern Theils, aufgerichtete* Tranſaction, *und gütliche Vergleichung, hernacher* confirmiret *und beſtatiget worden* &c. Hæc Principum argumenta.

(4) Privati Homines non minus in partes hieabeunt. Alii dicunt, ob crimen L. M. Vaſalli, nec Filios ejus, nec Agnatos, Feudo privari poſſe; ita *Rumelinus* ad A. B. Part. 3, Diſſ. 4, §. 9, p. 813. *In Imperio autem Romano-Germanico delictum Patris, Imperii Status, ad Filios non tranſire; nec, propter Crimen L. M. paternum, Filios bonis feudalibus, utpote quæ Jure proprio, & ex Pacto & Providentia Primi acquirentis, ad eos pertinent; privari poſſe, cenſet Roſenthal, de Feudis,* C. XI, Concl. 9, n. 10 & ſeqq. *Cum Lex Quiſquis, in bonis Feudalibus locum non babeat, Theſſaur.* Deciſ. 169, in fin. *poſt alios Ruſdorff* in Vindic. Cauſæ Palat. c. 15, n. 24. *Imperii enim Princeps ſuccedit Primo acquirenti, non ultimo poſſidenti, Matth.* Conſil. Marpurg. 26, n. 130 & ſeqq. Vol. 1. *Ruſdorff* dict. Tr. C. 10, n. 41 & ſeqq. *Hinc Electores Saxo & Brandenburgicus, contra Friderici Palatini proſcripti Filiorum exclusionem à Feudo Electorali proteſtati ſunt, per ea, quæ tradit Ruſdorff,* d. Tr. c. 24, n. 46.

(5) Alii diſtinguunt, inter Crimen L. M. commiſſum *adverſus Dominum ipſum* (directò, an per conſequentiam) & *adverſus tertium quendam.* Priori caſu, ſubdiſtinguunt inter *Feudum Novum,* & *Antiquum,* ſeu *ex Pacto & Providentia,* dicentes: *Feudum novum,* ob feloniam *adverſus ipſum Dominum* commiſſam, indiſtinctè reverti ad Dominum, excluſis à ſucceſſione Vaſalli delinquentis & deſcendentibus, ſeu Liberis, & Agnatis; arg. 2 F. 24, §. *Denique ſæpè quæſitum eſt,* ubi: *Si quidem Vaſallus ita in Dominum peccaverit, ut Feudum amittere debeat; non ad proximos, ſed ad Dominum, Beneficium revertatur, ut hanc ſaltem habeat ſuæ injuriæ ultionem;* & 2 F. 37, §. *Si quis interfecerit &c.* verb. *Cum ad Dominum reſpicit Felonia, Feudum tunc Domino aperitur* &c. Vid. *Berlichius,* de *Concluſionibus,* Part. 3, Concl. 37, §. 2, 3 & 4, pag. 278 & 279, *Carpzovius, Jurisprud. Forenſ.* Part. 3, Conſtit. 27, *Defin.* 6, p. 1190 & 1191; *Vultejus* de *Feudis,* Cap. XI, Lib. 1, §. 137, p. 670; *Struvius* Syntagm. Jur. Feud. Cap. XV, §. 13, p. 576, ubi tamen limitationem adhibet: niſi Dominus Filiis, vel etiam Agnatis, æquè principaliter, ſeu ſingulari eorum contemplatione, Feudum conceſſerit; *Roſenthal* l. c. Concluſ. 2, n. 1. *Carpzov.* l. c. Defin. 7, p. 1191; *Piſtorius* l. 2, Q. 16. n. 27; *Schultz,* Synopſ. Feud. c. 11, n. 62; aut Jure Saxonico, niſi Agnati ſimultaneè ſint inveſtiti; cum, hoc caſu, propter delictum Vaſalli, jus eorum jam radicatum, ipſis auferri nequeat. *Carpzov.* l. c. Defin. 1, p. 1189, & defin. 8, p. 1191.

Si *Feudum Antiquum* ſit, quod alicui, criminis L. M. *adverſus ipſum Dominum* perpetrati intuitu, abjudicatur, exiſtimant: *Piſtorius,* Lib. 2, P. 1, Q. 16, n. 9 & 10; *Zaſius* de *Feud.* Part. X, n. 96 & 101; *Berlichius* l. c. §. 12, p. 279, *Vultejus* l. c. §. 147, p. 677, *Gallius,* Lib. 2 de *Pace Publica,* Cap. XIII, §. 21, p. 142; *Struvius* l. c. §. 14, p. 577; *Carpzovius* l. c. Defin. 6, p. 1190, *Itterus,* de *Feudis Imperii,* Cap. XXIV, §. 10. p. 1020, aliique multi, *Filios* quidem Vaſalli delinquentis ſucceſſione privari poſſe, non autem *Agnatos;* arg. 2. F. 31.

Circa *Agnatorum* verò admiſſionem ad Feudum, nova oritur diſputatio; alii enim putant: Agnatos ſtatim ad arripiendam Feudi, ob crimen L. M. aliamve feloniam, in *ipſum Dominum* commiſſam, Vaſallo delinquenti ablati, poſſeſſionem admittendos eſſe, ex quo delinquens eo ceciderit; ita *Weſenbecius,* Conſ. 73; *Andreas de Iſernia,* in c. 1, §. denique, 2 F. 24, pluresque alii, quorum *Berlichius* l. c. §. 17, p. 280, meminit, additis rationibus, (1) ob 2 F. 26, §. *ſi Vaſallus culpam;* (2) Quod Agnati Feudum non Vaſallo delinquenti, ſed Primo acquirenti, debeant; (3) iniquum eſſet, ſi innocens ob crimen tertii puniretur, arg. l. 22 C. de Pœnis; 4) aliàs ſemper in poteſtate Vaſalli eſſet, pro lubitu (crimen L. M. ſcil. vel aliam feloniam, committendo) Agnatos jure ſuccedendi legitimo defraudare. Idem juris eſſe in Saxonia, quoad *Agnatos ſimultaneè inveſtitos,* diſcimus ex *Carpzovio* l. c. Defin. 1, pag. 1189; Aſt alii arbitrantur, non teneri Dominum conferre Agna-

tis Feudum, quamdiu Vaſallus delinquens, ejusque deſcendentes, vivant; (1) ob 2 F. 78, verb. *Cum Feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa auferetur à Paribus, per judicium, cæteris non præjudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo eo, vel ſuis heredibus, Feudum ad cæteros venire non intelligatur* &c. (2) ut & 2 F. 98; licet negativè ibi legatur: *ad Dominum non pertinere*; *Cujacium* tamen rectè *negativam* expungere, monet *Berlichius* l. c. §. 22, p. 282; (3) ob 2 F. 40, §. *Item ſi Clericus*, ubi ſtatuitur, Beneficium, quod Clericus culpâ ſuâ amittit, non niſi poſt ejus mortem, ad ipſius ſucceſſorem reverti, & interea à Domino poſſideri &c. &c. Vid. *Berlichius* l. c. §. 22, p. 282 & 283; *Gaillius* l. c. §. 21, p. 142 & 143; *Ericus Mauritius*, Decad. 14, *Poſit. Feudal.* 10; *Itterus* l. c. *Strychius*, Exam. Jur. Feud. Cap. 23, Q. 48, p. 315. Quibus non parum patrocinatur *der Kæmigliche Landfrieden zu Wormbs* de An. 1495, §. 3. *Die Pæn der Friedbrecher*, in fine: *Auch die Lehen, ſo viel der Uberfahrer deren gebraucht, dem Lehen-Herrn verfallen, und ſie derſelben Lehen, oder derſelben Theil, ſo lang der Friedbrecher lebt, Ihm, oder andern Lehens-Erben, zu verleyhen, oder denen ſeinen Theil der Abnützung folgen zu laſſen, nicht ſchuldig ſeyn* &c. Quæ totidem ferè verbis repetuntur, *in der Ordnung des Landfriedens zu Wormbs, de Anno* 1521, Tit. 2. *von der Pæn aller Friedbrecher* &c. Quamvis opinio hæc *Roſenthalio de Feudis*, T. 1, Cap. XI, Concluſ. 5, §. 3, *Berlichio* l. c. §. 23 & 24, p. 282 & 283, aliisque non arrideat.

Quod ſi verò Felonia non *adverſus ipſum Dominum*, ſed *tertium aliquem*, committatur, rurſus diſtinguunt inter Feudum *Novum* & *Antiquum*; ſtatuentes: *illud* reverti ad Dominum, *hoc* ad Agnatos, ob textum rotundum 2 F. 37. *Si quis ---- Fratrem ſuum interfecerit, ad hoc, ut totam hereditatem habeat, vel aliam feloniam commiſerit, v. g. hominem tradendo, ut in Curia amplius ſtare non poſſit, privabitur Beneficio: quia tamen erga Dominum non fuerit facta, ad Agnatum proximiorem Feudum pertinebit, ſi paternum fuerit* &c. Conf. *Vultejus* l. c. ſ. 147, p. 680 &c. *Berlichius* l. c. Concluſ. 38, §. 3, p. 289, & §. 13, p. 290; *Struvius* l. c. §. 15, p. 578; *Itterus* l. c. pag. 1021, *Strychius* l. c. Q. 46, p. 314; *Num, tali caſu, Liberi Vaſalli delinquentis eandem cum Patre pœnam ſubeant, & Agnatis Feudo cedere teneantur? an vero, præ Agnatis, ad Feudum admittantur?* nova Quæſtio eſt. *Vultejus* l. c. pag. 681, docet, Liberos Parenti delinquenti ſuccedere non poſſe, ſive Feudum *Novum* ſit, ſive *Antiquum*; in partes trahens *Borcholtum* de *Feudis*, c. 8, n. 150; *Hartmannum Piſtorium*, 2, Q. 16, n. 8 &c. quo reſpicere videtur 2 F. XXVI, §. *Si Vaſallus culpam commiſerit, propter quam Feudum amittere debeat, neque Filius, neque ejus deſcendentes, ad id Feudum revocabuntur! ſed Agnati, qui quarto gradu ſunt; dummodo ad eos pertineat* &c. nec non Conſtitutio Electoris Saxon. Torgaviæ an. 1583, promulgata, Tit. *welcher Geſtalt die* Agnaten *und Mitbelehnten*; §. *Dieweil aber dennoch* &c. reſpicit, apud *Carpzovium*, Jurispr. Forenſ. Part. 2, Conſtit. 27, Defin. 3, p. 1190, §. 6, ubi: *Und darüber ausdrücklich verordnet wird, daß des Vatters Verbrechung, dadurch er ſich des Lehens verluſtig gemacht, den Sæhnen mit zum Nachtheil gereichet, und Sie dahero, ſo wohl als der Vatter, des Lehn-Guts entrathen müſſen* &c. Eademque ſententia *Berlichii* l. c. ſ. 5, p. 289; *Andreæ de Iſernia*, in c. 1, Tit. *Si Vaſallus Feudo privetur*; 2 F. 31, n. 6; *Zaſii*, de *Feud.* Part. X, n. 104; *Itteri de Feudis Imperii*, Cap. XXIV, ſ. 10, p. 1021; *Struvii* l. c. §. 15, p. 578 & 579; *Strychii*, cit. Q. 46, p. 314. Alii contra, v. g. *Dynus*, in C. *Non debet, de Regul. Juris*, in 6. *Panormitan.* Vol. 2, Conſ. 3, §. 5; *Gaillius* l. c. §. 21, p. 142, exiſtimant: *Feuda Antiqua* ob feloniam Patris adverſus tertium duntaxat commiſſam, *Filiis* auferri non poſſe; ne quidem Jure Saxonico, teſte Conſtitutione Electorali 27, apud *Carpzovium*, l. c. §. 7, p. 1190, ſ. *Wan dan Unſere*, verſ. *Auch des Thaters Sohn des Lehns, in dieſem Fall, nicht zu* priviren &c. Addit *Carpzovius* l. c. ſ. 8; *Planè nec de Jure communi delictum hoc Vaſalli liberis nocebit, ſi ipſis æquè principaliter, vel ob eorundem merita, non ſola Patris contemplatione, conceſſum fuerit* &c. Conf. Idem, l. c. Part. 2, Conſtit. 48, Defin. 10, p. 854, & *Piſtorius*, P. 2, Q. 16, ſ. 27 & ſeqq. ubi plures limitationes.

(6) Aliis videtur, in omni caſu, quo Vaſallus, ob crimen L. M. *adverſus Dominum* perpetratum, aliamve in Eum commiſſam Feloniam, Feudum amittit, *hoc* ad Dominum reverti, & quidem in perpetuum, excluſis omnibus delinquentis deſcendentibus, pariter & Agnatis, nec intereſſe, num Feudum ſit *Novum*? an *Antiquum*? num *ex Pacto & Providentia*? an *Hæreditarium*? Ita *Decius* Conſ. 165; *Rolandus à Valle*, Conſ. 29, n. 7, Vol. 3, & Conſ. 78, n. 25, Vol. 2, aliique multi à *Vultejo*, lib. 1 de *Feud.* Cap. XI, §. 140, p. 673 & 674, & *Gaillio* l. c. Lib. 2, Cap. 13, ſ. 11, pag. 139, citati; nec aliter *Berlichius*, Part. 3, Concluſ. 37, ſ. 19 & 20, p. 281, & ſ. 25 & ſeqq. p. 283; Fundamenta eorum nituntur (1) cit. Textu 2 F. 24, §. fin. (2) 2 F. 37, ſ. 1, *Si quis Fratrem*, verb. *Cum autem ad Dominum reſpicit Felonia, Feudum tunc Domino aperitur*, (3) 1 F. V, ubi, in principio, varia delicta recenſentur, quæ in perſonam Domini, vel directò, vel per conſequentiam, committi poſſunt, & poſtea generalis regula ſubjicitur: *His omnibus caſibus Feudum ad Dominum revertitur*, (4) Caroli V Imp. *Landfrieden zu Augſpurg*, de An. 1548, Art. 3, *die Pæn der Friedbrecher*, §. 2, verb. *Wo aber der Friedbruch wieder den Lehen-Herrn beſchehen wære, ſo ſoll derohalben, was hierinn das Lehen-Recht vermag, und gebræuchlich iſt, gehalten werden* &c. (5) Quod ab initio Feudum Primo acquirenti ſub hac conditione conceſſum fuiſſe præſumatur,

Hi

Digitized by Google

ſi is, & ejus deſcendentes in infinitum, grati erga Dominum extiterint; alias, ſi unicus ſaltem ex illis aliquid contra Dominum deliquerit, quod omnes, propter illius delictum, Feudo priventur; vid. *Petrus Gilken*, de *Præſcript*. Part. 3, c. 13. n. 184 &c. *Gailius* l. c. *Berlichius* l. c. §. 15, p. 284. Excipiunt tamen ab hac regula caſus quosdam, quibus *Feudum Antiquum* Domino non aperiri dicunt, etiamſi in Ipſum Vaſallus deliquerit, veluti (1) Si ex tenore Inveſtituræ conſtet, quod Feudum de uno in alium revertatur, vel aliter appareat de mente concedentis, quod non vellit delictum unius nocere alteri; vid. *Berlichius* l. c. §. 29 & 30, p. 285; (2) Si Feudum eſſet datum Patri, & nominatim ejus Filio, vel Agnatis, ut partem in iſto Feudo habeant, Vaſallo vivente, ibid. §. 31. (3) Si Feudum eſſet conceſſum alicujus Generi, ſeu Familiæ; ibid. §. 32. (4) Quando Vaſallus ſtudioſè, & in fraudem agnatorum, Domino conſentiente, in ipſum delinqueret, ad hoc, ut Agnati Feudo privarentur; ibid. §. 33. (5) Si culpa Domini Vaſallus in caſum amiſſionis Feudi incidat, ibid. §. 34, (6) Si Feudum propterea datum ſit, quod acquirens concedentem a morte, vel ab hoſtibus, aut latrunculis, liberaverit; ibid. §. 35, (7) Si Vaſallus delinquens à Domino primum laceſſitus, vel injuriatus fuerit; l. c. §. 37; (8) Si Eccleſiæ, Civitati, vel Communitati, Feudum concedatur, & Adminiſtrator in Dominum delinquat, ibid. §. 38. (9) Si plures Feudum habeant commune & individuum, & unus ex iſtis in Dominum deliquerit, ibid. §. 39, p. 186. (10) Si Vaſallus ex juſta cauſa, v. g. qua Præſes Provinciæ, aut Princeps Militiæ, Dominum incarcerari vel capi faciat; aut eum, in juſto bello captum, detineat; aut corpus ſuum contra eum defendat, &c. ibid. §. 40, p. 186; (11) Si Vaſallus & Dominus ſe invicem læſerint, nec conſtet, uter alterum provocaverit, ibid. §. 41. (12) Si Dominus contra Vaſallum ita prius deliquerit, ut directum Dominium amittere mereatur; ibid. §. 42. (13) Si Vaſallus vi, vel metu juſto ductus, delictum in Dominum committat; ibid. §. 43. (14) Si Vaſallus jocando, vel ludendo, Dominum graviter offendat; ibid. §. 44. (15) Si Vaſallus alium lædere volens, ex errore Dominum lædat: ibid. §. 45. (16) Si Dominus Vaſallo delictum ignoſcat, vel remittat; ibid. §. 46 &c. Conf. *Schrader* de *Feudis*, Part. IX, c. 1 & ſeqq. p. 285 ad 751; *Vultejus* l. c. Cap. XI, §. 17 & ſeqq. p. 610 &c. &c.

Quantum ad Feloniam *adverſus Tertium* perpetratam, iidem arbitrantur, Filios indiſtinctè Feudum, ſivè *Novum* ſit, ſivè *Antiquum*, ob crimen Patris, amittere, per ea, quæ *Berlichius* l. c. §. 5, p. 289 tradit; ſubnectens §. 6, aſſertionem hanc usque adeò procedere, ut Dominus, in præjudicium Agnatorum, ad quos Feudum pertineat, ne quidem gratiam facere poſſit, exceptis caſibus, quorum l. c. Concluſ. 37, §. 5 & ſeq. §. 14, 15, 30 &c. & *Piſtorius* l. c. Part. 1, Lib. 2, Q. 16, §. 27, usque ad finem. & *Roſenthal* de *Feud*. C. XI. Concl. 6 & 7 per tot. meminerint.

(7) Alii adhuc diſtinguunt: inter *Feudum Antiquum hæreditarium*, & inter *Feudum ex Pacto & providentia*; cenſentes, *illud*, ob delictum Vaſalli in Domini perſonam, & Liberis & Agnatis ſimul auferri; vid. *Borcholt*. de *Feud*. c. 8, §. 150. verſ. *Priori caſu, ſi in Dominum peccavit*: juncto verſ. *Quæ tamen in Feudo hereditario*, & ſeqq. *Roſenthal* l. c. C. XI, Concluſ. 5, n. 1, &c. & Concl. 8, § 1, &c. Tom. 1. Quos *Berlichius*, cit. Part. 3, Concluſ. 17, §. 20, p. 281, refutare laborat.

(8) Alii inſuper diſtinguunt: inter *Feudum ſimpliciter conceſſum*; *& inter Feudum ex Pacto & providentia*, dicentes: Illud, ob crimen Vaſalli in Dominum, reverti ad Dominum; hoc vero ad Delinquentis Agnatos; vid. quos *Berlichius* l. c. §. 21, p. 281, hoc titulo allegat, ſimulque errare ſcribit; quod differentia hæc nullius ſit pretii; add. *Piſtorius* cit. P. 1, Lib. 2, Q. 15, §. 31; reliqui.

(9) Hæ ſunt opiniones Doctorum de Feudis, juxta Leges Longobardicas; enimvero in Quæſtione de Feudis Imperii, veluti Electoratibus, Ducatibus &c. magna cautione opus eſt, tum, quod eorum directum Dominium non ad ſolum Imperatorem, ſed ſimul ad Imperium, ſpectet; cùm, quod de iis, ex puris principiis Longobardicis, judicare nefas ſit, ceu *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. XXIV, §. 4, p. 1008, bene monet, adde: ejusmodi Feuda antiqua toti Familiæ concedi, licet, ex pactis conventis, plerumque non niſi unus, ſecundum *primogenituræ* Juris regulas, adminiſtrationi præſit. Cautum equidem in Ordinatione Auguſtana, *de Pace Publica*, de An 1548, Rubr. 3, *Pœn der Friedbrecher* §. 2, *Wo der Friedbruch wider den Leben Herrn beſchehen wære, ſo ſoll derhalben, was hierinn das Leben-Recht vermag, und gebræuchlich iſt, gehalten werden &c.* Quo Jus commune Feudale confirmari videtur. Conſtat inſuper, *Ulricum*, Ducem *Würtenbergicum*, An. 1520, Ducatu fuiſſe pulſum, à *Carolo V* Imp. in Fratrem *Ferdinandum* translato, etiamſi Filium, *Chriſtophorum*, utpote An. 1515 natum, pariterque Fratrem *Georgium*, habuerit; Vid. *Johannis Pedii Tebtingeri* Comment. *de Würtembergia rebus geſtis, Huldricho Principe*; nec non *Nicolai Aſclepii Barbati* Oratio, *de Expulſo & reſtituto Duce Würtembergenſi, Ulrico*, Marburgi habita, apud *Schardium*, Tom. 2 *Script. Rer. German.* Nec minus verum, *Johannem Fridericum*, Saxoniæ Electorem, An. 1547, banni pœnam ſubiiſſe, Electoratu, aliisque Ejus Terris, *Mauritio* Duci, à *Carolo V* Imp. præteritis proſcripti Filiis, & Germano Fratre, *Johanne Erneſto*, collatis, Vid. præced. Lib. 1, Tit. V, in vita *Caroli V*, ad An. 1547. p. 732. Notum etiam, eum *Johannes Fridericus 2*, Dux Saxoniæ, Factionis *Grumbachianæ* intuitu, An. 1566, à

Maximiliano 2, proſcriberetur, Filios Ejus: *Johannem Caſimirum* & *Johannem Erneſtum*, ſucceſſione ſimul fuiſſe excluſos. Vid. ſupr. l. c. in vita *Maximiliani* 2, pàg. 7461 de Electoratu Palatinatus, An. 1611, *Friderico V* Electori ablato, & biennio poſt in *Maximilianum* Bavarum, ſusque deque habitis Ipſius Filiis, Fratre, Agnatiſque reliquis proximioribus, transſcripto, hactenus abunde dictum. Palam adhue eſt, in bannum declaratis An. 1628, *Adolpho Friderico* & *Johanne Alberto*, Megapolitanis Ducibus, obveniſſe eorum Terras, *Ferdinandi* 2 Imp. beneficio, *Alberto Wallenſteinio*, Fridlandiæ Duci, neglectis *Chriſtiano Ludovico*, & *Carolo*, *Adolphi Friderici* ſobole; Vid. *Theatr. Europ.* T. I. ad An. 1628. pag. 1053 ad 1060; *Lundorpius* Tom. 2 *Contin. Act. Publ.* pag. 808 &c. *Meterani Contin.* ad h. a. pag. 557; *Mecklenburgiſche Apologia* de An. 1630, p. 252 &c. Noviſſimè, exauctoratis An. 1706, à *Joſepho* Imp. Germanis Fratribus, *Joſepho Clemente* Colonienſi, & *Maximiliano Maria Emanuele* Bavariæ Electoribus, hujus Liberos: *Carolum Albertum*, *Philippum Mauritium*, *Clementem Auguſtum*, *Johannem Theodorum*, & *Maximilianum Emanuelem*, ditionibus avitis unà fuiſſe exutos, ac Oenipontem abductos, itidem tralatitium. Enimverò, ut citata *Ordinationis Auguſtana* verba rem minimè conficiunt, ſed prolixa interpretatione egent, ita nec adductis exemplis certi quid probari poteſt, multo minus firma exinde formari regula. *Ulrico* ſanè *Würtembergico*, non ab Imperatore, nec prævia Imperiali ſententia, nec ob commiſſum L. M. crimen in ipſum Dominum, ſed à Fœderis Suevici Sociis, quos An. 1519, *Reutlingam* Civitatem, Fœderis membrum, expugnando, ad arma concitaverat, Terræ ablatæ, quas Socii, belli jure captas, ut ſumptus in expeditionem erogatos iterum lucrarentur, Cæſari *Carolo V* an. 1520 vendiderunt, à quo in *Ferdinandum* fratrem tranſierunt, donec An. 1534, profligatis ad *Lauffenam*, *Ferdinandi* copiis, ſubſecutaque *Cadamenſi* Transactione, *Ulrico* fuerint reſtitutæ, vid. præc. lib. I, Tit. V, in vita *Ferdinandi* 1, p. 740 & 741; & *Literæ Ordinum Würtembergici Ducatus* ad Helvetos, de An. 1520, apud *Hortlederum* T. 1, *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Lib. 3, Cap. 3, p. 831 &c. proinde, de tali caſu hic non eſt quæſtio. Ad *Johannis Friderici* Electoris proſcriptionem æquè minus tutò provocatur, cum (1) *Caroli Ludovici* Elect. Palatini, *Manifeſto* teſte de An. 1640, præced. v. 3, Electoris Filii & Frater participes belli fuerint adverſus Imperatorem ſuſcepti; (2) Captivus Elector, per *Capitulationem*, An. 1547, 19 Maji in Caſtris Wittebergenſibus cum Cæſare initam, eorundem Principum conſenſu, ut ultimum ſupplicium, ad quod damnatus erat, declinaret, Electoratui aliiſque Terris avitis, *Mauritio* Agnato adjudicatis, renunciaverit; (3) pars earum Liberis fuerit relicta, de qua *Mülleri* Annal. Saxon. ad An. 1547, pag. 107 & 108, evolvendi; (4) tota controverſia anno demum 1554, per Transactionem *Numburgenſem*, mediante Rege Daniæ, *Chriſtiano*, inter laudatum *Johannem Fridericum* & *Auguſtum* (*Mauritii* interea defuncti Fratrem & Succeſſorem) Electores, plenè fuerit ſopita, 24 Febr. de qua Transactione legas Auctores, præced. Lib. 1, Tit. V, in vita *Caroli V* Imp. ad An. 1554, p. 735 & 736, hoc titulo commendatos; quibus omnibus minimè opus fuiſſet, ſi translatio Electoratus ex *Erneſtina*, in Lineam *Albertinam*, Imperii Legibus exactè, & clarè, defendi potuiſſet; adeoque & hic caſus ſingularis fuit. Sed nec *Johannis Friderici* 2 Saxoniæ Ducis, *Grumbachii* Protectoris, exemplum regulam conſtituit, tum quod (1) proſcripti Frater *Johannes Wilhelmus*, ſtatim in ejus ditiones noſcatur immiſſus, teſtibus *Mülleri* Annalibus, ad An. 1567, d. 3 Januar. p. 141, & 2 Febr. p. 143; cum quod (2) Liberi captivi Ducis, *Johannes Caſimirus*, & *Johannes Erneſtus*, An. 1572, 6. Nov. in integrum fuerint reſtituti, paucis duntaxat exceptis; vid. *Müller* l. c. ad h. a. pag. 161. *Friderici V* Palatini proles, natorum maximus præſertim, *Carolus Ludovicus*, ceu modo monitum, ipſemet jura ſua Agnatorumque, contra *Ferdinandi* 2 Imp. proceſſum, an. 1623, Electoratum *Maximiliano*, Bavariæ Duci, in ipſorum præjudicium, vindicando, inſtitutum, ſatis jam propugnavit. *Megapolitanorum* Ducum expulſio contigit flagrante Germania civili bello, ubi leges ſilebant, & cuncta perturbatè gerebantur; ne dicam, Suecorum auxilio, recuperaſſe extorres, An. 1631, vetus Patrimonium, *Wallenſteinio* inde deturbato. Vid. *Meteran.* ad h. a. pag. 673, ad 681; *Puffendorf*, lib. 3, *Rer. Suec.* §. 21, p. 49, & §. 45 & 46, p. 56; *Theatr. Europ.* Tom. 2, ad h. a. pag. 418, 419, 486, 497 & 498; *Gaſtelius, de Statu Publ. Europæ*, Cap. XIX, §. 103, p. 626 &c. *Rittershuſii exegeſis*, p. 131, Electoribus *Colonienſi* & *Bavaro*, ob arctiſſimum fœderis vinculum, quo Gallis, Imperii tunc hoſtibus, tenebantur, armataque manu nonnullas Imperialium Civitatum legibus ſuis ſubdebant, An. 1706, in Imperii bannum declaratis, Cæſar meritò *Bavariam* occupabat, ne inde belli moles in Imperii viſcera devolveretur; attamen Electores ambo, juxta Pacificationis *Badenſis* tabulas, An. 1714, in *Ergovia*, Cæſarem inter & Imperium, ab una, & Regem Galliæ, parte ab altera, contractæ, Art. XV & ſeqq. pleniſſimè, per omnia, in priſtinum ſtatum ſunt reſtituti. Nullum igitur ex ejusmodi Exemplis argumentum validè deſumitur; tutius hic conſulimus Capitulationem *Carolinam*, de An. 1711, Art. XI, præſertim Art. XX, quo claris verbis cautum, *daß, im H. R. Reich, bey verwirckten Güthern des Aechters, deſſelben Verbrechen denen* Agnaten, (quo titulo, procul dubio, & Liberi, ſeu deſcendentes, veniunt)

unt) *und allen andern, ſo Anwartung und Recht daran haben, und ſich des Verbrechens in der That nicht theilhafftig gemacht, an Ihrem* jure ſuccedendi in Feudum, *und Stamm-Güthern, nicht* præjudiciren, *ſondern das* principium: *Als ob auch* Agnati innocentes, propter Feloniam *des Aechters, des dadurch verwirckten Lebens, und anderen, zu* priviren; *keines wegs ſtatt haben ſolle &c.* Quo tempore verò Agnati ad ſucceſſionem admittantur? nullibi, quantum vel mihi conſtat, deciſum eſt, niſi dicere velimus, præced. v. 3. adductis verbis *des Kœniglichen Landfriedens zu Worms*, de An. 1495, §. 3. repetitis in recentiori Ordinatione *des Landfriedens zu Worms*, de An. 1521, Tit. 2, quodammodo definiri: *Ejusmodi Feuda reverti ad Dominum, & penes eundem manere debere, donec delinquens moriatur*; cùm hac ratione nemini fiat injuria; nec naturalis ordo ſuccedendi turbetur; Liberi quoque & Agnati Jura ſua radicata retineant ſarta tecta; nec Juſtitiæ nec æquitatis regulæ evertantur. Attamen publica definitione hic opus eſt, quam prævertere, mihi omnibusque hominibus privatis, ſit Religio.

13. Nihil etiam obeſt ipſi poſſidenti, dum intra determinatum tempus Feudum non petit, quando adſunt, legitima impedimenta, *(a)* 2 F. 52; Vel etiam, quando Vaſallus petiit termini dilationem; *(b)* Literas ſuper hac dilatione conceſſas vocant *Indultum*, *(c)* ve *Gotts-Brief*.

NOTÆ.

(a) IMPEDIMENTA &c. Quia doloſa demum renovationis intermiſſio privationem Feudi, vel ſimultaneæ Inveſtituræ, meretur, juxta *Schneidewinum*, de *Feudis*, Part. V, §. 2, in §. ult. 2 F. 52, de *Probibita Feudi alienatione per Lotharium*, & *Hartmannum Piſtorium*, de *Feud.* Part. 1, Q. 31, §. 2. Atqui dolum non committit, qui juſtam omiſſionis cauſam allegare poteſt, ſecundum ea, quæ tradit *Carpzovius*, *Jurisprud. Forenſ.* Part. 2, Conſtit. XLV, Definit. 18, §. 4 & 5, p. 823; ubi ſimul Pronunciatum Scabinorum, in cauſa *Abrahami & Joachimi à Dybren zu Ober-Hartmansdorff* de An. 1630. Quænam autem ſint ejusmodi impedimenta legitima, præced. §. 12, lit. b, abundè dictum; Conf. Dn. *Godofr. Ferdinandi à Ruckiſch & Lœwenfels, Obſervationes, in Inſtrum. Pacis Weſtphal.* ad art. IV, Obſervat. 67, p. 115.

(b) DILATIONEM &c. Vel, quando Inveſtituram quidem petit, eam vero, citra ſui culpam, non obtinet, exemplo Sabaudi, Inveſtituram *Montisferratenſis* Marchionatus, diu quondam fruſtra expetentis. Ex *Thuano*, lib. 1, ad An 1535. p. m. 29, *Conringio*, lib. 2 de *Finibus Imperii*, Cap. XXIII, §. 25 &c. p. 330 &c. *Moreri*, en ſon *Dictionaire*, voc. *Gonzague* p. 61, & voc. *Montferrat* p. m. 541 & 542; *Limnæo*, lib. V *Jur. Publ.* Cap. XIV, §. 15, p. 300 &c. & in *Capitulationem Leopoldinam*, Art. 4, p. 916 &c. *Friderico Nitzſchio*, in *Capitul. Joſephinam*, Art. 4, §. 1 & ſeqq. p. 256 &c. aliisque, notum ſatis, quid controverſiæ, circa ſucceſſionem *Montisferratenſem*, ab obitu *Johannis Georgii*, ex Gente Palæologa, Marchionum poſtremi, An. 1533, 30 April. Stemma ſine maſcula prole terminantis, inter *Fridericum Gonzagam*, Mantuæ Ducem, & *Carolum*, Ducem Sabaudiæ, intercesſerit? Adeunte enim Marchionatum *Friderico* Mantuano, eo quod Ipſius Uxor, *Margaretha*, defuncti *Johannis Georgii*, ex fratre *Guilielmo*, neptis eſſet, & à *Carolo V* Imp. declarata hæres; obſtitit *Carolus* Sabaudus, dicens, (1) ſe in linea recta deſcendere à *Jolanda*, *Theodori*, de Marchionatu *Montisferratenſi*, ex Palæologis primi inveſtiti, laudatique *Johannis Georgii* Tritavi, Filia, &, *Aymonis Pacifici*, Sabaudiæ Comitis, itidem Tritavi ſui, Conjuge, proinde præ *Margaretha*, Mantuani Uxore, ad ſucceſſionem vocari, cum Maſculi ex fœmina, licet remotiores gradu ſint, Fœminis præferantur, in Feudis, ubi maſculus & fœmina a primo ſtipite deſcendant, pro maſculis & fœminis inveſtito; (2) In Pactis dotalibus, An. 1330, 1 Maji, cautum fuiſſe, extincta Palæologorum ſtirpe maſculina, Marchionatum *Montisferratenſem*, in dotis augmentum, *Jolandæ* poſteritati obventurum; (3) præter futuram ſucceſſionem, promiſſa fuiſſe Sabaudo centena aureorum millia, cum uſuris duplo majoribus ſibi nunc debita; (4) Se à *Blanca*, *Guilielmi*, Marchionis *Montisferratenſis*, gnata, *Caroliqué* 2 Sabaudiæ Ducis tori ſocia, inſtitutum portionis, quæ in dicta Regione ipſi competierit, una cum dote 80000 Ducatorum, hæredem; (5) Marchionem *Montisferratenſem*, ſe ſucceſſoresque omnes, Domui Sabaudicæ, in grati animi teſſeram, pro fideli contra Mediolanenſem Ducem lato auxilio, in *Feudum ligium* mancipaſſe, cujus hæc Lex, ut, deficientibus maſculis, Domino directo accreſcat; quod tamen ad loca circa Padum ultraque Tanarum ſita reſtringant. His ita ſe habentibus, pronunciavit Imperator *Carolus V*, 3 Nov. 1536, in *poſſeſſorio*, quoad dicta loca citra Padum & Tanarum, pro *Mantuano*, dos vero *Blanca* Sabaudo adjudicata. Interponente, contra ſententiam hanc, *remedium ſuſpenſivum* Sabaudo, diverſimodè agitata controverſia, prout ſcil. litigantes Imperialis Aulæ gratia fruebantur. *Maximilianus* 2, Imp. erigendo, ex Marchionatu, *Ducatum Montisferratenſem*, An. 1573, expreſſis verbis ſtatuit: *Erectionem iſtam nullatenus Sabaudiæ Duci præjudicio fore*; æquè ac An. 1587, *Rudolphus* 2 declaravit: *Nullum tempus Sabaudo currere; quin Jura ſua in dictum Ducatum perſequi poſſit; ſeque ea, in quantum opus, confirmare.* Exorto, An-

An. 1619, ab exceſſu *Vincentii* 2, Mantuani Ducis, An. 1627, 26 Decemb. naturæ debitum ſolventis, inter *Victorem Amadeum*, Sabaudiæ, *Carolum* Nivernii & Rhetelii, *Cæſaremque* Guaſtallæ, Duces, atque *Margaretham*, *Henrici* Lotharingi viduam, bello Mantuano, de quo *Grammondus*, lib. 18 *Hiſtor.* p. 781 &c. *Brachelius*, lib. 3, *Hiſtoria ſui temporis*, p. 151; *Spenerus*, Part. ſpec. Operis *Heraldici*, Lib. 1, Cap. 29, p. 131 &c. *Johannes de Laët*, de *Principatibus Italiæ* p. 297; *Micrælius*, Syntagm. lib. 3, Sect. 1, p. 41, aliique plures, evolvendi, ingrediebantur Hiſpani, *Gonſalvo Corduba*, Pro-Duce Mediolanenſium, Imperatore, *Montisferratenſem* Ducatum, occupantes *Acqui*, *Baſtagno*, *Anciſa*, *Ponzone*, *Roſſignano* &c. Sabaudis *Trinum*, *Albam*, *Nizzam della Paglia*, *Pondeſturam*, &c. intercipientibus; tandem vero mediantibus Electorali Collegio, & Magno Duce Florentiæ, controverſia hæc An. 1630, 13 Oct. *Ratiſbonæ*, fuit deciſa, ea lege, ut *Sabaudo*, in compenſationem prætenſionis, *Trinum*, aliaque *Montisferratenſis* Agri loca, unde annui reditus 18000 Coronatorum hauriri poſſint, traderentur; *Margaretha* Lotharinga, ultimi Ducis *Mantuani* ſoror, litem cum *Carolo Nivernienſi*, aut coram Cæſare, aut amicabili compoſitionis via, terminaret; *Cæſari*, *Guaſtallæ* Duci, unum aut plura horum Feudorum: *Dozolo*, *Lazzara*, *Suzara*, *Reggiola*, ad annuos reditus uſque 6000 talerorum, inde capiendos, adjudicarentur; *Carolus* Nivernienſis ſcripto gratiam Imperatoris efflagitaret, quem viciſſim Imperator, ſex hebdomadarum ſpatio, de Ducatibus *Mantuano* & *Montisferratenſi* inveſtiret &c. &c. Vid. præter Auctores, præc. Lib. I, Tit. V, in vita *Ferdinandi* 2, ad An. 1630, p. 759, hoc nomine citatos, Dn. *Lunig*, part. ſpeciali *des Reichs*-Archivs, Contin. 1, *I Abtheilung*, *I Abſatz*, §. 134, p. 368 &c. Acceſſit An. 1631, 6 April. Conventio *Cheraſcenſis*, qua, à Cæſaris Galliæque Regis Plenipotentiariis, ſpeciatim definitum, quæ arces, urbes vel oppida Sabaudo poſthac ex *Montisferrati* Ducatu parerent, in quorum poſſeſſionem etiam *Victor Amadeus* immiſſus noſcitur, pariter ac *Carolus* Nivernius, qui 22 Junii, in perſona *Malſavi*, Mantuani Epiſcopi, ad hoc Viennam miſſi, ab Imperatore de Ducatu *Mantuano*, & reliqua *Montisferratenſis* parte, ſolenniter inveſtitus eſt. Vid. Memoriale Sabaudicum de An. 1653, apud *Lundorpium*, Tom. VII *Act. Publ.* lib. VI, c. 146, p. 69 &c. Auctoreſque reliqui præced. lib. I, Tit. V, in vita *Ferdinandi* 2, ad An. 1631, p. 759. hoc titulo nominati; Literæ Feudales Sabaudo datæ An. 1632, 17 Aug. extant in Tomo I. *Diarii Europæi*, ad An. 1658, p. 735 &c. quibus fatetur Imperator, vigore memoratarum, Tranſactionum *Ratisbonenſis*, An. 1630, & *Cheraſcenſis* An. 1631, ex *Montisferrati* Ducatu, aſſignata Ei, conſignata traditaque eſſe loca: *Trinum*, *Tricerium*, *Palamollium*, *Fondanetum*, *Blanlatum* cum *Carpaneto*, *Liburnum*, *Salugias*, *Verrolengam Rondillorum*, *Vulpianum*, *Joglitium*, *Marcenaſcum*, *Caluxium*, *Candiam*, *Barronum*, *Cucelias*, *Orium*, *Luſilias*, *Montalengum Rivaram*, *Furnum*, *Roccam de Corio*, *Cortum*, cum cæteris omnibus Oppidis, quæ ſunt citra flumen Padi, exceptis *Morano*, *Balzola*, *Villanova*, *Grangiis*, & locis Abbatiæ *Lucedii*, ſitæ in *Monteferrato*; ultra Padum verò: *Bruſaſcum*, *Cavagnolium*, *Monteutum*, *Laurianum*, *S. Sebaſtianum*, *Caſtaguetum*, *S. Raphaëlem*, *Cimenam*, *Caſtiglionem*, *Cordouam*, *Sulcias*, *Bullolinum*, *Platium*, *Marcozengum*, *Tonengum*, *Cinlanum*, *Moncuccum*, *Vergnanum*, *Pollianum*, *Mondonium*, *Berlanum*, *Albugnanum*, *Pinum Inſulam*, *S. Damianum*, *Guarenas*, *Roccam Cilierii*, *Cilierium*, *Somanum*, *Verdunum*, *Barrolium*, *Poliam*, *Grinlanas*, *Pernum*, *Burgum malum*, *Benevellum*, *Rodum*, *Rhodellum*, *Guttaſeccam*, *Cameranam*, *Camuna*, *Dianum*, *Albam* cum *Montelupo* & *Barbareſco*. Hæcque omnia & ſingula non ſolum Sabaudo confirmata ſunt, per Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Gallico-Monaſterienſe de An. 1648, §. *Item, ne controverſia inter Dominos Sabaudiæ & Mantuæ Duces &c.* ſed & §. *Ut autem omnium diſſidiorum* &c. ſpopondit Rex Galliæ, ſe quadringenta & nonaginta quatuor aureorum millia, quæ *Ludovicus XIII*, Ipſius Pater, in exonus Sabaudiæ Ducis, *Mantuano* ſolvere promiſerat, parata pecunia jam numeraturum; verſa vice, ſeq. §. *Cæſarea Majeſtas*, (ut ipſa Inſtrumenti verba adhibeam) *Cæſarea Majeſtas, decenter requiſita, concedet Domino Duci Sabaudiæ, unà cum Inveſtitura antiquorum Feudorum & Statuum, qualem Inclytæ memoriæ Ferdinandus 2 Duci Sabaudiæ, Victori Amadeo, conceſſerat, Inveſtituram quoque locorum, ditionum, Statuum, omniumque Jurium Montisferrati, cum appertinentiis, quæ Illi, vigore prædicti Tractatus Cheraſcenſis, nec non executionis inde ſubſecuta decreta & remiſſa fuerunt; ſicuti quoque Feudorum Novelli Montfortis, Sinii, Moncherii, & Caſtelletti, cum appertinentiis, juxta tenorem Inſtrumenti acquiſitionis, ab eodem Duce Victore Amadeo, facta ſub 13 Octob. Anni 1634, & congruenter conceſſionibus, ſeu permiſſionibus, nec non approbationibus Cæſareæ Majeſtatis, cum confirmatione quoque omnium, & quorumcunque privilegiorum, quæ Sabaudiæ Ducibus hactenus indulta fuerunt, quotieſcunque à Domino Duce Sabaudiæ requirentur & poſtulabuntur &c.* Enimvero, Gallo præfatam ſummam 494000 aureorum *Mantuano* non ſolvente, Cæſar nec Sabaudum, (teſte Decreto, 12 Januar. 1662, *Viennæ*, Ejus Legato, Inveſtituram petenti, dato,) de dicta *Montisferrati* Ducatus portione inveſtire voluit, priusquam Galli promiſſis ſtarent; hinc querelæ *Johannis Baptiſtæ de Bigliatoribus*, Lucernæ, ejuſque Vallis, Comitis, An. 1653, in Comitiis Imperii deſuper expoſitæ, urgentis maximè, dictam Inveſtituram in cit. §. *Cæſarea Majeſtas*, *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* fuiſſe promiſſam ſine omni conditione; apud *Lundorpium* l. c. add. ejuſdem Memoriale ad Electorale

Colle-

Collegium, 30 Junii St. V. 1653, à Moguntino ad dictaturam publicam promotum, ibid. Cap. 147, p. 70 &c. aliudque An. 1654, 28 April. in Comitiis dictatum, ibid. Cap. 588, p. 695 &c. Tanti quoque ponderis fuere argumenta ejus, ut Capitulationi Leopoldinæ, An. 1658, Art. 4, insereretur: Inveſtituram, ob non ſoluta 494000 aureorum millia, nullatenus diutius eſſe protrahendam: Inſonderheit aber ſollen und wollen Wir dem Hertzogen zu Savoya, durch die Perſohn ſeines rechtmæßigen Gewalthabers, die in dem zu Münſter und Oßnabruck aufgerichteten Inſtrumento Pacis Cæſareo-Gallico, §. Cæſarea Majeſtas &c. frey und unbedingt, neben andern verſprochenen Belehnung des Montferrats, auff die Form und Weiſe, wie von Weyland R. K. Maj. Ferdinando 2, dem Hertzogen zu Savoya, Victori Amadeo, ertheilt worden, ſtracks nach angetrettener Unſerer Kayſerlicher Regierung, ohne einigen Auffſchub, und ſo bald Wir nur hierumb gebührend erſucht und angelangt werden, denen Reichs-Conſtitutionen, und Lehen-Rechten, gemæß, zumahl ohne Anhang einiger ungewæhnlicher general oder ſpecial-Reſervatori, Salvatori, oder dergleichen Clauſul ſampt übrigem allem, was in gedachtem Inſtrumento Pacis, und dem darinn confirmirten Tractatu Cheraſcenſi, dem Hauß Savoya mehrers zu gutem verordnet, und zugeſagt worden, erfolgen laſſen, und Ihme darzu, durch Unſer Kayſerlich Ampt, executivè verhelffen, auch deren keines, unter einigem Schein, Urſach oder Fürwand, ſonderlich auch die Belehnung des Montferrats, wegen der von dem Kœnig in Franckreich dem Hertzogen zu Mantua ſchuldiger, und noch nicht bezahlter 494000 Cronen, worvon der §. Ut autem omnium &c. diſponirt, und das Hauß Savoya allerdings davon befreyet; im geringſten verſchieben, oder auffhalten; benebenſt Unſere Kayſerliche Auctoritæt, bey dem Kœnig in Hiſpanien kræfftiglich einwenden, daß derſelbe dem Hertzog von Savoya die Statt Trino unverzüglich, gæntzlich, und ohne Entgelt, reſtituiren thue; dem Hertzogen von Mantua aber, von Kayſerlicher Macht und Gewalts wegen, alßbald ernſtlich befehlen, auch Ihn, durch gehœrige Mittel, würcklich dahin anhalten, in einem vorgeſetzten kurtzen peremptoriſchen Termin ſich alles exercitii Jurisdictionis daſelbſt, und an andern in dem Montferrat gelegenen, und dem Hauß Savoyen, durch die Reichs- und vorhergangene Friedens-Handlungen, zuerkanten Orten, zu entſchlagen, damit der Hertzog von Savoya ſeiner Ihme in demſelbigen zuſtand ger Jurisdiction gebührend und ruhiglich genieſſen mœge; wie Wir dann nicht weniger darob ſeyn, und, durch Auffertigung ernſtlicher Pœnal-Mandaten, verfügen wollen, daß weder Er, der Hertzog von Mantua, und ſeine Nachkommen, noch auch jemand anders, für ſich, oder von ihret wegen, furterhin demjenigen, was wegen des Montferrats, für das Hauß Savoya, in dem œffters angezogenen Fridensſchluß, und dieſer Unſerer Capitulation, begriffen, auff einigerley Weiſe und Wege, im geringſten etwas zu contraveniren, und zuwieder handeln ſich unterſtehen &c. Cum vero, his non obſtantibus, Inveſtitura, certis de cauſis, non procederet, & Sabaudus propterea, apud Electorale Collegium, ſibi injuriam notoriè fieri quereretur, datum Ei An. 1664, ab Auguſtiſſimo hoc Collegio ſequens Atteſtatum Declaratorium, cujus formulam quoque apud Dn. Lunigium Part. ſpecial. des Reichs-Archivs, IV Abtheilung, XII Abſatz, §. 61, p. 126, offendimus, notatu valde dignum:

Atteſtatum Declaratorium Eminentiſſimi & Sereniſſimi Collegii Electoralis, pro Sereniſſimo Duce Sabaudiæ, circa Inveſtituram Montisferrati cum annexis.

Poſtquam in Tractatibus Pacis Monaſterii Weſtphalorum, an. 1548, 24 Oct. concluſis inter cætera, etiam differentia, quæ eò usque inter Ducem Sabaudiæ, ex una, & Ducem Mantuæ, ex altera parte viguit, à Sacra Cæſarea Majeſtate, & Rege Galliæ, compoſita, & deſuper, ſecundum tenorem Inſtrumenti Cæſareo-Gallici, certa, determinata, & dilucida diſpoſitio facta, & ſpecialiter, ratione Montisferrati, ſtatutum fuit, ut S. C. Maj. Ferdinandus III Glorioſiſſimæ recordationis, Sereniſſimo Duci Sabaudiæ, ſtatim, atque decenter fuit requiſita, unà cum Inveſtitura antiquorum feudorum & Statuum, qualem inclytæ memoriæ Imperator, Ferdinandus II. Duci Sabaudiæ, Victori Amadæo, conceſſerat: Inveſtituram quoque locorum, ditionum, Statuum, omniumque Jurium Montisferrati, cum appertinentiis &c. prout ibi latius habetur, concedere, & prædicta Domus Sabaudica, in iis omnibus quietè conſervari & manuteneri debeat, quam primum, poſt concluſam pacem, nomine ſæpe dictæ domus Sabaudicæ, per ſolennem Legationem, ad Aulam Cæſaris miſſam, Inveſtitura Montisferrati, cum annexit, decentiſſimè requiſita, & usque ad obitum Imperatoris Ferdinandi III feliciſſimæ recordationis, per novem integros annos, continuo ſollicitata fuit, ſed propter diverſimodas, in J. P. minimè fundatas exceptiones, præſertim non numeratæ, à Regè Galliæ conſtitutæ, pecuniæ 494000. aureorum, tametſi Montisferrati & reliquorum Inveſtitura, ad ſolutionem hujus pecuniæ, nullo modo ordinata fuerint, quin potius Rex Chriſtianiſſimus, ſolutionem prædictæ ſummæ, per expreſſam declarationem, nuper demum obtulerit, præſtita omni diligentia, impetrari & obtineri non potuit; quapropter prædictus Dux Sabaudiæ, anno 1658, Francofurti in Comitiis, pro electione novi Regis Romanorum, celebratis, coram Electorali Collegio, graviter conqueſtus petiit, eligendum, mediante Capitula-

tione Cæſarea, efficaciter obligari, ut ſtatim poſt ingreſſum Regiminis Cæſarei, Duci Sabaudiæ, ſupra dictas inveſtituras, & in ſpetie Montisferrati cum appertinentiis, ſine ulla mora & retardatione, concedat, quod Electorale Collegium, juſtitiæ & æquitati reputans conſentaneum, S. C. Maj. nunc feliciter regnantem, in oblata, acceptata, & jurata, ſua Capitulatione Art. IV, *inter cætera obſtrinxerit, ut Duci Sabaudiæ ſæpememoratas Inveſtituras, ſub nullo prætextu, differre aut retardare debeat. Verùm, cum Dux Sabaudiæ, poſt reiteratas decentes requiſitiones, nunc iterum per integrum ſexennium, continuatas, imò nec ipſum Collegium Electorale, facta, per Deputatos Ordinarios, S. Majeſtati tam oretenus propoſita, quam in ſcriptis urgenti remonſtratione & adhortatione, dictas Inveſtituras impetrare non potuerit, alte memoratum Collegium Electorale, ad ulteriorem inſtantiam Plenipotentiarii Sabaudici, & in conſideratione juſtiſſimæ & æquiſſimæ cauſæ, aliter cenſere non potuit, quàm quòd, ex parte Ducis Sabaudiæ, omnibus iis ſatisfactum ſit, quæ, ex tenore Inſtr. Pac. Eidem, pro impetrandis Montisferrati & reliquorum Inveſtituris, Vicariatus ac privilegiorum confirmationibus, præſtanda incumbunt; Nec proinde, ad ulteriorem prædictorum requiſitionem teneri, quin imò, ab ea obligatione, Auguſtiſſimi Imperatoris Leopoldi, nunc feliciter regnantis, vita durante, liberatum declarandum eſſe, ac interea pacifica poſſeſſione locorum, omniumque Jurium Montisferrati cum appertinentiis, nec non reliquorum Feudorum & Statuum, Vicariatus, ac omnium & quorumcunque privilegiorum, de quibus in inveſtituris, ac conceſſionum, & reſpectivè confirmationum diplomatibus, ab inclyta memoria Imperatore Ferdinando II. Duci Sabaudiæ, Victori Amadæo, conceſſis, habetur, omnino manutenendum. Ut proinde Domui Sabaudicæ nihil amplius imputari debeat, ſed taliter haberi, declarari, & manuteneri, ac ſi à S. C. Maj. actualem & ſolennem Inveſtituram Montisferrati, cum omnibus juribus ac appertinentiis, ut & Vicariatus, nec non reliquorum omnium, atque ſingulorum privilegiorum, confirmationem, prout in Inſtr. Pac. Cæſareo-Gallico ſpecificè & latius comprehenditur, ſecundum præſcripta Juris Feudalis, & Conſuetudinem Curiæ legitimè impetraſſet, & accepiſſet; In quem finem ſæpe dictum Collegium Electorale Duci Sabaudiæ, pro meliori aſſecuratione, præſent atteſtatum & declarationem, ſub præſentium Electorum, & abſentium Legatorum, propria manuum ſubſcriptione, & ſigillorum appenſione, impertiri fecit. Datum Ratiſbonæ, die quinta Maji, 1664 &c.*

Declaratio Regis Galliæ, cujus hic facta mentio, exhibita in Comitiis an. 1664. à Dn. *Gravellio*, Legato Ejus, hujus fuit tenoris:

LE Roy ayant appris les difficultez, qui ſe ſont jusqu' icy rencontrées, dans la Diete de l' Empire, à la conceſſion, que les Miniſtres de Monſieur le Duc de Savoye, y pourſuivent, de l' inveſtiture des terres du Montſerrat, cedées à la Maiſon de Savoye, au Traité de Querasque, quoique la dite Inveſtiture, pareille à celle, qui fut autrefois donnée par l' Empereur Ferdinand II. au Duc Victor Amadée, ait été formellement promiſe, par le Traité de Münſter, & que cette promeſſe ait été depuis confirmée par la Capitulation Imperiale, & S. M. ayant eté informée, que ces difficultez ſe reduiſent à preſent à un ſeul ſcrupule, qui eſt que les Miniſtres de Monſieur le Duc de Mantoüe ont repreſenté, que la dite Inveſtiture ne devoit point être expediée, & delivrée, qu' auparavant, ou au moins, en même tems, la Couronne de France ne ſatisfit au payement de 494000 Ecus, qu' Elle eſt obligée, par un autre article du même Traité de Münſter, de payer au dit Sieur Duc de Mantoüe, à la decharge de la dite Maiſon de Savoye; Sa dite Majeſté, pour empecher, autant qu' il eſt en ſon pouvoir, qu' on ne continue à ſe ſervir, & à faire valoir un auſſy mauvais pretexte, qu' eſt celuy de cette dette, pour refuſer à Monſieur le Duc de Savoye un acte, qui luy a été ſi ſolennellement promis, & qui luy eſt ſi legitimement dû, Elle a declarée, & declare par le preſent écrit, ſigné de ſa main, que ſon intention a toujours été, & eſt encore, fort ſincerement, de payer la ſomme ſudite, à Monſieur le Duc de Mantôue, á qui elle ne ſe trouve düe aujourd'huy, qu'a cauſe du refus, qu'il à toujours fait à la recevoir. Mande Sa Majeſté au Sieur de Gravel, Son Plenipotentier à la Diette, d'interpeller le Comte Callori, Miniſtre du dit Duc, qu' il ait à exhiber le pouvoir, qu' il peut avoir de ſon Maitre, de l' accepter, & de la toucher, parceque Sa Maj. deſire de pouvoir inceſſamment à ce payement. Et pour plus grande preuve de la ſincerité du proceder de Sa dite Maj. en cette affaire, en cas, que le dit Callori ne ſe trouve pas preſentement muni d' un pareil pouvoir, Sa dite Maj. promet & s' engage, en foy & parole de Roy, qu' auſſitôt, que le dit Callori, ou quelque autre des Miniſtres du dit Sieur Duc, feront entendre, & voir dans la Diette, par des lettres Originales, & Ordres de leur Maitre, qu'il veut bien recevoir le payement de la ſomme cy deſſus dite, en conformité du Traitté de Münſter, Sa dite Maj. dans deux mois, au plus tard, à conter du jour, que pareille declaration aura été faite par le dit Miniſtre, fera remettre 494000 ecus, en deniers contants, entre les mains d' un Marchand de la Ville de Francfort, tel que le Sieur Duc nommera, avec ordre, de les payer aux Procureurs du dit Sieur Duc, en monnoye courrante, à leur ſatisfaction, en fourniſſant par eux, en bonne forme, les quittantes neceſſaires à la decharge, & acquit, de Sa Maj. & de la Maiſon de Savoye. Et pour rendre cette promeſſe, que Sa Maj. fait, plus authentique, Sa dite Maj. mande aut dit Sieur de Gravel, de mettre au Directoire de l' Empire cet Acte originel, ſigné, de ſa propre main. Fait à Paris, le 10. jour d' Avril, 1664.

Louis.

& plus bas

de Lionne.

Inter-

Digitized by Google

Interpoſita vero, 1-11 Maji, 1664, à Miniſtro Mantuano, *Antonio Calori*, Comite Vignali, proteſtatione, dictam ſummam recipere recuſante, fructibus ante ſortem non prius ſolutis &c. factum eſt, ut controverſia hæc finem conſequi non potuerit, quare & Anno 1690, 14-24 Januar. in Capitulationibus *Joſephina*, Art. IV, eadem circa *Inveſtituram Montisferratenſem* repetita ſunt, quæ, ex Art. IV *Leopoldina* modò retuli, confirmata per *Ryſwicenſis* Pacis tabulas An. 1697, Art. 48, *Cum tranquillitatis publica &c.* Subſtitit ita res, ad Annum usque 1703, 8 Novemb. quo, mediante ſolenni Tractatu *Taurini* concluſo, & ab *Anna*, Magnæ Britanniæ Regina, Fœderatisque Belgis, comprobato, *Leopoldus* Imperator totum *Montisferrati* Ducatum Sereniſſimo Duci Sabaudiæ Se collaturum promiſit, & quidem annexa clauſula ſuſcipiendæ in Se ſatisfactionis, ſingulis præſtandæ, qui in eundem Ducatum jus ſibi eſſe contenderent. Vid. *Memoriale* Legati Lotharingici ad Tractatus Pacis *Ultrajectina*, An. 1712. oblatum, Tom. LII *du Mercure Hiſtorique & Politique*, An. 1712, menſ. April. p. 456. Proſcripto etiam poſtmodum, An. 1708, 30 Junii (Banni formulam ſiſtente *Fabro*, Tom. XIII *der Staats-Cantzley*, Cap. XVI, §. 5, p. 670 &c.) *Ferdinando Carolo Gonzaga* Mantuano Duce, ob arctiſſimum fœdus cum Gallis, Imperii tunc hoſtibus, ictum, traditamque eis *Mantuam* Urbem, proximèque ſequenti die 5 Jul. mortuo, inveſtivit Imperator *Joſephus*, biduo poſt, Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, ſpartam hanc *Franciſco Victorio*, Comiti *Tarini*, & Dn *Adamo Ignatio de Heuniſch*, Judicii Aulici Imperialis Agenti, committentem, de dicto Ducatu; Diploma Cæſareum, quod *Vienna* mihi transmiſſum, & impreſſum nondum vidi, ſic ſe habet:

JOSEPHVS Primus (tot. tit.)

Notiſſima omnibus, quæ, ſuo ſuorumque Statuum periculo, feliciter quidem, ſed non ſine maximo Subditorum & rerum ſuarum diſpendio, fideliter hactenus, & conſtanter, pro ſua non modò ſed totius Imperii & Domus Noſtræ Auſtriaca cauſa, ſuſtinuit diſcrimina Sereniſſimus Princeps, **Victor Amadeus II.** *Dux Sabaudiæ, & Imperii Noſtri in Italia Vicarius Perpetuus, Conſanguineus & Princeps Noſter Chariſſimus, & qua toto hujus belli tempore, ad propulſandum de ſua Ditione, & in Italiam irruentem hoſtem, eumque ulterius non ſolum à Mediolanenſi & Montisferratenſi Ducatibus, ſed à tota, quam fere occupaverat, Lombardia expellendum, tam præclarè geſſit; eam jure meritò exigunt conditionem, ut, qua Illum Nobis uberrimè præſtitiſſe patet, ea Nos etiam in Ipſum libentiſſimè refundere certemus. Sciant itaque omnes & ſinguli, præſentes litteras inſpecturi, quod, cum Divi* **Leopoldi**, *Parentis Noſtri Auguſtiſſimi, Cæſarea Majeſtas, ad proſequendum meliori ſucceſſu bellum, quod graviſſimis de cauſis, Orbi univerſo affatim perſpectis, poſt obitum Sereniſſimi quondam & Potentiſſimi Hiſpaniarum Regis,* **Caroli II**, *pientiſſimæ memoriæ, adverſus Domum Burbonicam, ſuſcipere coacta fuit, prædictum Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem, ad jungenda ſecum arma, efficacibus motivis, & ea potiſſimum ratione invitaſſet, ut proprium ſucceſſionis jus in Monarchiam Hiſpanicam, juxta ordinem, Teſtamento* **Philippi VI**, *Regis Hiſpaniarum, glorioſiſſimæ memoriæ ſtabilitum, vindicaret, Suaque Dilectio, poſtquam ancipiti deliberatione diu haſit ſuſpenſa, tandem, tum ob illam, tum ob alias juſtiſſimas rationes, & potiſſimè etiam, ut validiſſimam Sacræ Cæſareæ Majeſtatis protectionem expeteret, adverſum improviſam atque inauditam violentiam, qua Galliarum Rex, contra Gentium Jura, & bonam fidem, Ejus cohortes, Galliæ Hiſpaniaque in Italia militantis dearmari, & captivas attineri, imò magnam optimamque Italici Exercitus ſui partem Pedemontium verſus movere juſſerat, ut Ejusdem Sereniſſimi Principis Provincias invaderet, Eumque penitus opprimeret, non obſtante nexu ſibi cum domo Burbonica intercedente, & Ditionum Suarum, ab omni communicatione Imperiali longè remotarum, periculoſo ſitu; invitationem illam acceptaſſet, inter Eandem Sacram Cæſaream Majeſtatem, & dicti Sereniſſimi Ducis Dilectionem, ſub 8 Novemb. An. 1703, arctius fœdus initum fuerit, quo, præter alia, conventum legitur, quod altiſſimè memorata Sacra Cæſarea Majeſtas, conſideratis ingentibus periculis, & inevitabilibus damnis, quibus idem Sabaudiæ Dux Se Ipſum, ſuasque Ditiones, exponeret, uti ex rationibus neceſſitatis publicæ & majoris emolumenti, ex Illius ad fœdus acceſſione, in Sacrum Romanum Imperium, & cauſam communem redundaturi, ex abſoluta & plena poteſtate Cæſarea, ex ſupra dictis cauſis, habito etiam reſpectu ad fortes prætenſiones Sabaudiæ Domus, cedat, & transferat in Eundem, Ejusque Deſcendentes & Succeſſores, illam Ducatus Montisferratenſis partem, de qua Duces Mantuæ inveſtiti fuere, & quam Ferdinandus Carolus de Gonzaga, ob notorium feloniæ, & Læſæ Majeſtatis crimen, amiſit, cum omnibus & ſingulis Urbibus, Caſtellis, Pagis, Terris & locis, eò pertinentibus, vel inde dependentibus, cum omni proprietate, Dominio, & Jurisdictione, Regalibus, Redditibus, ac demum omnibus quibuscunque Juribus, & rationibus, eò pertinentibus, vel inde dependentibus, ſine ulla exceptione, ſub Imperatoribus & Sacro Romano Imperio in perpetuum, prout ea Duces Mantuæ hactenus tenuerunt, & poſſederunt, aut tenere & poſſidere valuiſſent, titulo Feudi Maſculini, tenenda & poſſidenda; quodque altiſſimè memorata Sacra Cæſarea Majeſtas teneatur dare Suæ Dilectioni actualem & plenam poſſeſſionem, integramque proprietatem eorundem Locorum, quatenus ſucceſſivè occupabuntur, & dictum Ducem Sabaudiæ de illa quoque parte Montisferrati, quæ antea ab Eo poſſeſſa eſt, juxta formam & tenorem Inveſtituræ, jam ab Auguſtiſſi-*

mo

mo Imperatore Ferdinando II, glor. mem. ſub die 13 Aug, An. 1632 conceſſa, inveſtire. Quapropter, cum propulſato jam, ſua quoque virtute, Hoſte, & toto nunc legitimè occupato Montisferrati Ducatu; Nos præfati Sereniſſimi Ducis Dilectio decenter rogaverit, ut Se, & Succeſſores ſuos, ut infra, de prædicto Montisferrati Ducatu infeudare, & inveſtire dignaremur, pro ea ſcilicet parte, de qua Duces Mantuæ inveſtiti fuere, & hactenus poſſederunt, ſeu poſſidere potuerunt, his modis & forma, quibus in prædicto Tractatu conventum exiſtit; & pro ea altera prædicti Ducatus parte, quam præfatus Sereniſſimus Dux, & Ejus Prædeceſſores tenuerunt, & tenent, virtute Pacis-Weſtphalicæ, Tractatum Cheraſcenſem confirmantis, his modo & forma, quibus ab Invictiſſimo Abavo Noſtro, recolendæ memoriæ, Ferdinando II, Sereniſſimus Victor Amadeus I, glor. mem. Avus Ejuſdem Ducis, inveſtitus fuerat, ſub Anno 1632.

Nos igitur, grata mente recolentes glorioſa Suæ Dilectionis merita, inconcuſſam Ejus fidem, devotionem & conſtantiam, quam, in propulſandis hoſtium inſultibus, & exantlatis graviſſimis periculis & laboribus, maxima cum Provinciarum ſuarum ruina, durante hoc fœdere, fortiſſimè laudabiliſſiméque comprobavit, quantoque ſtudio, & periculo, totius Italiæ libertatem, Imperii & Auſtriacæ Domus Jura, ab irruente communi hoſte, ut notiſſimum eſt, vindicare certaverit; certoque ſcientes, Dilectionem Suam eidem fœderi inſeparabiliter adhæſuram, ejuſque rationes ſemper pari, ut hactenus, fervore, ac armis, usque ad conſummationem hujus belli, adjuturam; neque ulla ratione à fidelitate, Nobis & Imperio, pro prædictis, debita, receſſuram; Demiſſæ huic petitioni clementer duximus annuendum, proinde, ex certa ſcientia, animo benè deliberato, ſano maturoque accedente conſilio, ac Romani Imperii Principum Electorum conſenſu, deque Cæſareæ Majeſtatis Noſtræ plenitudine, Noſtro & Noſtrorum in Imperio Succeſſorum nomine, in executionem Tractatus & fœderis, ut ſupra, initi, juxtaque mentem ejuſdem Articuli XIX, ſuper eodem Ducatu, prædictum Sereniſſimum Ducem Victorem Amadeum, pro ſe, ſuisque Filiis deſcendentibus, & Succeſſoribus maſculis legitimis, ex legitimo matrimonio procreatis, in infinitum; nec non, pro omnibus Principibus Domus Sabaudiæ, & eorum deſcendentibus Maſculis legitimis, ut ſupra, juxta ordinem Primogenituræ, ſibi in Regimine ſuccedentibus, infeudavimus atque inveſtivimus, quemamodum, tenore præſentium, infeudamus, atque inveſtimus, de toto prædicto Ducatu Montisferrati, pro ea ſcilicet parte, de qua Duces Mantuæ inveſtiti fuerunt, & hactenus tenuerunt & poſſederunt, ſeu tenere ac poſſidere valuerunt, cum omnibus & ſingulis Urbibus, Caſtellis, Pagis, Terris, & Locis eò pertinentibus, cum omni proprietate, Dominio, Juriſdictione, Regalibus, Reditibus, Nominationibus, præſentationibus, juribus Patronatuum quorumcunque, ac demum omnibus quibuſcunque Juribus & rationibus, in eodem Ducatu pertinentibus, vel inde dependentibus, ſine ulla exceptione, ita, ut Dilectio Sua, &, poſt Eam, Deſcendentes Ejus Maſculi legitimi, & qui, poſt hos, ex Sabaudiæ Domus Principibus, in Regimine Ducatus Sabaudiæ & Principatus Pedemontii, ſecundum Ordinem Primogenituræ, in linea Maſculina, legitima, ſuccedent, illa, cum omni & quacunque proprietate, Dominio ac Juriſdictione, ſub Imperatoribus & Imperio Romano, tenere & poſſidere poſſint & debeant, quibus illa Duces Mantuæ hactenus tenuerunt ac poſſederunt, ſeu tenere ac poſſidere valuerunt, iis omnibus modis, conceſſionibus ac privilegiis, quibus prædicti Duces Mantuæ inveſtiti fuerunt à Prædeceſſoribus noſtris, & ſignanter, à Carolo V. ſub 30 Decemb. An. 1532, quam quidem conceſſionem cum omnibus in eadem relatis & contentis, volumus haberi pro expreſſa, eodem modo & forma, ac ſi de verbo ad verbum hic foret exemplata, cum ea duntaxat differentia, quæ in Tractatu Fœderis cum Sua Dilectione, ut ſupra, initi, Art. VIII expreſſa eſt, & quod hæc conceſſio & Infeudatio in hac Ducatus parte, tantùm ad Lineam Maſculinam dicti Sereniſſimi Ducis, & Principum Maſculorum Legitimorum Domus Ejus, reſtricta ſit: in reliquis verò omnino & integrè, prout in prædictis conceſſionibus & Inveſtituris, per Duces Mantuæ reportatis, latius continetur; cedentes etiam Eiſdem omnia Jura & Actiones, quæ Nobis, vel Sacro Romano Imperio, in dicta parte Montisferrati, ratione & occaſione cujuslibet caducitatis, devolutionis, contraventionis, confiſcationis, Banni Imperialis, & alio quovis modo, forma & titulo, competunt, competere poſſent & potuerunt, nihil excepto; pro alia vero & reſidua dicti Ducatus Montisferrati parte, ea ſcilicet, quam dictus Dux Sabaudiæ, Ejus Prædeceſſores, virtute Tractatus Cheraſcenſis, Pace Weſtphalica confirmati, tenent, & hactenus tenuerunt, ſeu tenere valuerunt, Eandem Serenitatem, Ejusque Succeſſores, Maſculos ac Fœminas, ac tranſverſales; ita denuo inveſtimus, ac inveſtitos eſſe volumus, ut his modo & forma & tenore poſſideant, & inveſtiti cenſeantur, prout Victor Amadeus I, Ejusdem Ducis Avus à recol. mem. Ferdinando II, Abavo Noſtro, inveſtitus fuit, ſub XVII Auguſti, An. 1632, cum omnibus Urbibus, Terris, locis, omnique Jure ac proprietate, ac omnibus quibuſcunque, & prout latius in dicta Inveſtitura continetur, nihilque Nobis, in toto prædicto Ducatu & locis, in ſingulis ſuper enarratis Inveſtituris, ſeu aliis in iiſdem relatis, ſpecificè vel generaliter, expreſſis, penitus retinentes, præter Altam Superioritatem, quam Nobis, & Noſtris in Imperio Succeſſoribus, reſervamus, cum ſubjectione, fidelitate, & Homagii juramento, quod Nobis,

in animam Ejusdem Sabaudia Ducis, Ablegatus Extraordinarius, Illuſtris & Magnificus Noſter Sacrique Imperii Fidelis Dilectus, Franciſcus Victorius, Comes Tarinus, Imperialis de Coſſambra, & Adamus Ignatius, Nobilis ab Heuniſch, Conſilii Noſtri Imperialis Aulici Agens, pleno ad hoc & ſufficienti Mandato, Nobis in authentica & fide digna forma exhibito, inſtructi, praſtiterunt, & Ejus Succeſſores Nobis, & Succeſſoribus Noſtris, Romanorum Imperatoribus, legitimè intrantibus, quoties caſus poſtulaverit, praſtare debebunt, Mandantes propterea, & expreſſe iniungentes, omnibus & ſingulis, Epiſcopis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vaſallis, Officialibus & Miniſtris, cateriſque ſupra dictorum Locorum Subditis, & aliis Noſtris & Sacri Imperii Fidelibus, cujuscunque praeminentia, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis aut conditionis exiſtant, tam praſentibus, quam futuris, ut praſatum Sereniſſimum Ducem Sabaudia, & Ejus, veluti ante dictum, Succeſſores, tanquam ſuos veros, ordinarios & legitimos, Principes & Dominos, recipiant, & agnoſcant, Eisque conſuetum Homagium & fidelitatem praſtent, & faciant, qua fideles Vaſalli, Officiales & Subditi, ſuis naturalibus, veris & legitimis Principibus & Dominis, facere & praſtare tenentur de Jure, conſuetudine, vel privilegio ſpeciali.

Mandamus praterea Univerſis & Singulis, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, & aliis Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis Pralatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Militibus, Capitaneis, Praſectis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Magiſtratibus, Conſulibus, Judicibus, Civibus, Communitatibus, quarumcunque Civitatum ac Locorum, & denique omnibus aliis Noſtris & Sacri Romani Imperii Subditis & Fidelibus Dilectis, cujuscunque ſtatus & conditionis fuerint, praſentibus & futuris, tam Italia quam Germania, aut alterius cujuscunque de Sacro Romano Imperio dependentis Provincia, ne Ipſum Sabaudia Ducem, Ejusque Succeſſores, ut ſupra, in memorata Noſtra ceſſione & Inveſtitura pradictorum locorum, ullo modo perturbent, moleſtent, aut gravent, ſed illis omnibus & ſingulis, liberè & pacificè, uti, frui, potiri & gaudere ſinant, & contraria ne faciant, nec fieri procurent, aut permittant, directè vel indirectè, quovis quaſito colore aut pratextu, quatenus Noſtram & Sacri Romani Imperii indignationem, & praterea multam mille Marcarum auri puri, maluerint evitare, quam quilibet contrafaciens toties, quoties contrafactum fuerit, ultra pœnas pradictas, ipſo facto ſe noverit irremiſſibiliter incurriſſe; quorum ſemiſſem Imperiali Fiſco, ſeu Ærario Noſtro, alterum verò ſemiſſem parti laſa, decernimus applicandum, Harum litterarum teſtimonio ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Caſarei appenſioni munitarum; qua dabantur in Civitate Noſtra Vienna, die VII Julii, Anno Domini, Milleſimo, Septingenteſimo Octavo, Regnorum Noſtrorum, Romani Decimo nono, Hungarici Vigeſimo primo, Bohemici vero Quarto.

JOSEPHUS.

Vidit Fridericus Carolus, Comes de Schœnborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium,

Lutzo Dallberg mppria.

Quid Sereniſſimus Lotharingiæ Dux, *Leopoldus*, deſuper oppoſuerit, patet ex Ipſius Legati proteſtatione in Imperii Comitiis, An. 1710, ad effectum indemnitatis conſequendæ, prolata, hujus tenoris:

Memoriale Lotharingicum.

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi, Ampliſſimique S. R. J. Electorum, Principum ac Statuum Legati, Domini Honorandiſſimi &c.

Quid lapſo nuper Anno ſupra milleſimum ſeptingenteſimo octavo, circa Montisferratenſem Inveſtituram, ab Aula Caſarea, in favorem Sereniſſimi Sabaudia Ducis decretum, & ibidem, cum gravi inopinataque rerum Sereniſſimi Ducis Lotharingia, Domini mei Clementiſſimi, jactura, executioni mandatum ſit, ipſa & facti notorietas palam loquitur, actumque agere viderer, ſi jura Sua Serenitati Regia Lotharingorum in Montisferratenſem Ducatum, non uno titulo competentia, qua & ubivis agnita & nullibi controverſa reperiuntur, novis coloribus in praſentiarum adumbrare conarer. In hanc ſiquidem evidentiam abunde dictum eſt, dum Montisferratenſem Ducatum, cauſa communis bono, ceſſiſſe magni Confaderatorum ſucceſſus univerſim teſtantur. Proinde nec aliud edicere praſtat, quam ut damnum, quod Sua Serenitas Regia, pro alte fata cauſa communis emolumento, ſenſit, id ex ejuſdem pariter Cauſa Communis potentia, mediante juſto & adaquato Compenſationis valore, reſarciatur. Quem in finem apprimè faciet, ubi ab Auguſto hoc Imperii Conſeſſu debita Sereniſſimo meo indemnitatis ratio ponderari, & hujus procuranda Juſtitia S. C. Majeſtati, condignis de Senatus-Conſulto argumentis, quantocyus exponi, ac eo pracipuè operoſiusque collimari voluerit, proxima nimirum pacis Concluſioni, niſi prababita ſtabilitaque Lotharingica

Electori Saxoniæ, *Auguſto de Expectantia*, in quincuncem (*Fünff Zwælff-Theile*) Comitatus principalis *Hennebergici*; Vinarienſibus & Altenburgicis ſeptunce (*Sieben Zwælff-Theile*) relicto, Diploma ſubminiſtrante Dn. *Lunigio* l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 74, p. 370 &c. ad quos Duces hereditas etiam, ab obitu *Georgii Erneſti*, An. 1583, 27 Dec. ſine maſcula prole has res relinquentis, tam reſpectu *Expectantiæ* hujus, quam *Pacti hæreditarii* inter *Johannis Friderici I* Electoris Saxoniæ, lineæ *Erneſtinæ*, filios, *Johannem Fridericum 2*, *Johannem Wilhelmum*, & *Johannem Fridericum III*; & *Hennebergicos* Principes, *Wilhelmum*, *Georgium Erneſtum* & *Popponem*, Patrem Filiosque, *Cablæ*, An. 1554, 1 Sept. initi, atque An. 1555, 22 Januar. ab Imperatore *Carolo V*, Bruxellis confirmati, (exceptis partibus Epiſcopo Herbipolenſi & Landgravio Haſſiæ, inde obvenientibus) noſcitur devoluta. Vid. *Spangenbergii, Hennebergiſche Chronick*, lib. V, Cap. 53, p. 271, *Limnæus*, Lib. 4, *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 173 & 174, p. 233; *Conringius* ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. V, §. 11, p. 180; *ImHoff* l. c. Lib. 4, Cap. 2, §. 13, p. m. 137; *Müller*, Annal. Saxon. ad Ann. 1554 & 1555, p. 124 & 125; & ad An. 1583, p. 184; Quomodo poſtmodum An. 1660, 9 Aug. ex quo *Johannes Georgius I* Saxonum Elector portionem ſuam filio *Mauritio*, per ultimæ voluntatis tabulas, adſcripſit, Hæreditas hæc, inter *Mauritium* Numburgicum, *Wilhelmum* Vinarienſem, *Erneſtum* Gothanum, & *Fridericum Wilhelmum* Altenburgicum, fuerit ſubdiviſa, ex Dn. *Mülleri* Annalibus ad h. a. pag. 441, & Dn. *ImHoffio* l. c. peti poteſt. Novam Transactionem de An. 1672, 16 Maji, ab exceſſu *Friderici Wilhelmi* Altenburgici, inter Duces Gothanos & Vinarienſes deſuper confectam, ſuppeditat *Gaſtelius* de *Statu Publ. Europ.* Cap. XIX, §. 68, p. 589 &c. Pari jure occupavit An. 1680 Sereniſſimus Elector Brandenburgicus, *Fridericus Wilhelmus*, Ducatum *Magdeburgicum*, defuncto Adminiſtratore *Auguſto*; in quem An. 1648, ex tabulis Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, Art. XI, §. 6, *Similiter conceditur* &c. *Expectantiam* habuit. Ejusdem valoris ſunt *Expectantiæ*: *Caroli V*, Imp. in Ducatum *Holſatiæ*, Electori Brandenburgico data, teſtibus, *Sprengeri Lucerna*, p. 108 & 109; *Limnæo* Tom. I, Addit. ad lib. V, c. 7, §. 62, p. 819; *Thulemario* in *Octoviratu*, Cap. XVII, §. 24, p. 225; *Ferdinandi I*, Imp. ſub dato *Franckfurt am Mayn*, 5. Dec. 1562, *Auguſto*, Electori Saxoniæ, in Principatum *Anhaltinum* conceſſa, apud Dn. *Lunigium* l. c. *IV Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 70, p. 319. *Rudolphi 2*, Imp. ſub dato *Prag*, 23 Januar. 1596. qua *Fridericus Wilhelmus* Dux & Adminiſtrator Electoratus Saxonici, ejusque Frater, *Johannes*, jus in Comitatum *Iſenburg* & *Budingen* ſunt nacti, apud eundem, l. c, §. 81, p. 336; Conf. *Irenicus* ad *Burgoldenſem*, Part. 3, p. 102; *Ferdinandi 2* Imp. ſub dato *Newſtatt*, 13 Aug. 1625, *Johanni Georgio I*, Electori Saxoniæ, in Feuda Comitum *Hanovienſium*, & *Schwartzburgicorum*, nec non *Friderici Ulrici*, Ducis Brunſuicenſis, conceſſa, atque An. 1638, 17 Sept. Pragæ, à *Ferdinando III* confirmata; apud *Limnæum*, ad Capitul. *Ferdinandi IV*, Art. 30, verb. *Einige* Expectantz, §. 7, p. 843, & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 90, p. 411 &c. add. *Schatz*, diſp. Inaug. de *Expectativa*, c. 27, *Sprengeri Lucerna* p. 331; *Bernhardus Chriſtoph. Jager*, diſſ. de *Expectantiis*, Cap. 3, §. 115, p. 59, *Ferdinandi III* Imp. conſentiente toto Imperio, An. 1648, Regibus Regnoque Sueciæ, in Partem *Pomeraniæ*, totumque Epiſcopatum *Caminenſem*, ad Electorem Brandenburgicum ſpectantes, deficiente tota Generatione maſculina Sereniſſimæ Domus Electoralis, per dictæ Pacis Weſtphalicæ Art. X, §. 4, *Quicquid etiam Juris*, aſſerta. *Leopoldi* Imperatoris. An. 1693, quam *Friderico III*, Sereniſſ. Electori Brandenb. in Dominium *Limburg* largitus eſt, apud Dn. *Lunigium* l. c. *IX Abſatz*, Supplem. §. 16, p. 988; de minoribus, v. g. *Annæ Dorotheæ*, Abbatiſſæ Quedlinburgicæ An. 1685, 31 Januar. *Johanni Georgio III*, Elect. Saxoniæ, *über die Fürſtliche Anhaltiſche Burg und Gerichte zu Hoym*, data, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Abſatz*, §. 143, p. 662 &c. aliisque pluribus, ne dicam; (2) Aut *Pacto hæreditariæ ſucceſſionis*, aut *Confraternitatis*, fruatur, *Erb-Vereinigung*, *Erb-Verbrüderung*; quale eſt v. g. inter Saxones, Brandenburgicos & Haſſos; & fuere: inter Domum Brandenburgicam & veteres Duces Pomeraniæ; inter Saxones & Principes Hennebergicos, de quibus ſeq. Lib. 3, Tit. XX, §. 85, plura. Nam & hoc caſu, Feudum vacuè factum non ad Dominum redit, ſed ad *Confratrem*, vel denominatum *hæredem*. (3) Aut, ſi quis ſimultaneè ſit inveſtitus; quia talis jure radicato gaudet; vid. *Carpzov. Jurispr. Forenſ.* Part. 3, Conſtit. 27, defin. 1, §. 2 &c. p. 1189, & defin. 8, §. 17 &c. p. 1191. (4) Aut, ſi Feuda ſint Fœminea, quippe quæ, extinctis maſculis, Fœminis conferuntur; hacque via in alias tranſeunt Familias. (5) Aut, ſi in literis Feudalibus aliter diſpoſitum ſit, v. g. Archiduces Auſtriæ, inter alia Privilegia quamplurima. & hoc fruuntur; ut poſtremus Gentis ditiones ſuas liberè alienare, & vel pacto, vel teſtamento, ad alios transferre valeat; vid. Diploma *Friderici I* Imp. de An. 1156, *Henrico* Auſtriaco conceſſum, apud *Cuſpinianum* p. 32, *Limnæum* lib. V, Cap. 2, §. 30, p. 31; & Dn. *Lunigium*, Part. ſpecial. *des Reichs-*Archivs, Contin. 2, *IV Abſatz*, §. IV, p. 5, verb. *Dux Auſtriæ donandi & deputandi Terras ſuas, cuicunque voluerit, habere debet poteſtatem liberam, ſi, quod abſit, ſine heredibus liberis decederet; nec in hoc, per Imperium, debet aliqualiter impediri* &c. Id quod *Fridericus 2* Imp. An. 1245, ratum habuit, apud *Limnæum* l. c pag. 32; nec non Imperatores reliqui, præcipuè *Carolus* V, ibid. §. 32, p. 38, ubi: *Der Hertzog hat freye Macht ſein Land zu vergeben, und zu verſchaffen,*

Digitized by Google

ſchafften, wem Er will, ſo Er, das Gott verhüt, ohne Erb-Kinder abgieng, und ſoll daran, durch das Reich, nicht verhindert werden &c. Conf. idem, ad *Capitul. Caroli V*, Art. XXIV, verb. *Aller unſer Erbland*, p. 284; niſi Archidux ab inteſtato moreretur, tunc enim Terras ad Imperium reverſuras eſſe, firmiter teneo; conf. Dn. *Nitzſchii* Commentar. in *Capitulationem Joſephi*, Art. XXIX. §. 35, p. 512.

(*b*) PROVISUM EST &c. Prima vice Capitulationi *Caroli V*, Art. 24, inſertum fuit; *Wann auch Leben dem Reich, und Uns, bey Zeiten Unſerer Regierung, eröffnet, und lediglich heimfallen werden, ſo etwas merckliches ertragen, als: Fürſtenthumb, Graffſchafften, Herrſchafften, Statte, und dergleichen, die ſollen und wollen Wir ferner niemand verleihen, ſondern, zu Unterhaltung des Reichs, Unſer und anderer nachkommender König und Kayſer, behalten, einziehen und* incorporiren, *biß ſo lang daſſelbe Reich wieder zu Weſen und Auffnehmen kommet &c.* Quæ repetita ſunt, Capit. *Ferdinandi I*, Art. XXIII; *Maximiliani II*, Art. XII; *Rudolphi II*, Art. XXV; & *Matthiæ*, Art. XXIX; In Capitulatione *Ferdinandi II*, Art. XXVIII, poſt verba: *Die ſollen und wollen Wir ferner niemand leihen*, additum legimus: *auch Niemand einige* Expectantz, *oder Anwartung, darauff geben, ſondern, zu Unterhaltung des Reichs &c.* Quæ etiam in Capitulatione *Ferdinandi III*, Art. XXXII, occurrunt. In Capitulatione *Ferdinandi IV*, Art. XXX, rurſus novi quid ſtatutum, ſcil. *Wann auch Leben dem Reich, und Uns, bey Zeit Unſerer Regierung, eröffnet, und lediglich anheim fallen werden, ſo etwas merckliches ertragen, als Fürſtenthumb, Graffſchafften, Herrſchafften, Statte und dergleichen, die ſollen und wollen Wir*, NB. *Ohne Vorwiſſen der Sieben Churfürſten, ferners Niemands leihen, auch Niemand einige* Expectantz, *oder Anwartung darauff geben, ſondern &c.* In Capitulatione *Leopoldi*, Art. XXX, adhuc alia additio deprehenditur; ubi, confirmatis hactenus dictis, ſubjungitur: *Sollen auch die Leben-Briefe, und* Expectantien, *über des Reichs angehörige Leben, welche bey einer andern, als Unſerer Reichs-Cantzley, und ohne Vorwiſſen der Herren Churfürſten, ins künfftig ertheilet und außgefertiget werden möchten, gantz ungültig ſeyn &c.* Id quod etiam cautum Art. XXIX, Capitulationis *Joſephi*, An. 1690; In Capitulatione denique *Caroli VI*, An. 1711, Art. XI, cuncta hæc latius expoſita: *Wann auch ins künfftig Leben dem Reich* (omiſſis vocibus: *und Uns*,) *durch Todes-Fälle, oder Verwirckung, eröffnet, und lediglich heimfallen werden, ſo etwas mercklisches ertragen, als Churfürſtenthümmer, Fürſtenthümmer, Graffſchafften, Herrſchafften, Stadt und dergleichen, die ſollen und wollen Wir, die Chur-Fürſtenthümmer, ohne des Churfürſtlichen* Collegii; *die Fürſtenthümer, Graf- und Herrſchafften, Stadt und dergleichen aber, ohne der Churfürſtlichen, Fürſtlichen, auch, wann es nemblich eine Reichs-Statt betreffen thut, Stattiſchen* Collegiorum *Vorwiſſen und* Conſens, *ferner Niemand leyhen; auch Niemanden einige* Expectantz, *oder Anwartung, darauf geben; ſondern, zu Unterhaltung des Reichs, Unſer und Unſerer nachkommender König und Kayſern, behalten, einziehen und* incorporiren; *doch Uns, von wegen Unſerer Erb-Landen, und ſonſten manniglich an ſeinen Rechten und Freyheiten, auch denen, von Unſern Vorfahren am Reich, denen Ständten,* propter bene merita, *ertheilten, und denen Reichs-* Conſtitutionibus *gemäſſen Anwartungen, auf künfftig ſich erledigende Reichs-Leben, an ihrer Krafft und Bündlichkeit unſchädlich &c.* Quæ extenſio *Projecto Perpetuæ Capitulationis*, An. 1711, 4, 6 & 7 Julii, à duobus Ordinum Imperii Collegiis Superioribus confecto, atque à Moguntino Directorio, ſeq. 8 Jul. per privatam dictaturam communicato, additisque Civitatum monitis, congruit, apud *Fabrum* Tom. XVII *Staats-Cantzley*, Cap. XII, §. XIV, p. 708 & 709, & §. XVI, p. 760. Proinde nihil amplius valoris habet, quod *Berlichius*, Part. 2, *Concluſionum*, Concluſ. LIV, §. 9, p. 731. tradit: *Imperator poteſt alicui ejusmodi Inveſtituram, etiam de Majoribus Feudis, in caſum mortis, etiam abſque conſenſu & voluntate Electorum, & aliorum Procerum Imperii, conferre, ut eleganter & latè oſtendit Nicolaus Everhardus Jun. Conſ. 1. qu. 1. §. 9 poſt med. verſ. Quo ſic præmiſſo, §. 10 & ſeq. §. 11, in fin. verſ. Attamen his atque aliis, §. 12, & ſeqq. Vol. 1.* Contra quæ *Limnæus*, Not. ad Capit. *Ferdinandi IV*, Art. XXX, voc. *Einige* Expectantz, p. 842, ſe jam erexit. Licet autem, anno demum 1653, Capitulationi *Ferdinandi IV* Art. XXX, de requirendo conſenſu Electoralis Collegii, inſertum fuerit, nihilominus tamen, jam antea, in ejusmodi negotiis conſenſum hunc fuiſſe neceſſitatis, vel ex cit. præced. lit. a, *Expectantia Ferdinandi II*, Imp. An. 1625, Saxonum Electori *Johanni Georgio I*, in Feuda *Hanovica, Schwartzburgica* &c. data, elucescit, verb. *Als haben Wir, zu gnädigſter Erkantniß jetzt kürtzlich angezogener hohen Verdienſten, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, rechtem Wiſſen, und aus ſelb-eigner Bewegnüß, obbeſagtes Unſers Oheims, des Churfürſten zu Sachſen Ld. und allen derſelben nachkommenden Männlichen Lebens-Erben, dieſe beſondere Gnade gethan, und demſelbigen nachfolgende Anwartſchafften und* Expectantzen, *aus Römiſcher Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit, wiſſentlich, in Krafft dieſes Briefs, gegeben und verliehen*; NB. *Darüber Wir auch die Ehrwürdigen, Durchleuchtigen, Hochgebohrnen,* Johan Schweickarden *zu Maintz*; Ferdinanden

zu

zu Cœlln, *und* Philips Chriſtophen *zu Trier*; Maximilian *Pfaltzgrafen bey Rhein*, *Hertzogen in Ober- und NiederBayern*, *und* George Wilhelmen, *Marggrafen zu Brandenburg &c. des H. R. Reichs durch* Germanien, Italien, Gallien *und das Kænigreich* Arelat, *Ertz-Cantzlern*, *Ertz-Truchſeſſen und Ertz-Cammerern*, *Unſerer Lieben Neven*, *Vetter*, *Schwager*, *Oheimen und Churfürſten*, Approbation *und Bewilligung*, *zu erhalten*, *in keinen Zweiffel ſetzen &c.* Conf. *Nitzſchius* in *Capitulationem Joſephi*, Art. 29, §. 5, p. 511 & 512. Id quod amplius Gravamina Electorum, An. 1630, Imperatori laudato exhibita, apud *Conringium*, ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. V, §. 26, p. 195, illuſtrant, verb. *Sondern habe*, *wieder den Inhalt Seiner* Capitulation, *dem Reiche*, *durch Todsfalle*, *oder Verbrechen*, *verfallene*, *oder durch die Kayſerliche* Armada *eroberte*, *Fürſtenthümber*, *Graff- und Herrſchafften*, *ohne Vorwiſſen der Chur-Fürſten*, *verſezt*, *verpfandet*, transferirt *und* alieniret *&c.* etiamſi de tali conſenſu expetendo, in *Ferdinandi* a Capitulatione nulla, expreſſis verbis, mentio fiat. Antiquius fundamentum ſuppeditat concepta in Comitiis Wormatienſibus, An. 1495, per Deputatos, *Ordinationis Regimenti* Formula, apud Dn. *Dattum*, Lib. 3 *Rer. German.* Cap. XII. §. 124, p. 618, ubi: *Sy ſollen auch rathſchlagen*, *die jhenen*, *ſo Fürſtenthumb*, *Graffſchafft*, *Herrſchafft*, *oder andere Güter*, *zum Reich gehœrig*, *unempfangen inn hetten*, *oder beſeßen*, *zu bewegen*, *und darzu zu bringen*, *dieſelben zu empfahen*, *mit gewœhnlichen Pflichten*: *doh*, *ob derſelben Stück aint*, *oder mer Fürſtenthumb*, *oder mercklich Graffſchafft*, *dem Reich heimgevallen waren*, *oder würden*, *ſols durch Uns*, *mit Willen der Churfürſten*, *darinn gehandelt werden*, *die bey dem Reich fürter zu behalten*, *oder zu verleihen.* *Aber minder Lehen*, *ſo Unß*, *oder dem Reich*, *heimbfallen weren*, *oder würden*, *Dieſelben zu verleihen*, *wollen Wir Uns hierinn vor- und auß-behalten haben &c.* In præſentiarum hæc omnia, ut oſtenſum, deciſa. Ratio Conſtitutionis eſt: Ut de novo Imperatoribus *domanium* conſtituatur; quamvis Dn. *Rhetius*, Lib. I *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. 4, §. 61, p. 177, benè notet: *Hactenus ne unum quidem apertum Feudum in hunc uſum fuiſſe impenſum*; nec præſumendum, tam facile poſthac impenſum iri. Vid. Dn. *Ockel*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. 3, §. 9, p. 126 & 127.

(*c*) ALIENANDIS &c. De *Alienatione Immediati Feudi Imperii*, Diſſ. Inauguralem, Præſide Dn. *Matthia Steinio*, Roſtochii habuit Dn. *Johannes Ulricus Pauli*, Hamburgenſis, menſ. Sept. 1709, multa complectentem non ubique obvia.

(*d*) ORDINUM &c. Ut hodiè fit, certo licet reſpectu. Vid præced. lit. b.

(*e*) PROSPICERE DEBET &c. Quantum interſit Imperio, Electorale Collegium eſſe integrum, patet ex Literis feudalibus *Sigismundi* Imp. An. 1425, *Budæ*, *Friderico* Bellicoſo, recens declarato Saxoniæ Electori, datis, apud *Hortlederum*, T. 1 *Von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Lib. IV, Cap. IX, §. 105, p. 1125. verb. *Wir* Sigmundt, *von Gottes Gnaden*, *Ræmiſcher Kœnig* --- *wann Wir*, *ſider der Zeit*, *da wir zum Ræmiſchen Kœnig erkohren ſind*, *allezeit betrachtet haben*, *daß Uns*, *und dem H. R. Reich*, *unbequemlich were*, *wo die Zahl derſelben Churfürſten*, *ſintemahl dieſelben des Reichs Fürderſte Glieder*, *und als Feſte Seulen ſind*, *darauff es gebavvet iſt*, *unerfüllt bleiben ſolle &c.* Add. *Kayſerl.* Reſolution *auff die übergebene Berathſchlagung der Churfürſten*, de dato Regenſpurg 1623 30 Januar. *daß Kayſerl. Maj. das Hochlœbliche Churfürſtl.* Collegium *dieſer geſtalt langer unergäntzet zu laſſen*, *nicht gemeines ſeye*, *ſintemahl nicht unbewuſt*, *wie mercklich viel dem gantzen H. Reich an ſolcher Ergantzung*, ---- *vornehmlichen daran gelegen*, *dieweil wiſſentlich*, *was*, *in Mangel berührter Ergantzung*, *auff einen unverhofften menſchlichen Fall*, *dem Hohe- und Nieder-Stands Perſohnen zugleich unterworffen* -- *dem H. Reich für Noth*, *Gefahr*, *und euſerſte* Ruin, *zuwachſen würde &c.* Nec non Literæ *Johannis Suicardi à Cronberg*, Electoris Moguntini, ad Electores Saxoniæ & Brandenburgicum, d. 7 Octob. & 3 Nov. quibus *Maximilianum* Bavarum in Electorale Collegium recipi monebat: *Dieweil die Zuſammenkünfften und* Conſilia *der Reichs-Stände*, *wo nicht aller*, *doch der Vornehmſten*, *als der Churfürſten*, *gleichſam der Weg und Antritt*, *zu Hinlegung aller gebrachten Miſsverſtände und Unruhen im H. Reich iſt*; *und aber*, *wie es die Erfahrenheit jederzeit bezeuget*, *darzu nicht zu gelangen*, *es ſey dann das Churfürſtliche* Collegium, *als das Haupt* - Fundament, *darauff ſo wohl das Haupt*, *als die Glieder*, *und alſo die gantze* Subſtantz *des Reichs*, *ruhet und gegründet iſt*, *wo nicht zu gäntzlichem Beſtand*, *doch auffs wenigſte* interims-*Weiſe*, *ergäntzet*, *und die Churfürſten in einer einſamen*, *und zu Erhaltung des einhellig gerichten Verſtändniß*, *Lieb und* Affection, *gegen einander begriffen &c.* Vid. *Caroli Ludovici*, Elect. Palatini, *Manifeſtum* de dato *Londen in Engelland*, 12 *Januar.* 1637, apud *Lundorpium* Tom. IV Act. Publ. lib. 3, Cap. 95, p. m. 651; Ill. *Schütz*, *Colleg. Jur. Publ.* Exercit. VII, §. XVII, lit. b. p. 526; *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, Art. 24. verb. *Fürſtenthumb*, §. 10, p. 266; Jung. reſponſio Electoris Saxoniæ, ad Moguntini literas, ſub dato *Dresden*, 1 Mart. 1624: *Ew. Ld. halten für hochnothwendig*, *daß das Churfürſtliche* Collegium *ergantzet werden mœchte*, *damit man zu*

Digitized by Google

den Tag-Fahrten, ſo, bey gefährlichen und betrübten Zeiten, man zu halten pflegt, wiederumb gelangen, und insgeſampt von den Remediis, und andern Nothdürfften, reden und deliberiren kœnte: Der Meinung ſeind Wir nicht allein jetzo, ſondern auch bey dem abgelauffenen Regenſpurgiſchen Chur- und Fürſtlichen Convent geweſen, da Wir eben auff ſolche Ergantzung Unſer Abſehen gehabt, und Dieſelbe mit allem Fleiß urgiret: allein hat die Differentz dahingeſtanden, daß man, Subjectorum halber, diſcrepant worden, indem Ew. Ld. neben andern Geiſtlichen Mit-Churfürſten, Translationem der Chur, und erfolgte Belehnung, beliebet; Wir, und Chur-Brandenburg aber, dieſelbe wiederrathen .... weil aber Ew. Ld. neben andern Geiſtlichen Mit-Churfürſten, einer andern Meinung, die Ergantzung des Churfürſtlichen Collegii vor das vornehmſte Mittel achten und halten, dadurch das Rœmiſche Reich wiederumb zu Ruhe und Friede bracht, und der ſchweren faſt unertræglichen Krieges-Laſt, und daher dependirenden überaus groſſen Unbilligkeiten, entlediget werden kœnte .... ſo kœnnen Wir Uns gar leichtlichen mit Ew. Ld. dahin vereinigen, woſern Sie es nochmahlen dem H. R. Reich für nützlich, fürtræglich und erſprießlich erachten, und ſolches nicht in neue Krieg implicirt werden mœchte, daß das Churfürſtliche Collegium, durch des Hertzogen in Bayern Ld. ergantzet werde &c. Vid. cit. Manifeſtum, p. 655 & 656 &c. Eodem tendit Electoris Brandenburgici reſponſio, ſub dato Kœnigsberg in Preuſſen, den 12-22 Maji An. 1627, Legato Cæſaris, Carolo Hannibali de Dohna, data ibid. p. 656. Nachdem aber Ihre Churfürſtliche Durchl. vernimmt, daß bey Ihrer Kayſerl. Majeſt. keine Hoffnung, den ſo lang deſiderirten Frieden mit erwünſchtem guten Effect zu erreichen, es geſchehe dan durch die vollkommene Einſetzung und Ergantzung des Churfürſtlichen Collegii, und alſo durch Aufnehmung und Erkennung Iörer Dnrchl. in Bayern in gemeldtes Collegium .... So muß Ihre Churfürſtl. Durchl. &c. Conf. Dn. Schütz l. c. & Limnæus l. c. Num verò Cæſar, citra conſenſum Electoralis Collegii, pro lubitu, de Electoratibus diſponere queat? dudum quæſitum fuit, maximè à tempore proſcripti Friderici V, Electoris Palatini, in ejusque locum ſurrogati Maximiliani Bavari, Palatino faventibus ejusmodi arbitrariam diſpoſitionem Cæſari non competere exiſtimantibus, ceu ex Caroli Ludovici Elect. Palat. Manifeſtis apud Lundorpium l. c. Cap. 95 latius patet; in primis huc ſpectant, quæ Saxoniæ Elector An. 1623, 9 Febr. in Conventu Ratisbonenſi, per Legatos exponi fecit: daß anfänglich dieſe Pfaltziſche Translation ohne Vorbewußt der Churfürſten, geſchehen, unangeſehen es eine unter den wichtigſten und græſten Sachen des Reichs, darumb die Churfürſten gefragt werden ſollen &c. nec non Legati Electoris Brandenburgici: Daß die Translation von groſſer Importantz, darum billig, nach beſage der Capitulation mit denen Churfürſten des Reichs communicirt, und nicht allein intimirt werden ſollen &c. ut & Literæ Elect. Saxoniæ ad Electorem Moguntinum, d. An. eod. 23 Febr. Da die Churfürſten nicht befraget werden ſolten, wann ein Churfürſt in das Churfürſtliche Collegium geſetzt wird, wüßte er nicht, worinnen die Churfürſtliche Hoheit und Würde beſtünde &c. Vid. Lundorpius Tom. 2 Act. Publ. lib. VI, p. m. 1162 &c. Limnæus in Capitulationem Caroli V, Act. 24, voc. Fürſtenthumb, §. 18 & ſeqq. p. 268 &c. Bavari cauſam contra defendentes aliter ſentiebant, teſte Auctore der Ableinung des Pfaltziſchen Manifeſts, de An. 1639, apud eundem l. c. Cap. 108, p. 719, ubi: Aber eben geſetzt: Ihre Kayſerl. Maj. haben die Herren Churfürſten weder zu der Zuſag, noch zu der Translation, adhibirt und gezogen; ſo iſt doch derentwegen weder eins, noch das ander, ungültig, ſondern dannoch von Würden; dann die Güldene Bull giebt einem Rœmiſchen Kœnig, oder Kayſer, (Cap. VII) über die heimgefallene Churfürſtenthumb, eine freye Diſpoſition, dieſelbige zu transferiren, wohin der Kayſer ſelbſt will; ohne einige Meldung, daß der Churfürſten Vorwiſſen und Bewilligen darbey ſeyn ſolle: Ein Rœmiſcher Kœnig, ſagt der Text, ſoll und mag damit thun, als mit einem Gut, das an Ihne und das Reich gefallen iſt. Und hindert nicht, da man hiewieder die Kayſerliche Capitulationes vorſchützen wolte, als welche einem Rœmiſchen Kayſer verbinden, daß derſelbe die Nahmhaffte Lehen, als Fürſtenthumb, Graffſchafften und Herrſchafften &c. anders nicht, als mit der Herren Churfürſten Bewilligung, anderwerts vergeben kan. Dann dieſer Articul concerniret gar nicht die Churfürſtenthumb, als welche ſchon vorhin, in der Güldenen Bull ihre außgedrückte Maß haben, und einen Kayſer zu ſeiner freyen Diſpoſition, und Vergebung (da ſie nur wiederumb anderwertig verliehen werden, und alſo die Anzahl der Sieben Churfürſten ohngeſchmælert verbleibet) heimgeſtellet ſeyn; ſondern ſie redet, nach ihrem ſelbſt außdrücklichen Buchſtaben, nur von den Fürſtenthumben, auch Graff und Herrſchafften &c. und will haben, daß ſolche anders nicht, als mit Conſens der Churfürſten, ſollen mœgen transferirt und vergeben werden &c. Quid controverſiæ deſuper & inter Limnæum (à ſolius Imperatoris arbitrio non pendere, Electoratum

Digitized by Google

tum vacantem, ad Imperatorem & Imperium devolutum, alteri, cui velit, in Feudum concedere, ſtatuentem,) atque *Stamlerum*, de *Reſervatis Imperatoris*, §. 47, n. 6. & ſeqq. veſtigiis *Arumæi*, Diſcurſ. VI ad A. B. c. 16, circa fin. *Schützii* l. c. aliorumque, ejusmodi collationem ex ſola Cæſaris benevolentia pendere exiſtimantium, inhærentem, interceſſerit? peti poteſt ex *Limnæo* l. c. §. 15 &c. p. 267, & ad *Capitulat. Leopoldi*, Art. 30, verb. *Ferner niemand leihen* &c. p. m. 937 &c. Conf. Dn. *Pauli*, cit. Diſſert. Inaug. de *Alienatione Immediati Feudi Imperii*, Cap. 2, §. VI & VII. Ceſſat autem hodiè diſputatio hæc, poſtquam Art. XI Capitularionis *Carolinæ*, clare diſpoſitum: Quid hoc caſu Juris ſit; vid. præced. lit. b.

17. Solennitates, (*a*) quæ in Inveſtitura intervenire ſolent, vid. apud *Limnæum*, in Addit. Lib. 4, c. 7. Ad eas referuntur etiam inſignium traditio, & Juramenti præſtatio. (*b*) Inſignia olim fuerunt: Sceptrum & Vexillum; Sceptri traditione (*c*) Feuda Eccleſiaſtica; Vexilli traditione (*d*) Feuda Secularia, conferebantur, ut dictum. *Rudolphus Habſpurgenſis hat, bey Ermangelung des Scepters, Geiſtlichen und Weltlichen Fürſten, die Lehen ertheilet, durch Anrührung eines Creutzes,* (*e*) inquiens: Ecce ſignum, in quo Nos, & totus mundus eſt redemptus, & hoc ſigno utamur loco Sceptri. *Lehmann.* lib. 5, Cap. 104. Hodie omnia Feuda conferuntur traditione Gladii, (*f*) cujus Capuli conum Vaſallus, in genua decumbens, oſculatur, (*g*) *Reinking*, lib. 1, Claſſ. 4, cap. 16, §. 26. ſeqq.

NOTÆ.

(*a*) SOLENNITATES &c. Solennitates hæ variant, juxta conſuetudines Regnorum, Provinciarum &c. in quibus Feuda conferuntur; proinde ante omnia conſuetudo loci, ubi *Inveſtituræ* celebrantur, attendenda eſt. Communiores ſunt: (1) Adhibitio teſtium, (2) Petitio *Inveſtituræ*, (3) traditio inſignium, (4) Juramenti præſtatio, &c. vid. *Vultejus* de *Feudis*, Lib. 1, Cap. VII, §. 23 ad 60, p. 117 ad 143; *Struvius*, Syntagm. Jur. Feudal. Cap. VIII, §. 5, p. 269. De ſolennitatibus in Imperio noſtro adhiberi ſolitis, evolvas præced. §. 15, lit. b & c. & Auctores ibid. lit. d & e, citatos.

(*b*) JURAMENTI PRÆSTATIO &c. Priſcis jam temporibus exactum hoc juramentum à Vaſallis. *Carolus Sigonius.* lib. VII de *Regno Italiæ*, ad Annum 973, p. m. 287 & 288, inquit: *Qui Feudum contulerunt, ii Domini & Seniores vocati ſunt. Cæterum, Jurisjurandi formulæ tres fuerunt; una brevis, qua Carolus Magnus uſus eſt, Promitto; me Domino meo Carolo, & Filiis Ejus, fidelem futurum in tota vita, ſine fraude doloque malo. Altera, aliquanto uberior: Juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, me in poſterum fidelem Ei futurum, ut vaſallum Domino, nec id, quod mihi, ſub nomine fidelitatis, commiſerit, enunciaturum in Ejus detrimentum ſcientem. Et, ſi de Familia, aut Jurisdictione Ejus erat, addebat: Et vitam, membrum, mentem, & ejus rectum honorem, ſervaturum. Tertia omnium latiſſima fuit: Ego juro ſuper hæc Sancta Dei Evangelia, me in poſterum, dum vivam, fidelem futurum tibi N. Domino meo. contra omnes homines, excepto Imperatore, aut Rege: id eſt, juro, me nunquam ſcientem auctorem futurum, aut operam daturum, ut amittas vitam, aut membrum aliquod, aut læſionem aliquam corporis accipias, aut injuriam, aut contumeliam; aut honorem aliquem amittas, quem nunc habes, vel in poſterum habebis, Et, ſi ſcivero, aut audiero, aliquem hæc adverſus te moliri, pro viribus impedimentum afferam; ſin minus, tibi primo quoque tempore nunciabo & contra eum, quoad potero, tibi auxilium præſtabo. Et ſi quid ex iis, quæ habes, aut habebis, injuſtè aut fortuito amittes, ad ea recuperanda, & in perpetuum conſervanda, opem feram; Et, ſi cognovero velle te aliquem juſte offendere, ſi requiſitus fuero, meum tibi ſubſidium, ut debeo, præſtabo; Et ſi quid mihi ſecreto communicaveris, id, injuſſu tuo, non nunciabo; neque, ut enuncietur, operam dabo; Et, ſi conſilium a me petiveris, id quod magis expedire tibi viſum fuerit, dabo; neque ſciens aliquid unquam agam, quod pertineat ad tuam aut tuorum injuriam, aut contumeliam &c.* Duas priores formulas ſuppeditat quoque *Goldaſtus* Tom. *I. Conſtit. Imperial.* p. 16, ad Annum 774, addens ſimul Juramentum Civitatenſium: *Pomitto, me Domino meo, Carolo, & Filiis Ejus, fidelem futurum. in tota vita, ſine fraude, doloque malo; & vitam, membrum, mentem, & rectum Ejus honorem, ſervaturum.* Adhuc alia formula, ſub *Carolo Magno* uſitata, quæ Lib. 4

Legum

Digitized by Google

Legum Francic. Cap. 46, notante *Spelmanno*, Gloſſ. voc. *Fidelitas*, p. 224. extat, reperitur apud *Goldaſtum* l. c. Tom. 3, p. 140, Cap. 2. *De Sacramento fidelitatis, quod Nobis & Filiis Noſtris jurare debent quod his verbis conteſtari debent: Sic promitto Ego, ILLE, partibus Domini mei, Caroli Regis, & Filiorum Ejus, quia fidelis ſum & ero diebus vitæ meæ, ſine fraude, vel malo ingenio &c.* quam eandem, inter Capitularia *Lotharii*, recenſet Idem, Tract. de *Conſuetudinibus Imperialibus*, p. 110, Cap. 2. Aliam, in *Formulis Marculphi* exhibet *Lindenbrogius*, & emendatiorem *Baluzius* T. 1 *Capitul. Caroli M.* ad an. 802, & *Schilterus, Juſtit. Jur. Publ.* Lib. 1, Tit. XIX, §. 11, p 205. *Repromitto Ego, quod ab iſto die in antea, Fidelis ero Dn. Karolo, Piiſſimo Imp. Filio Pipini Regis, & Bertanæ Reginæ, pura mente, abſque fraude & malo ingenio; de mea parte ad ſuam partem, & ad honorem Regni ſui, ſicut rectè per drictum* (directum ſeu droit) *debet eſſe Homo Domino ſuo. Sic me adjuvet Deus, & iſta Sanctorum patrocinia, quæ in hoc loco ſunt, quia diebus vitæ meæ, per meam voluntatem, in quantum Deus mihi intellectum dederit, ſic attendam & conſentiam &c.* Sub *Carolo Calvo* jurarunt Vaſalli, An. 854, hoc modo: *Ego Illuſtri Karolo, Hludowici filio, ab iſta die in ante, fidelis ero, ſecundum meum ſavirum* (ſçavoir, *wiſſen*,) *ſicut Francus homo per rectc eſſet debet ſuo Regi: Sic me Deus adjuvet, & iſtæ Reliquiæ &c.* Vid. *Pithœus, Script. Franc.* p. 508, & *Spelmannus* l. c. *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Fidelitas*, p. 428, paulo aliter ſiſtit Juramentum hoc: *Ego Illi Karolo, Hludovvici & Judith filio, ab iſta die in ante, Fidelis ero, ſecundum meum ſavirum, ſicut Francus Homo per rectum eſſe debet ſuo Regi. Sic me Deus adjuvet, & iſtæ reliquiæ &c.* Conf. *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. IX, §. 39, p. 524; & *Limnæus*, Lib. 1 *Jur. Publ.* Cap. 7, §. 37, p. 77 & 78. Alias formulas oſtendimus apud *Goldaſtum* T. 3 *Conſtit. Imper.* p. 290. Sequiori ævo, præſtitum tale Sacramentum: *Ego juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, quod, à modo in ante, ero fidelis huic, ſicut debet eſſe Vaſallus Domino: nec id, quod mihi, ſub nomine fidelitatis, commiſerit Dominus, pandam alii, ad ejus detrimentum, me ſciente &c.* Vid. 2 F. V. & *Spelman* l. c. pag. 225; Recentior, longeque prolixior formula alia occurrit 2 F. VII. perquam ſimilis tertiæ, quam ex *Sigonio* modò adduxi, quarumque altera ex altera omninò deſumpta eſſe videtur; eandem legis apud *Spelmannum* l. c. pag. 226. Quali Juramento Epiſcopi & Civitates Italiæ Imperatori *Friderico I*, An. 1158 ſe obſtrinxerint, docet *Radevicus*, de *Rebus Geſtis* Ejus, lib. 1, Cap. XIX, p. m. 488, verbis præced. lib. 1, Tit. V, in Vita *Friderici I*, Imp. v. 4, p. 581, occurentibus; Conf. *Hachenbergii Germania Media*. Diſſ. IX, de *Re Feudali veterum Germanorum*, §. 17 & 18, p. 340 & 341. In præſentiarum formulæ variant. Notandum inſuper, *Juramentum fidelitatis* non eſſe de *eſſentialibus*, ſed ad *naturalia* tantum referendum, proinde à Domino Feudi remitti poſſe; quia ſola *fidelitas* hic conſideratur, quæ & *ſine juramento* præſtari poteſt. Vid. *Stryck Examen Jur. Feud.* Cap. 2, Q. 22, p. 32, & Cap. 13, Q. 3, p. 186, omneſque, quos hoc titulo laudat *Vultejus* de *Feudis* Lib. 1, Cap. 6, §. 40, p. 97; & *Schrader* de *Feudis*, Part. 2, C. 2, §. 26, &c. p. 19; *Roſenthal* de *Feudis*, C. 2, c. 60 & 66; *Ludwell, Synopſ. Jur. Feud.* c. 14, p. 359, Q. 12; *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. 8, §. 7, p. 274. Nititur etiam hæc ſententia textibus perſpicuis 2 F. 3, in fin. & 2 F. 24, §. 1, in fin. Civitatem *Lubecenſem* immunem eſſe à præſtando Imperatori homagio, ex *Fritſchio*, p. 2, *Elect. Jur. Publ.* c. 6, docet Ill. Dn. *Lyncker*, Diſſ. de *Libertate Statuum Imperii*, An. 1699, Jenæ, a Dn. *Bauſſio* habita, Sect. 1, §. 2, p. 17, quamvis *Knipſchildius* de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 3, C. 32, p. 79, & ſeqq. ubi de Juribus Civitatis hujus, profeſſo ſtudio agit, nihil de hoc tradat; *Argentoratum*, Patriam meam dulciſſimam, pari privilegio quondam fuiſſe gaviſam, ex actis conſtat Anni 1660, cum Imperator *Leopoldus*, per *Fridericum Caſimirum*, Hanoviæ Comitem, ab Ea Homagium exigeret, reſpondentibus Argentoratenſibus: Se, ab *Ottonis III* Imp. ætate, nemini Cæſarum Sacramentum fidelitatis præſtitiſſe; elegantes eorum literæ ad Auguſtum, ſub dato *Straſburg*, 17 Sept. 1660, apud *Lundorpium* Tom. VIII *Act. Publ.* lib. IX, Cap. XXII, p. 705 &c. *Theatr. Europ.* Tom. IX, p. 11 &c. *Diarium Europ.* Contin. IV, p. 251 &c. *Fritſchium* ad *Limnæum*, Lib. 7, Cap. 3, p. 209 &c. reperiuntur; conf. *Knipſchilds*, l. c. Lib. 2, Cap. 1, §. 69, p. 169; & lib. 3, Cap. 51, Tit. Srasburg, §. 60, p. 880; *Cruſius*, de *Præcedentia*, lib. 4, Cap. 25, §. 4, p. 787 &c. *Sprenger, Lucerna Imperii*, cap. 4, p. m. 237: *Schilter Jus Publ.* Lib. 1, Tit. XIX, §. 12. p. 206; *Bœcleri Notitia Imperii*, lib. XI, Cap. V, p. 206 & 207; *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Principio Moſellæ Auſonii*, §. XV, p. 20. Facit in eandem rem: *Außzüge der Statt Straßburg Alt-Herkommen, und beſtettigte Freyheiten: keinem Keyſer ſwœren:*

Zu dem Erſten, iſt die Statt Straßburg alſo fry, daß man in keinen Geſchrifften findet, das von Gezitten Keiſer Otten III, *under Welchem die Churfürſten des Reichs uffgeſetzt worden,*

worden, als man zalt von der Geburt Chriſti, *Tuſent und ein Jor, die Statt* Straſsburg *kheinem Ræmiſchem Keiſer, oder Künig je gehüldet, noch geſworen hat, ſondern iſt Sie eins ſolchen, durch Irer Fromkeit, Truwe und Glouben, domit Sie Sich by und an dem H. Rich alzit ehrlich, læbelich, wol und gehorſamklich, gehalten hat, bizhar gnediglich erloſſen worden, für alle ander Statt deß Richs, welche alle ſolche Pflicht und Hulden gethon haben, und thun müßen, als man deß auch Schin hat, und ſchrifftlich Erfahrung.*

Vid. *Fritſchius* ad *Limnæum*, Lib. VII, cap. 3, lit. P. pag. 238 & 239, ſubnectens: *Was dieſes* Manuſcriptum, (*und aus demſelben Limnæus* de Jure Publico, Lib. VII, cap. 3, §. 10. p. 73) *von Zeiten Kayſers* Ottonis III, *meldet, iſt nicht dahin zu* reſtringiren, *als ob die Statt* Straſsburg *etwa vorhin gedachtem Kayſer* Ottoni III, *oder Seinen Vorfahren am Reich gehuldigt hätte, und allererſt nach ſolcher Zeit des* Homagii *erlaſſen worden wäre: dann weilen Sie, vermœg obangezogenen* Diplomatis, *D.* (Scil. *Ottonis II*, de An. 982, ibid. p. 227) *ſchon lang zuvor, und bey Regierung der Frænckiſchen Kœnigen, befreyet worden, haben Dero Nachfolgere Ihro, als einer freyen Statt, dergleichen* Homagial *Eyd ſo wenig zugemütet, als auch Sie zu ſolchem ſich jemahls bequemet.* Ex hoc capite denegarunt Argentoratenſes An. 1473 *Friderico III.* Imp. homagium, teſte *Jacobo von Kœnigshoven*, in *Chronico Alſatico*, Cap. V. §. 227, p. m. 378, ubi: *Er* (Cæſar) *mütet den von* Straſsburg *zu, daß Sie ihm ſchweren ſolten, als einem Zytlichem Heren, da doch nie kein Keiſer geton hat, ſich daß ſie fry würdent geſetzet; do wider lent ſich die von* Straſsburg, *und ſprochent: Künig und Keiſer hant brieff, das wir dem Rich ſollont dienen zu billichen Zyten, dem H. Rich gehorſam ſin, das wollen wir tüne; on das wollent wir nit tüne;* (i. e. fideles erimus Imperio, aſt Homagium non præſtabimus) *alſo reit der Keiſer, uff Zinſtag vor* S. Adolffs *Tag, und für gen* Friburg &c. Cum *An.* 1547, 26 Mart. *Carolus V*, Imp. per *Chriſtophorum de Schaumberg*, his non obſtantibus, Argentoratenſes ad Homagium induceret, hac formula declarandum:

Wir Meiſter und Rath dieſer Freyen Reichs-Statt Straſsburg, *globen und ſchweren, daſs wir ſollen und wollen dem Allerdurchleuchtigſten, Großmechtigſten, und Unüberwindlichſten Fürſten und Herrn, Herrn* Karle, *Ræmiſchem Keiſer, zu allen zeiten Merern des Reichs &c. Unſerm Allergnedigſten ewigen rechten Herrn, als eine Freye Statt des H. Reichs, treu und hold ſeyn, auch alles thun, was wir, als eine Freye Statt des Reichs, nach unſern Freyheiten, und altem Herkommen, zu thun ſchuldig und pflichtig ſeynd. Als Uns helff Gott, und die heiligen* Evangelien (Vid. *Fritſchius*, l. c. p. 240 & 241, lit. R.)

Peculiari ſcripto deſuper proteſtati ſunt, dicentes inter alia: *Hierauf* proteſtiren *und bezeugen ſich die Edlen, Geſtrengen, Ehrnveſten, Fürſichtigen, Erſamen und Weiſen Herren, Meiſter und Rat der Statt* Straſsburg, *daß Sie, durch jetzgethanen gegenwärtigen iren* Actum, *oder Handlung, irem unverdencklichen Herkommen,* Libertat *und Freyheiten, daß ſie zuvor nie keinen Ræmiſchen Keiſern geſchworen, damit keines wegs einigen Abbruch, oder Schmalerung gethan, noch ſich dardurch andern nachkommenden Ræmiſchen Keiſern, gleicher maßen zu* juriren, *in einigen Weg* obligirt *oder bündtlich gemacht, ſondern allein jezt regierender Kayſerl.* Maj. *Unſerm Allergnedigſten Herrn, vermög abgeredter und uffgerichter* Capitulation, *gehorſamlich Hüldigung gethan haben wollen; wie auch der Hochwürdig Fürſt und Herr, Herr* Anthoni Perenot *von* Gravelle, *Biſchoff zu* Arras, *der Kayſerl. Maj. Oberſter Rath, in der gehabten Unterhandlung zu* Nordlingen, *eins Erſamen Raths Geſanten mehrmals gnedige Vertræſtung gethan, daß gegenwertige Hüldigung einem Erſamen Rat, und gemeiner Statt in künfftigen Zeiten, an dem Alten Herkommen und* Libertæten, *mit nicht* præjudiciren, *oder verletzlich ſeyn ſolte, noch würde &c.* Vid. ibid. lit. S. pag. 241. Immunitate hac freti reſponderunt etiam, *Samſtags am* 22 April. An. 1620 Electorali Collegio, *Mülhuſii* congregato, apud *Lundorpium*, Tom. 2, *Act. Publ.* Lib. V, Cap. XXVIII, p. 38: *Gleich wie aber unſere Geliebte und geehrte Vorfahren frey zum H. Reich kommen, und ſolche ihre, vor jetzbemelter Herbeytrettung zum Reich, wohl hergebrachte* Libertät *und Freyheit auf Uns, Ihre Nachkœmbling,* continuirt, *deren ſich auch Weyland Ræmiſche Kayſer und Kœnige ſo miltiglich jederweilen erinnert, daß Ihren Kayſerl. und Kœnigl.* Maj. Maj. *weder Wir, noch Unſere Bürgerſchafft, jemahls gehüldiget, oder Pflicht erſtattet; und als auch etwan dergleichen begehrt, und aber Unſere Vorfahren am Stadt-*Regiment *ihr Herkommen und Freyheit dargegen eingewendet, Sie unangefochten darbey gelaſſen worden, und nichts deſto weniger den Ræmiſchen Kayſern, Kœnigen, und dem H. Reich, treu und hold geweſen und geblieben &c.* Conf. *Bruning*. diſſ. de *Homag. Subject.* §. 352; & *Limnæus*, Tom. 4. Addit. ad Lib. VII, Cap. 3, §. 10, p. 152.

(*e*) SCEPTRI TRADITIONE &c. De Inveſtituris *per Sceptrum & Vexillum*, dictum aliquid præc. §. 9, lit. a; & Lib. 1, Tit. XV, §. 22, lit. g, pag. 1391. De antiquiſſimo hoc inveſtiendi more, teſtatur jam *Fauſtus*, in vita S. *Mauri* Abbatis, Sec. VI florens, Cap. 36, apud *Surium*, d. 15 Januar. p. 2, 3, *Theodeberti*, Francorum

Regis memor: *Vocansq; ad ſe Nepotem ipſius Flori, nomine Ladramnum, dedit, per Sceptrum Regale, quod manu geſtabat, quæcunque Florus, patruus ejus, ex Regali poſſederat dono &c.* Non minus Tranſactio *Henrici V.* Imp. cum *Calixto* 2. P.R. circa Inveſtituram Eccleſiaſticam, de An. 1122, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8. lit. a, pag. 65, verb. *Electus autem* (Præſul) *Regalia, per Sceptrum, à Te recipiat &c.* Conf. *Otto Friſing.* lib. VII *Chron.* Cap. 16, p. m. 148. Laicos etiam quandoque *per Sceptrum* fuiſſe inveſtitos, docet Exemplum *Lucani* Ducis, An. 1328, ſeq. §. 19, lit. a.

(*d*) VEXILLI TRADITIONE &c. Hinc ortum vocabulum *Fahn-Lehen*, de quo præced. §. 9, lit. a quædam in medium protuli. Quo tempore hic mos inveſtiendi cœperit? certo definiri nequit. In *Chronico Lauriſhamenſi*, in vita *Bennonis* XXXII Abbatis, tempore *Henrici IV* Imp. clari, apud *Freherum*, p. m. 88, habetur; *Septem Principalia Beneficia, quæ vulgo appellantur Volleben, morte ſeptem Nobiliſſimorum Eccleſiæ Fidelium, in unam perſonam Godofridi* (C.P. Rheni) *in brevi devoluta ſunt, &, poſt ipſum, ad Generum ejus, Ducem Welephonem, tranſierunt, maximo videlicet Eccleſiæ detrimento; exinde ſiquidem Militaris Clipeaturæ, ſcilicet Hereſchilt, integritas confuſa, atque in diverſa diſtracta eſt &c.* Exiſtimant, poſt *Freherum*, *Du Freſne* Gloſſ. voc. *Fahnelen*, p. 344, *Schilterus*, Comment. *Jur. Feud. Alem.* Cap. 1, §. 1, v. 5, p. 23; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio Hallenſi*, §. 97, p. 95, aliique multi, emendandam hic vocem *Volleben*, in *Vonleben*, quaſi *Vanleben*. Etiamſi autem vocabulum *Volleben*, in ſenſu naturali retineamus, denotans ſcilicet *Feudum integrum*, ſeu *completum & indiviſum*, palam eſt, non alia hic indigitari *Feuda* quàm *Vexilli*; innuentibus id phraſibus: *Nobiliſſimorum Fidelium, & Militaris Clipeaturæ*, quippe quæ non niſi Vaſallos primi Ordinis, ſeu *Capitaneos*, reſpiciunt; præter quod interpretatio hæc adductis ex Cap. XX *des Lehen-Rechts* verbis, præced. §. 9, lit. a, v. 3, apprimè congruat, inſuperque locum nonnihil illuſtret *Ottonis Friſingenſis*, lib. 2, de *Geſtis Friderici I* Imp. Cap. V, p. m. 448: *Eſt enim conſuetudo Curiæ* (Imperialis) *ut Regna, per Gladium; Provinciæ, per Vexillum, a Principe tradantur, vel recipiantur &c.* Ecce, Præſul hic, jam ſua ætate, *Inveſtituram per Vexillum*, *Conſuetudinem Curiæ* vocat! De qua etiam *Güntherus* Poëta Lib. 1 *Ligurini* teſtatur, verbis præced. Lib. I, cap. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1152, p. 127 occurrentibus. Ad Exempla ut eamus, ſcribit *Wilhelmus Tyrius*, lib. XII *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, in vita *Balduini* 2 Regis, *Henrico V* Imp. coævi, Cap. 4, p. m. 818 & 819; *Adeptus ergò Regni Solium ſollicitus de Comitatu Edeſſano, quem ſine Duce dimiſerat, Joſcelinum, Conſanguineum ſuum, vocat --- Eique, tanquam qui Regionem illam plenius noverat, Comitatum donat, ſumtaque fidelitate, per Vexillum inveſtit, & inducit in poſſeſſionem &c.*

An. 1152, decidit Imperator *Fridericus I*, in Comitiis Merſeburgicis, litem inter *Canutum* atque *Suenonem*, de Regno Daniæ ſecum invicem contendentes, ortam: *Suenone, per porrectum Gladium, in Regno confirmato; & Canuto, per Vexillum, de Provinciis quibuſdam inveſtito &c.* Vid. *Otto Friſingenſ.* l. c. neſciam licet, quo fundamento, *Canuto Guvotonis*, & *Suenoni* nomen *Petri*, imponat; add. præced. Lib. 1. Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 116 & 127.

An. 1156, idem *Otto*, l. c. Cap. 31, p. 473, reſtitutæ *Henrico Leoni* Bavariæ, erectique, in Vitrici ipſius, *Henrici* Auſtriaci, favorem, ex Marchionatu, Ducatus Auſtriaci memor, ait: *Henricus, Major natu* (Auſtriacus) *Ducatus Bajoariæ, per Septem Vexilla, reſignavit; quibus Minori* (Henrico Leoni) *traditis, Ille, duobus Vexillis Marchiam Orientalem cum Comitatibus adeam ex antiquo pertinentibus, reddidit; exinde de eadem Marchia, cum prædictis Comitatibus, quos tres dicunt, judicio Principum, Ducatum fecit, eumque non ſolum ſibi, ſed & uxori, cum duobus Vexillis, tradidit &c.* Vid. præced. lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 128 & 129, Add. *Güntherus* Poëta in *Ligurino*, Lib. V, circa finem, p. m. 365, canens:

Nam patruus Regis, per ſeptem ſigna, Ducatum
Rite reſignavit: quæ tradidit Ille Nepoti.
E quibus Ille duo Patruo tradenda reſignans,
Auſtriaca Jura Viro pariter ceſſura reliquit.
Marchia tunc tellus erat hæc, nunc vero Ducatus &c.

De Patruo *Henrici Leonis*, modò laudati, *Welfo*, inquit *Conradus Urſpergenſis*, in vita *Friderici I* Imp. p. m. 221 (in veteri Editione p. 302) *Welfus, totam Militiam ſuam in Tuſciam movens, maximum Conventum apud S. Geneſium habuit, ubi Baronibus Terræ ſeptem Comitatus, cum tot Vexillis, conceſſit &c.* Quæ Monachus *Weingartenſis* in Chronico de *Guelfis Principibus* Cap. 13, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*. T. 1. *Rer. Brunſuic.* p. 790, totidem ferè verbis, repetit.

Ottonem Illuſtrem, Ducem Bavariæ conſecutum fuiſſe ab Imperio *Feudum Vexilli*, diſcimus ex diplomate *Friderici* 2 Imp. An. 1217, præced §. 9. lit. a, v. 4.

An. 1180, fatetur ſæpe fatus Imperator *Fridericus I*, ſe ſolenniter, *Imperiali Vexillo*, inveſtiviſſe *Philippum* Colonienſem, de portione Ducatus Weſtphaliæ & Angariæ; Vid. præced. §. 9, lit. a, v. 4. De ſequioribus temporibus, id nihil habet dubii, v. g.

An. 1207, in diplomate *Philippi* 2, Imperatoris, *Thomæ* Sabaudo dato, teſte *Du Freſne*, Gloſſ. voc. *Inveſtitura per Vexillum*, p. 114, legitur: *Thomas, Comes de Sabaudia --- Feudum ſuum --- de manu Noſtra recepit; Noſque Eum, juxta priſcam Imperii conſuetudinem*

ſuetudinem, de Univerſis Bonis illis --- per tria Vexilla, inveſtivimus &c.

An. 1212, commemorat *Godefridus Colonienſis*, transtuliſſe *Ottonem IV* Imperatorem, *cum ſex Vexillis*, Bohemiam, in proſcripti *Ottocari* Regis filium. Vid. præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 152.

An. 1217, contulit *Fridericus* 2 Imp. *Ulrico*, Patavienſi Epiſcopo, *Feudum Vexilli*, quod *Otto Illuſtris*, Bojorum Dux, ab Imperio quondam habuit; Vid. præced. §. 9, lit. a, v. 4.

An. 1235, erigendo Ducatum Brunſuicenſem & Luneburgenſem, inquit laudatus Imperator, apud *Meibomium* Tom. 3, *Rer. German.* p. 207: *Conſanguineum Noſtrum, Ottonem, Ducem & Principem facientes, Ducatum ipſum in Feudum Imperii Ei conceſſimus, ad hæredes ſuos, Filios & Filias, hæreditariè devolvendum, & Eum ſolenniter, juxta conſuetudinem, inveſtivimus per Vexilla &c.*

An. 1258. In diplomate, quo *Alfonſus*, Romanorum Rex, *Friderico* Lotharingiæ Duci Ducatum cognominis, cum Comitatu *Romarici*, vulgò *Remiremont*, in Feudum conceſſit, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, Part. 1. *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, § XIII, p. 19, & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, *IV Abtheilung, XIV Abſatz*, §. 1, p. 297, offendimus ſequentia: *Sedentibus Nobis in Publica Curia Noſtra, & Te, dicto Duce & Comite, flexis genibus ante pedes Majeſtatis Noſtræ exiſtente, inveſtimus Te, dictum Ducem & Comitem, de quinque Vexillis, in ſignum quinque dignitatum, quas in Feodum ab Imperio tenere debes, Et de infra ſcriptis dignitatibus & Feudis Primum Vexillum damus Tibi, pro Ducatu in Feudum --- Tertium quoque Vexillum damus Tibi in ſignum pro Feudo, & nomine Feudi, de Comitatu Romaricenſi &c.*

An. 1276, facta mentione compoſitionis inter *Rudolphum* Imp. & *Ottocarum*, Regem Bohemiæ, hæc occurrunt in *Hiſtoria Auſtrali* apud *Freherum*, T. 1, *Rer. German.* p. 328: *Rex Boëmiæ in Caſtris Regis Romanorum, cum XXXVI Vexillis, ante Viennam, circa Danubium, flexis coram Eo genibus, in præſentia multorum Principum, Spiritualium & Secularium, Terras ſuſcipiens ſupra dictas, Regique Romanorum deinceps obedire & aſtare fideliter juratus compromiſit &c.* Idem factum recenſens *Dubravius* lib. XVII *Hiſtoriæ Bohemicæ*, p. m. 142, ait: *Abominantem rurſus Othogarum dignitatem ſuam, Rudolpho ſubmittere perſuadent Proceres, non minus Cæſarem, ob veterem familiaritatem, quam Regem ſuum, reſpicientes, ut ſe fidei Cæſaris committat. Quod cum Ille facit, atque, ut mos habet, quinque Vexilla Cæſari de manu ſua offert, reſtituit duo Ille duntaxat, ac ſibi tria Auſtriæ videlicet, Carinthiæ, & Styriæ nomine, retinet, quaſi tutelæ interim titulo poſſideret, dum matrimonium, recens conciliatum, ad effectum perduceretur, tum deinde illas quoque Regiones Wenceslao, Othogari filio, pro dote acceſſuras: addita ad hanc vafriciem illa inſuper contumelia, per tentorium machinoſum, ita concinnatum, ut, laxatis funibus, confeſtim in partes rueret. Dum igitur genu adhuc nixus ante Tribunal Cæſaris procumberet, repente tentorium diſſolutum eſt, atque utrique Exercitui Othogarum ſpectandum præbuit, Germanis ignominiæ applaudentibus, contra Bohemis dira deteſtatione illam proſequentibus, mirumq; in modum admirantibus, quidnam Regi acciderit, quod tam ſubmiſsè abjecteque ſe Rudolpho proſtraverit &c.* Conf. *Æneæ Sylvii Hiſtoria Bohemica*, Cap. XXVII, p. m. 135 & 136; & præced. Lib. 1, Tit. V, in vita *Rudolphi I* Imp. ad An. 1276. p. 630 & 631.

An. 1326, *Woldemarus*, Rex Daniæ, in literis feudalibus, quibus *Gerhardum*, Holſatiæ Comitem, de Ducatu *Jutiæ* inveſtivit, apud *Lundorpium* Tom. XII *Actor. Publ.* Cap. 119, p. 343; nec non Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Cod. Dipl. Juris Gentium*, in Mantiſſa, p. 147; & *des Hochfurſtl. Hauſſes Schleſwig-Hollſtein*-Gottorp, *in denen Erbtheilungs*-Unions-defenſions *auch andern* Receſſen, *Lehen-Briefen, Friedens*-Inſtrumenten *und Vertragen, Gegründete Gerechtſame*, de An. 1683, §. VI Documentorum, p. 33 &c. hac formula utitur: *De quo quidem Ducatu Jutiæ ipſum Comitem Gerhardum infeudavimus, more Principum, cum Vexillis, dictis Fanen-Leben, & præſentibus infeudamus &c.*

An. 13 9, Inveſtiviſſe legitur *Güntherus* Rex *Henricum* Moguntinum, 50 Vexillis, teſtibus *Annalib. Francofurtenſibus Johannis Latomi*, apud *Goldaſtum*, Tom. VI *Politicorum Imperial.* §. 1, p. 360, verb. *Die VIII Febr.* (An. 1349) *in loco Sampſtagsbergk, campana majore pulſata, Rex Guntherus, ſedibus aptatis, Henricum, Archi-Epiſcopum Moguntinum, infeudavit quinquaginta Vexillis. Et ſic juravit Archi-Epiſcopus Regi, & e contra Rex Archi-Epiſcopo Vexillum porrigebat &c.*

An. 1354, *Carolus IV* Imp. in diplomate erectionis Ducatus *Lucemburgenſis*, Metis, in gratiam fratris *Wenceslai*, confecto, apud *Meibomium* l. c. pag. 212, loquitur hoc modo: *Decernimus, & hoc Regali Edicto duximus perpetuo ſtatuendum, quod Tu, hæredes & Succeſſores Tui, Duces Lucemburgenſes, Ducatum & Principatum Lucemburgenſem prædictum, cum omnibus ſuis pertinentiis, à Nobis, nec non à Sacratiſſimis Imperatoribus, ſeu Regibus Romanis, Succeſſoribus Noſtris, & ab ipſo Romano Imperio, quoties opportunum fuerit, debito ſolemnitatis honore*

nore, cum Vexillis, ut moris eſt, & ſolita reverentia, ſuſcipere debeatis &c.

An. 1386, ut Chytraus lib 24, Saxon. p. 67, lib. 23, p. 665 &c. & Reinkingius, de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico, lib. 1, Claſſ. 4, Cap. XVI, §. 13, p. 420, docent; vel 1388, ut in Faſciculo VIII Actorum Publicorum Dano-Holſaticorum, p. 31 & 32, habetur, inveſtivit Margaretha, Daniæ Regina Gerhardum Magnum, Holſatiæ Comitem, de Ducatu Sleſuicenſi, per traditionem Vexilli. In Chronico Holſatiæ, quod Ill. Dn. de Leibnitz, Tom. 1, Acceſſionum Hiſtoricarum edidit, Cap. XXVIII, p. 73, hæc ita recenſentur: Poſt mortem vero Waldemari, Regis Daciæ, filia Ejus, Margaretha, habens filium unum, ex Rege Norwey (Norvagiæ) Haken, (Haquino) cujus Uxor erat, nomine Oleff, Adoleſcentem, in Regno Daciæ aſſumto diademate Regni, valde aſtutè cepit regnare --- advocans Nicolaum, Comitem Holtzatiæ, & cum Eo perpetua pacis fœdera ſtabilivit, & Ipſum in Patrem elegit, & ſupernominavit. At Comitis Henrici Ferrei, fratris ſui, filio Gerardo, de conſenſu Conſiliariorum totius Regni, cum ſolemnitate debita, cum Banderiis, in Caſtro & Oppido Nuborch, in Terra Funia (Funia ſeu Fionia) totum Ducatum Jutziæ, ſive Sleswicenſem, ſibi & hæredibus ſuis, ipſa Regina, cum prædicto ſuo Rege (filio) Olavo, tunc adulto, in throno Majeſtatis ſedentis, coram multis aſtantibus Epiſcopis, Prælatis & Nobilibus Regni Daciæ, ac Terræ Holzatiæ, conceſſit in Feudum, perpetuo poſſidendum. Dictus Gerardus, tunc Dux Sleſwicenſis creatus & intitulatus, flexis genibus coram Rege Olavo, inveſtitura Ducatus accepta, dicto Regi Olavo & Regni ſucceſſoribus, fecit homagium pro ſe & hæredibus ſuis, & fidelitatis præſtitit juramentum &c. Conf. Crantzius, lib. VII Daniæ, Cap. 40, p. 176: Margareta autem Regina, profecta in Jutiam, cum Olavo filio, Proceres Regni Daniæ ſibi devinxit --- Filio ergò Henrici Ferrei, Majori Gerhardo, Ducatum Sleswicenſem deferebat; & inſtituto, de more, ſolenni apparatu, Vexillum Illi, per manus Filii, tradidit, Ducemque creat Illum, Regnique Vaſallum, multis ex Regni Proceribus aſtantibus, & rem omnem verbo & opere commendantibus &c. add. Idem Lib. X, Saxon. Cap. IX.

An. 1395, Wenceslaus Imp. creando Johannem Galeacium Ducem Mediolanenſem, apud Ill. Dn. de Leibnitz, Tom. 1 Cod. Diplomaticè Juris Gentium, § 109, p. m. 258 & 259; & Dn. Lunigium, Reichs-Archiv, part. ſpec. Continuat. 1, Erſte Fortſetzung, V. Abſatz, §. 66, p. 1 &c. ait, §. 5: Tu, Heredes, & ſucceſſores Tui, Duces Civitatis & Diœceſis Mediolanenſis, Ducatum ſeu Principatum eundem, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut ſuperius expreſſatur, à Nobis, nec non a Sereniſſimis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ſucceſſoribus Noſtris, & ab ipſo Romano Imperio, quoties opportunum fuerit, debito ſolemnitatis honore, cum Vexillis, ut moris eſt, & ſolita reverentia, ſuſcipere debeatis, Nobiſque, ac eiſdem Noſtris ſucceſſoribus, in caſibus præmiſſis, ſicut alii Imperiales Duces & Principes, præſtare & facere fidelitatis, homagii, obedientiæ & ſubjectionis debita corporalia juramenta &c.

An. 1416, in Diplomate, quo Sigismundus Imperator, in favorem Amadei, Comitis Sabaudiæ, Ducatum cognominis erexit, apud Ill. Dn. de Leibnitz l. c. §. 126, p. 309 &c. & Dn. Lunigium l. c. Continuat. 2, IV Abtheilung, XII Abſatz, §. 17, p. 25 &c. formula ſimilis occurrit: Decernimus etiam & volumus, ac Regali Edicto duximus perpetuo ſtatuendum, quod Tu, Hæredes & ſucceſſores Tui, Duces Sabaudiæ, Ducatum, ſeu Principatum Sabaudiæ prædictum, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut expreſſatur ſuperius, à Nobis, nec non à Noſtris ſucceſſoribus, Imperatoribus ſeu Regibus Romanis, & ab ipſo Romano Imperio, totiens quotiens oportunum fuerit, debita ſolemnitatis honore, & cum Vexillis, ut moris eſt, & ſolita reverentia, ſuſcipere debeatis: Nobiſque ac eiſdem Succeſſoribus Noſtris, in caſibus præmiſſis, ſicut alii Imperiales Duces & Principes, præſtare & facere fidelitatis, homagii, obedientiæ, & ſubjectionis, debita corporalia juramenta &c.

An. 1425, (alii volunt 1426) in Literis feudalibus, quibus laudatus Imperator, Friderico, Marchioni Miſniæ, Electoratum Saxoniæ conceſſit, apud Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs, Tom. 1, Lib. 4, Cap. IX, p. m. 1125 &c. & Dn. Lunigium, l. c. Part. ſpecial. IV Abtheilung, 2 Abſatz, §. 3, p. 6 &c. extant hæc verba: Die vorige Zahl der Churfürſten wieder zu erfüllen, haben Wir angeſehen, und gütlichen betrachtet des H. Reichs Ehr, Nutz und Beſtes, und auch des jetzt genanten Friderichs Redlichkeit, Vehſtigkeit, Biderigkeit, und Vernünfften --- und haben, als Wir in Unſer Kænigl. Maj. zu Offen gezieret ſaſſen, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, Unſer und des Reichs Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Graffen, Herren, Edlen und Getrewen, den vorgenanten Friederichen zu dem vorgenanten Fürſtenthumb gewürdiget, und mit ſeinen Baniren und Schildt eingeweiſet, und Ihn auch darzu geſchickt &c.

An. 1440, Chriſtophorus III, Rex Daniæ, quum Regni Provincias obiret, perveniſſetque in Jutiam, ibi, ex compoſito, Illi Adolphus, Dux Schleſwicenſis, ac Comes Holſatiæ, occurrens, Feudi poſtulavit de Jure innovationem. Nec diu moratus Rex, apparatu legitimo, per Banerium inveſtivit Illum Ducatu, acceptis, quæ præſtari ſolent, juramentis &c. Sunt verba Alberti Crantzii, lib. VIII Daniæ, Cap. 22, p. 188; Conf. Ejusdem Saxoniæ, lib. XI, Cap. 31, Reinking, de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1, Claſſ. 4, Cap. 16. §. 13, p. 420.

An.

Digitized by Google

An. 1452, 18 Maji, contulit Imperator *Fridericus III*, prima vice Ducatus *Modenæ* & *Reggii* in *Borſum*, Ferrariæ Marchionem, hiſce ſolennibus: *Erat Ferrariæ in foro alte eductum tabulatum, ſive theatrum, aulæis, peripetaſmatibus & tapetis, Regie plane inſtratum inſtructumque, quod cum aſcendiſſet* 18 *Maji, quo die celebratur memoria Aſcenſionis Domini, Propitiatoris noſtri, in Cœlum, Imperator habitu Auguſto & Imperatorio, capiteque diadema illud geſtans, quod Illi Romæ* 19. *Mart. paulo ante impoſuerat Pontifex Maximus, ibidem, ſub Dio, præſentibus infinitis Principibus, Legationibusque & Nobilitate magna Italiæ, Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, reliquarumqui Nationum, nominatim verò adſtantibus, & præſentia ſua hanc actionem cohoneſtantibus, Rege Hungariæ, Ladislao, Imperatoris Cognato, & Alberto, Duce Auſtriæ, ejusdem Cæſaris Fratre: ibi, inquam, tum circumſiſteute inſigni hac Corona Procerum, Fridericus, ejus nominis Tertius, Romanorum Imperator, Borſum auxit ſolenniter Ducatibus Modenæ & Regii, cum Comitatu Rovigenſi, adjecto honore verborum, multisque & magnis immunitatibus---- Ceremoniæ autem præcipuæ tum obſervatæ, in hunc ferè modum ſe habuiſſe dicuntur: Marchio indutus tunica ex auro textili, multis & magnis gemmis paſſim radiante, niſi quod cæteras premerent oſtentatione ſui tres cum primis, quarum una humerum ſiniſtrum, duæ pileum ornabant; Imperatorem adiit, præcedente & præferente Ei Legato, Chriſtino Bevila, ſtrictum Enſen, præeuntibusque Vexillis tribus, quorum primum geſtabat Franciſcus Forzatellus, eratque illud ipſum, quod novo Comitatui Rovigenſi, debebatur; Secundum ferebat Vinceslaus Rangonius, erantque in eo picta Inſignia Modenæ & Regii; tertium, quod Rubrum ex toto, ſupremam Cæſaris & præſentem poteſtatem Majeſtatemque deſignabat, ferebatur a Petro Marocello. Cum hac pompa ubi ad Imperatorem ventum eſt, ilicò Borſus ante Eum in genua procubuit, Qui humaniſſimè ſublatum erectumque juxta conſidere juſſit; indeque mandavit, uti tunica indueretur rubra ſegmentata, muſtelis alpinis duplicata; cui acceſſit Ducalis concolor pileus; ita veſtito Imperator exertum Gladium in manum dedit, eoque ſymbolo Ducem & Comitem declaravit earum, quas ante jam memoravimus, Urbium Ditionumque, in quo finis hujus ſolennitatis fuit.* Sunt verba *Franciſci Modii*, Burgenſis JCti, apud *Goldaſtum*, Part. VI *Politicor. Imperial.* §. 2, p. 161.

An. 1496, cum *Eberhardus* Barbartus, in Comitiis Wormatienſibus ab, Imperatore *Maximiliano I*, de recens erecto Ducatu *Würtenbergico* prima vice inveſtiretur, *haben dieſe nachbeſchriebene Wohlgebohrne Graffen die Rœmiſche Kayſerliche Majeſtat gebeten, Ihren Herren Gnädiglich zu belehnen*: Eitel Ernſt, *Graff zu* Zollern; Häns, *Graff zu* Werdenbeek; Crafft, *Graf zu* Hohenloë. *Darnach hat Er der Kayſerlichen Majeſtat Stuhl laſſen berennen, mit einem Schwartzen und Gælen Fahnen; und auf das berennen, iſt der Fürſt hernach gefolget mit fünff* Banner, *und* 200 *Pferdten*;

Das Erſt, iſt geweſen, das Hertzogthumb zu Würtembergk; *hat getragen* Simon Weckherr, *Graff zu* Zweybrück *und Herr zu* Bitſch.

Das Ander, iſt geweſen das Hertzogthum Teck; *das hat getragen Graff* Wolff *von* Fürſtenbergk.

Das Dritt, die Graffſchafft Mümpelgart, *hat getragen* Simon, *Herr zu* Falckenſtien,

Das Vierdt, iſt geweſen Ein Gelb Banner, *mit einem Schwartzen Adler, des H. R. Reichs Sturmfahnen, hat getragen* Bernhardt, *Graff zu* Eberſtein.

Das Fünfft war gantz Roth, der Blutfahnen, bedeut die Regalia; *hat getragen* Steffan, *Freyherr zu* Gundelfingen &c. Hæc ex actis ipſius Inveſtituræ, apud *Hortlederum, von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. 1, lib. 3, cap. 1, §. 21, p. 813. Conf. præced. Tit. V, Vita *Maximiliani I*, v. 4, p. 714.

An. eod. In iiſdem Comitiis, *in præſentia & conſpectu omnium Ordinum Imperii, Wilhelmum Medium & Wilhelmum Juniorem, Haſſiæ Landgravios, de Principatu Haſſiæ, ejusq; Comitatibus Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, ſub uno eodemque Vexillo, in quo ipſa Principatus & prædictorum Comitatuum Inſignia depicta fuerunt, inveſtitos teſtatur Johannes Oldendorpius, in Facti ſpecie, ante Conſil. Marpurgenſ. V, Vol.* 2. Ita *Reinkingius*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 1, claſſ. 4, cap. 16, §. 14, p. 421.

An. 1525, Ex litteris Inveſtituræ Ducatus *Boruſſiæ*, à *Sigismundo*, Poloniarum Rege, *Alberto*, Marchioni Brandenburgico, factæ, notat *Reinkingius* l. c. §. 13, p. 420, verba: *Et ipſum* (Marchionem) *de illis Juribus* (dicti Ducatus) *per Vexilli Noſtri traditionem, inveſtivimus*. Conf. *Joh. Piſtorius*, Tom. 1 *Corporis Hiſtor. Polon.* f. 230.

An. 1530. 26 Jul. ſolenniſſimè inveſtiti leguntur *Georgius* & *Barnimus*, Pomeraniæ Duces, à *Carolo V*, Imp. in Comitiis Auguſtanis, hiſce ceremoniis: *Die Lunæ, qui ſextus & viceſimus Julii fuit, cum Solium Cæſareum, in excelſo tabulato, ad forum, ubi vinum venale habetur, extructum, ac veſtibus ſtragulis, & tapetibus aureis ... magnificè ornatum & apparatum eſſet, Imperator Carolus V, Ungariæ & Boemiæ Rege, Ferdinando, ac aliquot Electoribus & Principibus, qui in Palatio Ejus convenerant, comitatus, &, circa tertiam pomeridianam, ad tabulatum, in quo Solium extructum erat, equitando progreſſus, prope tabulatum ex equo deſcendit, ac cum Fra-*

tre Ferdinando, & Electoribus, in publicam quandam Senatus domum, & Solii ſiniſtram, ingreſſus, pallio Imperatorio, Ferdinandus vero Regio, at reliqui Electores, ut pota: Albertus Cardinalis & Archi-Epiſcopus Moguntinus, Joannes, Saxo; & Joachimus Brandenburgicus, Electores, ornatu & habitu Electorali, induti fuerunt, ac deinde ædium illarum cœnaculo egreſſi, pontem abulati ordine aſcenderunt ---- Imperatorem, ad Solium ſuum progredientem, Pater purpuratus & Archi-Epiſcopus Moguntinus, Electorali habitu indutus, ac Bohemiæ Rex, Ferdinandus, Regio ornatu & corona aurea ſplendidus & inſignis, pone ſecuti fuerunt. Alii verò Electores, ut puta Saxo & Brandenburgicus, Electorali habitu ornati, & hic quidem Sceptrum Imperatorium, Ille verò Gladium evaginatum, ac Nobilis quidam à Seldeneck, Ludovici, Electoris Palatini Archidapiferi locum tenens, Pomum aureum, quo Orbis figura denotatur, gerentes præceſſerunt. Deinde abſentium Electorum, utpote Archi-Epiſcopi Moguntini (Colonienſis) *qui Comitiis quidem interfuit, ſed, per valetudinem, tunc temporis, domo egredi non potuit, ac Archi-Epiſcopi & Electoris Trevirenſis Legati inceſſerunt. Cum igitur Cæſarea Majeſtas, omnibus Electoribus præſentibus, & abſentium Legatis, aliisque cum Eccleſiaſticis, tum Politicis, Principibus comitata, ad ſolium ſuum, magnificè apparatum, veniſſet, ſummo ſplendore in illud collocata fuit, dextrum Solii Cæſarei latus Electore & Archi-Epiſcopo Moguntino, S. R. Imperii per Germaniam Archi-Cancellario; Ungariæ & Bohemiæ Rege, Ferdinando, Archi-Pincerna, & Nobili à Seldeneck, Electoris Palatini Archidapiferi locum tenente, occupantibus; ſiniſtrum verò, Theodoro, Com. à Manderſcheidt, Theodoro à Stein, Equite Aurato, Colonienſis & Trevirenſis Electorum & Archi-Epiſcoporum Legatis; Joanne, Duce & Electore Saxoniæ, S. R. I. Archimareſchallo, & Joachimo, Electore Brandenburgico, Archi-Camerario, obtinentibus. Deinde, & aliis Ecclefiaſticis & Politicis Imperii Principibus ſeſſiones apparatæ fuerunt, quas tamen, propter Populi circumfuſi multitudinem occupare non potuerunt, ſed ante ſolium Imperatoris conſtituti, ut & Fridericus Palatinus, Majeſtatis Ejus Conſiliarius, ſtando tempus iſtud exegerunt. Cum igitur Imperator & Electores, ut dictum eſt, ſeſſiones ſuas occupaſſent, Septemvir Saxo gladium evaginatum Georgio Guolfgango à Pappenheim, S. R. J. Mareſcallo hæreditario; Elector vero Brandenburgicus, Joachimo Comiti à Zollern, Sceptrum tradebant. Quo facto, Elector Brandeburgicus ſurgens, & ad ſolium Imperatoriæ Majeſtatis progreſſus, Oratione ad Imperatorem converſa, in hanc ferè ſententiam verba fecit: Celſitudinem ſuam Feudum ac Regalia Ducibus Pomeranicis nunc à Cæſarea Majeſtate conferenda, nullo modo probare aut rata habere poſſe, niſi tranſactio illa, à Cæſarea Majeſtate confirmata, locum ſuum habeat, disertè affirmans, ſe jus illud unumquodque Vexillum cum Ducibus Pomeranicis tangendi, & quæ ſui Juris eſſent, à Cæſarea Majeſtate accipiendi, ſibi integrum & reſervatum velle. Qua Electoris Brandenburgici oratione finita, de juſſu & voluntate Cæſareæ Majeſtatis, Elector & Archi-Epiſcopus Moguntinus, per S. R. J. Archicancellarius, Electori Brandenburgico reſpondit: Cæſaream Majeſtatem proteſtationem illam accipere, &, ſecundum eam, rem omnem geſturam eſſe. Qua reſponſione Elector Brandenburgicus contentus ſeſſionem ſuam viciſſim occupavit. Deinde, Georgius, Brandenburgicus, & cum Eo Doctor quidam, ex cœtu Principum prodiens, & Cæſareæ Majeſtatis ſolium accedens, per Doctorem etiam fuit proteſtatus ---- His actis, e veſtigio Cæſareæ Majeſtatis ſolium, per certos, à Ducibus Pomeranicis ad eam rem delectos, pernicibus equis petebatur. Deinde Henricus Megaloburgenſis, Erneſtus Lunæburgenſis, ac Albertus Megaloburgenſis Duces, Ducum Pomeranicorum petitionem Cæſareæ Majeſtati expoſituri, ante tabulatum ex equis ſuis deſcenderunt, ac veſtibus acu pictis, & multis unionibus & margaritis intertextis ornati, pontem ad Solium Cæſareæ Majeſtatis ſtratum juxtim aſcenderunt. Cum verò ad Imperatorem veniſſent, debita reverentia in genua projecti, Cæſarea Majeſtas Ducibus Pomeraniæ Regalia & Feudum conferre dignaretur, ſubjectiſſimè rogarunt, perorante & verba faciente, Henrico Brunſuicenſi duce, qui voce adeo clara, grandi & ſonora rem propoſuit, ut non tantum à Cæſarea Majeſtate, verum etiam ab omnibus aliis aſſiſtentibus Electoribus, ac Principibus, probè percipi & exaudiri poſſet. Hanc petitionem cum Henricus Brunſuicenſis finiſſet, Archi-Epiſcopus ac Septemvir Moguntinus, Seſſionem ſuam relinquens, Cæſaream Majeſtatem acceſſit, & cum Ea re communicata, de voluntate Cæſareæ Majeſtatis, quatuor his Principibus reſpondit: Quod Cæſarea Majeſtas Ducibus Pomeranicis Feudum conferre clementiſſimè vellet. Hoc audito, Henricus Brunſuicenſis tam ſuo, quam patruelium ſuorum, juxta ſe in genibus ſubſidentium, nomine, Cæſareæ Majeſtati ſubjectiſſimè gratias egit, affirmans, ſe Cæſareæ Majeſtatis clementiſſimam voluntatem Patruelibus & Affinibus ſuis, Pomeraniæ Ducibus, declaraturum, & ſtatim ad Cæſareæ Majeſtatis ſolium eos adducturum eſſe.*

Cum, his finitis, quatuor illi Principes viciſſim pontem deſcendiſſent, ac Solium Cæſareæ Majeſtatis, curſoribus equis, altera vice petitum eſſet, tertia demum vice Georgius & Barnimus Fratres ac Duces Pomeranici,

insigni

Digitized by Google

inſigni Equitatu (cujus Equi ſinguli ſingula Vexilla, de more, capitibus affixa habebant) ad Cæſareæ Majeſtatis ſolium accedebant, quibus Decem Vexilla, coloribus & inſigniis diſtincta, præferebantur. Primum, Sanguineum, ſeu Imperiale, Antonius Natzmer, Aulæ Pomeranicæ Mareſcallus, ferebat. Reliqua Vexilla earum Nationum Inſignia depicta repræſentabant, quarum inaugurationem illi à Cæſarea Majeſtate petebant. Quot enim Principatuum ſeu Ditionum inaugurationem Princeps aliquis à Cæſarea Majeſtate petit, tot etiam Vexilla Ei ut præferantur, conceſſum eſt. Hæc igitur ſigna ex Proceribus & Equitibus Auratis Pomeranicis deputati, utpote :

Guolfgangus, Comes ab Eberſtein, & Dominus in Neugart, Sedinianum;
Gotſchalcus à Velthaim, Pomeranicum;
Ludovicus Hane, Caſſubianum;
Joachimus Hane, Vandalicum:
Wedekindus Bugenhagen, Barthicum;
Matthæus Burgk, Rugianum:
Gregorius Ruſtau, Vulgaſtianum;
Guolfgangus à Wedelo, Butzcomianum, ferebant.

Vexilla Duces Pomeranici, veſtibus conchyliatis induti, ac galeris Ducalibus ornati, ſequebantur, ac ad tabulatum, in quo ſolium Cæſareæ Majeſtatis extructum erat, velocibus Equis progreſſi, ex iis deſcendebant, ac pontem juxtim aſcendentes, cum ad Cæſareæ Majeſtatis ſolium venisſent, & cum quatuor prædictis Principibus in genua ſubſediſſent, Henricus Brunſuicenſis, debita reverentia ad Imperatoriam Majeſtatem converſa, ſubjectiſſimè petebat: Ut earum ditionum Regalia, quarum Feudum Duces Pomeranici antiquitus à Romano Imperio accepiſſent, his quoque præſentibus Principibus clementiſſimè conferre dignaretur: Illud Duces Pommeranicos ſummi beneficii loco habituros, & Cæſareæ Majeſtati, nullis non in rebus, quantum opibus & facultatibus poſſint, viciſſim ſubjectiſſimè gratificaturos eſſe.

Hac Ducis Brunſuicenſis oratione finita, Elector & Archi-Epiſcopus Moguntinus, ſeſſionem ſuam relinquens, Imperatorem acceſſit, &, cum Eo re communicata, nomine Majeſtatis Ipſius, reſpondit: Quod petitionem & poſtulata Ducum Pomeranicorum Cæſarea Majeſtas audiſſet, ac Regalia & Feudum Ipſis clementiſſimè conferre vellet.

Hoc facto, Vice-Cancellarius, Coſtnicenſis & Hildeſheimenſis Epiſcopus (Balthaſar Merckhlin) Librum Evangeliorum Cæſareæ Majeſtati obtulit. Deinde, cum Archi-Epiſcopus Moguntinus, S. R. J. per Germaniam Archi-Cancellarius, ad dextram; Epiſcopus verò Hildesheimenſis ad ſiniſtram ſolii Cæſarei ſeſe in genua projeciſſent, ac Duces Pomeranici S. Evangelii verbis manus impoſuiſſent, verbis conceptis jurarunt, Archi-Epiſcopo & Septemviro Moguntino juramentum prælegente.

His actis, e veſtigio Vexillum Imperii, ut & alia, afferebantur, quæ omnia Cæſarea Majeſtas Ducibus Pomeranicis, ut antiquitus fieri conſuevit, alterutra manu tangenda, porrigebat. Elector Brandenburgicus etiam, ut antea, de conſenſu, in Feudum, à Cæſarea Majeſtate Ducibus Pomeranicis conferendum, proteſtatus erat, Seſſionem ſuam reliquens, unumquodque Vexillum tangebat. Deinde Cæſarea Majeſtas, gladium diſtrictum accipiens, manubrio illum tenebat, Principibus & Ducibus Pomeranicis nodum amplectentibus, ut & antiquitus fieri conſuevit. Et ſic Feudum à Cæſarea Majeſtate collatum, per ejuſmodi cerimonias confirmatur. Hæc omnia ex Goldaſti Politicis Imperialibus Part. VI, §. 3, p. 361 &c.

Eodem Anno & die ibidem inveſtitus eſt Magnus Pruſſiæ Magiſter, Gualterus Cronbergius, de qua ſolennitate apud Goldaſtum l. c. §. 4, p. 363 &c. hæc occurunt:
Eodem die, cum Duces Pomeranici Ditionum ſuarum Feudum & inaugurationem à Cæſarea Majeſtate accepiſſent, ſtatim, per nonnullos Reverendiſſimi Principis ac Domini, Dn. Gualtheri Cronbergii, Pruſſiæ Adminiſtratoris, & Ordinis Germanici per Germaniam & Italiam Magiſtri Summi, Deputatos ſolium Cæſarianum, curſoribus equis petitum fuit. Sed priuſquam hoc fieret, Imperator, ut diadema Cæſareum, quo toto illo tempore ornatus fuerat ſibi deponeretur, mandabat. Id quod ſtatim per Archi-Epiſcopum & Electorem Moguntinum, ac Fridericum Palatinum, fiebat, illud Regi Bohemiæ, Ferdinando, S. R. J. Archi-Picernæ, tradebatur: qui, cum aliquamdiu diadema Imperatoris manibus tenuiſſet, Carolo à Limburg, Imperii Romani Pincernæ Hereditario, illud tradidit, quod ſatis longo temporis ſpatio, ut ſimiliter Joachimus, Mareſcallus a Pappenheim, vaginam deauratam enſis diſtricti, tenebat; ad alterum vero Solii Cæſarei latus, Georgius Guolfgangus, Mareſcallus à Pappenheim, Gladium, juxta quem & Joachimus, Comes à Zollern, Sceptrum Imperatorium cuſtodiebat. Cum autem ſolium Cæſareum altera vice, pernicibus equis, petitum eſſet, ac ceremoniarum & temporis ratio requireret, ut diadema Cæſareæ Majeſtati viciſſim ſuperimponeretur, Archi-Epiſcopus & Elector Moguntinus, S. R. J. Archi-Cancellarius, ab Imperii Pincerna Hæreditario, Carolo Limburgo, illud accipiens, Bohemiæ Regi, Ferdinando, tradebat, qui ſeſſionem ſuam relinquens, Cæſaream Majeſtatem accedens, capiti Ejus diadema ſuperimpoſuit.

Iterea, dum hæc ita gererentur, à Pruſſiæ Magiſtro Depu-

Digitized by Google

*Deputati, nempe Huldericus, Comes à Helffenſtein; Hojerus, Comes à Mansfeld; Guolfgangus, Co-
mes a Monteforte, Joannes Comes à Hohenloe,
tabulatum, in quo ſolium Cæſareum extructum erat, equi-
tando attigerant, qui cum ex equis deſcendiſſent, & pontis
iter emenſi, ad Cæſareæ Majeſtatis ſolium veniſſent, in ge-
nua ſubſidentes, debitam reverentiam ſuam erga Cæ-
ſaream Majeſtatem declarabant. Deinde, Comes ab
Helffenſtein in hanc ferè ſententiam verba faciebat.*

*Cum, Invictiſſime Imperator, Semper Au-
guſte, Domine Clementiſſime! Albertus Mar-
chio Brandenburgicus, mutato Ordine, Pruſſiæ
Magiſtratu exciderit, ut Qui, relicta ſpiritua-
li vita, conjugalem ſit ingreſſus, nec eo, quo pro-
miſit, tempore, Feudi & Regaliorum collatio-
nem a Cæſarea Majeſtate petiverit & accepe-
rit, atque hanc quidem ob cauſam, tota Pruſſia,
ejusq; reditus omnes, Cæſareæ Majeſtatis, & Im-
perii Fiſco ſubjaceant, ac Imperator domino ſuo
Pruſſiæ adminiſtrationem jampridem commenda-
rit, hac clementiſſima pollicitatione addita,
quod Feudum etiam atque Regalia ipſi conferre
vellet: igitur ſe & alios, qui juxta ſe in geni-
bus ſubſideant, ad Cæſaream Majeſtatem, a Pruſ-
ſiæ Magiſtro, Domino ſuo Clementiſſimo able-
gatos eſſe, ſubjectiſſime oratum, ut Cæſarea Ma-
jeſtas Feudum Ei clementiſſimè conferre velit.*

*Hac Comitis ab Helffenſtein Oratione finita, Archi-Epi-
ſcopus & Elector Moguntinus, ſurgens Imperatorem acceſ-
ſit, &, cum Eo re communicata, quatuor prædictis Comiti-
bus, nomine Cæſareæ* Majeſtatis, *reſpondit: Imperato-
riam Majeſtatem Pruſſico Adminiſtratori, Gual-
thero Cronbergio, Regalia & Feudum, omni-
umque ditionum inaugurationem, Jura atque
reditus, Clementiſſimè conferre velle. Quo au-
dito, Comes ab Helffenſtein, tam ſuo, quam aliorum, juxta
ſe in genua projectorum, nomine, Cæſareæ* Majeſtati *ſubje-
ctiſſimè gratias egit, ac, cum ſe Pruſſici* Magiſtratus *Admi-
niſtratorem, Dominum ſuum Clementiſſimum, ſtatim ad
Cæſaream* Majeſtatem *adducturum eſſe, dixiſſet, ipſe ac
reliqui omnes conſurgentes, & per pontem deſcendentes,
Equos ſuos viciſſim conſcenderunt.*

*Deinde, cum, Equis curſoribus, ſolium Cæſareum, tertia
vice, peteretur, Ipſe Adminiſtrator, Equitibus trecentis,
inter quos multi Comites, Proceres, & Equites Aurati
erant, comitatus, Cæſareæ* Majeſtatis *ſolium equitando ac-
ceſſit, cui duo præferebantur Vexilla, quorum al-
terum Imperiale, ſeu Sanguineum, Ejusdem Ordinis,
quidam Eberhardus ab Ebingen; alterum verò,
albi coloris Vexillum, in medio partim Aquilam ex-
tenſam, in extremitatibus vero Crucis lilia deaurata, Pru-
tenici Magiſtri Inſignia, habens, Dn. Theodorus à Balen,
ejusdem Ordinis & Livoniæ Magiſtri Legatus fere-
bat. Princeps Ipſe oblongo talari, ex albi coloris Dama-
ſcena confecto, manicas peramplas, & in pectore ac tergo
Crucem deauratam, & Aquilam extenſam, habente, in-
dutus fuit, quem decem ejusdem Ordinis Viri, ejusdemque
coloris veſtibus ac crucibus ornati, ſequebantur.*

*Ad tabulatum, in quo Cæſareæ Majeſtatis ſolium exædi-
ficatum erat, cum Pruſſici Magiſtratus Adminiſtrator,
multis Dynaſtis ac Proceribus comitatus, veniſſet, ex Equo
deſcendit, & ad Cæſareæ Majeſtatis ſolium progreſſus, in
genua ſubſedit, ac Ipſemet, verba faciens, Imperatorem,
ut ſibi Feudum clementiſſimè conferre dignaretur, ſubje-
ctiſſimè rogavit. Quod ſe facturum eſſe per Archi-Epi-
ſcopum & Electorem Moguntinum, Imperator ei clementiſ-
ſimè promittebat.*

*Cum igitur Liber Evangeliorum Cæſareæ Majeſtati tra-
ditus eſſet, illaque ambabus manibus eum teneret, ac Pruſſiæ
Magiſter Evangelii verbis manus impoſuiſſet, conceptis
verbis juravit, Moguntino Archi-Epiſcopo praeunte.* (præ-
legente) *Deinde, utraque Vexilla, Sanguineum
ſcilicet & Album, Cæſareæ Majeſtati tradebantur,
ut Princeps ea tangeret, Quo facto, ſtatim, ut
antiquitus fieri conſuevit, de tabulato in vulgus
mittebantur. Deinde Gladius evaginatus Im-
peratori tradebatur, qui, manubrio illum tenens,
Principi nodum manibus amplectendum & o-
ſculandum porrigebat. Cum autem non tantum Eccle-
ſiaſticus, ſed & Politicus Princeps eſſet, Sceptrum quo-
que Imperiale per Cæſarem Ei tangendum daba-
tur---. Quibus actis Imperator de ſolio & Majeſtate ſua
conſurgens, ac omnes Electores ſeſſiones ſuas relinquentes,
cœnaculum viciſſim ſunt ingreſſi, ac ornatu depoſito, &
Regiis palliis exutis, Ungariæ & Bohemiæ Rex, Ferdinan-
dus, omnesq; Electores & Principes, Cæſaream Majeſtatem
ad Palatium uſque, debita reverentia, deduxerunt &c.*

An 1548, 24. Febr. inveſtivit laudatus Imperator, in Comitiis Auguſtanis, itidem *ſub dio, Mauritium,* Electorem Saxoniæ, *Hortledero* teſte, T. 2 *Von Urſachen des Teutſchen Kriegs,* Lib. 3, Cap. 84, p. 923, hoc modo: *Dieweil Ihro Majeſtæt, umb allerhand Urſachen willen, beſchloſſen, ſolche Belehnung Seiner Churfürſtlichen Gnaden offentlich unter dem Himmel zu thun, iſt etliche Tage zuvor, auf dem Wein Marckte, ob und an dem Tantzhauſe, ein Stuhl, oder Pallaſt, aufgericht, und den* 24 Februarii, *mit güldenen Stücken, und andern Tapezereyen, køſtlich bekleidet worden. Denſelben Tag, ungefæhrlich umb* 3 Uhr *Nachmittage, iſt die Hæchſtgedachte Ræmiſche Kayſerliche Majeſtæt, mit den andern Fürſten Churfürſten, nemblich, Meintz, Trier, Cœlln, Pfaltz und*

und Brandenburg, auch etlichen Fürſten mehr, auf den Stuhl, und von dannen auf das Tantzhauß, gegangen, da dan Ihre Maj. durch Marggraff Joachim, Churfürſten zu Brandenburg als des H. Reichs Ertz-Cammerern, mit dem Kayſerlichen Ornat und Habit, wie in ſolchen Fällen gebræuchlich, bekleidet, und angethan worden; als nun Ihr Majeſtæt, deßgleichen die Hochgedachten Fünff Churfürſten, mit Ihren Churfürſtlichen Habiten, alle angethan geweſen, iſt Ihre Majeſtæt, ſampt den Churfürſten, wiederumb herfür auf den Stuhl gekommen, die gewæhnliche Seſſion genommen, und alſo in Ihrer Kayſerlichen Crone, Zierheit und Majeſtæt, wie in ſolchen Fällen einem Ræmiſchen Kayſer gebühret, auf den Pallaſt geſeſſen. Es ſeynd auch der Kayſerl. Maj. Trommeter und Heertrommeln oben über dem Stuhl verordnet geweſen, die Ihrem Gebrauch nach, geblaſen, und die Trommeln geſchlagen.

Als iſt Erſtlich Hertzog Moritzen, des Churfürſten von Sachſen, Vorzug, mit der Blut-Fahnen, aus einer Gaſſen herfür gerückt, und hat den Stuhl, dem alten Gebrauch nach, berannt, und ſeind die Reuter in Sammet gekleidet geweſen, haben auf den Hüten, deßgleichen auf den Gæulen, alle kleine Rothe Fæhnlein geführt, darinnen das Churfürſtliche, und Fürſtliche Sächſiſche Wapen gemahlt war.

Indes hat Hertzog Moritz, Churfürſt in ſeinem Churfürſtlichen Habit, mit einem andern Hauffen, darunter auch der mehrer theil gantz ſtattlich, und ſonderlich in Sammet, gekleidet, und, ſowohl als im erſten, eitel Fürſten, Grafen, Herren, Ritter und Edelleute, geweſen, gegen dem Stuhl über, in einer andern Gaſſen gehalten, und vor Seiner Churfürſtl. Gn. zwælff Trommeter, ſampt einer Heer-Trommel.

Von ſolchem Hauffen ſeind, nach gewæhnlicher Berennung des Stuhls, Hertzog Henrich zu Braunſchweig; Pfaltz-Graff Wolffgang bey Rhein; und Hertzog Albrecht zu Bayern, vor den Stuhl gerückt, hinauf gegangen, und, nach gebührlicher dreyfacher Reverentz, vor der Kayſerl. Maj. demüthiglich auf die Knie gefallen, und alſo knieendt, von wegen Hochgedachtes Hertzog Moritzen, Churfürſten zu Sachſen, umb die Leben, auch geſampte Belehnung, unterthænigſt angeſucht und geworben.

Auf ſolche Anwerbung, hat die Ræm. Kayſ. Maj. ſich mit den Hochgedachten Fünff Churfürſten unterredet, und folgends, durch den Churfürſten zu Maintz als des H. Reichs Ertz-Cantzler, ungefæhrlich dieſe Antwort geben laſſen: Daß Ihre Maj. Hertzog Moritzen, dem Churfürſten zu Sachſen, die Lehen jetzo alſobald zu thun, allergnædigſt erbœtig und geneigt wære, da Er ſelbſt zur Stelle kommen, und dieſelbe ſuchen und bitten würde.

Dieſer allergnædigſten Antwort haben ſich die drey Fürſten, von wegen des Churfürſten zu Sachſen, zum allerunterthænigſten bedanckt, und ſeind, mit gebührender Reverentz, von der Kayſ. Maj. abgetretten, wieder auf die Gæule geſeſſen, zu Hochgedachtem Churfürſten geritten, und haben ſolche der Kayſerl. Maj. allergnædigſte Antwort Seiner Churfſ. Gn. vermeldet.

Darauf iſt Hertzog Moritz, Churfürſt, alſobald mit obgedachtem ſeinem Hauffen foregerückt, und zu dem Stuhl gerennet, und ſeind Seiner Churfürſtl. Gn. folgende Lehenfahnen vorgeführet worden, nemlich:

(1) Hertzog Heinrich zu Braunſchweig hat die Churfahne geführet.

(2) Hertzog Philip zu Braunſchweig: Sachſen.

(3) Hertzog Carl Victor zu Braunſchweig; Thüringen.

(4) Graff Chriſtoph zu Regenſtein; Meiſſen.

(5) Graff Hans Henrich zu Leiningen; das Burggraffthumb zu Magdeburg.

(6) Graff Hans zu Ortenburg; die Pfaltz zu Sachſen.

(7) Herr Bertoldt von der Leipp, auf Kromaw, des Kænigreichs Bœhmen Erb-Marſchall; die Graffſchafft Brene.

(9) Herr Wilhelm von der Leipp auf Kromaw; die Herrſchafft an der Pleiſſe.

(9) Graff lick zu Salm; das Burggraffthumb Altenburg.

(10) Und Chriſtoff von Ragewitz, die Regalia, oder Blutfahnen.

Wie nun Seine Churfürſtl. Gn. vor den Stuhl gekommen, iſt dieſelbige, mit den Hochgedachten 3 Fürſten, ſo um die Leben geworben; deßgleichen den andern Fürſten, Graffen, und Herren, ſo die Lehenfahnen, wie obgemeldet, geführet, und, neben Seiner Churfſ. Gn. Graff Hans Hojer zu Mansfeld, als der, der ſæmptlichen Belehnung halben, von wegen Seiner Churfürſtl. Gn. Bruders, Hertzogs Auguſti, mit anzugreiffen, gevollmæchtiget geweſen; It. Herr Chriſtoff von Taubenheim auf Bedrau; Herr Conrad von Baummelberg, und Herr Moritz von Feylitzſch, alle drey Ritter, als Seiner Churfſ. Gn. Ræthe und Diener, abgetretten, und ſeind alle ordentlich nach einander, mit gebührender Ehrerbietung, auf den Stuhl gegangen.

Zum Erſten, giengen die Fürſten, Graffen und Herren, ſo die Lehen und Blut-Fahnen geführet, tratten je fünffe auf die eine, und fünf auf die andere Seiten; nemblich, zu der Rechten ſtunden:

Hertzog Heinrich zu Braunſchweig, mit der Chur-Fahne.

Hertzog Carl Victor zu Braunſchweig, mit Thüringen.

Graf Hans Heinrich zu Leiningen, mit dem Burggraffthumb Magdeburg.

Herr Bertoldt von der Leipp, auff Kromau, mit der Graffſchafft Brene.

Graff Eck zu Salm, mit dem Burggraffthumb zu Aldenburg.

Zu der Lincken:

Hertzog Philip zu Braunſchweig, mit Sachſen.

Graff Chriſtoff zu Regenſtein, mit Meiſſen.

Graff Hans von Ortenburg, mit der Pfaltz zu Sachſen.

Herr Wilhelm von der Leipp, auf Kromau, mit der Herrſchafft an der Pleiſſe.

Chriſtoff von Ragewitz, mit der Blutfahnen.

Hernach giengen Hertzog Moritz, Churfürſt zu Sachſen, und Seiner Churfſt. Gn. folgten zu nechſt Hochgedachte drey Fürſten, ſo umb die Lehen geworben.

Dieſen folgeten hernach wohlgenanter Graff Hans Hojer zu Mansfeld, und die obberührten drey Ritter.

Wie ſie nun alle auf dem Stuhl waren, fiel der Churfürſt vor der Kayſ. Maj. auf die knie, und neben Seiner Churfſt. Gn. von wegen Hertzogs Auguſti zu Sachſen, wohlgenanter Graff zu Mansfeld.

Hinter Seiner Churfſt. Gn. aber knieten die drey Fürſten ſo zuvor umb die Lehen geworben;

Nach denſelbigen die 3 Ritter;

Und auf den Seiten, die Fürſten, Graffen und Herren, mit den Fahnen.

Indem, wie man alſo vor der Kayſerl. Maj. kniete, ward die obberührte Ubergebung repetirt, und die Röm. Kayſ. Maj. von wegen Hertzog Moritzen, des Churfürſten zu Sachſen, umb die Lehen, und die geſampte Belehnung, abermahls zum unterthänigſten, demüthigſten und fleiſſigſten, angelangt und gebeten.

Darauf ließ Ihr. Maj. durch Hochgedachten Churfürſten zu Maintz, wiederumb ungefährlichen dieſe Antwort geben: Ihre Maj. wüßte Sich der allergnædigſten beſchehenen Zuſage zu erinnern; und nachdem Ihre Maj. beyde Hertzog Moritzen, dem Churfürſten, und ſeinem Bruder, Hertzogen Auguſto zu Sachſen, umb Ihrer vielfaltigen getreuen und gehorſamen dienſt willen, welche Sie Ihrer Maj. und dem H. Reich, mit Darſtreckung Ihrer Lande und Leute, getreulich geleiſtet, mit beſondern Gnaden geneiget wäre, wolte Ihre Maj. Ihrem vorigen allergnædigſten Erbieten nach, da Hertzog Moritz, Churfürſt, zuvorn Ihrer Maj. und dem H. Reich, den gewœhnlichen Eydt thun würde, Seiner Churfürſtlichen Gn. und deſſelbigen Leibs-Lebens-Erben; das Ertz-Marſchall-Ampt und Churfürſtenthumb zu Sachſen, auch alles das andere, ſo von Ihrer Kayſ. Maj. und H. Reich, zu Lehen rührte, und Hertzog Johan Friederich zu Sachſen zuvorn gehabt, ſo viel das Seiner Fürſtl. Gn. Sœhnen, in Ihrer Maj. Capitulation nicht vorbehalten, allergnædigſt leihen.

Nachdem legte der Churfürſt zu Maintz der Kayſerlichen Maj. das Evangelien-Buch aufgethan auf die Schoß, und kniete Hertzog Moritz, Churfürſt, zu nechſt vor Ihre Maj. leiſtete derſelben, und dem H. R. Reich, den gewœhnlichen Eydt, wie Herkommen. Solchen Eydt laß der Churfürſt zu Maintz Sr. Churfürſtl. Gn. von Wort zu Wort für.

Nach geleiſtetem Eyd, nahm die Kayſ. Maj. von Wolffen von Pappenheim, des Reichs Erb-Marſchall, das Schwerdt, gab daſſelbige Herzog Moritzen dem Churfürſten, und belehnete alſo, dem alten brauch nach, Ihro Churfſt. Gn. mit dem Ertz-Marſchall-Ampt des H. R. Reichs.

Darnach belehnete Ihre Maj. Ihre Churfſt. Gn. durch und mit den Zehen Lehen- und Blutfahnen, mit den Landen Leuten, und Regalien, ſo zuvor Hertzog Johann Friederich zu Sachſen gehabt, und Sr. Fürſtl. Gn. Sœhnen, in der Kayſ. Capitulation nicht vorbehalten ſeyn.

(1) Mit der Chur zu Sachſen, und was dazu gehœrt.

(2) Mit dem Hertzogthumb zu Sachſen, ſo viel Hertzog Johan Friederich daran gehabt.

(3) Mit dem Theil der Landgraffſchafft Thüringen, ſo Hertzog Johan Friederich gehabt, und Sr. Fürſtl. Gn. Sœhnen, in der Capitulation, nicht vorbehalten iſt.

(4) Mit dem Theil des Marggraffthumbs zu Meiſſen, ſo Hertzog Joh. Friederich gehabt, und was darzu gehœret.

(5) Mit dem Burggraffthumb und Graſen-Geding zu Magdeburg und Halle.

(6) Mit der Pfaltz zu Sachſen.

(7) Mit der Graffſchafft Brene.

(8) Mit der Graffſchafft an der Pleiſſe, ſo viel Hertzog Johan Friederich daran gehabt.

(9) Mit der Burggraffſchafft zu Altenburg.

(10) Durch die Blutfahne, mit den Hohen Regalien über obberührte Stücke, ſampt allen andern, was Hertzog Johan Friederich zu Sachſen ſonſten von Ihrer Maj. und dem H. Reich, zu Lehen gehabt, und Sr Fürſtl. Gn. Sœhnen, in der Kayſerl. Capitulation, nicht vorbehalten iſt.

Letzlich, nahm Ihre Maj. abermahl das Schwerdt, gab es zum andern mahl Hochgedachtem Churfürſten zu Sachſen, und gab dadurch alſo Sr. Churfſt. Gn. neben den andern Churfürſten Seine gebührliche Seſſion.

Solcher

Digitized by Google

Sol her allergnadigſten Belehnung bedanckte ſich der Churfürſt gegen der R. Kayſ. Maj. zum allerunterhanigſten, und fleiſſigſtin, mit Erbietung, daſs S. Churſt. Gn. gegen Ihrer Maj und dem H. Reich ſich hinwieder alles gebührlichen gehorſams verhalten, und ſolches mit ſeinem Leib und Vermægen, in aller unterthanigkeit verdienen wolte.

Bey und neben dieſer Belehnung kniete ſtets hinter Hochgemeltem Churfürſten zu Sachſen, Wohlgedachter Graff, Hans Hojer zu Mansfeld, und griff, nach dem Churfürſten, allezeit, von wegen Hertzogs Auguſti zu Sachſen, ſeinem empfangenen Befehl nach, zu einer jeden Belehnung mit an.

Die zehen Fahnen, wurden alle nacheinander, wenn ſie von der Kayſ. Maj. der Churfürſt zu Sachſen empfangen hatte, dem alten Gebrauch nach, über den Stuhl, unter das Volck, des etlich tauſend Menſchen umb und beyher ſtunden, herab geworffen.

Wie nun die Belehnung, obberuhrter Weiſe, gantz ſtattlich ergangen, und, Gottlob, allenthalben glückſeeligen vollendet, war, ſaſs die Ræm. Kayſ. Maj. mit den 6. Churfürſten, noch eine Weile in Ihrer Majeſtat; ſtunde darnach mit den 6 Churfürſten auf, gieng vom Stuhl wieder auf das Tantzhauſs, und legte, ſampt den 5 Churfürſten, Maintz, Trier, Cœlln, Pfaltz und Brandenburg, den Ornat und Habit wiederumb ab, und zog alſo mit Ihnen, deſsgleichen mit den andern Fürſten, der eine groſſe Anzahl auf dem Stuhl bey dieſer Belehnung geweſen waren, wieder nach Ihrer Maj. Palatio. Aber Hertzog Moritz, Churfürſt zu Sachſen, zog, nach beſchehener Danckſagung, und genommenem Abſchiede, mit allen Hoch- und Wohlgedachten Fürſten, Graffen, Herren, Rittern und Edelleuthen, ſo Sr. Churſt. Gn. zu dieſer ſeiner Ehre ſtattlich und wohl gedienet, in ſeinem Churfürſtlichen Habit, wiederumb nach Sr. Churſt. Gn. Herberge &c. Conf. de his ſolennibus Authores reliqui, quos præced. §. 15, lit. d. hoc titulo laudavi.

An. 1580, Rex, (Daniæ) Fridericus, ejus nominis Secundus, Inclytæ recordationis, in Oppido Odenſee, 2 Maji, admodum ſolenni & ſplendido actu, ſub Dio, Johannem Seniorem, Adolphum, & Johannem Juniorem, Duces Sleſuicenſes & Holſatiæ, & ſemetipſum ut Ducem Sleſwicenſem, pro ſe, & Filio Chriſtiano IV, glorioſæ memoriæ, in perſona Mandatarii, tradito & tacto Vexillo, in quo Ducatus Inſignia depicta fuere, in loco editiore, præſtito ab his fidelitatis juramento, inveſtivit) quo facto Vexillum ex tabulato, per Heroldum, in vulgus projectum, qui illud diſcerptum inter ſe, more ſolito, partiti, ut ex Faſtis apparet Danicis &c. Hæc iterum Reinking. l. c. §. 13, p. 421. De aliis exemplis pluribus ne dicam. Ex hactenus dictis notandum adhuc, in ejuſmodi Vexillis depicta fuiſſe Provinciarum Inſignia, de quibus Vaſalli inveſtiebantur, quæ, ceremoniis finitis, in Populum projiciebantur atque dilacerabantur; conf. Carpzovius, de Lege Regia German. Cap. X, Sect. IX, §. 21, p. 266; Struvius, Syntagm. Jur. Feud. Cap. 3, §. 7, p. 107; Du May, Etat de l'Empire, Part. 1, Dialog. 3, p. 159. Bohemica vero Vexilla, ex privilegio Friderici III Imp. illæſa & integra fuiſſe reſtituta, poſt Goldaſtum, lib. 3 Bohem. Cap. 14, §. 32, & Eyſen. Deduct. Bohem. §. 21 der Beylagen, docet Carpzovius l. c. §. 22.

(e) CREUTZES &c. Affirmat hoc Henricus Stero, in Annal. Altahenſib. ad An. 1273, apud Freherum T. 1 Rer. German. p. 388: Mortuo Richardo, Romanorum Rege, ---- electus eſt Rudolphus, Comes de Habſpurg, in Romanorum Regem, poſtea in Imperatorem conſecrandus. Qui Rudolphus ſtatim exegit à Principibus, Clericis & Laicis, fidei juramentum; quod cum recuſarent, propter Sceptri abſentiam, Ipſe Electus, ſignum Crucis accipiens, talia dixiſſe fertur: Ecce Signum, in quo Nos & totus Mundus eſt redemptus, & hoc Signo utamur loco Sceptri. Et, deoſculata Cruce, Principes, tam Spirituales quam Seculares, ipſam Crucem, loco Sceptri, oſculantes, recipientes Feuda, ſibi fidelitatis juramentum præſtiterunt &c. Conf. Limnæus Lib. 4 Jur. Publ. Cap. 7, §. 32, p. 74; Carpzovius l. c. §. 19, p. 266. De Abbate quodam, per Paſtoralem Baculum, de Salvatoris Noſtri Imagnis dextera ſumptum, ab Henrico III Imp. An. 1047 inveſtito, evolvas Glabrum, lib. V, Cap. V, apud Baronium, Tom. XI Annal. ad h. a. §. 9, p. m. 150, unde ſua Lehmannus, lib V Chron. Spirenſ. Cap. 22, p. m. 419.

(f) TRADITIONE GLADII &c. In Regnorum Inveſtituris adhibitum quondam fuiſſe Gladium, non ſolum ex adducto præced. lit. d. Ottonis Friſingenſis teſtimonio, ſed & verbis Guntheri, Lib. 1 Ligurini p. m. 293, præced Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1152, p. 127, occurrentibus, patet. Sic Dudo, lib. 2, de Morib. Normannorum: Regnum, quod mihi ultro dediſti, per hunc mucronem, 12 libras auri habentem, reddo Tibi &c. Abbas Croylandenſis, Ingulphus, in Hiſt. Anglic. ad An. 1066, apud Savile p. 901, aliarum quoque Inveſtiturarum memor, ait: Conferebantur etiam primo multa Prædia, nudo verbo, abſque ſcripto vel charta, tantum cum Domini Gladio, vel Galea, vel Cornu, vel Cratera: & plurima tenementa cum calcari, cum ſtrigili, cum arcu, & nonnulla cum ſagitta. Sed hæc initio Regni ſui; (Wilhelmi Normanni) poſterioribus annis immutatus eſt iſte modus &c. Conf. Spelman, Gloſſ. voc. Inveſtitura, p. 318; & Du Freſne Gloſſ. voc. ead. p. 104. Hinc Ill. Dn. Strykius, Exam. Jur. Feud. Cap. XII, Q. 7, p. 168, rectè negando, in omnibus Feudis adhibenda æqualia Inveſtituræ ſigna, inquit: Summa Feuda, ut Regnum, per Haſtam, aut Gladium; Me-

Digitized by Google

dia, ut Ducatus, per Vexillum, & interdum per Gladium; Minima, per Annulum, vel Torquem; Eccleſiaſtica, per Baculum, Pallium, vel Annulum, concedi ſolent. *Ludwel.* p. 154. Hæc omnia verò ſymbola, pro lubitu Inveſtientium, fuiſſe mutata, pro certo habeo. De Inveſtitura *Childeberti* Regis Franciæ, ait *Gregorius Turonenſis*, lib. VII, *Hiſtor.* Cap. 33, p. m. 162: *Rex Guntheramnus, data in manu Regis Childeberti Haſta, ait: Hoc eſt indicium, quod Tibi omne Regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade, & omnes Civitates meas, tanquam Tuas proprias, ſub Tui juris dominationem ſubjice &c.* Conf. *Aimoinus*, lib. 3. de *Geſtis Francorum*, Cap. 68, p. m. 336. Hic *Haſta* eſt ſymbolum *Regni*; aſt & ſymbolum *Ducatus* fuit, teſte *Ditmaro*, lib. VI, p. m. 60, ubi: *Ratiſbonam venit* (Henricus Sanctus Imp. *ibique regali habito Placito, Militi ſuimet, Generoque, Henrico, XII Cal. April. cum omnium laude præſentium, cumque Haſta ſignifera, Ducatum dedit &c.* Conf. præced. lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 97, ad An. 1004. Sic in diplomate Inveſtituræ *Alfonſi* Regis Romanorum, An. 1258, *Friderico*, Lotharingiæ Duci, dato, cujus præced. lit. d. memini, legitur §. 2: *Et prædicta omnia Vexilla damus Tibi pro Feudo, in nomine Feudi, & pro Inveſtitura, & nomine Inveſtituræ, inveſtientes Te cum Haſtis, & Vexillis prædictis, de manu noſtra, in manu Tua, pro prædictis omnibus, & aliis, de quibus Te Jure inveſtire & enfeudare debemus &c.* Vid. Dn. *de Leibnitz*, *Cod. dipl. Jur. Gent.* Part. 1, §. XIII, p. 19. Meminit etiam *Haſtæ Obertus*, Lib. 2 F. 2, §. 1. Verſa vice, *Ludovicus* Bavarus, Imperator, inveſtivit, An. 1328, *Caſtruccium de Altelminellis* de Ducatu *Lucano, per Sceptrum*, vid. ſeq. §. 19, lit. a; & *Philippus*, Rex Galliæ, contulit, An. 1329, in *Eduardum III*, Regem Angliæ, beneficiali lege *Guiennæ* Ducatum, mediante *oſculo* ſaltem, junctiſque manibus; vid. Inſtrumentum deſuper confectum, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, l. c. §. LXVI, §. 4, p. 133: *Le dit Eveſque bailla à Noble Homme le Vicomte de Melun, Chambellan de France, une cedulle ſur le dit hommage, dont la teneur eſt cy deſſous eſcrite, & lors dit le dit Chambellan, au Roy d'Angleterre, ainſy: Sire, Vous devenez Homme du Roy de France, Monſeigneur, de la Duche de Guyenne, & des ſes appartenences, que Vous cognoiſſez à tenir de Luy, comme Duc de Guyenne, & Pair de France, ſelon la forme de Pairs --- Et lors le dict Roy d'Angleterre dit: Voire. Et le dit Chambellan dit apres ainſy: & le Roy de France, noſtre Sire, Vous receoit, ſauf ſes proteſtations, & les retenues deſſus dites. Et le dit Roy de France dit: Voire; Et lors, les mains du dit Roy d'Angleterre miſes entre les mains du dit Roy de France, baiſa en la bouche le dit Roy d'Angleterre &c.* De aliis ſymbolis pluribus legas *Du Freſne*, voc. *Inveſtitura*, p. 103 ad 115, *Vultejum*, de *Feud.* lib. 1, Cap. 7, §. 34, p. 125 &c. *Struvium*, Syntagm. Jur. Feud. Cap. VIII, §. 5, p. 269.

(g) OSCULATUR &c. Benè *Carpzovius*, de *Lege Regia German.* Cap. X, Sect. IX, §. 24, p. m. 266: *Solet Imperator, ſi præſertim Principes Feudorum Inveſtituras per Legatos ſuſcipiunt, indifferenter, ſive de Eccleſiaſtico, ſive Seculari Feudo, Inveſtitura fiat, Gladium porrigere, cujus extremum conum oſculantur; idque propterea, ut vel Juriſdictionem Senioris reverenter Principales ſuos agnoſcere, vel Juſtitiam ſanctè adminiſtraturos, ſignificent &c.* Conf. *Vultejus*, de *Feudis*, lib. 1, Cap. VII, §. 34, p. 127, *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, Lib 1, Claſſ. 4, Cap. XVI, §. 16, p. m. 421; *Limnæus*, lib. 4, *Jur. Publ.* Cap. 7, §. 32 & 33, p. 75; & ibid. in Addit. Tom. 4, p. 442; *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. 3, §. 7, p. 107; *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. 3, Cap. 91, §. 6, p. 788; *Lincken*, de *Jure Epiſcopali*, Cap. XIV, §. 185, p. 518; Alii plures; add. Exempla præced. lit. d. ad An. 1530, & præced. §. 15, lit. b & e. vaſallos & *Sceptra* quoque fuiſſe oſculatos, præced. lit. e. monitum.

18. Unde quæritur: An mos inveſtiendi per Sceptrum & Vexillum omninò in deſuetudinem abierit? Plurimi id affirmant, (*a*) qui, exemplo Inveſtiturarum, quæ hodiè fiunt, id probant. Alii negant; (*b*) quia non ſufficit adducere exempla intermiſſi Vexilli, niſi ſimul monſtretur, ſcientibus Principibus, de abrogando Vexillorum uſu, actum & deliberatum eſſe. Imò & adhuc hodiè in arbitrio Principum eſt, ad majorem celebritatem & decorem, in Comitiis Feuda accipere, & Vexilla Inveſtituræ adhibere. Dieterich ad A. B. Tit. 19. Hinc Limnæus (*c*) diſtinguit: inter Inveſtituras ſolennes, quæ in Comitiis fiunt ſub Dio; hoc enim in caſu etiam Vexilla & Sceptrum adhiberi ſolere; ut conſtat ex Exemplis Mauritii, (*d*) Saxoniæ Electoris, & Ferdinandi, Archi-Ducis Auſtriæ; Ducum Pomeraniæ, in Comitiis *Auguſtanis*, *à Carolo V*, 1530, inveſtitorum; *Goldaſt.* in Polit. Imper. part. 6, Tit. 3, p. 363; & minus ſolennes, in Aula Imperatoris; hoc enim in caſu tantum Gladium adhiberi. Exempla, quæ, pro contraria opinione firmanda, adducuntur, accipit
de

de Inveſtitura minus ſolenni. Quo accedere putat, quod nuſpiam legatur, *daß die Scepter-und Fahnen-Lehen in Schwerd-Leben ſeyen verandert worden*, Lib. 4. Jur. Publ. Cap. 7. Nos putamus: eſſe rem meræ facultatis; & Imperatorem pro lubitu, in omni Inveſtitura, ubicunque illa fiat, poſſe adhibere vel Gladium, vel Sceptrum & Vexilla, vel etiam utrumque, ut notant Doctores exemplo Gualtheri Cronbergii, Pruſſiæ Magiſtri, in cujus Inveſtitura *Carolus V*, præter Vexilla & Gladium, etiam Sceptrum adhibuit. *Goldaſt*, in Polit. Imper. Part. 6, Tit. 4, licet hodiè non fiat, (*e*).

NOTÆ.

(*a*) AFFIRMANT &c. Hujus ſententiæ ſunt: *Schrader*, de *Feudis*, Part. V, Cap. 2, §. 2, p. 80; *Vultejus* de *Feudis*, Lib. 1, Cap. 7, §. 34, p. 126 & 127; apertius *Reinking* de *Regim. Secul. & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 4. Cap. 16, §. 16, p. 421; *Knichen*, de *Saxonum non provocandi Jure*, verb *Ducum*, Cap. 4, v. 55, *Matth. Stephani*, de *Juriſdictione*, lib. 4. P. 1, Cap. 6, §. 49; *Beſoldus*, Theſaur. voc. *Fahnen-Lehen*, p. m. 248; ibique *Dietherr*, in Additionib. *Finckelthauſius*, *Controverſ. Illuſtr. Feud.* Diſp. 2, Controverſ. 8; *Speidelius*, in Speculo, voc. *Fahnen*, p. 276; *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. 3, Cap. 91, §. 6, p. m. 788.

(*b*) NEGANT &c. v. g. Ill. Dn. *Rhætius*, *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. XVI, §. 12, p. 251, & lib. 2, Tit. 29, §. 4, p. 481 & 483; Dn. *Lincken*, de *Jure Epiſcopali*, Cap. 14, §. 185, p. 518; exiſtimantes, Renovationem Feudi *per Gladium* fieri; novam verò Inveſtituram adhuc hodiè *per Vexillum*, vel *Sceptrum*.

(*c*) LIMNÆUS; præſertim Tom. IV Addit. ad Lib. IV, Cap. 7, §. 32, p. 439 & ſeqq. affirmantium argumenta debellans.

(*d*) MAURITII &c. Quo ſpectant literæ Inveſtiturarum, quas *Ferdinandus I* Imp. An. 1561, 23 Oct. *Auguſto*, Electori Saxoniæ dedit: *Und dan auch darüber Weyland der Durchlauchtigſte Fürſt, Herr* Carol*der V, Rœmiſcher Kayſer, Unſer Herr Bruder, und næheſter Vorfahrer am Reich, Weyland gedachten Hertzog* Moritzen .... *das Churfürſtenthumb* ... *gnadiglich gegeben, und zugeſtellet; damit auch gedachten Hertzog* Moritzen, *und ſeine Mannliche Leibes-Lebens-Erben, auf gehaltenem Reichstag zu* Augſpurg, *im* 1548. *Jahr, am* 24 Febr. *offentlich, unter dem Himmel, und Fahnen, als Ihr LD. und Kayſerl. Maj. in Ihrer Kayſerlichen Zierde geſeſſen, in beyſeyn aller anderer Churfürſten, auch anderer Geiſtlichen und Weltlichen Fürſten, Grafen und Herren, in Groſſer Anzahl, beliehen &c.* Ceremonias Inveſtituræ *Mauritii* deſcribit *Hortlederus von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, Tom. 2, lib. 3, Cap. 84, p. 922 &c. Conf. præced. §. 17, lit. d. ad An. 1548.

(*e*) NON FIAT &c. Fruſtra quæri videtur: *Num ceremonia, aut ſolennitas, qua non amplius obſervatur, in deſuetudinem abierit?* cum æquipollentes ſint phraſes: *non amplius fieri, & in deſuetudinem abire.* Nec opus eſt, ut diſtinguamus inter Infeudationes *ſolennes*, & *minus ſolennes*, ſi priores non amplius peragantur. Haud tamen dixerim, *ſolennes* publica Lege eſſe abolitas; proinde nihil autumo impedire Imperatorem, quo minus, ſi velit, aliquem eum Vexillis inveſtire queat.

19. Inveſtiturarum formulæ non uniusmodi (*a*) quidem ſunt, communiter tamen ita concipiuntur, ut petentes inveſtiantur, *mit dem Hertzogthum, Landgraffſchafft, und Marggraffſchafft,* It. *Pfaltzgraffſchafft, und andern Fürſtenthum, Landen, Leuten, Lehen, Lehnſchafften, Aemptern, Stædten, Stücken und Gütern, Zællen, Geleiten, Schulden, Renten, Zinſen, Nützungen, Gerichten, Oberſt und Niederſt, Bergwercken, Saltzwercken, Wildbahnen, ſampt allen andern Landsfürſtlichen Hoheiten,* Regalien, *Herrlichkeiten, und Gerechtigkeiten; oder gemeiniglich, mit allen und jeden Fürſtlichen* Regalien, *Herrlichkeiten, Obrigkeiten, Ehr, Würden und Freyheiten, Gerechtigkeiten, Gewohnheiten und Eingehærungen, benannt und unbenannt, allermaßen, wie es dero Vatter, und Vorfahren, beſeſſen und innen gehabt &c.*

NOTA.

(*a*) NON UNIUSMODI &c. Ab initio, ut breviora longè modernis erant Inveſtiturarum diplomata, ita nec omnia articulatim recenſebantur, quæ Vaſalli inde ſunt nacti. Seculo autem XIV hic mos introduci cœpit. *Ludovicus* Bavarus Imp. in Diplomate Erectionis Ducatus *Lucani*, An. 1328, *Caſtruccio de Altelminellis* dato, apud *Meibomium* T. 3 *Rer. German.* p. 210, ait: *In perpetuum Tibi, & legitimis ſucceſſoribus Tuis, ex Te deſcendentibus, natis & naſcituris, per lineam maſculinam, ex certa ſcientia, damus, concedimus & donamus,* (dictum Ducatum) *cum omnibus & ſingulis, Villis, Caſtris, Terris, Fortalitiis, Caſalibus, Vaſallis, Hominibus,*

bus, poſſeſſionibus, honoribus, uſibus, derittiis, domaniis, Feudis, homagiis, Patronatibus vacantium & non vacantium Eccleſiarum & locorum, ad Nos & S. R. Imperium ſpectantibus, ſeu pertinentibus; & cum Terris cultis, & incultis, ſilvis, paſcuis, nemoribus, ſalinis, balneis, ſtagnis, lacubus, ac quibuscunque aquis & aquarum decurſibus, molendinis, piſcariis, piſcationibus, venationibus, montibus, planis, vallibus, & omnibus & ſingulis locis, juribus & pertinentiis, tam maris quam terræ præfatarum Civitatum, Terrarum & locorum .... dantes & concedentes Tibi, & ſucceſſoribus tuis prædictis, in præmiſſo Ducatu, pleniſſimam Juriſdictionem & liberam, & auctoritatem & poteſtatem juris dicendi, per Te & per alios, ac etiam Merum & Mixtum Imperium, ut exercere valeas, & valeant, ad animadvertendum in facinoroſos & malos.... auctoritatem & poteſtatem creandi & ordinandi, perpetuò & ad tempus, prout vobis placuerit, in ſingulis Civitatibus, Caſtris, Oppidis, Villis, Terris dicti Ducatus, Vicarios, Capitaneos, Poteſtates, Judices ſeu Rectores, & quoslibet ordinarios Magiſtratus, vel etiam Delegatos, & quoscunque honores & dignitates, atque honorum & dignitatum officia, cum auctoritate & poteſtate juris dicendi, & mero & mixto Imperio; Statuta municipalia condendi, Juri divino & Naturali non contraria, prout utilitati & pacifico Statui expedire videritis ſubjectorum. Adhæc quoque, in prædicto Tuo Ducatu, Flumina navigabilia, &, ex quibus navigabiles fuerint, Portus, plageas (ſicut & nunc dignoſceris poſſidere,) ripas & ripatica; nec non Vectigalia; telonia; auri & argenti & metallorum omnium quæſtum, nunc Nobis & Imperio pertinentes, Tibi, Tuisque ſucceſſoribus memoratis, concedimus & donamus. Ac Monetæ, tam auri, quam argenti, quam æris, cudenda, juſti & recti ponderis, in ipſo Tuo Ducatu, Tibi, prædictisque Tuis ſucceſſoribus, præſenti privilegio, facultatem liberam indulgemus: & Feuda antiqua, & nova, & recta, & Regalia conferendi, & infeudandi Vaſallos Imperii de Feudis, quæ vel manu, vel ore, aut quocunque alio modo fuerint conferenda: & recipiendum, à Vaſallis Imperii, fidelitatis & homagii ſacramenta, & multarum ſeu pœnarum compendia, & confiſcationes bonorum, & cetera, quæ dicuntur Regalia, in ipſo Ducatu, ad Tuum & prædictorum Tuorum ſucceſſorum compendium volumus pertinere. Milites quoque in dicto Ducatu & extra conſtituendi, militari cingulo decorandi, & Judices ordinarios, & Notarios Publicos creandi & ordinandi, ac conficiendi; Filios & filias naturales, tam ſpurios, quam vulgo quæſitos, ex damnabili coitu natos, legitimandi, & cum ipſis ſuper natalium defectum, & alio quolibet, diſpenſandi, Tibi & ipſis auctoritatem plenariam indulgemus &c. Te, pro te Ipſo, & prædictis Succeſſoribus Tuis, Nobis, pro Nobis ipſis, Succeſſoribusque Noſtris, homagium & debitæ fidelitatis juramentum præſtantem, de præmiſſis Ducatu & Vexilliferatu, per Sceptrum, quod in manu tenemus, præſentialiter inveſtimus & infeudamus &c. Conf. diploma Erectionis Ducatus Lucemburgenſis de An. 1354, apud Meibomium l. c. p. 211; nec non ducatus Mediolanenſis, An. 1395, apud Dn. de Leibnitz T. 1, Cod. Dipl. Juris Gentium, T. 1, §. CIX, p. 258; Sigismundus Imp. inveſtivit, An 1425, Budæ Fridericum Bellicoſum, Marchionem Miſniæ, mit dem Churfürſtenthumb und Hertzogthumb zu Sachſen, mit ſampt der Chur- und Ertz-Marſchalck-Ampt darzu gehœrende, und auch ſonſt mit der Pfaltz Hauß und Statt Alſtette, und der Graffſchafft zu Brene; der Burggraffſchafft und Graffen-Gedinge zu Magdeburg und Hall, und mit allen ſeinen Herrligkeiten, Würden, Ehren, Rechten, Mannen, Mannſchafften, Lehen, Lehenſchafften, Eygen, Eigenſchafften, Pfandten und Pfandſchafften, die zu dem Hertzogthumb zu Sachſen von Alters gehœren &c. Vid. Hortleder, von Urſachen des Teutſchen Kriegs, Tom. 1, lib. 4, Cap. 9, §. 107, p. 1125 & 1126. In literis Feudalibus Maximiliani I Imp. An. 1495, Eberhardo, recens creato Duci Würtembergico, datis, apud Hortlederum l. c. Lib. 3, Cap. 1, §. 6, p. 810, legitur: Auch den jetzt gemeldten Unſern Lieben Oheim und Fürſten, Hertzog Eberhardten zu Würtembergk, den Eltern, mit ſolchem Hertzogthumb, zu rechtem Mann Lehen belehnet, und Fürſtlichen Hertzogthümblichen Titul, Ehren, und Würden, gewürdiget und gehœhet: Ordnen, machen, und richten ſolch Hertzogthumb auf, und belehnen den vorgenanten Fürſten, Unſern Lieben Oheim, Hertzog Eberhardten zu Würtembergk, den Eltern, damit, wie vorgemeldt iſt, mit Ehren, Würden, erhoben und begaben Ihn auch mit Hertzogthümblichen Würden, aus Rœmiſcher Kœniglicher Macht Vollkommenheit, eigener Bewegnüß, und rechtem Wiſſen, in und mit Krafft dieſes Brieffs, alſo, daß jetzgemeldter Hertzog Eberhardt zu Würtembergk, der Elter, und ſeine Nachkommene Herzogen zu Würtembergk, hinfüro ſolch Hertzogthumb zu Würtembergk, mit allen Ehren, Titul, Obrigkeiten, Herrligkeiten, Würden, Freyheiten, Nutzen, Renthen, Leuten, Gütern, Hoch- und Niedern-Gerichten, Waſſern, Straſſen, Geleyt, Zollen, Saltz-Flüſſen, Ertz- und Berg-Werck, Mannrechten, Wildbahnen, Gold- und Silber-Müntzen, Geboten und Verboten, und aller anderer Gerechtigkeiten, unter und ob der Erden, beſitzen, nutzen, nieſſen, und in allweg zu Ihrer Nothdurfft, als Hertzogen des Reichs, und wie Sie das ſonſt bißhero auch gethan haben, gebrauchen mœgen, auch wahre Hertzogen zu Würtembergk und Fürſten ſeyn, ſich auch Titels und Nahmens allenthalben, mit allen Ehren, Seſſion, Standen, Proceſſionen, an allen Enden und Orten, gebrauchen, und alſo zu Hertzogthumb und Fürſtlichen Würden, von allen Standen, wie Hertzogen des Reichs, geehret und gehandelt werden &c. Cum Ferdinandus 2, Imp. Palatinatum Rheni in Maximilianum Bavarum transferret, inſeruit literis Feudalibus, An. 1623, apud Lundorpium Tom. 2, Act. Publ. lib. VI, Cap. 231, p. 795 & 796, & Dn. Lunigium, part. ſpec. des Reichs-Archivs, IV Abtheilung, I Abſatz, §. 272, p. 693 & 694: Wan Wir nun, unterm dato den 29 Januarii verſchienen

1621

1611 *Jahrs*, Friederichen, *Pfaltzgraffen bey Rhein.... des Churfürſtenthums der Pfaltz, ſampt dem Ertz-Truchſeſſen-Ampt und Chur, auch anderer Seiner Fürſtenthumb und Herrſchafften*, Regalien, *Leben, Würden, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, ſo Er von Uns und dem H. Reich inn gehabt, wie ſich dieſſfals von Rechtswegen gebühret*, privirt, *entſetzt und* exequirt; *So haben Wir demnach dem Durchleuchtig-Hochgebohrnen Hertzog* Maximilian *in Bayern ... die Chur der Pfaltz, Ertz-Truchſeſſen-Ampt, wie auch das* Vicariat, Seſſion, *Stimme und Wahl gnädigſt gegeben und zugeſtellet, Seine Ld. auch damit würcklich belehnet ... ſetzen, meinen, und wollen darauf, daſs Seine deſ. Hertzogen in Bayern Ld. obbeſchriebene* Regalien, *und Leben der Chur-Pfaltz, und Ertz-Truchſeſſen-Ampt, ſampt den darzu gehærigen* Vicariat, Recht, Seſſion, *Stimm und Wahl, innen haben, beſitzen, genieſſen, gebrauchen, und verweſen ſolle &c.* Sic modo contrahuntur ejusmodi diplomata, modo extenduntur.

20. Refertur ad ſolemnitates, ut dictum, etiam Juramenti præſtatio. *(a)* Formula talis eſt: *Euch, dem Allerdurchlauchtigſten, Groſsmachtigſten, Unüberwindlichſten Fürſten und Herrn* (Carolo) *Ræmiſchem Kayſern, unſerm Allergnedigſten Herrn, von wegen und als vollmachtigte Gewaltshaber (b) des Durchlauchtigſten, Hochgebornen, unſers Gnedigſten Fürſten und Herrn* (N. N.) *geloben und ſchwæren Wir, in Krafft der von Ihr Fürſtl. Gn.* (Durchl.) *empfangenen, und zur Kayſerlichen Reichs-Hoff-Cantzley übergebenen ſchrifftlichen Gewalt, auf das H* Evangelium, *das Wir hier leiblich berühren, und in die Seele Hochgedachter Ihrer Fürſtl. Gn.* (Durchl.) *daſs Sie von den* Regalien *und Lehnungen des Fürſtenthumbs* N. *ſampt allen demſelben* incorporirten *Graffſchafften. Herrſchafften, Ein- und Zugehærungen, die Ihr Fürſtl. Gn. jetzo verliehen und gereicht werden, nun hinfort, von dieſer Stund an, Ew. Kayſ. Maj. allen derſelben Nachkommen am Reich, Ræmiſchen Kayſern und Kænigen, und dem H. Reich, treu, hold, gehorſam und gewærtig ſeyn, auch nimmermehr wiſſentlich in dem Rath ſeyn ſollen, noch wollen, da etwas, wieder Ew. Kayſ. Maj. Perſohn, Ehre, Würde oder Stand, gehandelt oder fürgenommen wird, noch darein willigen und gehalen, in einige Wege; ſondern Ew. Kayſerl. Maj. und des H. Reichs Ehr, Nutz und Frommen, betrachten und befærdern, nach allem Ihrem Vermægen. Und ob Ihr Fürſtl. Gn irgends verſtünden, daſs etwas fürgenommen, oder gehandelt würde, wieder Ihrer Kayſ. Maj, Perſohn, oder das H. R. Reich, demſelben ſollen und wollen Sie getreulich vorſeyn, und Ihrer Kayſerl. Maj. deſſen, ohne Verzug, warnen, und ſonſten alles das thun, das ſich einem gehorſamen Fürſten, gegen Ew. Kayſ. Maj. und dem H. Reich gebühret, von Recht oder Gewohnheit wegen, ohne Argeliſt und Gefehrde, als wahr Sr. Fürſtl. Gn. Gott helffe und das H.* Evangelium. *(c)* Quemadmodum Jure Feudali communi Juramentum fidelitatis poteſt præſtari per procuratorem, 2 F. 3. Ita & Jure Publico noſtro. Formula Jurisjurandi, Jure Feudali communi ferè eadem eſt *(d)* cum hac, quam retulimus; vid. 2. F. 5. 6. & 7. Quibusdam in locis conſuetum eſt, ut Fidelitatis juramento execrationes quoque annectantur: ſicuti de Philippo de Croy, Duce Arſchottano, legimus, qui cum de Caſtello Antwerpienſi fortiter tuendo juramentum præſtitiſſet, huic Secretarius Hiſpanicus de Eſcovedo ſubjunxit ſequentia; *So wahr Ihr das thut, ſo wolle Euch Gott helffen; wo aber nicht, ſo hole Euch der Teufel mit Leib und Seel; darauf ſagte ein jeder*, Amen. Meteran. *(e)* de Bello Belgico, lib. 6, fol. 336.

NOTÆ.

(a) PRÆSTATIO. Vid. præced. §. 17, lit. b, p. 967.

(b) GEWALTHABER &c. Procurator enim, ad præſtandum hoc juramentum, ſpeciali mandato inſtructus eſſe debet; vid. præced. §. 15, lit. a, pag. 955.

(c) EVANGELIUM &c. Antiquiſſima hæc eſt jurisjurandi formula; vid. præced. §. 17 lit. b. pag. 967. Quandoq; ita quoq; concepta: *Ita me Deus adjuvet, & iſtæ Reliquiæ*; quoties videlicet ſuper Reliquias fuit præſtitum; vid. ibid. Vel: *Ita me Deus adjuvet, & Ejus Sancti*; quo ſpectat Juramentum Electorum, in *Aurea Bulla*, Cap. 2, §. 3, ubi: *Sic me Deus adjuvet, & omnes Sancti &c.* & Juramentum *der Regierungs-Rathe* in Ordinat. Regimenti, *zu* Augſpurg, de

de An. 1500, §. 19: *Ich N. gelobe und ſchwere* zu Gott, und den Heiligen, *auf das H.* Evangelium &c. Conſ. juramentum Aſſeſſorum Judicii Aulici, ex R. I. Trevirenſi & Colonienſi An. 1512 §. 14: *als mir* Gott und die Heiligen *helfſen &c.* Et Capitulatio *Caroli V.* Imp. An. 1519, Art. 31: *Inmaſſen Wir dann des einen leiblichen Eyd* zu Gott, und den Heiligen, *geſchworen &c.* nec non *Ordnung des* Regiments *zu* Wormbs, de An. 1521, §. 34, ubi Senatoribus Regimenti tale juramentum præſcribitur: *Ich N. gelobe und ſchwere* zu Gott und den Heiligen, *auf das H.* Evangelium &c. A Reformatione Lutheri, Proteſtantibus, *per Sanctos jurare*, Legi Divinæ, & quidem *Deuteron.* VI, 13, & X, 20, & *Matth.* V, 35 & ſeqq. contrariari exiſtimantibus, eautum fuiſſe in R. I. *Spirenſi* de An. 1544, §. 92, *So viel das Recht &c.* cujuslibet Aſſeſſoris Cameræ libero arbitrio relinquendum, *jurare per Sanctos*, an per *Evangelia*, præced. Lib. I, Tit. VIII, §. 2, lit. ſ, pag. 888, jam monui; verba Receſſus ſunt: *Und ſollen dieſelben Beyſitzer* (Aſſeſſores Cameræ) *nach Gelegenheit eines jeden, darvon Sie* præſentir*et, auch alle andere Perſohnen, ſo an ernennten Cammer-Gericht, von Gerichts-Amts- oder anderer Sachen wegen, zu thun, ſchweren und beeydiget werden, ſolchen Eyd, nach dem alten Brauch*, zu Gott und den Heiligen; *oder* zu Gott und auf das Evangelium, *zu thun, frey gelaſſen werden &c.* idque denuò confirmatum in *Transactione Paſſavienſi* de An. 1552, §. 10, *Was dan auf ſolchem Reichs-Tag &c.* in fine; rurſusque in R. I. *Auguſtano* An. 1555, §. 107, *Und dann, dieweil beyderſeits* Religions-*Verwandte &c.* Hinc etiam *Ordinationi Camerali Auguſtanæ* An. eod. Part. 1, Art. 57, nudè inſertum: *Es ſollen auch Cammer-Richter und Beyſitzere, ein jeder, zuvor und ehe Er aufgenommen wird, einen Eyd* zu Gott, und auf das H. Evangelium, *ſchweren &c.* nulla plane *Sanctorum* facta mentione; id quod etiam in aliis Juramentorum formulis, ſequentibus Articulis ad 85 usque incluſivè ibi expreſſis, obſervatur. Nec aliter juravit *Maximilianus* 2 Imp. An. 1562, in Capitulatione ſua, Art. XVII: *In maſſen Wir dan deſſen einen leiblichen Eyd* zu Gott, und dem H. Evangelio *geſchworen &c.* Quæ formula & in ſequentibus Capitulationibus aſſervata noſcitur, videlicet: *Rudolphi* 2, An. 1575, Art. 36; *Matthiæ*, An. 1612, Art. 42; *Ferdinandi* 2, An. 1619, Art. 43; *Ferdinandi III*, An. 1636, Art. 52; *Ferdinandi IV*, An. 1653, Art. 49; *Leopoldi*, An. 1658, Art. 47; *Joſephi*, An. 1690, Art. 47, & *Caroli VI*, An. 1711, Art. 30. Conf. *Buxtorff* ad A. B. Concluſ. 29, lit. B. *Rumelinus* ad A. B. Diſſert. 3, *th.* XVII, p. 91; *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 31, verb. *zu Gott und den Heiligen geſchworen*, p. 358. Cum Electores, An. 1711, *Carolum VI*, Sacratiſſimum Imperatorem, eligerent, eandem retinebant, vid. *Fabri Staats-Cantzley* Tom. XVIII, Cap. VI, §. 8, pag. 450, ibi: als mir Gott helffe, und Sein H. Evangelium. In *Reverſalibus* verò, 19 Dec. 1711 Francofurti datis, ſpondendo Capitulationem ſibi præſcriptam ſanctè ſe ſervaturum, adhibuit Cæſar iterum priſtinam formulam: *zu Gott und Seinen Heiligen &c.* vid. præced. Lib. I, Tit. XV. Append. p. 32; pariter ac Legati Bohemici, Domini *Erneſtus Fridericus, Com. de Windiſchgratz*; *Franciſcus Ferdinandus*, Com. de *Kinsky* & *Caſpar Florentin* de *Conſbruck*, nomine Electi jurantes: *In Ihrer Majeſtæt Seele*, zu Gott und Seinen Heiligen; vid. Faber l. c. p. 482, aſt Inaugurationis feſto, 22 Dec. An. eod. celebrato, retinuit Auguſtus alteram formulam: *Sic Me Deus adjuvet, & Sancta Dei Evangelia*; æquè ac *Carolus Henricus*, Baro de *Metternich*, cum an. 1677, 26 Mart. St. V. nomine *Damiani Hartardi*, Archi-Epiſcopi Moguntini, qua Epiſcopi *Wormatienſis*, inveſtiretur, apud *Thucelium*, in *Electis Juris Publici Curioſis*, Cap. 5, §. 1, p. 238, verb. *Als wahr Mir, und meinem Gnædigſten-Churfürſten*, Gott helffe, und das H. Evangelium &c. Et *Electores* in genere, Homagium præſtantes, teſte Ill. Dn. *Stryckio*, *Exam. Jur. Feudal.* §. XIV & XV. appendicis, p. 422 & 424. & *Thucelio* l. c. §. 2, p. 244; *abſentiumque Principum Legati*; vid. *Stryckius* l. c. §. XVI, p. 426; & *Duces Sileſiæ*; ibid. §. XVII, p. 428; & *Nobiles Sileſiæ*, ibid. §. XIII, p. 419; De aliis juramentorum formulis Proteſtantibus uſitatis vid. præced. lib. I, Tit. VIII, §. 2, lit. ſ, pag. 883; add. *Erbhuldigungs-Eyd, ſo die Land-Stande der Graffſchafft* Waldeck, *Landgraf* Moritzen *zu Heſſen*, An. 1568, *geleiſtet*, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-*Archivs, Contin. 2, VI *Abtheilung*, *XXV Abſatz*, §. 235, p. 369, ibi: Als wahr mir, und Ihnen, Gott helffe, und Sein H. Wort. Nomine & ex ſpeciali mandato *Leopoldi Wilhelmi* Archiducis, ratione Epiſcopatus *Vratislavienſis*, An. 1657, 12 Jul. *Leopoldo*, Bohemiæ Regi, poſtea Imperatori, juravit *Philippus Jacobus a Jerin, de & in Grunau*, dicti Epiſcopatus Adminiſtrator, hoc modo: *Promitto ac juro Deo omnipotenti, B. Mariæ Virgini, ac omnibus Sanctis*; & in fine: *Sic Illum Deus adjuvet, Beatiſſima Virgo Maria & omnes Sancti*; vid. *Stryck* l. c. §. XIX, p. 434 & 435. Vaſallos *Megapolitanos* promiſiſſe ſaltem

Digitized by Google

ſaltem, An. 1562, Duci *Johanni Alberto*, ſe facturos omnia, *was einem getreuen Lehenmann, gegen ſeinen Lehen-Herrn, zu thun und zu laſſen, von Rechts und Gewohnheit wegen, eignet und gebühret, getreulich und ungefæhrlich*; diſcimus ex Dn. *Tornovii* Tract. de *Feudis Mecklenburgicis*, ad Tit. 3 *des Mecklenburgiſchen Lehnrechtens*, Art. 9, p. 84. Cæterum integras formulas quasdam, huc ſpectantes, exhibui præced. §. XV, lit. b, pag. 955 ſq.

(*d*) EADEM EST; vid. præced. §. 17, lit. b. pag. 967. Civitatum Imperialium juramenti formulam, an. 1660, *Leopoldo* Imp. præſtiti, ſiſtit *Diarium Europ.* Contin. 3, p. 253, ibi:

Dem Allerdurchlauchtigſten, Groſsmæchtigſten und Unüberwindliechſten Fürſten und Herrn, Herrn Leopold, *Ræmiſchen Kayſer, Unſerm Allergnædigſten Rechten Herrn, bulden und ſchwæren Wir Burgermeiſter und Rath, und gantze Gemeine und Bürgerſchafft, dieſer Ihrer Kayſerl. Maj. und des H. Reichs-Stadt N. getreu und gehorſamb zu ſeyn; Ihrer Kayſerl. Maj. Frommen und beſtes zu erwerben, und Schaden zu verwarnen, und alles das zu thun, was getreue und gehorſame Unterthanen, Ihrer Kayſerl. Maj. als Ihrem Allergnædigſten rechten Herrn, ſchuldig und pflichtig zu thun ſeind, getreulich, und ohn alle gefæhrde; alſo helffe uns Gott, und das* H. Evangelium!

Simile juramentum dixere *Eslingenſes*, An. 1705, 23 Maji, Commiſſario Cæſareo, *Francisco Maximiliano Euſebio*, Comiti de *Konigſeck*; *Francofurtenſes*, An. eod. menſ. Octob. *Friderico Erneſto*, Com. Solmenſi, Cameræ Imperialis Præſidi; *Goslarienſes*, An eod. 5 Nov. *Alberto Anthonio*, Com. Schwartzburgico; *Ratisbonenſes*, An. eod. 19 Nov. *Johanni Philippo*, Principi Lambergio, Principali Commiſſario Cæſareo in Comitiis; *Colonienſes*, An eod. 23 Nov. *Chriſtiano Auguſto* D. Saxo-Zizenſi, Epiſcopo tunc Arrabonenſi; *Dortmundani*, An. eod. 19 Dec. N. Comiti de Manderſcheid, Blanckenheim; An. 1712. priusquam Sacratiſſimus Imperator *Carolus VI*, *Francofurto*, Inauguratione finita, egrederetur, Ipſemet homagium ibi exegit, pariter ac 16 Januar. an eod. *Norimbergæ*. Quæ *Schilterus* lib. I. *Jur. Publ.* Tit. XIX, §. 12. p. 206, ex *Limnæo*, lib. II, *Jur. Publ.* Cap. XI in fin. de immunitate *Norimbergenſium*, ab homagio præſtando, adducit, reſtringenda ſunt ad iſta tempora; nec pari cenſu habenda cum veteri *Argentoratenſium* immunitate, cujus ibidem mentio fit.

(*e*) METERAN. &c. Add. *Wilhelm. May*, de *Bello Belgico* f. 314; *Mylerus* de *Principib. Imperii* Part. 3, in Cap. 92, §. 3, p. 801 & 802.

21. Peractis omnibus ſolemnibus, publicum Inſtrumentum Inveſtituræ confici ſolet, quod Jure Feudali, Breve Teſtatum, 1. *F.* 2, §. 1. 2 *F.* 32; German. *der Lehenbrieff*, vocatur; ſi eſt Inveſtituræ renovatio. Circa controverſias, occaſione hujus Brevis Teſtati ortas, prima Inveſtitura, tanquam radix omnium ſequentium Inveſtiturarum, ſequenda eſt, (*a*) 2 *F.* 1, §. 5 & 6; 2 *F.* 14. Ideo, ſi in ſequentibus Inveſtituris immutatum aliquid eſt, vel innovatum, Succeſſoribus hoc non nocet, 2 *F.* 5; & per errorem hoc factum eſſe præſumitur, (*b*) uſque dum hæc præſumptio manifeſtiſſimis probationibus elidatur. *§. 11 I. de Inutil. Stipulat.*

N O T Æ.

(*a*) SEQUENDA EST &c. Tenor primæ Inveſtituræ ſemper attendendus & obſervandus, etiamſi naturæ Feudi ac conſuetudinibus refragetur; quia exinde contractus Feudi & formam & legem recipit; vid. *Schrader* de *Feudis*, Part, V, Cap. 2, §. 30 & 31, p. 86, *Vultejus* de *Feudis* Lib. 1, Cap. 7, §. 97 & 98. p. 168 &c. & §. 154, p. 203 & 204; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feud.* Cap. 1, §. XI, p. 38; *Stryck*, *Exam. Jur. Feud.* Cap. 1, Q. 23, p. 14.

(*b*) PRÆSUMITUR; Quoniam ſequentes Inveſtituræ nihil aliud ſunt, quam confirmatio primæ; aſt confirmatio ſaltem reſpicit id, quod confirmandum eſt; proinde nihil reſtringit, nihilque extendit; ſique in contrarium quid contingat, vel contigerit, ex errore factum eſſe cenſetur. Vid *Schrader* l. c. §. 32 ad 38 &c. p. 86 & 87; *Vultejus* l. c. §. 98, p. 168 & 169; *Struvius* l. c. *Stryck* l. c. Niſi in poſteriori Inveſtitura expreſſè dicatur, mutationem factam eſſe de communi conſenſu Domini & Vaſalli; vid. *Schrader* l. c. §. 39, p. 87. *Roſenthal* de *Feudis* C. VI, Concluſ. 69, n. 20 &c. *Struvius* l. c.

22. Pro hoc Brevi Teſtato, licet aliàs pro Inveſtitura, per privilegium, Laudemium non ſolvatur, Honorarium datur, *und muß man den Lehenbrieff, aus der Reichs-Hoff-Cantzeley, læſen, und den Lehen*-Tax, (*a*) *erlegen*. Officiales Imperii nihil ſolvunt (*b*) pro Inveſtitura, *A. B. Tit.* 29. Quantum ſolvant reliqui Principes, (*c*) vid. *eod. Tit.* & *Myler*, *de Statibus Imperii*, *Part. 3*, *Cap. 91. & 92.*

Digitized by Google

NOTÆ.

(a) LEHEN-TAX &c. Antiquiſſima occurrit Cap. XXIX A. B. §. 1; Recentior, quæ Annis 1613. & 1639, in uſu fuit, habetur apud *Limnæum*, T. 4 Addit. ad Lib. 4, Cap. 7, §. 23, p. 436 & 437; modernam de An. 1659, 6 Januar. ſuppeditat *Caſſander Thucelius*, in *Electis Juris Publici Curioſis*, Cap. V, §. 4, Notabil. 2 & 3, p. 253 & 254 verb. *Was anlanget die Lehen-*Taxa, *ſo ſeyn die Herren Churfürſten ſelbiger befreyet; dieſelben pflegen aber doch die Hoff-bediente folgender Geſtalt zu verehren:*

(1) *Denen Schweitzern, ſo unter dem Thor die Wache haben*	2 *Thaler.*
(2) *Thürhüter in der Ritter-Stuben*	4
(3) *Denen Hatſchierern*	6
(4) Trabanten	6
(5) *Cammer-*Fouriers	6
(6) *Tapezierern*	4 *biß* 6
(7) *Denen Cammer-Heitzern*	2
(8) *Cammer-*Trabanten	4
(9) Anti-Camera *Thürhütern*	8
(10) *Aelteſtem Cammerdiener, ſo das* Evangelium *hält*	6
(11) *Den* Laqueyen	4
(12) *Trompetern und Pauckern*	10
(13) *Hof-*Fourieren	6
(14) *Herolden*	6
(15) *Dem Reichs-Hoff-Raths-Thürhüter*	6
(16) *Geheimen Raths-Thürhüter*	4
Summa	86 *Thal.*

Dergeſtalt ſeyn auch die Reichs-Fürſten dieſes Taxes *gleichfals befreyet; dieſelben müſſen aber bey Ihren Belehnungen, neben ob-*ſpecificirten *vor die Hoff-bediente kommenden Verehrungen, auch die Erb- und Hoff-Aempter, davon die Herren Churfürſten, weil ſie ſich ſonſten ſelbſt bezahlen würden, ebenfals befreyet, bezahlen, und zwar, nach beygehender aus dem Kayſerlichen- und des Reichs-*Tax-*Ampt* communicirter Liſta, *welche, jedoch jedermann ohne* præjuditz, *folgends anhero verzeichnet wird, als: Herrn:*

	Gülden.
Oberſten Hoffmeiſter	120
*Reichs-*Vice-*Canzlern*	120
Obriſt-oder Erb-Cammerern	120
Erb-Marſchallen	120
Ingleichen für das Pferd	120
Erb-Truchſeſſen	120
Erb-Mundſchencken	120
Erb-Schatzmeiſtern	120
*Den Herren Reichs-*Secretarien	48
- - - - *Reichs-*Taxatoren	23
- - - - Regiſtratoren	20
*Denen geſamten Reichs-*Cancelliſten	30
Summa	1081 *Güld.*

Eandem profert Dn. *Lunigius*, Part. General. *des Reichs-*Archivs, p. 333 & 334, ut & Dn. *Müllerus*, *Annal. Saxon.* ad An. 1660, p. 439; & clarius adhuc *Zweyburg*, Part. 2 *Theatri Præcedentiæ*, Tit. V, p. 75 & 76, ita ſcribens: *Wann es nun zum* Termino *des* Actus Inveſtituræ *kommt, ſo muß der Lehen-Träger die Hoff-Aempter-*Taxam, *und die Reichs-Cantzeley-*Jura *in das Reichs-Hoff-Cantzeley-*Tax-*Ampt voraus bezahlen, und zwar, nach dem* Simplo:

	Goldgülden.
(1) *Dem Kayſerlichen Ober-Hofmeiſter* (*oder in Müntze 120 Gülden, jeden zu 16 guten Groſchen gerechnet*)	60
(2) *Dem Erb- oder Ober-Cämmerern*	60
(3) *Dem Reichs-*Vice-*Cantzler*	60
(4) *Dem Erb- oder Ober-Hoff-Marſchall*	60
Noch demſelben, vor das Lehen-Pferd	60
(5) *Dem Erb-Reichs-Truchſeſſen, oder Ober Küchen-Meiſter*	60
(6) *Dem Reichs-Erb- oder Kayſerlichen Ober-Schencken*	60
(7) *Dem Reichs-Erb-Schatzmeiſter*	60

Hierbey iſt zu annotiren, *daß, wann die Reichs-Erb-Aempter, nehmlich:*

Grafen des Reichs:
- (1) *Limpurg, als Erb-Schencke des Reichs;*
- (2) *Truchſes, Graf von* Walburg, *als Erb-Reichs-Truchſeß;*
- (3) Pappenheim, *als Reichs-Erb-Marſchall;*
- (4) *Fürſt von* Hohen Zollern, *als Reichs-Erb-Cammerer;*
- (5) Sintzendorff, *als Reichs-Erb-Schatzmeiſter;*

Beym Kayſerlichen Hofe gegenwärtig und bey der Belehnung perſœhnlich aſſiſtiren, *ſo empfahen ſie auch obige Lehn-*Taxe;

Seind Sie aber oder deren etliche, abweſend; ſo vertretten ſolche Stellen die vornehme Kayſerliche Bediente, als:

An ſtatt des Reichs-Erb-Marſchalln; der Kayſerliche Ober-Hoff-Marſchall;

An ſtatt des Reichs-Erb-Cammerers; der Kayſerliche Ober-Cammerer &c.

Und ſo weiter &c. welche alßdann ſolche Taxa *ziehen. Hatte der Lehnträger aber mehr als einen Lehen-*Actum *abzuwarten; ſo muß er dieſes* Simplum *auch ſo vielmahl, als er belehnet wird,* reiteratò *zahlen. Wegen Außfertigung eines Reichs-Lehen-brieffes empfangen:*

	Goldgulden.
(1) *Die Reichs-*Secretarien	24
(2) *Der Reichs-*Taxator	10
(3) *Der Reichs-Cantzeley-*Regiſtrator	10

(*Für die geſchehene* Collation *derer vidimirten, und bey dem Lehens-*Memorial in præliminaribus *der Belehnunge, in den Reichs-Hoff übergebenen Lehen-*

Brieffes

Brieffes und Documenten, *hat er vorhero auch ein kleines* Regale *alberett zu empfangen,)* *Goldgülden*

(4) *Denen geſampten Reichs-Cantzelliſten* - 15

(5) *Noch für die Holtzerne Capſeln an die Kayſerliche Lehnbrieffe und* Documenten, *6 Kayſer. Gulden.*

Will man Silberne, oder Güldene Capſeln und Bullen an die Brieffe haben, ſo werden ſelbige nach ihrem Werth bezahlet.

Will man auch den Lehn-Brief in Sammet eingebunden haben, ſo zahlet man dafür dem Tax-*Ampt, 15 Kayſer. Gulden.*

*Die Kayſerliche Unter-Bediente haben auch von jedem Lehn-*Actu *eine* Recreation *zu erwarten, ſo Ihnen,* poſt Actum Inveſtituræ, *der Lehntrager ſelbſt in ſeinem* Quartier *auszahlen laſſet, als:*

	Thaler.
(1) *Denen Kayſerlichen Schweitzern vor Thor-Wacht in der Kayſerlichen Burg* -	2.
(2) *Denen Thür-Hütern zur Ritter-Stuben* -	4.
(3) *Denen Hatſchierern, oder reitender Kayſerlichen Leib-Wacht* - - -	6.
(4) *Denen Fuß-*Trabanten - - -	6.
(5) *Denen Cammer-Heitzern* - - -	2.
(6) *Denen Cammer-*Trabanten - -	4.
(7) *Den* Anti-Camera *Thür-Hütern* - -	8.
(8) *Dem Cammer-Diener, ſo das* Evangelien-*Buch zur Belehnung bringet* - -	6.
(9) *Denen Kayſerlichen* Laquayen - -	4.
(10) *Denen Trompetern und Paukern* -	10.
(11) *Denen Hoff-*Fourieren - - -	4.
(12) *Denen Herolden* - - -	*à 6 biß* 12.
(13) *Dem Reichs-Hoff-Raths Thürhüter* -	4.

(14) *Denen Tapezierern, ſo den Kayſerlichen Thron, darunter die Belehnung gegeben wird, zubereitet und abgenommen, wird eine* Diſcretion pro lubitu *gereichet.*

Conf. Dn. *Godofredi Ferdinandi à Buckiſch & Læwenfels Obſervationes Hiſtorico-Politicæ*, ad *Inſtrum. Pacis Weſtphal.* An. 1696 Viennæ excuſæ, ad Art. V, §. 21. Obſervat. 34. p. 170.

De Taxa *Indulti*, pergit *Zweyburgius*, l. c. pag. 76: *Wann ein Churfürſt, und Reichs-Fürſt, Geiſt- und Weltlich, über Seine Fürſtenthümer, nicht innerhalb der* deſtinirten *Lehen-Zeit*, i. e. *innerhalb Jahr und Tag, die Lehen empfahet; ſo ſuchet Er, beym Kayſer, Lehn-*Indulten, *dafür Er jeden* Monat, XV *Gülden; und ein Reichs-Graff* (pariter ac Baro) *wegen Seiner Reichs-Lehen-Graffſchafft, die Ihm, vor und beym Reichs-Hoff-Raths* Collegio, *zum Reichs-Lehen verliehen wird, nur zehen Gülden* monatlich, pro Indulto, *in das Reichs-*Tax-*Ampt erleget &c.* Conf. *Thucelius* l. c. Notabil. 4, p. 254.

(*b*) NIHIL SOLVUNT &c. Vigore A. B. Cap. XXIX, §. 1, ubi ſimul ratio, cur nihil ſolvant? ſcil. *Cum ipſi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præſint officiis, ſuos etiam habentes in hujusmodi officiis Subſtitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus & dotatos, videretur abſurdum, quod ſubſtituti officiales, à ſuis Superioribus, quocumque quæſito colore, exenia poſtularent: niſi forte ipſi Principes Electores ſponte & liberaliter his aliquid largirentur &c.* Conf. *Rumelinus* ad A. B. Diſſ. VIII, §. 32. p. 275, & *Limnæus*, ad A. B Cap. XXIX, §. 1. Obſervat. 4. p. 650; add. præced. lit. a.

(*c*) PRINCIPES &c. Vid. præced. lit. a, ubi Taxa hæc habetur.

TIT. II.
DE
FINIBUS IMPERII.

Fines (*a*) Imperii noſtri, in tot membra, & feuda diviſi, deſcribuntur, vel deſignatione Geographica, per limites, ut Ortelius fecit, in typo veteris Imperii Romani *Conr. de fin. Imp. lib. 1. c. 1. 2. 3 & 4. Thuan. lib. 2 Germania*, (*b*) inquit, *antiquos limites* (*c*) *habet ab Oriente, Viſtulam & Pannonias, ab Occidente Rhenum. Qui ab Alpibus Lepontiis ex Adula monte ortus, per Curiam Rhætorum, curvato flexu Auguſtam Rauracorum dividit, & inde quaſi à meridie Septentrionem verſus tendens, binis ac multum diſparatis oſtiis in mare Germanicum exoneratur: à Meridie Alpibus Rhæticis, Vindelicis, Juliis & Carnicis, à Septentrione mari Baltico clauditur* &c. Vel enumeratione, per nomina Provinciarum eò pertinentium, *quas vide apud Limn. lib. 1. c. 9. & utroque tom. addit. apud Zachariam Vietorem, in tr. de exemtione; apud Conringium de finibus Imperii.*

NOTÆ.

(*a*) FINES; &c. De finibus Imperii legi merentur, quæ Illuſtr. *Obrechtus*, *Kulpiſius* & *Thomaſius*, ad Cap. 1 *Monzambani*, notarunt. Deſcriptioni, quam Dn. Author (1.) Deſignatione Geographica, per limites, & (2.) Enumeratione, per nomina Provinciarum, conſtare docet, addit *Bæclerus Not. Imp.* lib. 2, c. 1, p. 21 & 22, tertiam claſſem, i. e. Notationem per tempora, ſeu Hiſtoriam; quorſum ſpectant Hiſtoriæ Univerſalis Conditores.

(*b*) GERMANIA; &c. Variis de cauſis, impoſitis quondam Populis nominibus, forſan à vitæ genere, Teutones *Germani* dicti ſunt, à *Guerra*, ſeu bello, tanquam bellica virtute alios ſuperantes; exemplo *Scytharum*, queis nomen inditum, quod præ aliis ſagittam vibrare didicerint. *Cymbros* vocarunt nobiliores pugiles; quaſi *Kæmpfer*; *Vandalos*, frequentius domicilia mutantes. Septentrionales Populi, à ſitu, *Norwegi*, audiunt. Græci, Inſulas Baleares, ἀπὸ τῆς γυμνότητος, *Gymneſias* appellarunt, quod incolæ nudi eas incoluiſſe legantur. Vid. *Racheli Otium Noviom.* c. 13, p. 93; *Zeileri Itin. Germ.* c. 1, §. 5; *Schützii* J. P. Vol. 1, Exerc. 1, *t.* 20, lit. b, p. 58.

(*c*) LIMITES &c. Fines habuit quondam Germania, ab *Ortu*, Sinum Grandvicum & Finnicum, Mare Suecicum & Viſtulam; ab *Occaſu*, Rhenum, & Oceanum Germanicum; à *Septentrione*, Oceanum Septentrionalem; & à *Meridie*, Danubium. Vid. *Cluverii Introd. Geogr.* lib. 3, c. 1, p. 109. Hodierni limites, cum quotidianas quaſi ſubeant mutationes, vix accuratè deſignantur. Ut plurimum tamen ponitur ab *Ortu*, Boruſſia, cum Polonia & Hungaria; ab *Occaſu*, Gallia & Oceanus Germanicus; à *Meridie*, Italia; & à *Septentrione*, Jutia, cum Sinu Codano, ſeu Mari Baltico. Vid. *Reichelti Elem. Geograph.* part. ſpec. membr. 2, Cap. V, p. 64 Longitudo extendebatur olim, à Promontorio *Nortkyn*, ad Danubium fl. usque, fuitque 400 mill. Germ. Latitudo verò, à Rheno, juxta *Baſileam*, usque ad *Amadocam* Paludem; ſpatio 200 mill. Germ. Hodiè ducitur Longitudo, à *Laubaco Superiori*, *Ober-Laubach*, in Ducatu Carniolæ, ad *Kilonium*, intervallo 140 mill. Germ. & Latitudo, à *Baſilea* ad *Vratislaviam*, in Sileſia; diſtantia 110 mill. Germ. Vid. *Reichelti* l. c.

TIT. III.
DE
EXEMPTIONIBUS.

Fines Imperii noſtri quocunque tempore variis viciſſitudinibus ſubjecti fuerunt. Mox enim Provinciarum acceſſione prolati, mox verò earundem avulſione iterum imminuti ſunt. *Vid. omnino Conring. dict. tr. de finibus Imperii.*

NOTA.

De *Statibus Imperii exemptis*, Diſſert. edidit, *Michael Erneſtus Mattenberg*, Gothanus, *Jenæ* habitam 1671, *Johanne Andrea Gerbardo* Præſide.

1. Avulſio, ſeu *exemptio ab Imperio eſt, qua Imperii Status, ab immediata ejus ſubjectione, vi bellica, vel alterius induſtria, abſtrahitur, aut motu proprio ſe ipſum Imperio Romano ſubducit.* (*a*) R. A. 1548, §. als auch durch. 52, n. 1566, demnach 125; *ubi Imperator Maximilianus II. conqueritur: daß ſo viel herrliche Kœnigreich, Fürſtenthum, Republicquen, und Stædte hie mit Gewalt, dort mit Pracktiquen dem Rœmiſchen Reich entfremdet werden.*

NOTA.

(*a*) SUBDUCIT &c. Eosdem eximendi modos recitat *Mattenbergius*, l. c. pag. 5. Ad eam claſſem, qua quis alterius induſtria abſtrahitur, referri poſſunt transactiones & pacta, Inſtrumenta pacis, &c. Notabilis locus, de Exemptionibus, *Goldaſti*, in Dedicatione *der Reichshandlungen*; unde ſua *Limnæus* Jur. Publ. lib. 1, Cap. IX, §. 8, p. 124.

2. Exemptio eſt duplex, totalis & partialis.

TIT.

TIT. IV.
DE
EXEMPTIONE TOTALI.

T*otalis exemptio eſt exemptio, qua Status Imperii avellitur, tum quoad onera, tum quoad recognitionem Imperialis Majeſtatis*; quo, ſine dubio, (*a*) referendum non eſt Imperium Conſtantinopolitanum; quia cum noſtro Romano Germanico Imperio nihil commune habuit: & hinc, quæ illi erepta ſunt, non videntur à *S.*R. Imperio tanquam huic erepta, repeti poſſe. *Not. Imp. Bæcl. lib. 2, c. 3,*

NOTÆ.

(*a*) REFERENDUM NON EST &c. Benè tamen *Dania*, de qua Ipſemet *Fridericus I* Imp. reſpondendo Romanorum Legatis, An. 1155, apud *Ottonem*, *Friſingenſem*, lib. 2, Cap. XXI, p. m. 463: *Experta eſt hoc* Dania, *nuper ſubacta*, *Romanoque reddita Orbi, & fortaſſe plures Provinciæ, pluraque ſenſiſſent Regna, ſi præſens negotium non impediſſet &c.* Innuit procul dubio ſubjectionem *Suenonis*, in Comitiis Merſeburgicis, An. 1152 factam, cujus præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 126 & 127, memini. A tempore verò *Canuti* Regis, *Waldemari* filii, laudato Cæſari, An. 1182, *Hominium* præſtare negantis, (*Argoldo* Lubecenſi teſte, lib. 3 *Chron. Slavor.* Cap. 2, §. 4, p. m. 301) neminem Cæſarum jus aliquod in Daniam ulterius prætendiſſe, multo minus armis vindicaſſe, rectè aſſerit *Conringius*, de *Finibus Imperii* Lib. I, Cap. XVI, §. 17, p. 141, totam hanc materiam l. c. à §. 1 ad 17, p. 125 ad 141 funditus exhauriens; Conf. *Bæclerus*, in Hiſtoriam *Æneæ Sylvii*, Imperatoris *Friderici III*, §. VII, p. m. 131. Et *Polonia*, quam ab *Ottonis Magni* ævo, ad *Friderici II* tempora uſque, penè, ſemper & ſubjectam & tributariam Germanico Imperio fuiſſe, dilucidè oſtendit *Conringius* l. c. Cap. XVIII, p. 196 ad 215. *Hungariam* itidem, *Cyprum* & *Armeniam* Reges quandoque habuiſſe *Germanorum* Imperatori ſubjectos, idem docet l. c. Cap. XVII, p. 172 ad 195.

1. Hi totaliter exempti nituntur duobus potiſſimum titulis: Præſcriptione, & Jure Belli. Præſcriptionem enim & Regnis obtinere, (*a*) certum eſt; quia alias controverſiæ (*b*) de Regnis, Regnorumq; finibus, nullo unquam tempore extinguerentur; quod non tantùm ad perturbandos multorum animos, & bella ſerenda, pertineret, ſed & communi Gentium ſenſui repugnaret; *Grotius de I. B. & P. c. 4, in pr.* Ex quo enim Jure diſtinctio Dominiorum eſt introducta, ex eo etiam Jure Dominiorum conſervatio eſt conſtituta. Dominia autem, niſi ſint in certo, & lites circa ea finem ſuum habeant, conſervari nullo modo poſſunt. Diſſentiunt (*c*) alii, (1) Quia Præſcriptio ex Iure Civili eſt, quod Jus Reges non obligat; (2) quia in tali Præſcriptione bona fides deeſt; (3) Regna non ſunt in commercio, ſeu potius Majeſtas in his Regnis. Reſpondemus ad (1): Præſcriptio eſt Juris Civilis, quatenus Jus Civile de ea diſpoſuit, & formam, ut loquuntur, ſpecificam conſtituit; eſt Juris Gentium, conſiderata in genere, citra diſpoſitionem Juris Civilis, exemplo donationis; ad (2) In Præſcriptione immemorialis temporis, nec Jure Civili requiritur bona fides, (*d*) ſed temporis lapſus tantùm attenditur; nec obſtat: quod tempus non tribuat Dominium; reſpondeo: Tempus non tribuit Dominium, ſed jus, quod vult, ut intra tantum temporis ſpatium Dominium nobis acquiratur; ad (3) diſtinguimus: inter Majeſtatem, & jus habendi Majeſtatem; non præſcribitur Majeſtas, hæc enim non eſt in commercio hominum, & à ſolo Deo confertur; ſed jus habendi Majeſtatem, quod eſt in commercio.

Digitized by Google

NOTÆ.

(a) IN REGNIS OBTINERE &c. *Robertus Bellarminus* lib. V de *Romano Pontifice*, Cap. IX, in fin. p. m. 900, memor donationum, quas Eccleſiæ Romanæ factas affirmat, inquit: *Etiamſi nihil horum extaret, abundè ſufficeret Præſcriptio DCCC annorum. Nam etiam Regna, & Imperia per latrocinium acquiſita, tandem longo tempore fiunt legitima. Alioqui enim, quo Jure Julius Cæſar occupavit Romanum Imperium? & tamen, tempore Tiberii, Chriſtus ait, Matth. XXII: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Quo jure Franci Galliam: Saxones Britanniam: Gothi Hiſpaniam, invaſerunt? & tamen quis hoc tempore Regna, ab illis conſtituta, illegitima eſſe diceret?* Pertinet huc reſponſum *Archedemi* Thebanis *Meſſenam* repetentibus datum, apud *Iſocratem*: *Poſſeſſiones, ſive privatas, ſive publicas, præſcriptione longi temporis firmatas, in patrimonio & dominio habendas, omnibus eſt perſuaſum &c.* Exemplis & teſtimoniis aliis eandem confirmat ſententiam *Grotius* de I. B. & P. Lib. 2, Cap. 4, §. 2, p. m. 140. Conf. *Seldenus*, de *Mari Clauſo*, lib. 1, Cap. 26, p. 195, *Simon* in *Grotium* l. c. Lib. 2, Cap. 4, §. 1, p. 217 &c. *Albertus Gentilis*, I. B. I, 22; *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. V, §. 3, 4, 5 & 6, p. 17 & 18; & de *Republica*, Exercit. 2, de *Imperatore Romano-Germanico*, §. 25, p. 44 & 45; Dn. *Ockel* de *Præſcriptione Immemoriali*, Cap. 1, §. 15, p. 16.

(b) CONTROVERSIÆ &c. Apud omnes ſanè Gentes confeſſum, poſſeſſiones publicas, non minus ac privatas, diuturnitate temporis ita firmari, ut revelli amplius nequeant, idque propterea, quia alias controverſiæ de Regnis & Provinciarum poſſeſſionibus nunquam finirentur, cum tamen publicæ tranquillitatis permultum interſit, ut quantocyus, quantumque fieri poteſt, ſopiantur. Vid. *Conring.* de *Germanorum Imperio Romano* l. c.

(c) DISSENTIUNT &c. Quo titulo veniunt: *Ferdinandus Vaſquez* Controverſ. Illuſtr. Part. 1, lib. 1, c. 32; *Caſſaneus*, de *la Recherche des Droits du Roi & de la Couronne de France*, Liv. 1, Chap. 3, p. 146, cujus verba *Limnæus*, *Notit. Franc.* lib. 1, Cap. V, lit. K, p. 119, Latinè vertit; *Vitecor*, de *Exemptionibus Imperii*, Concluſ. VII, p. 37, *Mylerus* de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 4, Cap. 99, §. 3, p. 849; *Johannes à Felden*, Not. in *Grotium*, Lib. I, c. 4, §. 15; *Reinking* de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. 1, Claſſ. 2, Cap. IX, §. 136 &c. p. m. 180, & 181 &c. Quibus omnibus ſatisfacit Dn. *Ockel* l. c. Cap. 2, §. 55, p. 104 & 105.

(d) BONA FIDES &c. Ita *Joſephus Maſcardus* de *Probationibus*, Vol. 3, Concluſ. 122, §. 3, p. 575, §. 4, 5, 6, 7, 8 & 9, p. 576; præſertim §. 45, p. 581, ſcribens: *Ubi habemus tantum tempus, (cujus initii memoria non extat,) non eſt curandum de bona vel mala fide &c.* & *Mevius*, Part. 2 *Deciſionum*, Deciſ. 102, §. 6, p. m. 167, auctoritate l. 3 & 4. C. de *Præſcriptione 30 vel 40 annorum*, Lib. VII, Tit. 39; & *Brunnemannus*, in eundem Textum Codicis, p. m. 641 &c. Aliique multi, quamvis nec deſint, qui & in præſcriptione, cujus initii memoria non extat, bonam fidem requiri, arbitrantur, quorum nomina *Maſcardus* conſignat l. c. §. 49, p. 581; diverſas has ſententias §. 54 & 55, p. 582, ita concilians, ut bonæ fidei probatione, in tanta præſcriptione, non opus eſſe judicet, niſi in caſu, quo apertè mala fides, ſive per Inſtrumenta, ſive per teſtes idoneos, ſive per alias probationes legitimas, demonſtrari queat.

2. An Summus Pontifex præſcriptione, adverſus Imperium, ſe tueri poſſit? negat (a) hoc Conringius, de Finibus Imperii, Cap. 21; Bœcler, in Not. Imperii, lib. 2, c. 2, p. 18. (1) Quia Imperatores nomen Romani Cæſaris conſtanter retinuerunt, & ſic videntur, contra poſſeſſionem ejus, proteſtati eſſe; (2) Quia in omnibus Capitulationibus, excepto (b) moderno Noſtro Imperatore, jurant Imperatores: quod velint Coronam Romanam ſuſcipere; (3) Quia Pontifices ſemper (c) à novis Imperatoribus Donationes ante factas petierunt confirmari; (4) Ex creatione Equitum (d) & Comitum Palatii Lateranenſis; (5) Ex Privilegiis, quæ à Cæſaribus indulgentur (e) Terris Papalibus; (6) Ex prælatione Enſis, quem præfectus Urbis Romæ Cæſari ſemper præfert; (7) Ex aliis actibus ſummæ poteſtatis.

NOTÆ.

(a) NEGAT &c. *Laurentius Valla*, in declamatione *contra donationem Conſtantini, Sylveſtro* factam Pontifici, apud *Schardium* de *Juriſdictione Imperiali*, p. m. 424, memor hujus præſcriptionis, ait: *Præſcripſit, inquiunt, Romana Eccleſia in his, quæ poſſidet, ---- & quomodo poteſt præſcripſiſſe, ubi de nullo titulo, ſed de malæ fidei poſſeſſione conſtat? aut, ſi malæ fidei poſſeſſionem neges, profectò ſtultæ fidei negare non poſſes &c.* Egi de hac quæſtione, præced. Lib. I, Tit. IV, §. 3, lit. n. pag. 319 & 320, Prætenſiones rerum, quarum poſſeſſio aliquot Seculis amiſſa, Juri Gentium adverſari, rectè notat Ill. Dn. *Thomaſius*, ad *Monzambanum*, Cap. I, §. 3, lit. o, pag. 27. Non quæritur: *Quid Juris Germania Romæ*

quon-

quondam, Ottonum maximè & ſequentium aliquot Imperatorum temporibus, habuerit? aut habere poſſet, ſi priſtinum ſtatum ſervaſſet? ſed quid nunc dicendum, poſtquam Germania cum Romano Pontifice, tanquam Principe, ſoli Deo inferiori, agere conſuevit? Quadrant huc, quæ Dn. *Thomaſius* l. c. §. 14, lit h, pag. 77, ex *Henningeſii* Notis ad *Becheri* Jus Publicum, Lib. I, Cap. 2, p. 35, adducit, ut &, quæ Doctiſſimus Auctor *Bibliotheca Nova Hallenſis*, Part. XXIII, p. 202, ſuppeditat: *daß wir Teutſche ein groſſes Recht über* Rom, *und in* Rom, *gehabt haben, und daß dieſes Recht dauren ſollen, bleibet unſtreitig und außgemacht. Nur kommet es jetzt darauf an, ob Wir, aller* ſpecificirten *Handlungen ungeachtet, nichts deſto weniger unſer Recht behalten, und durch etliche, in den* Capitulationen *gebrauchte Worte, ſolches annoch zu erhalten fähig ſind? Zum wenigſten iſt doch ſonſt die Rechts*-Regul *bekandt*: Proteſtationem facto contrariam nihil operari. *Es gehöret gewiß eine ſonderliche* Phantaſie *dazu, ſich zu bereden: Man könte durch ein Wort die Sache wiederumb herſtellen, welche man in ſo vielen Handlungen weggegeben. Dann denjenigen hält te ich gewiß vor einen gantz freyen Printzen, dem ich einen* Ambaſſadeur *ſchicke, und von Ihme wiederumb* Ambaſſadeurs *annehme. Meinen Unterthanen ehre ich nicht alſo; auch muß mein* Vaſall *zum höchſten mit einem* Envoye, *oder* Reſidenten, *vor lieb nehmen &c.* Notabilis locus eſt Bullæ *Pauli V*, P. R. ſub dato *Romæ*, 1610, 6 Idus Aprilis, ſingulis annis, die *Cœnæ Domini*, publice prælegi ſolitæ, apud *Cherubinum*, Tom. III. *Magni Bullarii Romani*, §. LXIII *Conſtitutionum* dicti Pontificis §. 20, p. m. 250: *Item excommunicamus, & anathematizamus, omnes illos, qui per ſe, ſeu alios, directè vel indirectè, ſub quocunque titulo, vel colore, invadere, deſtruere, occupare & detinere præſumpſerint, in totum, vel in partem, Almam Urbem; Regnum Siciliæ; Inſulas Sardiniæ & Corſicæ; Terras citra Pharum; Patrimonium B. Petri in Thuſcia; Ducatum Spoletanum; Comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebatiæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Provincias; illarumque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum; Civitateſq; noſtras: Bononiam, Ceſenam, Ariminum, Beneventum, Peruſiam, Avenionem, Civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras & loca, vel Jura, ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubjecta, nec non Supremam Juriſdictionem in illis, Nobis & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem, de facto uſurpare, perturbare, retinere, & vexare, variis modis, præſumunt, nec non adhærentes, fautores & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes &c.* Quæ omnia *Urbanus VIII*, An. 1627, Kal. April. Conſtit. LXII, §. 20, apud eundem, Tom. IV, p. 114 & 115, totidem verbis repetit. Propterea verò Romanum Pontificem pro *Summo* harum Terrarum omnium Principe eſſe habendum, nullatenus affirmaverim. Auro ſanè pretioſius Diploma *Joſephi* Imperatoris, an. 1708, 26 Junii, contra importunam *Clementis XI* Bullam, quà an. 1707, 27 Julii, Romæ, hoc titulo vulgatâ: *Declaratio Nullitatis cujuſdam concordiæ, in Sedis Apoſtolicæ & S. R. Eccleſiæ præjudicium, initæ ſuper hybernis ſtationibus, quas Milites Germani in Ducatu Parmæ & Placentiæ locarunt: firmis remanentibus Eccleſiaſticis Cenſuris eidem Sedi reſervatis, per eos quovis modo incurſis, qui tam, ea occaſione, loca Ducatus prædicti invaſerunt, & perturbarunt, quam nuperrimè onera & gravamina bonis perſonarum Eccleſiaſticarum ejusdem Ducatus intulerunt; Romæ M. DCC. VII &c.* Supremum in *Parma & Placentia* Ducatus dominium ſibi vindicare auſus eſt, *Viennæ* promulgatum, quodque Vir Conſultiſſ. Dn. *Simon Henricus Muſæus*, ab Illuſtri *Chriſtiano Guilielmo ab Eyben*, Sereniſſimo tunc Holſato-Sleſvicenſium Duci a Conſiliis Status, nunc autem Reverendiſſimo atque Sereniſſimo Præſuli Oſnabrugenſi, *Erneſto Auguſto*, à Conſiliis Sacratioribus, ſecum communicatum, doctiſſimis annotationibus illuſtratum, erudito Orbi, An. 1709, propinavit, longè aliud docet; ceu ſeq. Tit. V, §. 1, lit. a, v. 18, amplius patebit; Sic de *Comachio*, à *Lothario* Imp. & ejus fratre *Ludovico*, An. 844, in *Ottonem* Eſtenſem collato, teſte donationis charta, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpecial. *des Reichs*-Archivs, Continuat. 2, IV *Abtheilung*, *XXX Abſatz*, §. 1, p. 703, conſtat, Comitatum hunc Juriſdictioni Imperii perperam ſubduci; Diploma, quo *Fridericus I* Imp. ſub dato *Ravennæ* An. 1177, *Comachienſibus* privilegia conceſſit, habetur Ibid. §. 2, p. 704; *Fridericus II* Imp. in diplomate, An. 1111 Ravennæ dato, Civitatem *Comachio ſpeciale Domanium Imperii* vocat, eademque in ſpecialem protectionem ſuam & defenſionem Imperii ſuſcipit: vid. ibid. §. 3, p. 704. Literas Feudales *Caroli IV*. Imp. An. 1354 *Aldobrandino, Nicolao, Fulconi, Hugoni & Alberto, Ubizonis* Eſtenſium Marchionis Filiis, ſuper *Comachio* conceſſas, ſiſtit idem l. c. §. 4. p. 705. ut & alias, an. 1361, *Nicolao Vugoni & Alberto*, modo nominatis, datas, ibid. §. 5. pag. 706. *Sigiſmundum* Imp. An. 1433, de eodem *Nicolaum* 2 Eſtenſem inveſtiviſſe, docent literæ ejus deſuper confectæ, l. c. §. 6, p. 706. Fruſtra objicit Pontifex, *Franciſcum* 2, Modenæ Ducem, per Tractatum *Piſanum* An. 1664, cum *Alexandro VII*. P. R. initum, pro certa pecuniæ ſumma, Juribus ſuis in hunc agrum renunciaſſe; cum (1) in præjudicium Imperatoris & Imperii, in iſtos tractatus non conſentientium, nihil fieri potuerit, (2) *Franciſcus* 2 tunc infans 4 annorum fuerit, proinde nihil damni ex Matris, *Lauræ Martinozziæ*, tranſactione ſentire queat; licet *Rainaldus* Cardinalis Eſtenſis eam approbaverit, quippe qui

Papam

Digitized by Google

Papam irritare noluit. Quæ omnia publico nomine jam ſatis deducta. Hiſpaniæ ſimiliter Reges, intuitu *Arragoniæ* Regni, nihil unquam juris Romanæ Sedi in Siciliam conceſſiſſe, Dn. *Conringius* l. c. Cap. XXII, p. 299 &c. notavit; nec modernum *Siciliarum* Regem, *Victorem Amadeum*, ullum adhuc concedere, palam eſt; de reliquis ne dicam.

(*b*) EXCEPTO &c. A tempore *Caroli V*, Imperatorum neminem à Pontifice Romano fuiſſe coronatum, tralatitium eſt; *Ferdinandi I* tamen Capitulationi Art. XXVII inſertum: *Wir ſollen und wollen auch ... Uns zum beſten befleiſſigen*, die Kayſerliche Cron, *in ziemlicher gelegener Zeit, zum ſchierſten zu erlangen, und alle und jede Churfürſten, Ihr Ampt zu verſehen, zu ſolcher Crœnung thun erfordern: Uns auch in deme allen dermaſſen erzeigen, und beweiſen, daſs unſert halben, an aller Moglichkeit, kein Mangel geſpühret oder vermerckt werden ſoll*: Filius Ejus, *Maximilianus II*, nihil hujuſmodi, & quidem ſolus, promiſit. Aſt *Rudolphus II*, Art. XXXI, juravit: *Wir ſollen und wollen auch* die Rœmiſche Kœnigliche Cron, *wie Uns, als Erwehltem Rœmiſchen Kœnig, wohl geziemet, empfahen, und anders, ſo ſich derhalb gebühret, thun ... und nachfolgends, ſo ſich der Fall der Erledigung des Kayſerthumbs begæbe, (das der Allmæchtige, lang mildiglich verhüten wolle) Uns alsdann, und nicht eher, zum beſten befleiſſigen*, die Kayſerliche Cron, *zu ziemlicher gelegener Zeit, zum ſchierſten zu erlangen, und alle und jede Churfürſten Ihr Ampt zu verſehen, zu ſolcher Cronung erfordern thun; Uns auch in dem allen &c.* reliqua ut in Capitulatione Ferdinandi. Quæ omnia & Capitul. *Matthiæ* Art. XXXVIII; *Ferdinandi II.* Art. XXXVII; *Ferdinandi III*, Art. XXXIX; *Ferdinandi IV.* Art. XXXVII, continentur, *Leopoldus*, Art. XXXVII Capitul. ſpoſpondit ſaltem: *Wir wollen auch* die Rœmiſche Kœnigliche Cron, *færderlichſt empfangen, und bey allem demſelben das thun, ſo ſich deshalben gebühret, auch alle und jede Churfürſten, umb Ihr Ampt zu verſehen, zu der Crœnung erfordern, und was zwiſchen beeden Churfürſten, zu* Maintz *und* Cölln, *wegen der unter Ihnen, der Crönung halber, entſtandener Irrungen, ohnlængſt gütlich beygelegt und verglichen worden, hiemit* confirmirt *und beſtætiget haben &c.* nulla mentione facta *Coronæ Imperialis*; ſuſpicatur quidem *Limnæus*, ad hanc Capitulationem, p. m. 947, Exemplar non eſſe integrum, cum non ſimul complectatur, quæ de *Corona Imperiali* in anterioribus Capitulationibus diſpoſita ſunt; rectè vero ei contradicit Ill. Baro de *Lyncker*, Not. ad *Capitul. Joſephi* Art. XXXVI, p. m. 85, docens, punctum de *Corona Imperiali* vel propterea omiſſum fuiſſe, quod manifeſtum ſit, coronam iſtam neque ad Nomen & Dignitatem, neque ad Poteſtatem Imperatoriam, quicquam facere; ex quo ſcilicet cautum, Imperatores noſtros ex legitima electione cenſendos eſſe. Quare nec *Joſephus* Art. XXXVI, nec modernus Imperator Sacratiſſimus, *Carolus VI*, Art. III, aliud jurarunt.

(*c*) SEMPER &c. Id probatu difficillimum eſſe puto, ne dicam, plane impoſſibile, ſi de recentioribus temporibus loquamur; olim tamen id factum, teſtatur etiam *Laurentius Valla*, in Declamatione *contra donationem Conſtantini, Sylveſtro* P. R. factam, apud *Schardium, de Juriſdictione Imperiali*, p. m. 424: *Præſcripſit, inquiunt, Romana Eccleſia in his, quæ poſſidet ... cur ergò ab Imperatoribus toties curat ſibi jus confirmandum? cur donationem, confirmationemque Cæſarum jactat, ſi hoc unum ſatis eſt?*

(*d*) EQUITUM &c. De hujuſmodi Equitibus, à recentioribus Imperatnribus creatis, mihi non conſtat; niſi perperam huc traxeris, quos Imperator, inaugurationis ſuæ feſto, Gladio *Caroli Magni*, à Norimbergenſibus allato, creare ſolet. Nec recens *Lateranenſis Palatii* creatorum *Comitum* Exempla proſtant, minimum, non eorum, qui jus aliquod, Cæſaris nomine, *Romæ* exerceant.

(*e*) INDULGENTUR &c. Sed & hic hæreo; Quis vidit ejuſmodi Privilegia, à noſtris Imperatoribus, à tot jam retro annis, Terris Papalibus indulta?

(3) De Pruſſia (*a*) idem aſſerimus, propter proteſtationes, ab Imperatore & Imperii Statibus, adhuc hoc ſeculo interpoſitas. Vid. *Bœcler, in Not. ad Grotium, lib. 2, c. 4, p. 147.* Plura vide apud Authores indicatos. Septem (*b*) longè Nobiliſſimæ & Potentiſſimæ Provinciæ Fœderati Belgii, Hollandia ſcil, Zelandia, Geldria, cum Comitatu Zutphanienſi, Weſtfriſia, Trajectina Regio, Tranſiſalania & Grœningenſis ditio, cum Omlandia, poſtquam 1581 Hiſpano renunciarunt (*c*) Imperio, etiam nec quidquam amplius debere, videri voluerunt, ſuntque paſſim per omnem Terrarum Orbem, à Potentiſſimis Regibus, habitæ ac cultæ, quaſi ſui juris, nec ulli Principi obnoxiæ. Hinc ne à Cæſare quidem titulum *Dilectorum Fidelium* dari ſibi paſſæ ſunt amplius, nec à Principibus Imperii æſtimari, ullo indicio, in cenſu Eorum, qui Imperio ſunt obnoxii. Confer adhuc plura & elegantia, Libertatem Belgicam concernentia, apud *Conringium*, (*d*) *de Finibus Imperii*, *c. 28.*

NOTÆ.

Digitized by Google

NOTÆ.

(*a*) PRUSSIA &c. Vid. præced. Lib. I. Tit. XXI, §. 4. & 5. Actum de hac Provincia in Comitiis Auguſtanis An. 1500, teſte R. I. Auguſtano h. a. §. *Vom Hochmeiſter aus* Preuſſen &c. ubi: *Von wegen des Hochmeiſters aus* Preuſſen, *iſt beſchloſſen, Ihm eine Schrifft, von wegen Unſer und der Standt des Reichs, an den Kœnig zu* Poland *zu geben, der Meinung, wie Wir, und die Stande des Reicht, verſtanden haben, daß der Konig im Fürnehmen ſeyn ſoll, dem Hochmeiſter zu beſchwærlichen Eyden, und andern, zu Abbruch dem H. Reich, zutringen; So aber der Orden allein auf Teutſche* Nation *geſtifftet, auch Niemand anders, dann dem H. Reich zugehorig &c.* Nihilominus autem *Albertum* Brandenburgicum, Supremum tunc Ordinis Magiſtrum, à *Sigismundo*, Poloniarum Rege, An. 1525. magnam Boruſſiæ partem, Ordini antea ſubjectam, jamque Polonorum clientelæ commendatam creditamque, Feudi hæreditarii lege, *Ducali* titulo, ſuſcepiſſe, & ad legitimos tranſmiſiſſe hæredes, alibi expoſui; Literas Feudales *Sigiſmundi* An. 1525 deſuper confectas, ſiſtit Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs-*Archivs, *III Theil, IV Abtheilung, III Abſatz*, §. XXI, p. 30. &c. *Sigiſmundi Auguſti* Regis Diploma, *An.* 1563, *Joachimo* 2, Electori Brandenburgico, in vim ſimultaneæ Inveſtituræ conceſſum, occurrit ibid. §. XXIX, p. 60 &c. Et aliud, An. 1569, *Alberto Friderico* Marchioni & Duci, laudati *Alberti* Ducis filio & ſucceſſori, datum ibid. §. XXX, p. 62 &c. Conf. Literas feudales *Sigiſmundi III* Regis, An. 1611 in favorem Electoris Brandenburgici, *Johannis Sigismundi*, ejusque Hæredum maſculorum, in caſum, quo *Albertus Fridericus* ſine maſcula prole, ceu an. 1618 contigit, moriretur, expeditas, l. c. §. XXXV, p. 78 &c. Per Pacta *Velavienſia* verò An. 1657 ſolutum fuiſſe nexum hunc clientelarem, Sereniſſimumque Electorem Brandenburgicum, *Fridericum Wilhelmum*, Supremum Boruſſiæ Electoralis Dominum declaratum, ex Conventionis Tabulis, quas in *Theatro Europæo* Tom. VIII, p. 608 &c. ut & apud *Thuldenum*, part. IV *Hiſtoria Univerſalis*, p. 273 &c. nec non in *Chronico Hungarico Norimbergenſi* §. 55, p. 68 &c. & apud Dn. *Lunigium* l. c. §. LIV, p. 166. &c. oſtendimus, quarumque ſupra jam memini, liquet. Cumque Potentiſſimo Electori, *Friderico*, conſultum videretur, *ſupremi & à nemine dependentis Boruſſiæ Ducis* titulos, Sacratiſſimo *I*mperatore *Leopoldo*, Regibusque Magnæ Britanniæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ &c. nec non Electoribus Principibusque S.R. *I*mperii benè multis; Republica Hollandorum, aliisque Europæ *Potentiis*, applaudentibus, mutare in *Regios*, ſolennique cerimonia *Regiomonti*, *An.* 1701, 18 Januar. inaugurari, interpoſuit Sereniſſimus Magnus Ordinis Teutonici Magiſter, *Franciſcus Ludovicus*, & Commendatores Ejus, proteſtationem in Aula Cæſarea, exiſtimantes, Ordini hac ratione fieri injuriam, nec hunc, data occaſione, animum recuperandæ Boruſſiæ depoſuiſſe. Fruſtra verò hæc objici, ex quo tot Gentes, Sacratiſſimus præſertim Imperator & Reſpublica Poloniæ, quorum ſolorum intereſſe videbatur, factum Brandenburgicum, publico ſolennique conſenſu, Literis & Legationibus declarato, comprobarunt. Vid Ill. *Auctor des Europ. Herolds*, Tom. 2. pag. 472. Dn. *Ludovici Petri Giovanni* (Joh. Petri Ludovici) *Germania Princeps*, lib. 2, Cap. 2, p. 532 &c. Rationes, ob quas Potentiſſimus Elector *Rex* dici meruerit, expoſuit idem Vir Conſultiſſimus, in diſſ. de *Auſpicio Regum*, An. 1701 Halæ habita, Cap. V, p. 163 &c. De priori mutatione *Pruſſiæ*, conf. *Conringius* de *Finibus Imperii*, Lib. 2, Cap. XXIX, §. 31 & ſeqq. p. 488, ad 492; & ibi in Addit. poſterioribus p. 64 &c. *Schurtzfleiſch* de *Rebus Pruſſicis*, §. VII. & ſeqq. p. 9 &c. *Limnæus* Lib. I. *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 23 &c. p. 129 &c. & Tom. IV Addit. ad Lib. V. c. 7, §. 28, p. 776 &c. *Bœcler*, ad *Grotium*, lib. 2 de I. B. & P. c. 4, §. 15, p. 143 &c. *Mattenbergii* Diſſert. de *Statibus Imperio exemptis*, p. 15.

(*b*) SEPTEM &c. Septendecim Provincias Belgicas, in *Carolo V* Imperatore primum coaluiſſe, jureque hereditario Ipſius Filio, *Philippo* 2, Hiſpaniarum Regi, obveniſſe, Annalium fide nititur. Coiverant ab initio in *Philippo Bono*, Burgundiæ Duce, *Burgundia* utraque, una cum *Brabantia*, *Limburgi* & *Lützenburgi* Ducatibus; *Flandria, Arteſia, Hannonia, Namurci Hollandia & Seelandia* Comitatibus; Marchionatu *Antwerpienſi, Friſia & Mechlinia.* His adjecit Ejus filius, *Carolus Audax*, Ducatum *Geldriæ*, & Comitatum *Zutphaniæ.* Quas Ditiones omnes & ſingulas *Maria*, laudati *Caroli* Ducis filia, & heres, Conjugi *Maximiliano I.* Imperatori, ſicque domui Auſtriacæ, attulit. Nepos Ejus, *Carolus, V*, adjunxit tandem *Ultrajectum, Tranſiſalaniam & Grœningam*; totumque fortunæ cumulum ad filium *Philippum*, ſolenni diplomate, An. 1555, 25 Oct. *Bruxellis* dato, tranſmiſit. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Caroli V*, ad An. 1555, p. 736; Conf. *Pontus Heuterus, Rer. Belgic.* lib. 9, p. 431; *Ferreolus Locrius, Chron. Belg.* p. 591; *Famianus Strada*, lib. 1. de *Bello Belgico*, aliique, Dn. *Schurtzfleiſchio*, in Notis in Epiſtolam de *Motibus Belgicis*, ad *Philippum* 2 Hiſpaniarum Regem, An. 1573 excuſam, (quæ inter diſputationes Ejus, locum quinquageſimum primum occupat) pag. 4, commendati. Univerſas Provincias has dependiſſe feudali nexu ab Imperatore & Imperio, toto Cap. XXVIII. lib. 2 de *Finibus Imperii*, demonſtrat *Conringius.* Pertinet huc Tranſactio *Auguſtana*, An. 1548, 26 Junii, inter Imperatorem *Carolum V* ab una, & Status *I*mperii ab altera parte, inita, tenorem ejus *Germanico* idiomate ſuppeditantibus *Lundorpio*, Tom. V, *Act. Publ.* Cap. 101, p. 933 &c. *Limnæo* Lib. V, Jur. Publ. Cap. 2, §. 50, p. 58 &c. & *Fabro*, Tom. V *der Staats-Cantzley*, Cap. XVIII, §. XI, p. 797 &c. & *Latino*, Dn.

Conringio l. c. §. 14, & ſeqq. p. m. 451 &c. & Dn. Lunigio, Part. Spec. des Reichs-Archivs, im Anhang, der Erſten Fortſetzung, der Erſten Continuation, im Erſten Abſatz, §. 2, p. 4 &c. In Compendium eam redegit Pontus Heuterus, ſub fin. Lib. 2 Hiſt. Belg. p. 175, & poſt eum, Dn. Luca im uhralten Fürſten-Saal, p. 1061 &c. Inde huc faciunt: Dagegen aber Wir (Cæſar) gemeiner Stande Fürbringen, inmaſſen das geſchehen, (Belgium ſcil. eſſe Feudum Imperii) nicht geſtanden, noch geſtehen kœnnen, ſondern Ihnen lautern Bericht, wie es umb unſere Burgundiſche Nieder-Erb-Lande beſchaffen, anzeigen laſſen; unter andern, daß nicht dargethan noch bewieſen werden mag, daß, von wegen gedachter unſer Nieder-Burgundiſchen Erb-Lande, je einige Contribution, oder Anſchlage, zu dem Reich entrichtet worden: ſondern, daß es deren, darzu des Reichs Satzungen und Ordnungen, Juriſdiction und Proceſſen, je und allwegen frey geweſen; zu dem, der Burgundiſche Kreyß nie in keine Würckung kommen. Und obgleich Hertzog Philips von Burgund, læbl. Gedæchtniſs, bey Zeiten gemeldten Kayſer Friederichs, die ſeinen zu einem Reichstag abgefertiget, auch auf einem andern erſchienen, ſo wære doch ſolches aus freyem Willen, und nicht aus Pflichten oder Schulden, ... geſchehen ... was aber das Hertzogthumb Geldern belangt, hætten Wir gemeinen Stænden zu mehrmahls angezeigt, daß Wir daſſelbig von dem Reich erkennten, und ehe Wir das jezt zu unſern Handen wiederbracht, von unſerm Ahn-Herrn, Kayſer Maximilian, milder und ſeeliger Gedæchtniſs, zu Lehen empfangen; aber der Contribution halben, hætten die Stænde des Landes zu Geldern, auf gemeiner Stande derwegen an Sie außgegangenen Schreiben, Uns zu erkennen geben, daſs dergleichen Anſchlage von Ihnen hievor nie begehrt, vielweniger bezahlt worden, ſondern wæren derſelben jederzeit frey und unangefochten blieben, mit unterthæniġſter Bitte, dieweil ſie ſich an Uns mit Condition und Beding, Sie bey ihren Freyheiten zu handhaben, ergeben, Sie dabey ruhiglich bleiben zu laſſen. Dergleichen Anzeig wæren Uns auch von der Landſchafft des Stiffts Utrecht geſchehen ... und obwohl Geldern und Utrecht in den Weſtphæliſchen Kreiß gezogen, und dieſelben, ſampt andern obangezeigten Burgundiſchen Landen, in des Reichs Regiſtern und Anſchlagen ſich befinden, ſo folgt doch daraus nicht, daſs ſie darum des Reichs Anſchlæge zu entrichten pflichtig, dieweil ſolche Kreiſs anfænglich allein, von wegen der Nomination und Præſentation an unſer Kayſerlich Cammer-Gericht, wæren aufgerichtet worden, und das Reich von Ihnen derwegen ichts zu empfahen, nie in Beſitz oder Gebrauch geweſen; zu dem, daſs ſolche Lande von des Reichs Juriſdiction von Alters gefreyet und eximirt, und von dem H. Reich, gleich andern unſern Nieder-Erb-Landen, biß anhero, in zugeſtandenen Beſchwerungen, Schutz, Schirm oder Beyſtand, nie gehabt, wie doch ſonſt andere Stænde des Reichs, ſo Sie Anſchlæge tragen, billig haben; daraus dann leichtlich geſchloſſen werden kænte, daß ſolche unſere Lande einige des Reichs Anſchlage zu tragen, oder zu leiſten, nicht ſchuldig ſeyn, und billig bey den alten Freyheiten und Exemption gelaſſen werden ſolten. Aber nichts deſto minder, dieweil Wir, aus ſonderer Neigung, ſo Wir zu dem H. Reich Teutſcher Nation tragen, nicht geneigt, demſelben einiges Wegs ichts zu entziehen, ſondern vielmehr ſolches zu mehren und zu weitern willig; ſo haben Wir Uns gnædiglich vernehmen laſſen, daß Uns, zu Erhaltung gutes, friedlichs und nachbarlichen Willens, auch zu Nutzen und Aufnehmen beyderſeits Landſchafft, nicht zuwieder ſeyn ſoll, daß alle unſere Nieder-Erblande, ſamptlich mit dem Hertzogthumb Geldern, und Graffſchafft Zutphen, und der Temporalitæt zu Utrecht, und andern zugehœrigen Vaſallen und Herrſchafften der Nieder-Erblanden, wie Wir jetzunder beſitzen, alle zuſammen unter einen Kreiß gezogen, und eine benannte Summa Geldes, als nemblich, ſo viel zweyer Churfürſten Anſchlæge ertragen mœchten, contribuirten, darbey Sie gelaſſen, und dagegen in des H. Reichs Schutz, Schirm, Vertheydigung und Hülffe begriffen ſeyn ſollen, doch daß dieſelben ſonſt bey allen andern Freyheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, Exemption der Appellation und Juriſdiction, gelaſſen würden.

Auf ſolchen unſern beyſtændigen Gegen-Bericht, und gnædiges Erbieten, haben Churfürſten, Fürſten und gemeine Stænde, auch der abweſendenRæthe und Bottſchafften, ſich mit Uns in weitere Handlung eingelaſſen, und nach vielfæltigen hin und wieder ergangenen Schrifften, Berichten und gepflegten Handlungen, Wir Uns mit Ihnen, und Sie ſich mit Uns, auf nachfolgende Mittel endlich verglichen, vereiniget, und vertragen Uns auch hiemit, in und mit Krafft diß Brieffs, in beſter und beſtændiger Form und Maß, wie das immer, und von Rechts und Gewonheit wegen, geſchehen ſoll, kan, oder mag, dergeſtalt, daß Wir, als rechter Erb- und Ober-Herr gemelter unſerer Nieder-Erb-Landen, für Uns, unſere Erben und Nachkommen, ſamt derſelbigen nachbenannten unſern Nieder-Erb-Landen, nemlich; Hertzogthumb: Lothringen, Braband, Limburg, Lützenburg, Geldern; die Graffſchafft: Flandern, Artois, Burgund, Hennigau, Holland, Seeland, Namur, Zütphen; die Marggraffſchafft des H. Reichs; die Herrſchafft: Frieſsland, Utrecht, Ober-Iſſel, Grœningen, Falkenberg, Thalheim, Salin, Me-

Digitized by Google

Mechlen *und* Maſtricht, *mit allen deren* mediatè vel immediatè *zugehærigen und einverleibten Geiſtlichen und Weltlichen Fürſtenthumen*, Prælaturen, Dignitæten, *Grafſchafften, Frey- und Herrſchafften, und der zugehærigen* Vaſallen, *Unterthanen und Verwandten, hinfüro zu ewigen zeiten, in der Ræmiſchen Kayſer und Kænige, und des H. Reichs Schutz, Schirm, Vertheydigung und Hülffe ſeyn, auch ſich deſſen Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten, freuen und gebrauchen, und von gemelten Ræmiſchen Kayſern, Kænigen und des H. Reichs Stænden, jederzeit, wie andere Fürſten, Stændte und Glieder deſſelben H. Reichs, geſchützet, geſchirmet, vertheidiget und getreulich geholffen, und dann auch zu allen Reichstægen und Verſammlungen beſchrieben und erfordert, und, ob Sie wollen, dieſelben neben andern Stænden, zu beſuchen, oder zu beſchicken, Macht haben; auch Ihnen, Unſern Erben und Nachkommen, Unſer und derſelben Geſandten* Seſſion *und Stimm, von wegen obberührter unſer Lande, als eines Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, zugelaſſen werden ſollen. Dagegen Wir Uns, vor oberzehlter Unſer Land und Leute, und deren Nachkommen wegen, bewilliget, daß alle ſolche unſere Lande, in vorſtehender Noth, zu Handhabung und Wohlfahrt des H. Reichs, auch Unterhaltung Friedens und Rechtens, und allen andern gemeinen des H. Reichs Anſchlægen, ſo durch gemeine Stænde jederzeit bewilliget und beſchloſſen werden, ſo viel als zween Churfürſten Anſchlæge ſich erſtrecken, leiſten und* contribuiren, &c. *Darneben ſollen auch Wir, Unſere Erben und Nachkommen, und obgedachte Unſere Lande, ſampt allen derſelben zugehörigen Fürſten*, Prælaten, *Grafen und* Vaſallen, *ſo bißher unter denſelben begriffen geweſen, und in dem Reich nichts bezahlt, einen ſondern Kreiß, der Burgundiſchen Erb-Landen-Kreyß genannt, haben, und unter demſelben ſolche alle begriffen ſeyn, unangeſehen, daß etliche derſelben hievor etlichen andern Kreiſen ſind zugerechnet worden, und, im Fall dieſelben unſere Nieder-Erblande, mit beſtimter Ihrer* Contribution *ſaumig, und die zu gebührender Zeit nicht erlegen oder leiſten würden, ſolches Nicht-Erlegens oder Leiſtens halber, ſollen Sie unſerm Kayſerlichen Cammer-Gericht unterworffen ſeyn, und daſelbſt wieder Sie, durch unſern Kayſerlichen* Fiſcal, *gleich wie wieder andere des Reichs Stænde, Sie zu gebührender bezahlung anzuhalten*, procedirt, *und gehandelt werden; und ſonſt, auſſerhalb der* Contribution, *ſollen erzehlte unſere Lande, und derſelben Unterthanen, bey allen Ihren Freyheiten, Rechten, Gerechtigkeiten*, Exemption *der* Appellation *und* Jurisdiction, *gæntzlich und ruhiglich gelaſſen, darwieder nicht bedrængt, ſondern Dero Land, Unterthanen und Zugehærigen, mit Unſers Kayſerlichen Cammer-Gerichts*-Mandaten, Citation, *Annehmung der* Appellation, *und andern* Proceſſen, *in allen andern Sachen, wie die Nahmen haben, keins auſſgenommen, auſſerhalb der* Contribution, *unbeſchwært und unangefochten bleiben, und unſer und des H. Reichs* Jurisdiction, *in Erſter und Anderer* Inſtantz, *geübriget und gefreyet ſeyn. ....doch ſollen gleichwohl obgemeldte Fürſtenthumb und Lande, ſo viel deren vom Reich zu Lehen rühren, hinfuhro, wie bißhero, vom Reich zu Lehen empfangen und getragen werden....Und Wir, Churfürſten, Fürſten und gemeine Stænde des H. Reichs, auch der abweſendenRæthe und Bottſchafften, wie wir alle auf dieſem jetzt allhier zu* Augſpurg *gehaltenem Reichstag erſchienen, und im Abſchied deſſelben beſtimmt und benant ſeynd, bekennen auch für Uns, und unſere Nachkommen und Erben, ſo dann auch von wegen unſerer Obern, und derſelben Erben, und Nachkommen, daß ſolche Vergleichung, Vertræge*, Transactionen *mit unſerm guten Wiſſen und Willen zugangen, und beſchehen ... Geben in unſer und des H. Reichs Statt* Augſpurg, *auf Dienſtag, den 26 Tag des Monats* Junii, *nach* Chriſti *Unſers Lieben Herrn Geburt* 1548. *&c.* Ejusdem Transactionis mentio fit in ipſo R. I. Auguſt. An. 1548. § 67. *Nachdem dan von unſern Burgundiſchen &c.* nec non apud *Sleidanum*, lib. 20 ad fin. & in Belgarum libello ſupplici, an. 1570. Imperatori & Imperio in Comitiis Spirenſibus exhibito; add. *Limnæus*, lib. I. *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 18 &c. p. 126 &c.

(*e*) RENUNCIARUNT &c. Quomodo Provinciæ hæ intolerabili Hiſpanorum jugo ſe ſubduxerint, docent *Ludovicus Guicciardinus*, Deſcript. Belgii, fol. 41 & 42; *Grotius. Annal. Belg.* lib. 3. p. m. 87 &c. *Biſotte, Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande*, ſub init. *Knipſchildt* de *Jurib. & Privilegiis Civitatum*, lib. 4, c. 2, §. 8; *Hornius, Orb. Polit.* Cap. 3, §. 3. Can. 2, §. 5, p. m. 151; *Deſcriptio Hollandiæ Elzeviriana*: alii multi. En rei ſummam: *Philippus* 2, Hiſpaniarum Rex, cui, ut præced. lit. b, monitum, Pater *Carolus V.* univerſo Belgio ceſſerat, Ordinum Belgii privilegia toties quoties infringendo; Proceres vilipendendo; Officia publica non niſi Hiſpanis credendo; Sorori naturali, *Margaretha*, præfecturam Provinciarum demandando; Cardinali *Granvellano, Antonio Perrenot*, dictæ *Margarethæ* Miniſtrorum Principi, nimium potentiæ tribuendo; præcipuorum Status Conſiliariorum, veluti: *Wilhelmi* Arauſionenſis, *Lamoraldi* Comitis *Egmondani*, *Philippi* Mommorencii, Comitis *Hornani* &c. conſilia ſpernendo; quatuordecim Epiſcopatus, quorum Præſules totidem votis in Senatu Status fruerentur, erigi curando; Proteſtantium Religionem hinc inde proſcribendo; *Inquiſitionis* moleſtias obducendo &c. eo usque irritabat ſubditorum animos, ut maximi ubique motus orirentur, quibus ſedandis, *Granvellanus* domum erat avocandus. Perducendis tamen ad finem conſiliis, nova indies & rigidiora in *Hæreticos*

Decreta emittebantur; cautum inſuper An. 1565, in Senatu Regio, ſuſcipienda eſſe *Tridentini* Concilii dogmata, inſtituto, hanc ob cauſam, *Philippum* inter & *Carolum IX* Galliæ Regem, *Bajonnæ* colloquio, Hæreticis ubique ſedibus ejiciendis. Hac rerum facie, libertatem Patriæ, & conſcientiarum ſimul libertatem defenſuri, quadringenti amplius Nobiles Belgæ, *Henrico* Com. *Brederodio*, *Ludovico* Naſſovio, *Wilhelmi* Arauſionenſis Fratre, & *Florentio Pallantio*, Com. *Culemburgico*, Auctoribus, pepigerunt invicem primum Fœdus *Bruxellis*, An. 1566, ſupplici libello, 5 April. *Margarethæ* oblato, acerba mandata & Edicta abrogari efflagitantes; cum verò nil præter odioſum *Geuſiorum* (de Gueux, i. e. mendicantium) nomen inde reportarent, mittebantur *Bergenſis* & *Montignius* Marchiones in Hiſpaniam, eaſdem querelas Regi expoſitum, cuſo interim nummo, antica *Iconem Regiam*, & poſtica *duas manus*, *manticam conjunctim tenentes*, addita epigraphe: *Fidels au Roi, jusq' à la beſace*, exhibente. Quibus infecto negotio domum reverſis, in rabiem proruens plebs publicos motus ciere cœpit, Sanctorumque inprimis inſultare imaginibus. Prævidentes naſcitura inde mala *Wilhelmus* Arauſionenſis, Hollandiæ Seelandiæque Præfectus, & *Lamoraldus Egmondanus* Flandriæ Gubernator, tumultuarios ad ſaniora conſilia redire jubent; aſt fruſtra, quare & Arauſionenſis relicta Præfectura in avitum Comitatum *Naſſovienſem* ſe contulit, multis incolarum millibus exemplum Ejus ſecutis. Notatu dignum, valedicenti Principi cum *Egmondanus* diceret: *Gute Nacht, Printz ohne Land;* extemplo Arauſionenſem reſpondiſſe: *Gute Nacht, Graff ohne Kopff;* & ambos vera locutos. Imponendo poſthac Belgis majori jugo, miſit eò Rex *Ferdinandum* de *Toledo*, *Albani* Ducem, hominem ferum & truculentum, quo An. 1567, 22 Aug. *Bruxellas* ingreſſo, cunctaque pro lubitu ordinante, *Margaretha* ad Maritum, *Octavium* Farneſium, *Parmæ* Ducem, in Italiam receſſit, ſpretâ Præfecturâ. Exautorabat confeſtim *Albanus* Senatores Status, reſtaurandoque ſeveriora Edicta & *Inquiſitionis* proceſſus, novum Senatum, *Sanguinis* nomine diſtinctum, duodecim Judicum, inſtituebat, Præſide *Johanne Vargas*, Homine barbaro & immani, (cujus barbarus ſyllogiſmus vel lippis & tonſoribus cognitus:

Hæretici fraxerunt Templa,
Boni non fraxerunt contra,
Ergò omnes debent patibulare;

Nec minus tyrannica reſponſio, quam ad privilegia provocantibus dederit:

Nos non curamus veſtros Privilegios,)

Conceſſa eis ſumma in Regiis mandatis non parituros animadvertendi poteſtate. Qua moti tyrannide, centum amplius millium numero, novas incolæ & Cives ſedes quæſiverunt. Ex Procerum claſſe, *Lamoraldus*, *Egmondanus* & *Hornanus* Comites, primi in judicium vocati, rebellionis fractæq; pacis publicæ rei damnantur, 5 Jun. 1568, *Bruxellis*, ultimo affecti ſupplicio; bonis *Arauſionenſis* abſentis in Fiſcum redactis. Creſcente ſic tumultu, ortoque Civili bello, intercipiunt *Geuſii* An. 1571, 1 April. *Brielam*: ſubſecutaque tota ferè *Hollandia* & *Seelandia*, demandatur *Arauſionenſi* rerum ſumma. Oportunam infringendarum Hiſpanorum virium occaſionem inde nactus Galliarum Rex, pangit cum Arauſionenſi fœdus, vigore cujus Princeps *Hollandiam*, *Seelandiam*, & *Ultrajectum* retineret, reliquasque Belgii Provincias Galli ſortirentur. Verum, proximè ſequenti anno 1572. 24 Aug. die *Bartholomæo* ſacro, celebranda feſtivitate nuptiarum *Henrici IV* Navarræ Regis, cum *Margaretha*, *Caroli IX* Galliarum Regis, ſorore, Thalaſſiarcha *Caſparo* Comite *Colignio*, Viro de Republica Gallorum meritiſſimo, multisque *Hugenotarum* millibus, *Pariſiis*, & per totam Galliam, miſerè jugulatis, adeò res Arauſionenſis diminuebantur, ut parum recuperandæ ſalutis ſpei ſupereſſet. Nihilominus, interveniente Cæſare *Maximiliano* 2, abrogabat Hiſpaniæ Rex Albano Duci (cujus juſſu 18000 Homines violenta morte, rota, ferro, igne, aqua, laqueo &c. perierant) Præfecturam, ſpartam ejus *Ludovico de Requeſentz* committendo, quem paulo poſt *Johannes ab Auſtria*, *Philippi* Regis frater nothus, excepit.

Anno 1576, coiere denuo Belgii Provinciæ, *Luxemburgo* excepto, *Gandavi* in Fœdus. Summa decretorum fuit: Arauſionenſem titulo *Ruarti*, ſeu *Ducis Brabantiæ*, ſalutandum. Contradicentibus autem extemplo Romano-Catholicis, eligitur unanimi conſenſu Belgii Præfectus, *Matthias* Archi-Dux, *Rudolphi* Imp. frater, *Johanne Auſtriaco* Patriæ hoſte declarato. Qui armis injuriam vindicare ſtudens, acerbo apud *Gemblours* Belgas prælio An. 1578 caſtigavit, multis Oppidis in poteſtatem ſuam iterum redactis, quamvis adhuc eodem anno animam efflaret. Jam nova lis circa Præfecturam, quam *Philippus* Rex *Alexandro Farneſio*, Parmæ Duci, ex ſorore *Margaretha* nepoti, commiſit, Belgis eandem *Franciſco* Alenſonio, *Henrici III.* Galliarum Regis Fratri, credentibus. Utroque Principatum defendente, revocat Parmenſis ſub *Philippi* obſequium, Religionis velamine, totam *Arteſiam*, *Hannoniam* & *Flandriam Gallicam*. Quo minus cuncta in deterius ruerent, ſtabiliebant inter ſe *Geldri* cum *Zutphanienſibus*, *Hollandi*, *Seelandi*, *Friſii*, *Ultrajectenſes*, *Tranſiſalani* & *Grœningenſes* cum *Omelandis*, *Trajecti* ad Rhenum, An. 1579, 23 Januarii, primum Fœdus perpetuum, Religionem pariter ac Patriæ libertatem, ad ultimam ſanguinis guttam usque, defenſuri, inſignis loco Leonem eligentes, faſciculum ſeptem ſagittarum unguibus tenentem, cum epigraphe: *Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.* Extant Fœderis tabulæ apud Dn. *Lunigium* Contin. I *des Reichs-Archivs*, *in der Erſten Fortſetzung*, & quidem *im Anhang*,

im

im Erſten Abſatz, §. 27, p. 148. &c. Ab hoc tempore Septem has Provincias ſpeciali *Fœderati Belgii* titulo innotuiſſe, tralatitium eſt. Biennio poſt, Anno ſcil. 1581, 26 Julii, Hagæ Comitum, renunciarunt *Fœderati Belgiæ* ſolenni formula, quam Dn. *Lunigius* l. c. §. 28, p. 157 &c. ſiſtit, Hiſpanorum Imperio, quod Tyrannicum vocabant, protectioni laudati Ducis *Alenſonii* An. 1582 ſe commendantes; Eo vero non ſufficienti circumſpectione negotia procurante, demandati faſces ipſi *Wilhelmo* Arauſionenſi An. 1583, proximè licet ſequenti 1584, 10 Jul. impellente Romano Clero, à nebulone quodam, cui *Balthaſaris Gerhardi*, Burgundi, nomen, ſclopetaria glande trajecto. Offerebatur ab ipſius obitu Principatus *Henrico III*, Galliarum Regi, Eoque domeſticarum turbarum, quibus vexabatur, intuitu, quoque minus Hiſpanos in ſe concitaret, precantibus petita denegante, *Eliſabetha* Britanniarum Reginæ; *Ipera, Brugis* & *Gandavo*, hæc dum agebantur, adhuc eodem anno, & *Antwerpia* An. 1585, dicto Farneſio portas pandentibus. Utut *Eliſabetha* Belgarum votis non annueret, miſit tamen eis, An. 1585, *Robertum Dutlejum, Leiceſtriæ* Comitem, auxilio, hominem ſuperbum, nec arte nec Marte ſibi conſtantem, cujus proinde Magiſtratus, ex quo innotuerat, non Belgii libertatem, ſed imperium Etiam quærere, unicè eo intentum, ut potentioribus Urbibus fræna injiceret, infelix & brevis fuit. Videntes igitur Batavi, parum ſalutis ab exteris ſperandum, propriis viribus ſe ſuaque tueri cœperunt. Opportuna erat clades, qua fœderati Angli, *Carolo Howardo*, & *Franciſco Draco* Ducibus, An. 1588, ineunte *Auguſto*, per octo dies, *Invincibilem*, ut vocabatur, *Hiſpanorum Claſſem* 150 Navium bellicarum, 2000 Veteranorum militum, 100000 nautarum, 2650 tormentorum majorum, & in ſex menſes annona exſtructiſſimam, cui *Alphonſus Perez de Guſmam, Medina Sidonia* Dux, Brittanniam, ob lata Batavis auxilia, ad incitas redactum miſſus, imperabat, in littore Britannico debellabant, *Guſmanno* ægre fuga ſalutem quærente. Non multo poſt, *Dutlejo* in Angliam reverſo, conſtituebant Friſii *Wilhelmum*, & Batavi *Mauritium*, Naſſovios, Generales ſuos Capitaneos & Gubernatores, quorum concordia, armiſque victricibus, præfatæ ſeptem Provinciæ unitæ An. 1594, redactæ ad deditonem, diuturna obſidione, *Grœninga*, quæ ad hoſtes deſecerat, perpetuæ Unionis Trajectinum fœdus reſtaurantes, in unum Reipublicæ corpus coaluerunt. Hac ratione continuatum bellum, ad annum uſque 1609, quo cum Hiſpanis pactæ 12 annorum induciæ, quibus an. 1621 finitis, vario iterum Marte pugnatum, donec An. 1648, armis utrinque depoſitis, per *Monaſterienſis* Pacis, ſcientibus, imò cooperantibus Cæſare & Imperio, *Philippum IV*, Hiſpaniæ Regem inter & *Hollandos*, initæ, capita, quæ *Lundorpius* Tom. VI Cont. Act. Publ. p. 331 &c. & *Gaſtelius*, de *Statu Publ. Europ.* Cap. 26, p. 806 &c. *Theatrum Europ.* Tom. VI, p. 460 &c. *Theatrum Pacis* T. I. p. 1, &c. ſubminiſtrant, Belgæ fœderati *Liberæ Reipublicæ* Privilegia, titulos honoreſque, ſint conſecuti.

Fruſtra objicitur: *Subditum à Magiſtratu legitimo deficientem, nulla præſcriptione, ne quidem immemoriali, ſe tueri poſſe*; cum nulli ſubdito regulariter obedientiæ & regimini Principis ſe ſubducere liceat; Dn. *Hertius*, diſſ. de *Modo Conſtit.* Sect. 2, t. 1; & ſuprema Juriſdictio in æternum præſcribi non poſſit, per l. fin. C. *Ne rei Domin.* & l. 6. C. de *Oper. publ.* & l. 6. C. de *Præſcript. 30 annor.* Add. *Bodinus*, de *Republ.* lib. I, Cap. IX, §. 126, p. 197 & Cap. X, §. 149, p. 233: *Sixtinus* de *Regal.* lib. 1, Cap. 5, §. 145; *Roſenthal* de *Feudis*, lib. 5, Concl. 16. §. 1. aliique plures, *Zacharia Victori*, de *Exemptionib. Imperii*, Concluſ. 12, p. m. 59 & 60, & Dn. *Ockelio*, de *Præſcriptione immemoriali*, Cap. 2, t. 54, p. 104, hoc titulo laudati; & ea, quæ ab initio vitioſa, tractu temporis non convaleſcant; per l. 29 & 210 ff. de *Diverſis Regulis Juris.* Quandoquidem hæc ita ſaltem ſe habent, quamdiu nova cauſa non intercedit. Alia verò quæſtio eſt: *Num nec ſubditi, præſertim integræ Provinciæ, dura nimis tyrannide preſſæ, ſi ad arma ruunt, &, abjecto obſequii jugo, in libertatem ſe vindicant, atque in hoc ſtatu ſe defendunt, donec priſtinus Dominus cum eis, tanquam* **Libero Populo**, *agat, eaſque legibus ſuis omnino exemtas declaret, præſcriptione temporis tueri queant?* quam *Grotius* de *Jure Belli & Pacis*, lib. 1, Cap. 4, §. 1, 2 & 7, rectè affirmat; non tam quod naturaliter omnes, ad arcendam à ſe injuriam, jus habeant reſiſtendi; quam quod Princeps factis ſuis, agendo ſcil. cum eis, tanquam *Libero* cum *Populo*, lege omnino ſolvat, quos aliquando ſub legibus habuit. Vid. Idem. lib. 2, Cap. 4, §. 4 & ibi *Bœcler* in Not. Conſ. Dn. *Ockel* l. c. & t. 55, qua *Reinkingium*, his contraria ſtatuentem, debellat. Hinc etiam eſt, quod Fœderati Belgæ, ab anno 1648, cæterarum *Gentium liberarum* cenſu ubique venerint; unde meritò Ablegatus Cæſareus, *Rudolphus* Com. *Sintzendorffius*, ſibi commiſſa in Conventu Ordinum Hagæ exponendo, An. 1664, 7 Mart. apud *Lundorpium*, Tom. IX, *Act. Publ.* lib. X, Cap. 47, p. 328; ubi auxilia Batavorum adverſus Turcas efflagitaſſet: *Cum igitur inter Status Orbis Chriſtiani ea ſit Dominationum Veſtrarum dignitas, amplitudo, & opulentia, qua jam pridem inter principaliores Status & Dominia cenſeri obtinuerunt, quippe quibus ampliſſima & opulentiſſima pareant ditiones & Provinciæ, quibus hoc nomine cum Regibus & Principibus Societates conſtent & Fœdera; Majeſtas Cæſarea aliter non potuit, nec debuit, quam ut, de tam gravi periculo, toti Populo Chriſtiano imminente, cum Dominationibus Veſtris communicaret, eaſque benevolè requireret, ut, pro ſuo cum in univerſam rem Chriſtianam zelo, tum ſingulari etiam benevolentiæ affectu, quem hactenus Cæſareæ Majeſtati, & anteceſſoribus ſuis, non uno tempore comprobare ſtuduerunt, quam primum ſubſidium aliquod*

6 k 3 *in*

Digitized by Google

in hoc tam grave bellum ejusmodi conferre velint, quod non magnitudini minus harum Provinciarum, quam neceſſitatis gravitati, reſpondeat &c. Proinde inſani eſſet, ſummum Imperium Majeſtatemque Hollandis denegare.

(*d*) CONRINGIUM &c. Add. *Limn.* J. P. lib. 1, c. 9, §. 17 &c. p. 126 &c. & *Bœcler.* ad *Grotium*, lib. 2, c. 4, p. 147.

(1) Huc etiam referenda *Helvetiorum* Reſpublica, cujus priſtinum ſtatum cognoſces ex *Johannis Stumpfii Hiſtoria Helvetiæ*, An 1548. Tiguri edita; ut & *Joſiæ Simleri* Libris duobus *de Republica Helvetorum, Pagisque fœderatis &c.* Pariſiis an. 1577, impreſſis; nec non *Franciſci Guillimanni* Libris V. *Antiquitatum Helveticarum*, Friburgi An. 1598, & noviſſimè An. 1710, Lipſiæ, cura Ampliſſ. Dn. *Gundlingii*, prelo ſubditis; addas *Rempublicam Helvetiorum*, An. 1628. typis Elzevirianis vulgatam; Conf. *Cluverii Introd. in Geograph.* Lib. 2, Cap. 17; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. XXVI; *Zeileri, Typographia Helvetiæ &c.* Primi Fœderis perpetui, An. 1315, poſtridie S. Nicolai, inter Pagos *Urienſem*, *Suicenſem* & *Unterwaldenſem*, *Brunnæ* contracti formulam, exhibet etiam Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, *im Anhang der Erſten Fortſetzung, der Erſten* Continuation, *im IV Abſatz*, §. 35, p. 204 &c. Acceſſiſſe his Pagis fœderatis, *Lucernates* An. 1332, teſtantur tabulæ apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 36, p. 205; *Tigurinos*, & *Glaronenſes*, An. 1351, vid. idem, §. 37, p. 207; *Tugios*, An. 1352; *Bernates*, An. 1353; vid. Dn. *Lunig.* l. c. §. 38, p. 209; *Abbatis-Cellenſes*, An. 1452; *Schafhuſios*, An. 1454; *Fribingenſes*, & *Solodurenſes* An. 1481; quo tempore ſimul, die ſabbati poſt feſtum *Thomæ, Stanzæ*, apud Unterwaldenſes, alterum Fœdus perpetuum *Octo veterum Pagorum*, ut vocantur, ſcil. *Tigurinorum, Bernenſium, Lucernenſium, Urienſium, Suicenſium, Unterwaldenſium, Tugiorum* & *Glaronenſium*, ictum, cujus itidem formulam Dn. *Lunigius* l. c. §. 46, p. 221, ſuppeditat. Ultimo loco, anno 1501, *Baſileenſes*, ſubſcripſerunt.

(2) Nihilominus autem, utut in laxa libertate vixerint, ab Imperii vinculo Pagos hos, minimum duodecim priores, nondum receſſiſſe, ad annum usque 1496, quo, prima vice, minis, queis Imperator *Maximilianus*, in Comitiis *Lindavienſibus*, eos Suevicum Fœdus ingredi juſſerat, illudere cœperint, ex Actis Lindavienſibus obſervavit Dn. *Dattus*, lib. 3. *Rerum Germanic.* Cap. 4, §. 60-64, pag. 527; inde Belli Suevo-Helvetici ſemina, infelici licet Marte, an. 1499, à Fœderis Suevici ſociis geſti, quod peculiari Commentario *Bilibaldus* Birckaimer, apud *Freherum*, Tom. 3 *Scriptor. German.* illuſtravit. Seceſſionis *Baſilienſium* mentio fit in *Rec. Imp. Norimberg.* An. 1501, apud Dn. *Dattum* l. c. lib. 2. Cap. 2, §. 3. p. 223. verb: *Zum vierdten: Nachdem ſich die Statt* Baſel, *die on mittel zum Hailigen Reich gehœrt, und dem biſsher angehangen, und gedienet hat, jetzo, in kurtz verſchienen Tagen, unverurſacht, und on allen Bezwang und Nott, aus deſs Reichs Gehorſam, zu den Schweitzern gethan: die auch dieſelben Schweitzer, wieder den Vertrag jüngſt, zwiſchen der Küniglichen Majeſtat, und Ine, auffgericht, unpillichen angenommen, daſs dem H. Reich ſchweren Abfall bringen mocht; das auch Notturfft iſt, zu betrachten &c.* Immunitatum ſuarum licet etiam laudati Pagi confirmationem, An. 1521. in Comitiis Wormatienſibus, à *Carolo V* Imp. obtinuerint, ceu *Goldaſtus*, in *Replica pro Imperio*, Cap. 4, p. 436, &, ex eo, Author *Spicilegii Obſervationum ad Capitulationem Caroli VI Imp.* Art. X, p. 187. notant, attamen Reſpublica hæc, anno demum 1648, per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, ſolenniter ab Imperii Jurisdictione libera fuit declarata, cujus Art. VI ita ſonat: *Cum item Cæſarea Majeſtas, ad querelas, nomine Civitatis Baſilienſis, & univerſæ Helvetiæ, coram ipſius Plenipotentiariis, ad præſentes congreſſus Deputatis, propoſitas, ſuper nonnullis proceſſibus & mandatis executivis, à Camera Imperiali, contra dictam Civitatem, aliosque Helvetiorum unitos Cantones, eorumque Cives & ſubditos, emanatis, requiſita Ordinum Imperii ſententia & conſilio, ſingulari decreto die 14 menſis Maji, anno proximè præterito, declaraverit, prædictam Civitatem Baſileam, cæterosque Helvetiorum Cantones, in poſſeſſione vel quaſi plena Libertatis & Exemptionis ab Imperio eſſe, ac nullatenus ejusdem Imperii dicaſteriis & Judiciis ſubjectos, placuit, hoc idem Publicæ huic Pacificationis Conventioni inſerere, ratumque & firmum manere, atque idcirco ejusmodi Proceſſus, una cum Arreſtis, eorum occaſione, quandocunque decretis, prorſus caſſos & irritos eſſe debere &c.*

(3) Hac diſpoſitione vero nullatenus Jura Imperatoris & S. R. Imperii in Feuda Imperii, ſub Helvetis ſita, everti, documento eſt nobiliſſima *Toggenburgenſis* Controverſia, quæ nuper demum Abbatem *S. Gallenſem* ab una, & *Tigurinos Bernatesque* parte ab altera, ad arma concitavit.

Scripta hinc inde edita ſunt: (1) *Unvorgreifflicke und eilfertige* Unterſuchung *der Toggenburgeren Landes-Freyheiten*, An. 1704; (2) *Unvorgreiffliche Fürſtl. St. Galliſche Nothwehr gegen beyde Lœbl. Oerte Schweitz und Glarus, der Toggenburgiſchen Land-Rechts-Briefe wegen; St. Gallen, gedruckt bey* Jacob Muller, 1707. *Eine gründliche Geſchichts-Beſchreibung der Toggenburgiſchen Land-Rechte enthaltende*, (3) Wahrhaffter und Gründlicher Entwurff, *worauf das entzwiſchen dem Fürſtlichen Stifft* S. Gallen, *und der Landſchafft* Toggenburg,

burg,

Digitized by Google

burg, *nunmehro lange Zeit obgeſchwebte Streit-Geſchäfft eigentlich beruhe*; An. 1709. *beneben* der Wiederlag; S. Gallen, *bey* Jacob Müller An. 1710, *die* Toggenburgi*ſche* Gravamina *betreffend.* (4) *Species Facti, cum ſummaria Cauſæ deductione, in Sachen der Reichs-Lehenbahren Grafſchafft* Toggenburg, de An. 1710. (5) Gründliche Informatio von der Toggenburger Freyheiten und Gerechtigkeiten, *und daher mit dem Hn. Abten von* S. Gallen *entſtandenen Irrungen, auch welcher geſtalten jetztgedachter Herr Abt, ſampt der Grafſchafft* Toggenburg, *und der alten Landſchafft, von mehr als 200 Jahren her, ein wahrer Eydgenoß und* Membrum, *nicht des Reichs, ſondern* Corporis Helvetici, *geweſen, und noch iſt*; *Folglich, die zwiſchen beyden Eydgenößiſchen Læblichen Standen*, Zürich *und* Bern, *und Ihmé, obſchwebende Streitigkeiten, als eine* res merè domeſtica Helvetiorum, *auf Eydgenößiſche Art, und allein unter den Eydgenoſſen, ohne Einmiſchung auswärtiger* Potentzien, *abgethan werden müſſen*; *der ohnpartheyiſchen Welt zur Beurtheilung vorgelegt*, An. 1713. (6) *Gegen*-Informatio, *über die den* 16 Martii An. 1713, *zu* Regenſpurg, *unter der Hand außgetheilte ſo* rubricirte: *Gründliche* Informatio *von der* Toggenburger *Freyheiten und Gerechtigkeiten* (reliqua, ſub §. 3 modo poſita) *das iſt: Gegen-Informatio* von der Reichs-Lehenbaren Ober- und Land-Herrlichkeit in Toggenburg; und dero nachgeſetzten Unterthanen Freyheiten, *und daher an dem Hoch-Fürſtlichen Stifft* S. Gallen *Vergwaltigung, auch welcher geſtalten ein zeitlicher Fürſt zu* S. Gallen, *ſambt der Grafſchafft* Toggenburg, *und der Alten Landſchafft*, quoad perſonam & Statum, in ordine Juriſdictionis, *von jewelten hero, unverrückt*, principaliter *ein ohnverneinliches* Immediat-*Reichs-Glied und Lehen-Mann, darneben nicht anderſt, als mit dieſem Beding*, in genere defenſionis, & mutui auxilii, *durch gewiſſe* limitirte pacta *mit ein- und andern* Cantonen, *nur* mediatè *dem* Corpori Helvetico *zugewandt iſt*; *Folglich die* Toggenburgi*ſche Unterthanen beyde Læbliche Stade* Zurich *und* Bern *nichts angehen, ſondern*, reſpectu *Ihrer, als eine* Res prorſus peregrina & extranea, *hingegen* præferenter Cæſaris & Imperii propria, *von niemand billiger und befügter, dan von Kayſ. Maj. und dem H.R. Reich*, vindicir*t werden kœnne, noch ſolle*; *von welchen Hoch-ermelte Fürſtl. Stifft, wieder alle Recht, und Reichs-Grund-Geſatze, gleich von andern Eydgenoſſen, auf alle Uneydtgnoßiſche Arth*, via facti, *abgeriſſen worden. Der ohnpartheyiſchen Welt, zur beurtheilung vorgelegt*, Anno 1713. En rei ſummam!

(4) Mortuo ſine prole, An. 1436, ultimo Comite *Toggenburgico, Friderico V*, hæreditatem varii ad ſe ſpectare vociferabantur, ſcil. (1) defuncti Vidua *Eliſabetha* de *Metſch*, vi Teſtamenti mariti; vid. præfata *Facti ſpecies*, §. 7. document. p. 26; (2) *Caſpar Sligk*, Cancellarius Aulæ Cæſareæ, vigore expectantiæ, ab Imperatore *Sigismundo*, deſuper conceſſæ; vid. ibid. §. 2, p. 26 &c. (3) *Wolſhardus* de *Brandis*, titulo empti venditi; vid. l. c. §. 7 & 8, p. 28 &c. (4) Defuncti Collaterales, argumento ſucceſſionis ab inteſtato, nim. *Wilhelmus* Com. de *Montfort*, nomine *Cunigundæ* de *Werdenberg*, Conjugis ſuæ; *Ulricus*, Baro de Ratzuns; *Ulricus de Metſch*, Com. de *Kilchberg*, pro ſe, & Matre, *Margaretha de Raren*, nata de *Ratzuns*, *Wolffhart*, Baro de *Brandis*, nomine Conjugis, *Veronæ de Werdenberg*; *Henricus*, Com. de *Sax* von *Moſax*, nomine Matris, *Catharinæ de Werdenberg*; & *Thuringus* de *Alburg*, Baro de *Schenkenberg*, nomine Uxoris, *Margaretha* de *Werdenberg*; vid. l. c. §. 2, p. 26 &c. & §. 8, p. 29 &c. Stantibus ita rebus, emptionis contractum ultro citroque deferente *Brandiſio*, annoque 1437, *Comitiſſa* vidua jus ſuum in præfatos defuncti mariti Collaterales ſolenniter transferente, (vid. l. c. §. 8, p. 29 &c.) & An. 1439, Cancellario *Slikio* cum iisdem amicabiliter tranſigente, vid. l. c. §. 2, p. 26 &c. cooptari curarunt dicti hæredes in perpetuam ſocietatem Pagorum *Suicenſis & Glaronenſis*, cum quibus interea ſubditi quoque *Toggenburgici*, icto inter ſe, propria authoritate, mutuæ defenſionis, conſervandorumque privilegiorum fœdere, donec plenariè controverſia decideretur, clam tranſegerant; vid. l. c. lit. C. pag. 5, lit. d. p. 6, & §. 5, p. 22, & §. 8, p. 29. Enimverò, adhuc eodem anno 1439, cedebant ſæpeſati Hæredes juribus ſuis in terras *Toggenburgicas*, *Hildebrando* & *Petermanno*, Baronibus de *Raren*, à quibus etiam exactum á ſubditis homagium; vid. l. c. §. 9 & 10. p. 31 &c. Ex his vendidit *Petermannus*, An. 1468, conſentientibus Pagis *Suicenſi & Glaronenſi*, *Ulrico*, Abbati *S. Gallenſi*, Comitatum *Toggenburgicum*, *Sin aigen*

Graff-

Graffſchaffe Toggenburg .... mit allen der genandten Graffſchaffe Toggenburg, des Hofs Butiſſwil, und der Statt Leichtenſtaig, Begryffungen, Anſtæſſen, Reehten, Nutzen, Genieſſen, Früchten, Ehaffeinen, Güoten Gewohnhaitin, Gerechtigkeiten, Gewaltſaminen, Herrlikaiten, und Zugebærden ... wie des allee Sie Bronder, Hiltprand von Raren ſelig, und Er, von dem wolgepornen Graf Friderich von Toggenburg ſeel. Gedæchtniß, ererbt, und die bißher inne gehebt, und genoſſen haben.) mediante ſumma 14500 florenorum Rheni; vid. l. c. §. 3. p. 18 &c. qui etiam hoc titulo, an. 1469, cum prædictis pagis Societatem contraxit, teſte Abt Ulrichs zue S. Gallen, Landtrechts Brieff, de An. 1469, ibid. §. 13, p. 42; ſalvis tamen Ayde und Land-Recht, ſo die gemeynen Lüt in der genandten Graffſchaffe Toggenburg zuſamen, und gen Schwytz und gen Glarus geſchworen hand, inmaßen wie der genanter Herr von Raren, und ſin Bruder, Hildbrand von Raren, ſeliger Gedæchtniſſe, ſolliehs verwilliget baben &c. vid. Verwilligung-Brieff der Freyherren von Raren, und Apt Ulrichen von S. Gallen, An. 1469, ibid. §. 15, p. 45 & 46. Orta poſtmodum, ex quo Toggenburgenſes Romanis ſacris valedixerant, inter ipſos & Abbates S. Gallenſes, haud levi ſimultate, quæ aliquoties in ſolennes rixas exarſit; factum eſt, ut recrudeſcentibus An. 1701, occaſione diſſidii, dictum Abbatem, & Pagos Suicenſem atque Claronenſem, à ſe invicem ſeparantis, litibus, Toggenburgenſes, priſtinis privilegiis, immunitatibus, & pactis domeſticis freti, Tigurinos & Bernates, An. 1706, vocarent auxilio, (vid. cit. Gründliche Informatio, §. XVII document. p. 33) Quibus obviam iturus Abbas detulit rem ad Cæſarem, veluti ad Feudi dominum, cui ſcilicet & Imperio ratione Comitatus Toggenburgici, beneficiali lege obſtrictum ſe fatetur. Hinc mota quæſtio: Quis legitimus decidendæ controverſiæ judex? Cæſarne & Imperium, an Pagi Helvetici? prius Abbate, poſterius Toggenburgicis propugnantibus. Electis utrinque Arbitris, ex parte Abbatis quidem, Lucernenſibus, Urienſibus & Solodurenſibus; & ex parte Toggenburgenſium, Tigurinis, Bernatibus & Baſilienſibus; ut juribus Imperii Sacratiſſimus Imperator Joſephus conſuleret, miſit ad Tigurinos & Bernates, ſub dato Wien, 22 Sept. 1708, literas dehortatorias, ſcribens inter alia: Nachdem Wir aber vernehmen müſſen, daß dieſe Mißhelligkeiten je länger je mehr ein gefährlichee Außſehen gewinnen, und bereits dahin angewachſen, daß die Unterthanen, gegen Ihrem Herrn (Abt) faſt allen Reſpect und Gehorſamb verliehren, ja ſo gar die ihm ohnſtreitig gebührende Hohe Obrigkeit, mit aigenmæchtiger Anſtellung independenter ſo Criminal- als Civil-Gerichter, vællig ümbkehren, und vernichten wollen; ſo würde Uns bey dem H. Reich unverantwortlich ſeyn, dieſem Unweſen mit gleicher indifferentz, langer zuzuſehen, indem bekandt, und von keinem in Streit gezogen werden kan, daß die Graffſchafft Toggenburg ein Uhr-altes Reichs-Lehen, und die Aebte von S. Gallen, von unerdencklichen Zeiten her, darmit von unſeren Vorfahren Ræmiſchen Kayſeren, und Uns, ſo wohl nach, als vor dem Weſtphaliſchen Frieden, biß auf heutigen Tag, ohne einige Interruption, belehnet, Ihme auch die Jurisdiction, und Hohe Obrigkeiten, von Rechts wegen verlyhen, und folglich wir, und das Ræmiſche Reich, den Abten, als unſeren Lehenmann, darbey zu ſchirmen ſchuldig und verbunden ſeynd &c. Vid. præfata Facti ſpeciee, lit. E, p. 6 & 7 Documentor. ut & cit. Gründliche Informatio, §. 12 Documentor. p. 28. Alias addidit 24 Martii 1710, lite à Mediatoribus non ſolum non terminata, ſed deſerta quaſi, ubi: Ohngeachtet daß die zu ſchiedlicher Beylegung der Toggenburgeren Mißhelligkeiten, allerſeits beliebte und angefangene Mediation, zu unſerem beſonderen Leydweſen (Wir ſtellen dahin, durch weſſen Schuld) unzeitig unterbrochen worden ... Uns befrembdet dannenhero nicht wenig das erſchollene Gerüchte, ob ſolte von Euch und dem Orth Bern, ein Schluß gemacht worden ſeyn, wordurch die Toggenburgiſche Unterthanen ſich, unter Verſicherung Ewer und anderer Hülff, ſo wohl der Toggenburger Schlæſſer, wan ſie es ihnen dienlich zu ſeyn erachteten, zu bemæchtigen, als auch unter ſich zuſammen zu kommen, und, mit Außſchlieſſung des Gefürſteten Abten in Politiſchen, auch Civil- und Criminal-Sachen, neue Geſætze und Ordnungen, mithin eine gantze neue Regierung aufzurichten, angereitzet worden, nicht anders, als wann Unſere und des Reichs Gerechtſame auf gedachte Graffſchafft, vællig erloſchen, oder nicht werth waren, daß darüber von Euch die geringſte Reflexion, oder Sicht, genommen werde. Welches wie es mit obgedachtem unſerem Bottſchaffter (Comiti Trautmansdorffio) beſchehenen Anzeige, und anderwerter mehrmahlen wiederholten Verſicherungen, daß Ihr annoch begierig ſeyet, dieſe Streit-Sach zum billigen Außtrag zu beſærderen, gar nicht überein kombt; alſo wollen wir Uns zwar annoch zu Euerer Vernunfft- und Gemüts-Billigkeit eines beſſeren gnædigſt verſehen, anbey aber auch, der Sachen Wichtigkeit halber, Euch nicht verhalten, daß, wofern Ihr dergleichen ohnverantwortlichen Extremitæten die Hand bieten ſoltet, Wir uns gemüßiget befinden werden, von Kayſerlichen Allerhæchſten Ampts wegen, Unſere und des Reichs wohlhergebrachte, und biß dahero, durch die ohnunterbrochene, mit Euerem und Euerer Vorfahrer Wiſſen und Willen, continuirte Lehenmütungen und Inveſtituren, von Fallen zu Fal-

len

Digitized by Google

(1) Quod *Euſebius*, nec in *Hiſtoria*, nec in *Vita Conſtantini Magni* (modo ejus Auctor fuerit) nec in *Oratione de laudibus ejusdem Principis*; nec *Socrates, Theodoretus, Evagrius, Sozomenus, Rufinus, Eutropius*, Auctor *Catalogi Pontificum Romanorum* Sec. VI ſcripti, variaque alia *Conſtantini* liberalitatis documenta referens apud *Henſchenium & Papebrochium*, de *Actis Sanctorum*, Tom. I, Menſ. April. p. 30 *Prolegom.* in vita *Sylveſtri* Papæ; nec *Paulus Diaconus, Oroſius, Beda, Zonaras, Nicephorus*, de *Platina* ne dicam, in vita *Sylveſtri*, licet etiam Vaſa aurea & argentea, & reditus ad luminaria *Petri & Pauli*, à *Conſtantino* Eccleſiæ Romanæ collata, accuratiſſimè recenſeat, &c. rem tanti momenti ſilentio præteriiſſent, tot alia dicti Principis longè minoris momenti geſta annotando, ſi revera contigiſſet. Vid. *Nicolaus Cuſanus* l. c. *Laurentius Valla* l. c. *Franciſcus Hotomannus*, in *Fulmine Bruto*, Cap. XI, apud *Goldaſtum* T. 3, *Monarchiæ*, p. 99.

(2) In antiquis *Gratiani Decreti* codicibus Caput *Conſtantinus*, Diſt. 96, non reperiatur, teſte *Antonino Florentino* Epiſcopo, *Part. I, Hiſtorial.* Tit. VIII, Cap. 2, §. 8, f. 225; *Raphael Volaterranus* licet, Lib. XXIII, *Anthropologiæ* p. m. 539, propterea eum nonnihil ſugillet, verb. *De dono Ejus* (Conſtantini) *aut conceſſione, apud nullos extat Authores, præterquam in Libro Decretorum, idque in antiquis Voluminibus minimè contineri, author eſt Antoninus, Præſul Florentinus, in Chronicis, quod valdè miror, quum Iſidorus, qui fuit abhinc annos prope 800, gravis Author, ac planè Sanctus, in hiſtoria ſua apertè dicat: Eum Urbe Roma Pontifici ceſſiſſe, ornamentisque omnibus Imperialibus, diademate videlicet, & albo equo, quo veheretur &.* Add. *Nicolaus Cuſanus* l. c. p. 357: *Nec unquam legi, aliquem Romanorum Pontificum, usque ad tempora Stephani 2, in illis locis S. Petri, aliquid juris præſumpſiſſe habere. Hæc credo vera eſſe, non obſtante famigera opinione de contrario, quæ in Palea habetur Conſtantinus, 96 Diſt. quoniam absque dubio, ſi non fuiſſet illud dictamen apocryphum, Gratianus, in veteribus Codicibus, & Canonum collectionibus, inveniſſet: & quia non invenit, non poſuit; unde qui poſtea addidit, pro palea ita illam confictam ſcripturam poſuit, ſicut multa alia inveniuntur ex apocryphis Libris noſtris inſcripta &c.* nec non *Laurentius Valla* l. c. pag. 402; *Franciſcus Hotomannus* l. c. & *Matthias Colerus* in publico Programmate An. 1583, 28 Julii, *Jenæ* affixo, aſſerens, ſe in Bibliotheca *Zobeliana* MS. exemplar *Decreti* de An. 1125, vidiſſe *Lipſiæ*, in quo dictus Canon *Conſtantinus* non extiterit.

(3) Exemplaria Inſtrumenti hujus non ſint ejusdem tenoris; ita ſanè *Nicolaus Cuſanus* l. c. *Ego etiam ad longum*

Digitized by Google

longum hanc Scripturam in quodam Libro inveni, quæ multo plus continet, quam ea, quæ in Decreto ponitur, loco prææalligato &c. Nec minus rectè *Limnæus* lib. 1. *Jur. Publ.* cap. IX. ſ. 42. p. 135: *Inſtrumenta hujus donationis diverſa & variantia ſunt: ut Ivonis, Gratiani, Martini Poloni, Alberici, Suriana, Vaticana duo, Balſamonis, Picernatis, Steuchi, Herveti, Agislai, Marquardi Freheri, Julii, Cæſaris Bulengeri, ſcripta teſtantur &c. Johannes Jacobus Beck, im Lutherthumb vor* Luthero, p. 354. addit adhuc Editionem *Mercatoris*, annectendo: *welche Menge, wenn ſonſten einiger Beweiß nicht wäre, daß eine ſolche* donation *dem Kayſer* Conſtantino *niemahln in Sinn kommen, oder kommen kœnnen, gnugſam wäre, ſolche* ſuſpect, *und zu dem Päbſtlichen Beweiß unt üchtig zu machen &c.* Conf. *Chriſtianus* à *Sutphen* l. c. fol. 10.

(4 Canon *Conſtantinus* deſumtus fuerit ex *Legenda Sylveſtri* Pontificis; de quo Auctore quid judicet *Gelaſius* Pontifex, docet *Gratianus* Diſt. XV, C. 3. *Sancta Romana*, ibi: *Item Actus B. Sylveſtri, Apoſtolicæ Sedis Præſulis, licet Ejus, qui conſcripſit, nomen ignoremus, à multis tamen in Urbe Roma Catholicis legi cognovimus &c.* Hinc *Nicolaus Cuſanus* l. c. p. 357. *Etiam eſt advertendum, quod Textus Conſtantinus, 96 Diſtinct. eſt ex Legenda S. Sylveſtri extractus; & fundat ille, qui impoſuit Decreto, auctoritatem ipſius textus in approbatione Gelaſii, in Synodo: rogo, videatur XV Diſt. Sancta Romana, illa approbatio, & invenietur pauci roboris: quia dicit, Authorem ignorari, & tamen per Catholicos legi, & ea propter legi poſſe; qualis ſit approbatio, quisque conſiderare poteſt &c.*

(5) Sanæ rationi ejusmodi Factum contrarietur. *Laurentius Valla* l. c. p. 402. teſtimonium exigens à Regibus: *Nunquid Veſtrûm quispiam,* Inquit, *ſi fuiſſet Conſtantini loco, faciendum ſibi putaſſet, ut Urbem Romam, Patriam ſuam, Caput Orbis Terrarum, Reginam Civitatum potentiſſimam, Nobiliſſimam, ditiſſimam Populorum, triumphatricem Nationum, & ipſo aſpectu ſacram, liberalitatis gratia, donaret alteri, & ſe ad humile Oppidum conferret, deinde Byzantium? donaret præterea, una cum Roma, Italiam, non Provinciam, ſed Provinciarum victricem? donaret tres Gallias, donaret duas Hiſpanias, donaret Germanos, donaret Britannos, totum donaret Occidentem, & ſe altero ex Imperii oculis orbaret? hoc ego, ut quis faciat compos mentis, adduci non poſſum, ut credam. Quid enim vobis expectantius, quid jucundius, quid gratius contingere ſolet, quam Imperii acceſſionem veſtris Vos Regnisque adjungere, & longè latèque quam maximè proferre ditionem? In hoc, ut videre videor, omnis Veſtra cura, omnis cogitatio, omnis labor dies que noctesque conſumitur. Ex hoc præcipua ſpes gloriæ: propter hoc voluptates relinquitis, propter hoc mille pericula aditis: propter hoc chariſſima pignora: propter hoc partem corporis, æquo animo amittitis &c.*

(6) *Conſtantinus*, ne quidem validè donationem ejusmodi facere potuerit; tum, quod non Dominus fuerit Reipublicæ Romanæ, ſed ſaltem Adminiſtrator ſeu Director, cujus officio incubuit, Imperium augere, non minuere aut ſcindere; tum, quod omnia Occidentis Regna non poſſederit, proinde non plus juris in alium transferre valuerit, quam ipſe habuit. Vid. *Dantes Aligherius*, lib. 3. *Monarchiæ*, apud *Schardium*, de *Juriſdictione Imperiali*, p. 100; *Johannes de Pariſiis*, de *Poteſtate Regia & Papali* Cap. 22. ibid. p. 147. *Rudolphus Prallans*, de *Poteſtate Pontificis & Imperatoris*, *XIV. Raiſon*, apud *Goldaſtum*, T. I. *Monarchiæ*, p. 55. *Laurentius Valla* l. c. pag. 424. *Antonius de Roſellis*, in *Monarchia*, Part. 1. Cap. 64. apud *Goldaſtum*, l. c. p. 290; *Ægidius* de *Roma*, Archi-Epiſc. Bituricenſis, in Bullam *Bonifacii VIII. Philippo* Pulchro, Regi Galliæ miſſam, apud eundem l. c. Tom. 2. p. 106. *Æneas Sylvius*, de *Origine & authoritate Imperii*, Cap. XI. apud *Schardium*, l. c. pag. 394. *Ventura Vicentinus*, in Conſilio, Reipublicæ Venetæ An. 1606 dato, Cap. 1. apud *Goldaſtum* l. c. T. 3. p. 489.

(7) Nec eam fecerit, quia authenticum Exemplar nemo mortalium hactenus vidit; meritoque propterea Orator Venetus, *Hieronymus Donato*, percunctanti *Julio* 2. P. R. quibus documentis Veneti Maris dominium probare poſſent? reſpondit: Ea reperiri in calce Authentici Diplomatis *Donationis Conſtantinianæ*; Vid. *Camerarii Hor. Subciſ.* l. c. 61. p. 278 & 279; *Europ. Heroldt*, p. 1724; Dn. *Chriſtianus à Sutphen*, cit. Diſſ. de *Donatione Conſtantini M.* p. 8. Deinde, palam eſt, *Orientem & Occaſum*, non tantum inter Ipſius Filios, *Conſtantinum, Conſtantium & Conſtantem*, ſed &, altera vice, inter *Valentinianum & Valentem*: & tertiâ, inter *Gratianum & Theodoſium Magnum*: & quartâ, inter *Honorium & Arcadium*, fuiſſe diviſos, ſemperque Italiam cum Roma iis paruiſſe, quibus *Occidentale Imperium* obtigit, de quibus diviſionibus præced. Lib. 1. Tit. 2. §. 10. lit. i. ſ. 2. p. 176. & ſ. 6. p. 177. ſ. 7, 8 & 9. p. 178 & 179, actum fuſius; ne dicam de ſubdiviſione *Occidentis*, An. 376. inter *Gratianum & Valentinianum Juniorem*, quorum alteri Celticæ Nationes, Hiſpaniæ & Britannia, & alteri Italia, cum Urbe Româ, Illyricum & Africa, inde ceſſerant, ceu Authores ibid. §. 8. p. 179. adducti teſtantur, ſuſcepta; Quæ omnes verò inſtitui non potuiſſent, ſi Pontifex Romanus Dominus Italiæ, vel Urbis Romæ ſaltem fuiſſet. Ita *Otto Friſingenſ.* lib. 3. *Chron.* Cap. 3. p. 81; *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni & Imperii*, Cap. 13, apud *Schardium* l. c. pag. 199; *Franciſcus Hottomannus* l. c. p. 99; *Johannes Bedæus*, de *Jure Regum*, Cap. IX. apud *Goldaſtum* tom. 3. *Monarchiæ* p. 829.

(8) *Sylveſtro* Pontifici, res tanti momenti, ſibi, Romanæque Eccleſiæ, in perpetuum dono datas, ſalva conſcientia accipere non licuerit; tum quod donatoris non fuerint propriæ, ceu arg. 7. modò dixi; cum quod Clero tunc nondum permiſſum eſſet, poſſidere terrena bona, ne dicam integra Oppida, aut Provincias, utpote circa procurandam animarum ſalutem vel unicè adhuc occupato; ob dicta Salvatoris: *Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus*, 2 Timoth. 2. v. 4; It. *Reges Gentium dominantur, vos autem non ſic &c.* *Matth. XX.* v. 25 & 26; *Marc. X.* v. 42 & 43; *Luc. XXII*, v. 25 & 26. It. *Paſcite, quid in vobis eſt, Gregem Dei, non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè; neque ut dominantes in Cleris, ſed forma facti Gregis ex animo.* 1 *Petr. V*, v. 2 & 3. It. *Regnum meum non eſt de hoc mundo &c.* *Joh. XVIII.* v. 36; It. *Sicut me miſit Pater, ita & Ego mitto vos . . quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt &c.* *Matth. XVI*, v. 18 &c. & *Joh. XX*, v. 22 &c. It. *Omnis anima ſubdita ſit Poteſtatibus ſublimioribus &c.* *Rom. XIII.* v. 1. 1 *Petr. II*, v. 13. de quibus plura præced. Lib. I. Tit. XV. §. 5. lit. a, pag. 1111 ad 1115.

(9) Epiſcopi Romani, diu poſt tempora *Conſtantini*, Ejusque ſobolis, Imperatores, Italiæque Reges, pro Dominis ſuis agnoverint. *Gregorius Magnus*, lib. 2. Epiſt. 61, ait: *Ad hac poteſtas ſupra omnes homines Dominorum meorum pietati cœlitus data eſt &c.* Idem, in literis ad Apocriſiarium *Mauricii* Imperatoris: *Unum eſt, quod breviter ſuggeras Sereniſſimis Dominis Noſtris: quod ſi ego, Servus Eorum, in mortem Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum Gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in ſumma confuſione diviſa eſſet &c.* Idem, literas ad *Etherium* Arelatenſem, apud *Bedam*, lib. 1. Cap. 24, ita claudit: *Data die Kalendarum Auguſtarum, Imperante Domino Noſtro, Mauricio Tiberio, Piiſſimo Auguſto, Anno XIV. poſt Conſulatum Ejusdem Domini Noſtri, An. XIII. Indict. XIII &c.* aliasque ad *Virgilium* Arelatenſem, ibid. Cap 28: *Data die* 10. *Kalendar. Juliarum, Imperante Domino Noſtro Mauricio Tiberio, Piiſſimo Auguſto, Anno X. poſt Conſulatum Ejusdem Domini Noſtri Anno XVII. Indict. 4 &c.* Hocque reſpectu Legationes quoque publicas ex mandato in ſe ſuſceperint, v. g. *Johannes I*, *Theodorici*, Regis Italiæ, ad *Juſtinum* Imperatorem, teſte *Anaſtaſio* Bibliothecario, in vita hujus pontificis, p. m. 48: *Hic* (Johannes) *vocatus eſt à Rege Theodorico Ravennam, quem Ipſe Rex rogans miſit in Legationem Conſtantinopolim, ad Juſtinum Imperatorem Orthodoxum &c.* Conf. *Baronius*, Tom. VII. *Annal. Eccleſ.* ad An. 525. p. 104. &c. *Agapetus*, *Theodati* Regis, ad *Juſtinianum* Imperatorem, referente *Anaſtaſio*, in ipſius vita, p. m. 52: *Hic miſſus eſt à Theodato, Rege Gothorum, ad Domnum Juſtinianum Auguſtum, in Legationem, quia eodem tempore Domnus Juſtinianus Imperator Auguſtus indignatus eſt Theodato Regi, eo quod occidiſſet Reginam Amalaſuntham, filiam Theodorici Regis, commendatam ſibi, qui Eum Regem fecerat &c.* Add. *Liber Pontificalis* Tom. 2. Conciliorum *Petri Crabbe*, in vita *Agapiti*, v. 1. *Vincentius Bellovacenſis*, part. 2. *Speculi Hiſtorialis*, lib. 21, Cap. 61; *Raphaël Volaterranus* lib. 22. *Anthropologiæ* p. m. 500; *Baronius* l. c. ad An. 536. p. m. 259. &c. De his in genere *Eutropius* Presbyter, Tract. de *Juribus ac Privilegiis Imperatorum*, circa An. 900. ſcripto, apud *Goldaſtum* T. 1. *Monarchiæ*, p. 8 & 9: *Si quando Imperialis Legatus mitteretur à Principe, ut Romanus Pontifex proficiſceretur Conſtantinopolim ad Imperatorem, omni neglecta occaſione ibat, etiamſi pro certo ſciret, ut in exilium mitteretur &c.* Nec mirum hinc, *Agathonem* Papam vocare Romam, An. 680. *Civitatem ſervilem*, vid. Act IV. *Concilii Occumenici VI*, apud *Crabbe* l. c. fol. IX.

(10) Donationis inſtrumentum multa contineat ipſius Romanæ Eccleſiæ primis principiis contraria. v. g. *Conſtantinum* conceſſiſſe *Sylveſtro*, Ejusque Succeſſoribus, *Epiſcopatum ſuper omnes mundi Eccleſias*; cum tamen Romanæ Eccleſiæ dogma ſit, Pontificem ſummi poteſtatem hanc habere immediatè à Deo; quamvis ex Oecumenicarum Synodorum Decretis aliud pateat, verbis præced. Lib. I. Tit. XV. §. 12. lit. h. pag. 1173. &c. occurrentibus. Urget argumentum hoc *Marſilius Patavinus*, defenſ. Pacis, Cap. XI. apud *Goldaſtum* T. 2. *Monarchiæ*, p. 220; nec non *Franciſcus Hotomannus*, in *Fulmine Bruto*, Cap. VI. ibid. Tom. 3. p. 80. & Cap. XII. p. 105; *Ventura Vicentinus*, cit. *Conſilio*, An. 1606. Reipublicæ Venetæ dato, ibid. p. 489; aliique, quare non habet *Flacius Illyricus*, in *Catalogo Teſtium veritatis*, ſub tit. *Donatio Conſtantini*, p. m. 839. cur alios punctum hoc præteriiſſe queratur.

(11) Multa alia abſurda, falſa, barbara, manifeſtè ficta &c. in eadem charta deprehendantur, quæ longa ſerie *Laurentius Valla*, cit. *declamatione* ſua, p. 410. ad 420. & in compendio *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, lib. 1. Claſſ. 2. Cap. 8. §. 61 & ſeqq. p. 144 &c. *Beck* l. c. p. 355, *Limnæus* l. c. §. 39. &c. p. 135. ſiſtunt.

(12) Contenta donationis hujus repugnent donationibus, quas Romana Curia *Pipino*, *Carolo Magno*, *Ludovico Pio*, aliisque Imperatoribus, acceptas refert, cum ferè eadem ſint.

(*d*) PIPINI &c. Vid. de hac Donatione, *Stephano* Pontifici à *Pipino*, circa An. 755. quaſi facta, præced. Lib. 1. Tit. 4. §. 5. lit. a. v. 25. p. 348 &c.

(*e*) CAROLI MAGNI &c. Conf. de hac donatione præced. Lib. 1. Tit. 4. §. 5. lit. a, v. 29. p. 354.

&

Digitized by Google

& 355, & Tit. 15, §. 5, lit. a, ſub *Carolo Magno*, p. 1123 & 1124.

(*f*) LUDOVICI PII &c. Vid. de hac donatione præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 54, & Lib. 1, Tit. 4, §. 5, lit. f, pag. 369, & 370. Nec ibi prolata evertit *Leo Oſtienſis*, in *Chronico Caſinatenſi*, Lib. I. Cap. XVI, p. m. 140, ſcribens: *Hic Ludovicus pactum conſtitutionis & confirmationis fecit B. Petro, Ejusque Vicario, Domno Paſchali, ad inſtar parentum ſuorum, Pipini & Karoli, & propria manus ſignaculo, ac trium filiorum ſuorum, illud corroborans, decem Epiſcopos, & octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionarium, & Oſtiarium unum, in illo ſubſcribere fecit, & per Legatum S. R. Eccleſiæ Theodorum, Nomenclatorem, Domne Paſchali Papæ tranſmiſit &c.* Omnia enim hæc ex traditione, non firmo ſatis fundamento innixa.

(*g*) OTTONIS I &c. Exhibent donationis hujus tabulas, An. 962, *Johanni XII* Pontifici ſcriptas, *Baronius*, Tom. X, *Annal.* ad An. 962, p. m. 752 &c. & *Goldaſtus* Tom. 2 *Conſtit. Imper.* p. 44; unde ſua *Conringius* de *Finibus Imperii*, Lib. I, Cap. X, §. 10, p. 71 ad 74. Confirmaſſe autem inibi fertur liberalitatem *Pipini & Caroli Magni*, quam ceſſione *Ducatus Romani*, Exarchatus *Ravennatenſis*, Territorii *Sabinenſis*, Partium *Tuſciæ Longobardorum*; Inſulæ *Corſicæ*; Ditionum *Parmæ*, *Regii & Mantuæ*; Provinciæ *Venetiarum & Iſtriæ*; Ducatus *Spoletani*; Partium *Campaniæ*; Patrimonii *Beneventani*; Patrimonii *Neapolitani*, & Patrimonii *Calabriæ Superioris & Inferioris*; nec non Patrimonii *Siciliæ*, (quam primum illud eſſet occupaturus,) &c. exercuerint; & de proprio Regno ſuo addidiſſe ſeptem Oppida: *Reatem, Amiternum, Furconem, Nurſiam, Balvam, Marſim* & Civitatem *Interamnem &c.* Meminit ejusdem liberalitatis *Continuator Reginonis*, ad An. 967, p. m. 83: *Inde progrediens* (Imperator) *per Spoletum, Ravennam adiit, ibique Paſcha celebrans cum Domino Joanne Papa, plurimos ibi ex Italia & Romania Epiſcopos coadunavit, & habita Synodo, multa ad utilitatem S. Eccleſiæ adinvenit, & Apoſtolico Joanni Urbem & Terram Ravennatium, aliaque complura, multis retrò temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit, Eumque inde Romam cum magna lætitia remiſit &c.* ut & *Chronographus Saxo*, ad eundem *An.* 967, p. 175: *Poſthac Ravennam adiens* (Imperator) *ibique Paſcha cum Domino Johanne Papa celebrans, habita Synodo, utilitati Sanctæ Eccleſiæ in multis proſpicere ſtuduit, reddiditque prædicto Apoſtolico Urbem & Terram Ravennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata &c.* nec non *Raphael Volaterranus* lib. 3 *Commentariorum.* in *Geographia* p. m. 41, ex vetuſto quodam Codice Vaticano, ſic dictæ *donationis Ludovici Pii* copiam præmittendo: *Inſequente deinde tempore, Otho, Imperator, apud eundem Librum, ſub Johanne XII, in hac ſe ſubſcripſit: Ego Otho Imperator, pro animæ Noſtræ, Filiique, ac Parentum Noſtrorum ſalute, hæc omnia ſupra dicta Tibi, B. Petre! Succeſſoribusque Tuis, libenter concedo; ſubſcripſereque Epiſcopi X. Abbates d[illegible], Comites quinque, Optimates octo, Anno ſalutis* 962. Enimverò, & hic notandum; (1) ante *Baronium*, neminem has tabulas adeò luxuriantes legiſſe, multo minus produxiſſe, (2) quam multa in iis recenſeri, quaſi à *Pipino & Carolo Magno*, (omiſſo *Ludovico Pio*) Romanæ tradita Eccleſiæ, quæ hactenus probari non potuerunt; (3) *Reginonis Continuatorem & Chronographum Saxonem*, commemorare ſaltem de redditis *Johanni* Pontifici *Urbe & Terra Ravennatium*, (4) & quidem, redditionem hanc factam demum An. 967; (5) inter Epiſcopos teſtes, nominari ſeptem Germanos, de quibus apud eosdem Auctores altum ſilentium; dicentes duntaxat, Synodum Ravennatenſem celebratam cum Epiſcopis ex Italia & Romania convocatis; (6) In exemplari *Baroniano* ſubſcriptos reperiri *Optimates novem*; aſt *Volaterranum*, in Codice Vaticano, non niſi *octo* eorum ſe vidiſſe teſtari; (7) Subſequentes Romanos Pontifices nunquam ad tabulas has provocaſſe, notoriè licet Imperatores quam plurima loca, in iis expreſſa, quietè poſſederint; de *Venetis* ne dicam, nunquam Romano Pontifici ſubjectis; (8) *Ottonem III.* exeunte Seculo X, donaſſe *Sylveſtrum* P. R. octo Comitatibus, quibus nomina: *Piſaurium, Fanum, Senogallia, Ancona, Foſſabrum, Callium, Heſium & Auſimum*, & quidem prima vice & tanquam de ſuo, cum tamen iidem in Tabulis, *Ludovico Pio* adſcriptis, jam reperiantur; nec immeritò propterea Cæſarem antefactas donationes omnes pro ſpuriis agnoſcere, verbis: *Hæc ſunt enim commenta ab illis ipſis inventa, quibus Johannes Diaconus, cognomento Digitorum, mutuis præceptum aureis literis ſcripſit, ſub tit: Magni Conſtantini, longi mendacii tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam Carolum S. Petro noſtra publica tribuiſſe*, rurſus: *Spretis ergò commenticiis præceptis, & imaginariis ſcriptis, ex Noſtro conferimus ... octo Comitatus &c.* Integrum Documentum ſuppeditant Auctores præced., Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, ſub *Ottone III*, p. 63, laudati; vindicias ejus offendis ibid. Tit. XV, §. 22, lit. e, pag. 1371; (9) Etiamſi veras eas putemus, tamen, præter *utile Dominium*, nil quicquam Romanæ Eccleſiæ in iis tribui, ob clauſulas inibi occurrentes: *Salva ſuper eosdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione; & illorum ad Noſtram partem, & Filii Noſtri ſubjectionem &c.* Interjectis paucis: *Omnium, quæ ſuperius leguntur, id eſt, Provinciæ, Civitates, Urbes, Oppida, Caſtella, Territoria & Patrimonia, atque Inſulæ, Cenſusque & penſiones, ad partem Ec-*

Digitized by Google

cleſiæ B. Petri Apoſtoli, atque Pontificum, en ſacratiſſima illius Sede reſidentium, Nos, in quantum poſſumus, defenſores eſſe teſtamur, ad hoc, ut ea in illius ditione ad utendum & fruendum, atque diſponendum, firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus poteſtate Noſtra, & Filii Noſtri, Poſterorumque Noſtrorum, ſecundum quod in Pacto & Conſtitutione &c. promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, Succeſſorumque illius, continetur &c. & ſub finem: *Huic inſtitutioni hoc neceſſario annectendum eſſe perſpeximus, ut Miſſi Domini Apoſtolici, ſeu Noſtri, ſemper ſint conſtituti, qui annuatim Nobis, vel Filio Noſtro, renuntiare valeant, qualiter ſinguli Duces ac Judices Populo Juſtitiam faciant. Hanc Imperialem Conſtitutionem quomodo obſervent, qui Miſſi, decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, ſeu Judicum, fuerint inventi, ad notitiam Domini Apoſtolici deferant, & ipſe unum è duobus eligat, aut ſtatim per eosdem Miſſos fiant ipſæ neceſſitates emendatæ, aut, Miſſo Noſtro Nobis renuntiante, per Miſſos Noſtros, à Nobis directos, emendentur &c.* Manifeſto argumento, Pontificem manſiſſe tunc Imperatoris ſubditum. Conf. *Marcus Antonius de Dominis*, de *Republica Eccleſiaſtica*, Lib. VI. Cap. VIII. §. 61. p. m. 164; *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. X. §. 9. & ſeqq. p. 81 &c. & de *Finibus Imperii*, Lib. 1. Cap. X. §. 11. p. 74 &c.

(*h*) OTTONIS III. &c. De hac donatione modò egi lit. g; Conf. præced. Lib. 1, Tit. 2. §. 8. lit. a. p. 63; & Tit. 15. §. 22. lit. c. pag. 1371. ubi reſponſio ad objectiones, quibus *Baronius* eam infringere ſtudet.

(*i*) RUDOLPHI I. &c. Circumferuntur adhuc intermediæ tabulæ, ſcil. *Henrici Sancti*, *Benedicto VIII.* conceſſæ, nulla addita temporis nota, apud *Baronium* Tom. XI. Annal. ad An. 1014. §. 6. &c. p. m. 47 &c. quibus easdem Civitates & Loca, quæ in Diplomate *Ludovici Pii*, easdemque cautelas, quæ in *Ottoniano* præced. lit. g. occurrunt, contineri, *Marcus Antonius de Dominis*, l. c. §. 62. p. 164. notavit. Impoſturam verò earum ſatis benè deteximus *Goldaſtum*, in *Rationali*, *pro Imperio*, Cap. 33. ante me obſervavit *Conringius*, de *Germanorum Imperio Romano*, Cap. X. §. 12. p. 83; qui, de *Finibus Imperii* lib. 1. Cap. 10. §. 18. p. 79, easdem perſtringit.

Rudolphi donationem quod attinet, *Nicolao III.* ut volunt, factam, peculiari Diplomate de An. 1279. eam ratam habuiſſe leguntur *Ludovicus* Elector Palatinus, *Johannes* & *Albertus* Saxoniæ Duces, & *Otto* Brandenburgicus Marchio, apud *Goldaſtum*, Tom. 1. *Conſtit. Imperial.* p. 312, & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I. 2 *Fortſetzung*, §. 2. p. 7. &c. ibi: *Quicquid, per Dominum Noſtrum Rudolphum, D. G. Romanorum Regem, Semper Auguſtum, Sanctiſſimo Patri & Domino Noſtro, Nicolao Papæ Tertio, ejusdemque Succeſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ, recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, denuò donatum, declaratum, ſive conceſſum, juratum, & actum ſeu factum eſt, per privilegia, vel quæcunque alia ſcripta... ſuper totam Terram, quæ eſt à Radicofano, usque Ceperanum, Marchia Anconitana; Ducatu Spoletano; Terra Comitiſſæ Mathildis; Civitatis Ravennæ & Æmiliæ; Bobio; Ceſena; Foro Populi: Foro Livii: Flaventia: Imola: Bononia: Ferraria: Comaclo: Adrianis, atque Gabello: Arimino: Urbino: Monte feretro: Territorio Balnenſi: Comitatu Bretonorii: Exarchatu Ravennæ: Pentapoli: Maſſa Trabaria .. nec non ſuper Civitate Romana, & Regno Siciliæ, cum omnibus ad eam ſpectantibus, tam citra Pharum, quam ultra: Corſica quoque atque Sardinia, & cæteris Terris, ac juribus, ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, Nos, noſtri nomine Principatus, in omnibus & per omnia approbamus & ratificamus &c.* Meminit præ reliquis munificentiæ hujus Cæſareæ *Abrahamus Bzovius*, Annal. ad An. 1274. §. 13. & An. 1278. §. 10. cujus verba *Conringius* lib. 2. de *Finibus Imperii* Cap. 20. §. 3. p. m. 250. & ſeqq. repetit; nec non *Baronius*, Tom. X. Annal. ad An. 996. §. 43 & 44. p. m. 897, inquiens: *Extant literæ Marchionis Brandeburgenſis, unius ex Electoribus, quarum hic eſt titulus: Otto, Marchio Brandenburgenſis, univerſis præſentem paginam inſpecturis &c. Data autem, ut in fine habetur, Anno Milleſimo, Ducenteſimo, ſeptuageſimo nono, pridie Idus Septemb. Anno ſexto Rudolphi Imp. Alia Joannis & Alberti, Ducum Saxoniæ, eodem titulo, dataque eodem anno, die verò & menſe diverſo, nempe 14 Kalend. Aprilis. Alia Ludovici C. P. Rheni, eadem die data & anno, juxta quam præſcriptam ab ipſis formam & reliqui Electores ſcripſere; quibus omnes pariter confirmant donationes factas, vel innovatas, à Rudolpho Romanorum Rege, & aliis Prædeceſſoribus Imperatoribus, Romanæ Eccleſiæ. Extant ipſæ in ſcripto Codice, eodem tempore, una cum aliis monumentis, de donationibus & privilegiis, a diverſis Eccleſiæ Romanæ collatis, quæ aſſervantur ſeorſum à Vaticana Bibliotheca Romæ, in Caſtello S. Angeli, loco tutiori, ubi ſelecta majoris momenti monumenta recondita habentur, ne pereant.* His immediatè ſubjungit: *Porrò, ſatis erit ex omnibus recitare unas, cum, ut diximus, unum idemque ſit argumentum omnium, atque totidem verba. Comitis Palatini ſunt iſtæ: Ludovicus D. G. Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, univerſis præſentem paginam inſpecturis*

Digitized by Google

ſturis ſalutem in Auctore ſalutis. Complectens ab olim ſibi Romana Mater Eccleſia &c. Integrum tenorem exhibet §. 45. p. 897 & 898; Enimverò obſervandum hic (1) Ipſas *Rudolphi* tabulas, nec à *Baronio*, nec à *Bzovio*, nec ab alio quoquam hactenus fuiſſe productas, quod omnino dubiæ fidei nota. (2) Electorum confirmationes extare ſaltem, ſi *Baronio* credendum, in Codice quodam MS. Vaticanæ Bibliothecæ; juxta *Bzovium* verò, *integræ, cereis ſigillis ſignatæ, in archæo molis Hadriani*; (3) *Baronium* unius duntaxat Marchionis Brandenburgici, ſcil. *Ottonis*, mentionem facere; *Bzovium* verò trium, *Johannis* nempe & duorum *Ottonum*; (4) *Baronium* aliter, aliterque *Bzovium* eas ordiri, illum quidem, (ut modò dixi) *Ludovicus D. G. Com. Palat. Rheni &c.* Hunc vero ita: *Nos Principes Imperii, univerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens &c.* (6) nec ſtylum reſpondere literis, quas ſinguli ſcribunt; ambo enim, *Baronius* & *Bzovius*, in numero plurali loquentes inducunt, verb. *Nos, noſtri nomine Principatus, in omnibus, ac per omnia, approbamus & ratificamus, ac iiſdem omnibus & ſingulis, & quibuscunque aliis ſuper eiſdem, per eundem Regem, quoquo modo factis, & impoſterum faciendis, voluntatem noſtram, aſſenſum atque conſenſum, unanimiter & concorditer exhibemus, & promittimus, quod contra præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum, nullo unquam tempore veniemus. Sed ea omnia & ſingula, pro poſſe noſtro, procurabimus inviolabiliter obſervari. Et ut hæc noſtra voluntas, approbatio, ratificatio, aſſenſus atque promiſſio, à Nobis, eisdem Romanis Pontificibus & Eccleſia in perpetuum obſerventur, hoc præſens ſcriptum inde fieri fecimus, & noſtrorum ſigillorum munimine roboravimus &c.* (6 Univerſum Imperium, etiamſi genuina eſſent & Imperatoris & Electorum Inſtrumenta, non ſimul conſenſiſſe. Plura enucleat *Conringius* l. c. §. 5 & ſeqq. p. 255 &c.

(*k*) ALBERTI &c. Exhibet *Goldaſtus*, Tom. I. *Conſtit. Imp.* p. 316, Diploma Imperatoris hujus nomen præ ſe ferens, quaſi an. 1303, *Bonifacio VIII*, in confirmationem Privilegiorum juriumq; Romanæ Eccleſiæ, ab Imperatoribus & Romanorum Regibus datorum, ſcriptum. Quid de eo cenſendum ſit, docet *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, Cap. 10, §. 10, p. 260.

(*l*) HENRICI VII &c. Hujus tabulas, 5 Id. Octob. 1310 Lauſannæ exaratas, ſiſtit *Conringius* l. c. §. 12, p. 261 &c. eaſque examinat l. c. §. 13, p. 267 &c. tanquam omni robore deſtitutas, utpote ſine conſenſu Imperii datas.

(*m*) CAROLI IV &c. Binæ vindicantur Principi huic donationum tabulæ, de An. ſcil. 1355, *Innocentio VI*, & de An. 1368. *Urbano VI*, Pontificibus traditæ, quarum Summam, ex *Bzovio*, *Conringius*, l. c. §. 15, p. 270 ad 273 refert, examen earum ritè ſubjiciens §. 16, p. 273 &c.

(*n*) SIGISMUNDI &c. Formulam *Juramenti* Imperatoris hujus de an. 1433, exhibet *Bzovius*, Annal. ad h. a. & ex eo *Conringius* l. c. §. 17, p. 274 ad 277; remiſſive *Bæclerus Notit. Imper.* lib. 2, c. 2, p. 25.

(*o*) CAROLI V &c. Qui *Clementem VII Parma & Placentia* ditaſſe fertur; vid. *Bæclerus* l. c. Fusè examinat *Conringius* l. c. §. 18, p. 278 ad 280.

[5] Tituli, quibus fines, iniquè avulſi, recuperari poſſunt; [*a*] ſunt *primo*, Capitulationes Cæſareæ, in quibus, de recuperandis amiſſis, obligatur Imperator, [*b*] *Capitul. Caroli V, art. 9 & 10, & ibi Limnæus. Secundò*, animus retinendi ſemper & ſufficienter in quibuſdam, e. g. Italia, Pruſſia &c. [*c*] oſtenſus. *Tertiò*, Reſervatio Juris Imperialis, in quibuſdam conceſſionibus & ceſſionibus oſtenſa & probata. Contra iſtos, qui jure hactenus exempti ſunt, propter pactiones fortè interpoſitas, reſtitutio in integrum, ſi cauſa ſubeſſet, peti poſſet; quia enim Regum negotia Adminiſtratoribus committuntur, vel etiam, quia ipſi, non minus ac privati, dolo & fraudibus aliorum ſubjecti ſunt, æquum eſt, ut, ſi damnum ex talibus cauſis ſentiant, ſe ipſos non minus poſſint reſtituere, ac privatos. Reges enim in propria cauſa Judices eſſe poſſunt, [*d*] *Gothofred. in Not. ad L. un. C. Ne quis in ſua cauſa.* Neque credendum eſt, reſtitutionem in integrum eſſe merum fœtum Juris Civilis. *Vid. Bæcler. Commentarium in Grotium, lib. 2, c. 14; & in Notit. Imper. lib. 2, Cap. 3.*

NOTÆ.

(*a*) POSSUNT &c. De Jure recuperandorum Imperii finium, ex profeſſo agit *Bæclerus*, lib. 2 *Notit. Imper.* Cap. 3; removendos ante omnia docens *falſi Juris titulos*, quos alii in medium proferre ſoleant; quo refert, (1) *Jus belli rerum repetendarum cauſa, nullo temporis lapſu extinguendum*; cui principio rectè *Grotius* ſe opponit, cum aliis, præced. §. 1 lit. a, hoc nomine productis; (2) *Negationem præſcriptionis in malæ fidei poſſeſſoribus*; de qua ibid. lit. d; (3) *Omne utile, & honeſtum*; contra quod *Cicero* in *Officiis*, & *Grotius* paſſim, diſputant; quia hac ratione *nullum* eſſet *Jus belli*; (4) *In parvis, negligi poſſe Juſtitiam, ut in magnis colatur*

tur, &c. Deinde, & Titulos dubios; quales ſunt (1) Obligatio Succeſſorum ex facto Prædeceſſorum; limitationes hic affert Grotius de J.B. & P. lib. 2, Cap. 14, §. 10 & ſeqq. p. m. 262 &c. omninò ponderandas; (2) Jus belli perpetui, adverſus eos, qui vel Chriſtiani Nominis perpetuos hoſtes ſe declarant; vel, in ſpecie, Imperii, nulla ſolenninm pactionum habita ratione; vel quibus regula Status eſt: non ſervare fidem, niſi quamdiu conducat, aut neceſſe ſit. Veros tandem titulos tangit, à Dn. Auctore hic expoſitos.

(b) IMPERATOR &c. Primus Imperatorum Carolus V, teſte Capitulatione Ejus, Art. IX, juravit; Sollen und wollen Wir dem H. R. Reich, und deſſelben Zugehœrungen, nicht allein ohn Wiſſen, Willen und Zulaſſen, gemeldter Churfurſten ſamptlich, nichts hingeben, verſchreiben, verpfanden, verſetzen, noch in andere Wege veranſern, oder beſchweren, ſondern Uns auch aufs hœchſt bearbeiten, und allen mœglichſten Fleiß und Ernſt fürwenden, dasjenige, ſo davon kommen, als verfallene Fürſtenthumben, Herrſchafften und andere, auch confiſcirt- und unconfiſcirte merckliche Güter, die zum Theil in anderer Frembder Nation Hand ungebührlicher Weiß gewachſen, zum fürderlichſten wieder darzubringen, zueignen, auch darbey bleiben laſſen, doch manniglich, an ſeinen gegebenen Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten, unſchadlich &c. Cujus Exemplum ſecuti: Ferdinandus I, Capitul. Art. VIII; Maximilianus 2, Capitulat. Art. VI; Rudolphus 2, Capitul. Art. VIII; Matthias, Capitul. Art. VIII, & IX, ubi additum: Fürnemlich auch dieweil vorkommen, daß etliche anſehnliche, dem Reich angehœrige Herrſchafften und Lehen, in Italia, und ſonſten veraͤuſſert ſeyn ſollen, eigentliche Nachforſchung derentwegen anſtellen, wie es mit ſolcher alienation bewandt, und in dieſem, wie auch obigem allem, mit Rath, Hülff und Beyſtand der Sechs Churfurſten, und anderer Fürſten und Standen, jederzeit an die Hand nehmen, was, durch Uns und Sie, furrathſamb, nützlich und Gut angeſehen, und füglich ſeyn wird; doch menniglich an ſeinen gegebenen Privilegien, Recht und Gerechtigkeiten ohne Schade &c. Quæ repetita, Art. VIII Capitulationis Ferdinandi II; Art. IX, Ferdinandi III; Art. VIII & IX, Ferdinandi IV; Art. XI & XII Leopoldi I; Art. XI & XII Joſephi I; Art. X & XIX, Caroli VI; Pertinent huc inſuper literæ Leopoldi Imp. ad Electorem Moguntinum, de dato Wien, 25 Aprilis 1704, apud Antonium Fabrum, Tom. IX der Staats-Cantzley, Cap. 1, §. 7, p. 63, ubi: Verſichern benebenſt Chur-Fürſten und Stande, ſo wohl Catholiſche, als Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte, daß Wir ſo wenig, gegen die vorige Reichs-Schluſſe, Franckreich, oder Seinem Anhang, einige Reichs-Stadte, oder andere Stande, ſie ſeyen dieſer oder jener Glaubens-Bekantniß zugethan, in Handen zu laſſen gedencken, daß Wir vielmehr den bißherigen Verluſt bedauren, und mit denen getreuen Standten und Allirten, Uns mit aͤuſſerſten Krafften dahin bearbeiten werden, auf daß ſo wohl alle Reichs-Statte, als andere Stande, welche von Franckreich und ſeinem Anhang, dem Reichs-Stattiſchen Collegio, oder ſonſten dem Reich, entzogen worden, wiederumb in den alten Stand geſetzt werden mœgen, und thun Uns zu eben dieſem Ende der Vollziehung aller Reichs-Schlüſſen, und ihrer krœfftigen Beyhülffe, zu denenſelben, umb ſo mehr getrœſten &c. Conf. Nitzſchii Comment. in Capitulationem Joſephi Art. XII, §. 7 & ſeqq. p. 327 &c.

(c) PRUSSIA &c. Vid. præced. §. 3, lit. a. p. 993.

(d) JUDICES ESSE POSSUNT &c. De hac quæſtione diverſæ Doctorum ſunt ſententiæ. Ventura Vincentinus, in Conſilio Reipublicæ Venetæ dato An. 1606, Cap. 2, apud Goldaſtum T. 3 Monarchiæ p. 493, ait: Dicunt Doctores, Papa, in cauſa propria, non eſſe credendum; cum in re propria nullus debeat eſſe Judex, neque teſtis, neque arbiter, ut toto Tit. C. Ne quis in cauſa propria &c. & l. Nullus de Teſt. l. penult. ff. de Arbitr. &c. Anch. in Repet. ſuper C. Canonum Statuta, §. 7. Conf. Emundus Richerius, Doctor Pariſienſis, Lib. un. de Poteſtate Eccleſiaſtica & Politica, Argum. 16, apud eundem, p. 805; Andreas de Iſernia, in Cap. Imperialem, §. præterea, ſi inter duos, lib. 2, F. Tit. 55, de Prohibita Fendi alienatione per Fridericum; præſertim Joh. Sebaſtian Gambs, Part. I Theſauri Juriſprudentiæ, lib. XI Axiomatum, Cap. 89, de Judice, Axiom. 4, p. m. 709, ubi; Judex in re propria quis minime eſſe poteſt, l. 10. ff. de Juriſdict. l. 10. ff. de Teſtib. l. Ult. §. pen. c. ubi Senat. vel Clariſſ. l. un. c. Ne quis in ſua cauſa jud. Ratio (1) eſt, quia iniquum eſt admodum, in re propria alicui licentiam tribuere ſententiæ, cum homines a natura omnes plus ſibi, quam aliis, faveant, & ſuæ potius utilitati, quam alienæ conſultum cupiant, quæ affectio judicandi ſinceritatem plane corrumpit, & impedit, d. l. unic. (ubi Obrecht) C. Ne quis in ſua cauſa &c. (2) Quia abſurdum, eundem partis & Judicis vice fungi; cum certum ſit, neminem ſimul Judicis & partis aut teſtis officium, in una eademque cauſa, obire; l. Ille à quo, 13, §. tempeſtivum, 4, ff. Ad SCt. Trebell. Schenck à Tautenberg, I. F. 10, ubi omnino vid. Alvarot. n. 4. &c. Regulam vero hanc plures pati limitationes, in primis hanc, quod quis omninò in propria cauſa Judex eſſe queat, ubi conſuetudo ita diſponit, per c. 1. de Pœnis, in 6. notavit idem Gambſius l. c. pag. 710. Jam verò, de conſuetudine, omnes Superiorem non agnoſcentes in propria cauſa judicant; proinde nec Regibus erit damnoſa. Vid. Cravetta, Ferrarienſis Senator, arg. l. 10 ff. de Juriſd. §. 8, Conſ. 233, cum quo conferendus Zaſius, in eandem legem 10, §. 20, & Weſenbec. l. Conſil. 33, §. 43.

Digitized by Google

TIT. V.

DE EXEMPTIONE PARTIALI.

Exemptio partialis, eſt exemptio, qua quidam ab Imperii immediata Jurisdictione, non tamen ſpreta Imperatoris & Imperii Majeſtate, eximuntur.

1. Tales Exempti dicuntur à quibusdam, vel Cives Imperii Honorarii; vel fiunt Landſaſſii. Ad priores referuntur omnes ferè Italiæ Principes, *(a)* ſed falſo; *Conring. de Finib. Imper. Cap. 23.* Magnus Dux Hetruriæ, *(b)* Dux Mantuæ, *(c)* Mediolani, *(d)* Reſpublica Luccenſis, *(e)* qui omnes *(f)* Imperii & Imperatoris Majeſtatem comiter obſervant, nec incongruè Imperii Romani Cives Honorarii, imo ſubditi dicuntur. *Goldaſtus*, in Præfatione ad Ducem Würtemb. *in den Reichs-Handlungen.*

NOTÆ.

(a) ITALIÆ PRINCIPES &c. *Ottonem Magnum* in ordinem redegiſſe, ſimulque in Nationis Germanicæ Patrimonium Italiam, præced. lib. 1, Tit. 4, §. 3, lit. m. pag. 308 ad 319, fuſius deductum. Quid Juris Imperatores reliqui, ad *Fridericum I* uſque ibidem habuerint, docet *Otto Friſingenſis*, de *Geſtis Friderici I*, lib. 2, Cap. 12, p. m. 454, ad Annum 1154: *Mos enim antiquus, ex quo Imperium Romanum ad Francos derivatum eſt, ad Noſtra uſque deductus eſt tempora, ut, quotieſcunque Reges Italiam ingredi deſtinaverint, gnaros quoslibet de Familiaribus ſuis præmittant, qui ſingulas Civitates ſeu Oppida, peragrando, ea quæ ad Fiſcum Regalem ſpectant, quæ ab Accolis Fodrum dicuntur, exquirant. Ex quo fit, ut, Principe adveniente, plurimæ Civitates, Oppida, Caſtella, quæ huic Juſtitiæ vel omnino contradicendo, vel integraliter non perſolvendo, reniti conantur, ad ſolum uſque proſtrata, protervia ſuæ documentum poſteris oſtendant. Alia itidem, ex antiqua conſuetudine, manaſſe traditur Juſtitia, ut, Principe Italiam intrante, cuncta vacare debeant Dignitates & Magiſtratus, ac, ad Ipſius nutum, ſecundum ſcita Legum, Jurisque peritorum judicium, univerſa tractari. Tantam Ei quoque Judices Terræ recognoſcere dicuntur Juriſdictionem, ut ex omnibus, quæ Terra producere ſolet, uſui neceſſariis, exceptis bubus & ſeminibus, ad excolendam Terram idoneis, de cæteris, quantum neceſſe fuerit Militi profuturis, ad Regios uſus ſuppeditare æquum arbitrentur &c.* Immediatè annectens controverſias, in Comitiis Roncalienſibus ab eo tunc terminatas, verbis præced. Lib. *I*, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1154, p. 128, occurrentibus, cuncta confirmante *Günthero*, Poëta, in *Ligurino*, lib. 2, apud *Reuberum*, p. m. 306, verſ.

Ductus ab antiquo priſcorum tempore Regum
Mos habet &c.

Jung. Acta Comitiorum *Roncalienſium* An. 1158; cit. præced. lib. 1, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 66; & § 10, lit. d, an. eod. p. 132; Conf. hoc poſteriori loco, p. 133, ad An. 1159 & 1160; It. ad Ann. 1166, & 1167. p. 135; It. ad An. 1171, p. 136, &c. De Privilegiis, ſub dato *Ravennæ*, An. 1177, *Comachienſibus* conceſſis. vid. *Lunig*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, *IV Abtheilung, XXX Abſatz*, §. 1, p. 703. *Rudolphum* Habſpurgicum integram *Italiæ* libertatem primum conceſſiſſe, exiſtimat *Sigonius*, lib. XX, de *Regno Italiæ*, ſcribens: *Hujus Regni jura ſuperioribus temporibus, conſtanti Populorum contumacia, immutata, ut primus ultrò alienaſſe Rodulphus Cæſar dicitur, ſic primus etiam viam aperuiſſe, Ipſius Regni excidio exiſtimatur. Et enim Guelfas Civitates ad obſequium redigere priſtinum cupiens, ut in Italiam, ad coronam Imperii accipiendam non venire, oportunis viribus deſtitutus, decrevit, quod diceret, ſe ineuntium Italiam veſtigia cernere, exeuntium non videre; ſequenti anno Principallem Fliſcum, Genuenſem, Vicarium Imperii Generalem à ſe conſtitutum hujus officii gratia deſtinavit: tum ejus adventus omnium in ſe animos converſiſſet, Ipſe in Etruriam progreſſus Florentiæ trans Arnum, ad S. Gregorii ædem conſedit, ac Magiſtratus ad Se Civitatum publico Edicto vocavit. Qui ubi venerunt, Rodulfi nomine, antiquum ac Regibus præberi ſolitum fidelitatis ab eis Sacramentum popoſcit; Quod illi, vetere jam pridem uſurpata libertate prælata, diſertiſſime præſtituros eſſe, negarunt. Quare*

re audita, ira incenſus, extemplo Florentia ſe proripuit, atque Aretium profectus, Florentinos, Senenſes, Lucenſes, Piſtorienſes, cæteroſque Populos, contumaces pronunciavit, ac ſolemni Edicto proſcripſit. Inde, cum ſe à Guelfis deſertum, Gibellinis verò ſuſpectum eſſe, quia cum Guelfis aliquando ſenſerat, ac propterea parum rei ulli adminiſtrandæ idoneum eſſe, videret; protinus ad Rudolfum in Germaniam ſe recepit, ac difficultates oblatas revocandæ ad Regiam auctoritatem Etruriæ retulit. Quibus Rodulfus permotus, atque opibus ſuis ſi arma vellet adhibere, diffiſus, vetus ei obſequium remittere, atque integram Italiæ libertatem concedere ſtatuit, ſi certam, qua maximè egebat, pecuniam pependiſſent; atque eundem, cum his mandatis, in Italiam ſe referre præcepit. Is profectus Populos Regiæ voluntatis ac gratiæ ſtatim admonuit, quaque ipſe poteſtate inſtructus rediſſet, edocuit. Quod ubi illi cognoverunt, confeſtim ſinguli, qui luce libertatis aliqua fruebantur, indictam pecuniæ ſummam ſolverunt, ac, libertate redemta, præcipua ad eam rem Privilegia elicuerunt. Hoc verò non ſolum Italici, ſed etiam Germanici Scriptores, memoriæ commendarunt, &c. Hæc ita ſi ſe haberent, parum juris Imperatoribus in Italia vindicandum videretur; rectè autem monet Conringius, lib. 2 de Finibus Imperii, Cap. 23, §. 4 & ſeqq. p. m. 311 &c. (1) Deſiderari hic Tabulas publicas, quibus res tanti momenti probari queat; (2) Deſiderari Scriptores coævos, tantam liberalitatem Imperio damnoſam confirmantes, Sigonio antiquiorem producere non valente Flavio Blondo, qui Eugenio IV, aliiſque Pontificibus, à ſecretis Epiſtolis, Rudolpho ducentis annis junior fuerit, anno 1463, epitaphio ejus teſte in Capitolio, juxta Deiparæ templum, ſepultus. (3) Sigonium perhibere: integram à Rudolpho libertatem Italiæ conceſſam; aſſentiente Trithemio, in Chron. Hirſaug. ad An. 1286: Rudolphus, Rex Romanorum, pecuniæ avidus, rem Principi turpem commiſit, Cancellarium ſuum in Italiam miſit, qui, accepta pecunia, Populos omnes liberos fecerat, qui ſe, pro pecunia, redimerent. In hunc modum Civitates pleraque ſeſe, pecunia interveniente, in libertatem contulerunt &c. Platinam verò ſcribere, ſolis Hetruriæ Populis eam fuiſſe aſſertam, & quidem etiam interveniente ære: Rudolphus Imp. comparandæ pecuniæ ſtudioſus, Cancellarium ſuum, è Gente Fliſca, in Etruriam miſit, qui populos omnes liberos faceret &c. In eandem ſententiam ire deprehendimus Nauclerum, Vol. 2, Chronographiæ, Generat. 43, ad An. 1286, p. m. 972: Honorius Papa IV ordinavit, ut Pinzivalla de Fliſco, de Comitibus Januenſibus de Langarna, fieret Vicarius Generalis Imperii, qui & in Alemanniam ſtatim profectus, ad Rudolphum Imperatorem Electum, fecit ſibi confirmari dictum Vicariatum. Verum, poſtquam in Tuſciam, ut Vicarius Imperatoris, veniſſet, utque jura recuperaret Imperii, Florentiam ingreſſus, in domibus Mozanis, ultra Arnum, prope Eccleſiam Gregorianam, Reſidentiam feciſſet, vocatis Florentinis, Lucanis, Piſtorienſibus, Senenſibus, ac aliarum Civitatum Civibus partis Guelphæ, exigebat ab eis fidelitatis, & obedientiæ juramentum Imperio Romano, quod nullo pacto facere voluerunt, unde iratus receſſit, & in pœnam inobedientiæ condemnavit Florentinos ſexaginta millibus marcarum argenti, & ſimiliter alias Civitates proportionabiliter. Inde perrexit Aretium, ordinavitque, ut Florentini exilio mitterentur, amiſſis ſubſtantiis eorum, &, cum parvam haberet obedientiam, propter Factionem Guelpham, Gibellini quoque ſuſpectum eum habebant, quia erat ex progenie Guelphorum: eapropter reverſus in Alemanniam, ſine honore ad Rudolphum pervenit. Rudolphus autem, comparandæ pecuniæ ſtudioſus, Cancellarium ſuum, è Gente Fliſca, in Italiam miſit, qui Populos in Hetruria omnes liberos faceret, & eos potiſſimum, qui ſe pecunia redimere curarent. Perſolvêre autem, ob eam rem, Lucenſes duodecim millia nummûm auri; Florentini verò ſex millia, qui ſtatim liberi omnino facti, Magiſtratum, quem Priorem artium vocant, addito Vexillifero Juſtitiæ, creavère. Non diſplicuit hæc venditio Honorio, licet indigna tanto Principe videretur, quod ea ratione Eccleſiaſtica Ditio futura ſecurior videbatur, cum non amplius Imperatori liceret liberas Civitates vexare &c. (Unde ſua Lehmannus, lib. V. Chron Spirenſ. Cap. 106, fol. 625 & 626.) Ut & Onuphrium Panvinium, qui Libr. de Comitiis Imperatoris, Cap. XII, p. m. 154, Rudolphi memor ait: Omne ſtudium ſuum, vires, animumque intendit, relictis interim Imperii negotiis gravioribus, ad augendum & ampliandum Familiæ ſuæ ſplendorem, cui Auſtriam & Sueviam primus intulit; pecunias quoque, per fas & nefas congregandas, in maximum Romani Imperii detrimentum. Omnibus enim viribus, (Urbibus) quæ Juris Imperii in Tuſcia erant, libertatem, multis aureorum millibus, vendidit: quo mercatu, eis paulatim ab Imperio deſciſcendi occaſionem dedit. Comitatum quoque Romandiolæ, qui à tempore Primi Othonis, ſub Imperii fuerat ditione, ſpontè amiſit &c. Quamvis Blondus cenſeat, Civitates iſtas propterea non deſiiſſe Imperii eſſe Fideles, ibi: Princivallis, in Italiam remiſſus, omnes, qui pecuniam attribuerunt, in libertate dimiſſos, Imperii Fideles pronunciavit &c. Quæ de Romandiola hic dicuntur, teſtimonio nituntur Alberti Argentinenſis, & Magni Chronici Belgici, quorum verba præced, Lib. I Tit. V, in Vita Rudolphi Imp. ad An. 1286, p. m. 632 & 633, cum quibus tamen Conringii Judi-

Digitized by Google

judicium, quod l. c. Cap. 20, §. 9, p. 260 prodit, conferas, habentur. (4) Civitates Italiæ, diu poſt *Rudolphi* exceſſum, humili modeſtia Imperatores adhuc Dominos ſuos obſervaſſe; adventantibus plerisque aperuiſſe portas; obtuliſſe claves; imperatam pecuniam ſolviſſe; multas controverſias Illis detuliſſe, latisque ſententiis ſtetiſſe &c. (5) *Sigonium* ſibi ipſi non fidere, adhibendo dubitationis verba: *Dicitur; exiſtimatur;* quæ firmum fundamentum nullatenus præſupponunt. (6) Ejusmodi prodigalitatem, etiamſi authenticis documentis probari poſſet, non valituram, utpote conſenſu Imperii deſtitutam. Ecce, quid de his omnibus *Bodinus*, lib. I. de *Republica* Cap. IX, §. 113, p. m. 193: *Quod ad Florentinos attinet, ille ſeſe jam pridem, cum Volaterranis, Aretinis, Piſtorienſibus, ab Imperii Germanici poteſtate libertatem redemiſſe jactant, cum ſex florenorum millia Rodolpho Cæſari eo nomine exſolviſſent. Iisdem etiam temporibus Genuenſes, ejusdem Principis beneficio, jura Majeſtatis ſe adeptos eſſe teſtantur, ---- Lucenſes verò ac Senenſes eadem libertate donati ſunt, cum Henrico V* (intelligit Henricum VII Lützelburgicum) *Cæſari pretium libertatis, hi decem, illi duodecim florenorum millia ſolviſſent. Totidem Petrus Gambacurtius Carolo IV Cæſari numeravit, ut ſummam in Piſanos poteſtatem adipiſceretur;* immediatè annectens: *Sed cum Jura Majeſtatis Imperii Germanici venalia non ſint; nec, ſi eſſent, ab Imperatoribus, ſine Principum Germanorum conſenſione, diſtrahi potuerint, perſpicuum ſit, eas pecunias, quæ à Civitatibus Italiæ, pro libertate adipiſcenda, exactæ fuerunt, tributi aut penſionis nomine ſolutas fuiſſe. Quare, cum Imperatores, nec poſteris Principibus, nec Imperio Germanico, præjudicium creare potuerint; nemini dubium eſt, quin ſemper liceat, ac licuerit Imperatoribus, Civitates illas in ordinem cogere &c.* &, paucis interjectis: *Idque ſatis intellectum eſt, cum Maximiliani I copiæ in Italiam effuſæ, una cum Ludovici XII Legionibus, Civitates omnes ingenti metu terruiſſent; Florentini Legatos ad Cæſarem miſerunt: ut obſequium præſtarent, & imperata facerent. Ille, acceptis aureorum quadraginta millibus, beneficia, à Rudolpho indulta, confirmavit: ut ſcilicet, ſua Reipublicæ ſtatum gubernare ac regere, ſibi precario liceret. Ac tametſi Coſmus, Florentinorum Dux, Senenſium libertatem vi & armis oppreſſerit, & ad deditionem diuturna obſidione compulerit; non tamen jura Majeſtatis ſibi vindicavit, ſed beneficio Hiſpani Regis, qui Vicarius ab Imperatoribus eſt in univerſa Italia conſtitutus, Senenſium agris ac Republica ſe uti frui teſtatus eſt, Imperii Germanici clientem ac Vaſallum ſe ferens. Quod ſatis eſt argumenti: Senenſes antea ſui Juris non fuiſſe; aut, ſi fuiſſent, cur Julius 2, P. R. aureorum triginta millia Maximiliano I Imperatori dediſſet, ut eos Urbinatum Duci manciparet? cur denique Coſmus Medices, fractis Senenſium opibus, & everſa Republica, aureorum ſexcenta millia Hiſpano regi ſolveret, ſeque Imperii Germanici Fiduciarium profiteretur? ---- Non igitur potuerunt Germani Imperatores Jura Majeſtatis Italiæ Civitatibus tribuere, aut vectigalibus Populis libertatem; cum ne Regibus quidem, qui ſummam Reipublicæ poteſtatem habent, id liceat &c.* Hucuſque *Bodinus*, cætera primus, *Lucenſes* ab *Henrico VII* liberos prounciatos tradens, quos *Blondus, Platina, Sabellicus, Crantzius* lib. VIII *Metropolis*, Cap. 40, p. m. 221, reliqui, libertatem jam à *Rudolpho*, parata pecunia emiſſe docent.

(2) Verum eſt minimùm, *Rudolphi* ſucceſſorem, *Albertum*, bello civili occupatum, Alpes nec tranſcendiſſe, nec in Italiæ partibus quicquam Imperii jurium profudiſſe.

(3) Poſt *utrumque, Henricus VII jure ſuo uſus eſt, & authoritate Regia Urbium controverſias decidit; Factiones compeſcuit; & Urbibus Rectores dedit; Vicariosque inſtituit; Guidonem Turrianum, dominatui inhiantem, ad privatam conditionem redegit; Matthæum Vice-Comitem ſibi obſequentem habuit, ſed poſtea ſuſpectum exilio mulctavit, eumque, conciliante Garbiniatenſi, reſtituit, atque hoc inde initium & gradus fuit ad poteſtatem Vicariam majorem, quam, ea occaſione Galeacii, ſalvo Regum jure obtinuerunt. Adhuc ſuperſunt Imperatorum Epiſtolæ ad Vicarios & Urbes Regni Italici perſcriptæ, ſummi vim dominii comprobantes, ut vel harum documento purgetur Rudolfus, hujus nominis primus, & prodigalitatis, quam Recentiores nullo idoneo teſte memorant, abſolvatur. Langobardiæ propria, quæ verum & vetus, imò præcipuum hujus Regni membrum eſt, Henricum Cæſarem, trans Alpes venientem, libenter ſuſcepit, & fide officioque cultum, in primario Urbis Mediolanenſis templo, Regem inauguravit.* Vid. *Corius, Vecerius & Ripamontius. Inde Apennini juga tranſcendit, & emendato Langobardiæ ſtatu, Urbes Provinciales obiit, & jus Regium confirmavit. Liguria, quæ à Varo fl. ad Macram patet, Henrico obediens fuit, hujusque caput, Genua, Eum Principem Dominumque appellavit*, apud *Vecerium* (in vita Henrici VII, apud Urſtiſium, T. 2. Scriptor. Rer. German. p. 70.) --- *nec verò Tuſciam neglexit,*

quam Nobile Imperii Membrum vocat Petrus de Vincis, lib. V, Epiſt. 126. Ante alias Tuſcia Urbes, Piſana prapotens, & re navali florens, fidei inprimis ſua & Religionis memor, Regem accepit, Dominumque conſalutavit, ut Vecerius (l. c. & p. 71) *affirmat. Reliqua Etruria Oppida, qua imperata non faciebant, officiumque deſerebant, ut perduelles mulctavit, & bello perſecutus eſt; Caſtellionem Etruſcam armis ſubegit, Corbonam Aretiumque adventus ſui fama terruit pariter ac inflexit, ut appropinquanti obviam irent, mandataque obedienter curarent. Jam Florentia, expugnatis arcibus & caſtellis proximis, imminebat, reverſusque Piſas, ſevera in Rebelles Tuſcos Edicta promulgabat, haud dubiè executurus, ſi produxiſſet vitam. Vecerius, c. l. Tabula apud Muſſatum extant, in quibus Tuſcia inter ſubditas Imperii Romani Provincias numeratur, lib. 13. de geſtis Henrici VII Caſaris.* Sunt verba Dn. *Schurtzfleiſchii*, in diſputatione *de Jure Auguſti in Italiam*, §. XVII, p. m. 14 & 15. Conſ. præced. Lib. I, Tit. V, vita ejusdem Cæſaris, ad Ann. 1310, 1311, & ſeqq. p. 647 &c. *Franciſcum Picum Mirandulanum* conſtitutum fuiſſe ab Imperatore noſtro, An. 1312, *Mutina Vicarium*, ſalvo tamen per omnia jure Imperii in Urbem, notat *Conringius*, de *Finib. Imperii*, lib. 2, Cap. 23, §. 22, p. 328. Quomodo in *Robertum* Siciliæ Apuliæque Regem, perduellionis lege, an. 1313 animadverterit, dixi ſupra l. c. ad h. a. pag. 648 & 649; *Amadeum V*, Sabaudiæ Comitem, *Aſtenſi* Comitatu ab Eodem auctum An. 1310, diſcimus ex Diplomate deſuper confecto, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpecial. *des Reichs*-Archivs, Continuat. 2, *IV Abtheilung*, *XII Abſatz*, §. 12, p. 17, perperam licet ſub anno 1317, errore Typographi.

(4) Succeſſor Ejus, *Ludovicus Bavarus*, *Italia* pariter Regni, & Imperii Romani, diadema impoſuit *Lombardia* Rectores: *Galeacium de Vice-Comitibus Mediolani*, *Canem de Scala*, *Verona*: *Paſſerinum*, *Mantua*, & *Caſtruccium*, *Luca*, Dominos, alioſque à *Johannis XXII* P. R. Miniſtrorum tyrannide liberavit. Inviſum tamen poſtea ſibi redditum *Galeacium*, quod, ſine venia, Civibus tributum imperaſſet, Majeſtatis damnavit, & in arcem Mutinenſem conjecit, ubi, referente *Bodino* lib I de *Republica*, Cap. 9, §. 122, p. m. 192, ſqualore ac morbo contabuiſſe dicitur, dominio *Mediolanenſi* in *Hugonem*, *Montisfortis* Comitem, translato. In *Tuſciam* progreſſus *Piſanis* An. 1327, *Caſtruccium* de *Antelminellis* præfecit; proximè ſequenti 1328, 17 Januar. *Lateranenſis Palatii Comitis* honoribus & poteſtate mactatum, creatumque mox 15 Febr. primum *Ducem Lucanum*; quamvis ejus Filiis, non rectè incedentibus, dominium *Lucana* Urbis iterum ablatum pateat, novo Domino ab Imperatore commiſſum. Non multo poſt *Montfortius* quoque *Mediolano* rurſus exauctoratus, cujus primum *Principem* Imperator noſter declaravit *Actium*, præfati *Galeacii* filium, An. 1338, poſtquam, turbatis Imperii rebus, centum aureorum millia ſibi numeraſſet; vid. *Bodinus* l. c. Eidem & *Parmenſes* extitiſſe fideles, narrat *Albertinus Muſſatus*, ſcriptor gravis, in *Hiſtoria Auguſta Henrici VII*, part. 3, pag. 8. *Ottonis Magni* exemplo, depoſuit inſuper neſandum Pontificem, *Johannem XXII*, ſurrogato in ejus locum *Nicolao V*. Quæ omnia præced. lib I Tit. V, in vita hujus Imperatoris, ad Annum 1326 & ſeqq. p. 662 &c. latius deducta. Conſ. *Nicolai Burgundi Hiſt. Bavar.* lib. 2, p. m. 61, 64, 67 & 101 &c.

(5) *Carolum IV* Imperatorem itidem An. 1354 *pro Mediolani Domino directo* ſe geſſiſſe, Regnique Italici cinctum corona, *Tuſcia* Civitates, ſedatis diviſionibus, ſuſcepiſſe, An. 1355, in fidem & Imperii clientelam, *Roma* tandem inauguratum, præced. Lib. I Tit. V, in ipſius vita, ad Ann. 1354 & 1355, p. 676, commemoravi. Qua formula *Barnabas Vice-Comes* (Viſconti) acceptum Ei tulerit *perpetuum Vicariatum per Terras Mediolanenſes & Hetruriam*, ibid. Tit. XI, §. 2, lit. d, pag. 965, dixi. Diploma, quo *Vicariatus* hic, omneſque reliqui honores, Ei, tanquam declarato hoſti Imperii, rurſus ſint ablati, ſiſtit *Gervaſius Tilberienſis*, in *Otiis Imperialibus*, in Append. §. 16 & 17, apud *Maderum*, p. 102 &c. Conſ. ſupra l. c. Literæ feudales, An. 1354, *Aldobrandino*, *Nicolao*, *Fulconi*, *Hugoni* & *Alberto*, Marchionis *Eſtenſium*, *Ubizonis*, Filiis, ſuper *Comacchio* datæ, habentur apud Dn. *Lunigium*, part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, *IV Abtheilung*, *XXX Abſatz*, §. 4, p. 705, ut & aliæ, An. 1361, *Nicolao*, *Hugoni & Alberto*, modo nominatis, conceſſæ, l. c. §. 5, p. 706; *Ludovicum*, primum *Mantuana* Familiæ, qui an. 1369 rerum potiri cœpit, conſtitutum ab Eodem Capitaneum Dominumque *Mantua*, Sacrique Romani Imperii Vicarium perpetuum, docet *Conringius*, de *Finibus Imperii* Lib. 2, Cap. 23, §. 24, p. m. 329.

(6) *Wenceslaus*, Ejus Filius, inſtitutum à Se *Mediolanenſem Ducatum* clientelari lege attribuit, An. 1395, *Johanni Galeacio Viſconti*, laudati *Barnaba*, ex Fratre *Galeacio*, Nepoti; literas Feudales, hoc titulo ſcriptas, ſiſtunt Ill. Dn. de *Leibnitz*, T. I *Cod. Diplom. Jur. Gent.* p. 257 &c. & Dn. *Lunigius* l. c. Contin. I, *Erſte Fortſetzung*, *im Anhang*, *im V Abſatz*, §. 66, pag. 1 &c. Conſ. præced. Lib. I, Tit. V, Vita *Wenceslai*, ad An. 1395, p. 681; fruſtra Provinciam hanc (pretioſam veluti Romani Imperii partem, ceu *Petro de Vineis*, lib. V, Epiſt. 1, vocatur) reclamante *Ruperto* Palatino Auguſto. Vid. ibid. Vita *Ruperti* ad An. 1401, p. 686.

(7) *Sigis-*

Digitized by Google

(7) *Sigiſmundi* Imperatoris gratia obtinuit *Ludovicus*, *Sabaudiæ* Comes, An. 1412, 1 Jul. *Imperii Vicariatum per Terras Sabaudicas*, veteris quaſi Burgundionum Regni portionem; vid. *Guichenon*, *Hiſtoire de Savoye* Liv. 6, p. 129; Dn. de *Münchhauſen*, Diſſ. de *Vicariatu Italico*, An. 1712 Jenæ habita, p. 33. Add. præced. lib. I, Tit. XI, §. 2. lit. f, pag. 967. An. 1416, 19 Febr. creavit *Amadeum*, *Ludovici* hujus Agnatum, ex *Comite*, *Primum Ducem Sabaudiæ*, teſte Diplomate apud Ill. Dn. de *Leibnitz* l. c. §. 126, p. 309 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung*, *XII Abſatz*, §. 17, p. 25 &c. Traditæ deſuper Inveſtiturarum literæ occurrunt apud Dn. de *Leibnitz* l. c. §. 127, p. 312 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 18, p. 27. &c. Conf. præced. lib. I, Tit. V, vita *Sigiſmundi*, ad An. 1416, p. 693. An. 1426, confirmaſſe legitur *Philippo Mariæ*, præfati *Johannis Galeacii* filio, *Ducatum Mediolanenſem*; Vid. Diploma *Maximiliani I* Imp. An. 1495, *Ludovico Mariæ Sfortiæ*, dicti *Philippi Mariæ*, ex filia, *Blanca Maria*, nepoti, eodem titulo datum, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I, *Erſte Fortſetzung*, *im Anhang*, *im V Abſatz*, §. 67, p. 4, ubi: *Sigiſmundus*, *Romanorum* (Imperator) *Privilegia dicti Ducatus*, *& Comitatus Papiæ & Angleriæ*, *valida declaravit*, *confirmavit & ratificavit*, *ac etiam denuò conceſſit Illuſtriſſimo quondam Philippo Mariæ*, *Filio & Succeſſori præfati quondam Illuſtriſſimi Ioannis Galeas*, *Avo Tuo*, *per alìud Privilegium*, *confectum Anno* 1426, *d. 6 Menſis Julii &c.* Anno 1433, collatum ab Eodem in *Johannem Franciſcum Gonzagam* axioma *Mantuæ Marchionis*, *Sacrique Imperii Romani Vicarii*, præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Sigiſmundi*, ad h. a. pag. 696, notavi. Diploma, quo eodem anno *Nicolaum 2*, Marchionem *Eſtenſem*, de *Comacchio* inveſtivit, extat apud Dn. *Lunigium*, l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung*, *XXX Abſatz*, §. 6, p. 706.

(8) Quid juris *Friderico III* Imp. in Italia competierit, recenſet ex parte *Æneas Sylvius*, Scriptor gravis & coævus, in *Hiſtoria Vitæ* hujus *Imperatoris*, deſcribendo iter Ejus in Italiam, apud *Schilterum*, *Cod. Scriptorum Rer. German.* p. 60 & 61: *Inter hæc Teutones plurimi ex Suevia*, *Franconia*, *Rhenique partibus*, *per Vallem Tridentinam*, *Veronam Mantuamque tranſeuntes*, *Ferrariam veniunt*, *ibique Cæſaris præſtolantur adventum*, *quibus Borſius*, *Marchio Eſtenſis*, *ex Curia ſumptum præbet. Ea re cognita*, *mox Fridericus*, *relicto Patavio*, *cum Legatis Venetorum*, *qui eum Romam usque ſecuti ſunt*, *ad Athesim pergit*: *eoque flumine transmiſſo*, *Borſium Marchionem*, *plurimos Italiæ Proceres*; *de Malateſtis*; *de Faventia*; *de Corizio*; *de Palaviſinis*; *deque aliis vetuſtis Domibus*, *expectantes invenit*; *qui ſe ſtatim ad pedes Cæſaris proſtraverunt*, *SUUM PRINCIPEM venerantes ---- Franciſcus Sfortia Vice-Comes*, (Viſconti) *qui paulo ante Mediolanum potius erat*, *ſeque Gentis Ducem juſſerat appellari*, *magno Vir ingenio*, *& omnium*, *qui apud Italos arma gerunt*, *rei militaris peritiſſimus ---- ut primum Cæſarem intraſſe Italiam certior factus eſt*, *Filium Primogenitum*, *Galeacium nomine*, *ex Blanca*, *Philippi*, *quondam Ducis Mediolani*, *Filia*, *novem annos natum*, *Alexandrumque Germanum*, *Primoresque Lombardiæ Proceres*, *ad Eum mittit*, *equos armaque dono ferentes*; *qui apud Ferrariam auditi*, *in hanc ſententiam verba fecerunt*, *dixerunt enim*: *Franciſcum*, *Mediolanenſium Ducem*, *Imperatoris adventum magnopere lætatum eſſe*; *Qui vexatam multis cladibus Italiam*, *VISO DOMINO*, *quietem habituram*, *exiſtimat*, *excuſatum ſe reddere*, *quod neque per Se Ipſe veniſſet*, *neque ſuos antemiſiſſet*; *nam & Cæſaris adventus*, *diu retardatus*, *in dubium iverat*; *& res Lombardiæ per Venetos*, *ſe abſente*, *turbari potuiſſent*: *remanſiſſe Illum ad tuendam IMPERII PROVINCIAM*, *QUAM CÆSARIS NOMINE TENERET*: *Orare Cæſaream Sublimitatem*, *vel tunc*, *vel cum Roma rediret*, *ſuam Terram Lombardiæ viſere*; *coronam Mediolani velit accipere*: *daturum bono animo locum*, *aperturum iter*, *facturum*, *quæ Fideles Vaſallos ERGA DOMINUM decent*; *dona mittere parva*, *quæ fidei pignus eſſe velit ---- Ludovicus etiam Marchio Mantuæ*, *qui --- inter primos Belli Duces apud Italos claruit*, *ad Cæſarem*, *Ferrariæ manentem*, *venit*, *ſe ſuaque obtulit. Multi præterea ex Lombardia Cæſarem adiverunt*, *alii ſuorum Feudorum Inveſtituram petentes*; *alii*, *ne DUCATUS LOMBARDIÆ*, *AD IMPERIUM DEVOLUTUS*, *negligeretur*, *obſecrantes. Porrò Borſius*, *qui nondum erat de Feudo inveſtitus*, *altiorem cupiens gradum*, *ex Marchione*, *ſe Ducem creari optavit. ---- Nec Bononienſes Majeſtatem Cæſaris neglexerunt*; *qui*, *miſſis ad Eum Oratoribus*, *Illi ſe atque Urbem commendaverunt &c.* & p. 63: *Poſt Bononienſes*, *auditi Florentini*, *qui advenerant*, *Cæſarem*, *ne Romam petens ſe prætereat*, *multis precibus orant*: *Civitatem Imperio devotam*, *rem ſuam publicam commendant &c.* Qua magnificentia *Romæ* ſuſceptus, annoque 1452, 15 & 16

Martii, exemplo planè novo, à *Nicolao V*, P. R. *Rex Longobardorum*, & *Imperator Romanus*, fuerit inauguratus, deſcribit idem l. c. pag. 74 & ſeqq. Conf. præced. Lib. I, Tit. V. Ejus vita, ad h. a. p. 703 & 704. Finitis Inaugurationibus, erexit, in favorem *Borſii*, *Nicolai III*, *Eſtenſium* atque *Ferrariæ* Marchionis, ex illegitima quidem, aſt vetuſtiſſima *Ptolomæorum* Senenſium ſtirpe, oriunda Conjuge, [illegible]*la*, nati Filii, *Mutinæ* & *Regii* Ducatus, addito ſingulis Dominicæ Aſcenſionis diebus, ſolvendi Imperio quatuor aureorum millium cenſus, pacto. Hiſtoriam facti recenſet laudatus *Æneas Sylvius*, l. c. pag. 94, verb. *Borſius* (Marchio Eſtenſis) *de re ſua anxius, magnopere apud Cæſarem inſtat, Mutinam atque Regium in Ducatum ut erigat, ſibique conferat. Civitates hæ inter Bononiam & Parmam jacent, Montem Appenninum ab Auſtro, a Septentrione Padum fl. habent. Harum alteram Marchiones Eſtenſes ab Imperio in Vicariatum; alteram à Ducibus Mediolanenſibus in Feudum habuere. Diu Cæſar dubius fuit: nam etſi Borſium ſumma virtute præditum, quovis honore dignum exiſtimabat; indignum tamen putabat, injuſto matrimonio natum, Nicolai Patris, & Leonelli Fratris, eum præferre legitimis, qui extabant, liberis; Vicariatumque in Ducatum erigere, ſpeciei quædam alienationis, Imperatori prohibita, videbatur, qui augeri Jura Imperii, non minuere, juraviſſet. Sed contra, multæ rationes agebant; ſubditi omnes terrarum concordibus animis Borſium ſibi Dominum elegerant: Romanus Pontifex, cujus potiſſimum eſt, matrimonii jura tueri, Vicariatum Ferrarienſem, excluſis legitimis heredibus, Borſio dederat: Marchionatus Eſtenſis, longa Majorum ſerie, ab illegitimis heredibus poſſeſſus, jam præſcriptus videri poterat: Borſius etiam Fratris ultima voce prælatus filiis ferebatur; Nobilitati Plebique juxta dilectus. His accedebant ingentes honores, & obſequia penè incredibilia, quæ Borſius in Cæſarem, ſuosque omnes, quam libentiſſimè contulerat. Legati quoque Principum & Communitatum Borſii laudes in Cælum ferebant. Matrem Ejus, etſi legitima Nicolai Conjux non fuerat, Nobilem tamen, ex vetuſta Ptolomæorum Senenſium Domo natam, conſtabat: Honeſtam & Sapientem Fœminam, neque pretio, neque precibus, ſed vi corruptam, & potentia Principis, cui etiam promiſſum fuiſſe matrimonium quamplurimi tradiderunt. Quibus rebus victus Cæſar, Ducatum, ex duabus Civitatibus, Rodigiumq; cum territorio adjacenti, in Comitatum, erexit, hosque Borſio, & ſuis heredibus, ex ſe legitimè deſcendentibus; atq; his deficientibus, alteri ex collateralibus Fratribus, ſive Nepotibus, quem ſibi deligeret Ipſe Succeſſorē, conceſſit; reſervato quatuor millium aureorum cenſu, qui ſacro Imperio quotannis, in Aſcenſionis Dominicæ Feſtivitate, perſolvi deberet; primis duobus annis ſine ſolutione remiſſis. Sic enim non diminutum, ſed auctum eſt jus Imperii, cum ante nihil Imperium ex Vicariatu reciperet &c.* Conf. idem, *de Statu Europæ ſub Friderico III*, Cap 49, apud *Freherum* T. 2. *Rerum German.* p. m. 92: *Apud Ferrariam mortuo Nicolao Eſtenſi, Principe omnium noſtri ſæculi fortunatiſſimo, niſi Conjugis adulterium & in ea, & Filio dilectiſſimo vindicare olim coactus fuiſſet; Leonellus dominatum ſuſcepit, Princeps Pacificus, literarum peritus, & Muſicæ cultor. Quo decedente, Borſius, Frater Ejus, & ipſe Nicolai Filius, ex Concubina, Ptolomea Senenſi, ad Principatum vocatus eſt; egregia forma Juvenis, & in armis cum laude verſatus, dicendi & agendi peritus: qui cum Cæſarem, Fridericum, Romam petentem, & inde reverſum, magnificentiſſime accepiſſet; ſuper Mutinam & Regium Civitates, Ducatus honorem accepit, primusque omnium in Eſtenſi Familia Dux appellatus eſt &c.* reliquique Auctores, præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Friderici III*, l. c. pag. 704, citati. Inveſtituræ ſolennia ſuppeditat *Goldaſtus*, Part VI *Politicorum Imperialium*, §. 2, p. 360, unde quædam præced. Tit. I, §. 17, lit. d, ad An. 1452, retuli. Illuſtrandis porrò de *Franciſco*, *Mediolanenſium Duce*, dictis, notandum adhuc, ab obitu *Philippi Mariæ Viſconti*, poſtremi Gentis hujus Mediolanenſium Ducum, An. 1447, 13 Aug. denati, circa Succeſſionem, arduam ſurrexiſſe litem, inter *Carolum Aurelianenſem*, defuncti, è ſorore conſanguinea, *Valentina*, *Johannis* Galliarum Regis filia, atque *Franciſcum Sfortiam*, ejusdem *Philippi Mariæ*, è Filia naturali, *Blanca Maria*, Nepotes. Nitebatur maximè *Carolus Aurelianenſis* dotalitiis tabulis, quibus Matri, defunctis ſine prole Fratribus, ſuccedendi jus tributum. Cæſar contra Sibi & Imperio Ducatum vacue factum aſſeruit, Aurelianenſi reſpondens: dotales iſtas tabulas à ſolo Papa, cui nulla hic jurisdictio, nec ab ullo Cæſare, confirmatas eſſe; & *Blancam Mariam*, ob natalium maculas, à ſucceſſione arceri. His tamen non obſtantibus, occupavit *Franciſcus Sfortia* Ducatum armata manu; quo minus autem iram Cæſaris incurreret, petiit ab Eo, ſolenni Diplomate poſſeſſionem ſibi confirmari, quamvis irrito ſucceſſu. Vid. *Æneas Sylvius*, in *Vita Friderici III* l. c. & in Commentatione de *Statu Europæ ſub Friderico III*, Cap. 46, apud *Freherum* l. c. p. 88 &c. & *Couringius* l. c. §. 27, p. 334. Quæ omnia ſatis docent, qua auctoritate Imperator noſter in Italia polluerit.

(9) *Maximilianus I*, ut publico ſcripto teſtaretur, ſe quoque firmiter tenere, *Mediolanenſem Ducatum* veram eſſe Imperii Provinciam, ab exceſſu præſertim

Digitized by Google

tim *Johannis Galeacii Sfortiæ*, laudati *Franciſci* Filii, an. 1494, 21 Oct. mortui, nulla filioli ejus *Franciſci* ratione habenda, Imperio vindicandam, inveſtivit de eo, ſolenni Diplomate, An. 1495, die *S. Catharinæ*, Antwerpiæ ſcripto, *Ludovicum Mariam Sfortiam*, cognom. *Maurum*, ſeu *Morum*, defuncti *Johannis Galeacii* Patruum, inquiens inter alia: *Per obitum Philippi Mariæ Angli*, (ultimi Gentis *Vicecomitum*, anno, ut dixi, 1447 mortui) *quondam Mediolanenſium Ducis, cum nullos ex ſe Filios maſculos, aut deſcendentes legitimos & naturales reliquerit, apertè patet, quod Ducatus Mediolani, & Comitatus Papiæ, cum reliquis eorum Civitatibus & Terris, Directo Jure ad Sacrum Romanorum Imperium fuit devolutus; unde ab inde antea Sereniſſimi quondam Genitoris Noſtri, & ſucceſſivè Noſtri fuit arbitrii, quem de dicto Ducatu & Comitatu inveſtiremus. Te igitur unum, præ cæteris, dignum & benè meritum, duximus, quem dictis Titulis ſublimaremus &c.* Recitat has literas Dn. *Lunigius*, l. c. *Continuat. I, Erſte Fortſetzung, im Anhang, im V Abſatz*, §. 67, p. 2 &c. Placaſſe priùs *Ludovicum* Cæſaream Cameram quadringentorum millium aureorum pondere, obſervavit *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, Cap. 23, §. 27, p. 334. Re ad Aulam Pariſienſem delata, arripuit *Ludovicus XII*, Galliarum Rex; *Caroli Andegavenſis*, an. 1465 jam extincti, Filius, *Caroliqne VIII* Agnati, an. 1498. ſepulchra Patrum ingreſſi, in Regno ſucceſſor, arma, *Mediolanenſem. Ducatum*, Aviæ ſuæ, *Valentinæ*, jure, ſuum eſſe contendens, depellendo inde *Ludovico Maria*, à Cæſare immiſſo. Vid. *Guicciardinus*, lib. 4 *Hiſt. ſui temporis*, & *Spondanus*, *Contin. Annal. Baronii* Tom. 2, ad An. 1498, §. 3, p. 233. Opportunum erat *Ludovico*, atrociſſimum bellum, Cæſarem inter & Helvetos, an. 1499, geſtum, Helvetis ubique ferè victoriam reportantibus; quodque *Ludovicus Maria*, Dux, ſubditis ſuis malè oluerit; ipſeque ſocietatem cum Venetis jam contraxerit; hinc eodem adhuc anno, menſe Octobri, magno apparatu in Italiam deſcendit, nemineque reſiſtente, à *Mediolanenſibus*, (*Bernhardino Curtio* Ticinenſi Auctore, ignominioſiſſimo pretio Metropoli Ducatus Gallis vendita) ſuſceptus eſt, *Ludovico* Duce ægrè ſalutem fugæ committente, quam magnis itineribus ad Cæſarem, ad Atheſin caſtra locantem, ſuſcepit. Vid. *Nauclerus*, Vol. 2, *Chronographiæ*, Generat. 50, ad An. 1499, p. m. 1119 & 1120; *Spondanus*, l. c. ad h. a. §. 2, 3 & 4, p. 237. de *Bello Helvetico*, legas etiam *Bilibaldum Pirckheimerum*, apud *Freherum* T. 3 *Script. Rer. German.* p. 5. &c. Rebus *Mediolani* ordinatis, relictoque ibi Gubernatore Generali, *Johanne Jacobo Tribultio*, Mediolanenſi, extorri *Ludovico* Duci infeſtiſſimo, in fidem etiam accepta *Genuâ*, quam *Raveſtano* commendaverat, revertit Victor, Decembri menſe, in Galliam, unicum *Johannis Galeacii* filiolum *Franciſcum*, ſecum ducens, vitæ dicatum poſthac Monaſticæ. Vid. *Guicciardinus*, l. c. *Belcarius*, Comment. *rerum Gallicarum*, Lib. 8, ad h. a. *Bernhardinus Corius*, *Hiſtor. Ducum Mediolan.* part. 7, *Spondanus* l. c. §. 4. p. 237; Recuperabat quidem, ineunte anno 1500, *Ludovicus Morus*, favente ſibi inſolentiâ, qua *Trivultius* in Cives ſævire conabatur, nonnullos vectigal perſolvere detrectantes, propria manu publicé jugulando, Principatum ſuum; nequam verò fortuna Eum citò iterum deſeruit, in tantum, ut 11 April. una cum *Galeacio Sanſeverinate*, *Fracaſſo* & *Antonio Maria* Fratribus, ſimul captis inter gregarios *Helvetos*, qui *Novariæ*, ubi latitabat, præſidio erant, & liberum abitum paciſcebantur, veſtitu Helvetico armiſque obtectus, vel caſu, vel proditione, agnitus, in hoſtium manus inciderit, toto Ducatu deditionem denuo Gallis faciente; Infelix Princeps primò *Lugdunum*, ubi Rex morabatur, quamvis non in Ejus conſpectum, perductus, mox in arcem *Loccienſem*, ad perpetuum perdurumque carcerem, relegatus eſt, quem ad obitum uſque pertulit; Vid. *Guicciardinus* l. c. in fine; *Nauclerus* l. c. *Generat.* 51, ad an. 1500, p. 1120 & 1121; *Spondanus*, l. c. An. cod. §. 2, 3 & 4, p. 241 ad 243; Fratrem Ejus, *Aſcanium* Cardinalem, (qui, relicto *Mediolano*, ad arcem *Rivoltam*, in Placentino agro, tutum veluti locum, confugiens, *Conrado Lando*, Nobili Placentino, utut affinitate longaque ipſi neceſſitudine devincto, proditore, Venetis traditus fuit;) & ipſum Gallis, eum nimis eum petentibus, parum decoré pro Majeſtate Veneta, deditum, iidem teſtantur. Subſtitit ita res, ad Annum uſque 1508, quo, vigore *Cameracenſis* Fœderis, inter Imperatorem, Gallos, Hiſpanos, Papam &c. &c. adverſus *Venetos*, ſuperbia tumeſcentes, & Imperatori, *Romam* ituro, tranſitum denegantes, proptereaque in majus Imperii bannum declaratos, icti tabularum, *Maximilianus* Cæſar *Ludovico* Regi, ejuſque Genero *Franciſco*, Engoliſmenſium (Angoulême) Comiti, proximo ſimul Agnato, Thronique Succeſſori, indeque naſcituræ Auguſtali proli, ſolenni Diplomate, mediante centum millium aureorum ſumma, *ſalvoque Tertii jure*, expedito, *Ducatum Mediolanenſem* confirmavit. Vid. *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 2, p. 265, & ad An. 1515, §. 2, p. 313; &, ex *Jovio*, *Conringius* l. c. pag. 334 & 335; add. præced. lib. I, Tit. V, Vita *Maximiliani I*, An. 1508, p. 717; & literæ Oratoris *Franciſci* Regis, ad Electores & Principes Imperii alios, de an. 1536 apud *Freherum* T. 3, *Scriptor. Rer. German.* p. 307 verb. *In poſſeſſionem Inſubrium Ludovicum Regem, & hunc Generum & propinquum Ejus, ex hæreditario, avito & proavito, ut ſic loquar, Jure, Maximilianus Cæſar, re quæſita & deliberata, miſit, in fidemque & clientelam Imperii, more Majorum, ac de Procerum conſilio, accepit, &c* *Sfortiis*, contra pacta hæc valdè proteſtanti-

Digitized by Google

ſtantibus, publicè laboratum eſt, ut *Maximilianus Sfortia*, in carcere *Loccienſi*, an. 1508, animam exhalantis *Ludovici Mariæ*, filius, in Paternum Principatum reduceretur, ſedulam operam præſtante *Julio* 2, P. R. ob Concilium *Piſanum*, (conſentientibus *Maximiliano* Imp. & *Ludovico XII*, R. Gall. à novem Cardinalibus, An. 1511, 16 Maji, invito Pontifice, cui claſſicum cecinit,) convocatum, Gallis inſenſiſſimo; cujus etiam artibus, ad *Helvetiorum*, communibus Pontificis & Venetorum ſtipendiis, in *Mediolanenſem* agrum, turmarum adventum, Principatu illo, Anno 1512, rebellante, Galli tota penè Italia pulſi ſunt; hac rerum facie & *Genuenſibus* in priſtinum ſtatum ſe iterum vindicantibus, creato Duce *Jano Fregoſo*. Vid. *Spondanus* l. c. ad Ann. 1512, §. 11, p. 293, provocans ad *Ægidium Veterbienſem*, apud *Andream Victorellum*, in addition. ad *Alphonſi Ciacconii Vitas & res geſtas Pontificum Romanorum &c.* occaſione hac *Parmam & Placentiam* ſponte ſe *Julio* Pontifici, qui eas, tanquam *Ravennatenſis Exarchatus* portionem, patrimonio quoque Eccleſiæ ſuæ aſſerere nullatenus eſt verecundatus, ſubjeciſſe, ex *Guicciardini* libro X & XI manifeſtum eſt, qui ſimul notat, Imperatorem noſtrum conatibus hiſce vehementer fuiſſe adverſatum. Conf. *Conring.* l. c. lib. 2, Cap. 20, §. 18, p. 278; An. 1513, inito inter *Ludovicum* Regem Venetoſque fœdere, factum eſt, ut Galli, facili negotio, & *Genua & Mediolano*, reliquiſque omnibus, ſuperiori anno amiſſis, iterum potirentur, *Novaria & coma* exceptis, aſt fuſo eorum exercitu in obſidione *Novariæ*, eadem facilitate rurſus inde pulſi, *Maximiliano Sfortia* in integrum reſtituto. Vid. poſt *Guicciardinum* lib. XI, & *Belcarium*, lib. 14, *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 1, p. 303; & *Conringius* l. c. lib. 2, Cap. 23, p. 335. Mortuo an. 1516. *Ludovico* Rege ſceptrum obtinens ante fatus *Franciſcus* Engoliſmenſis, Gener Ejus proximuſque Agnatorum, ut publicè doceret, non ſolum intuitu jurium a *Valentina*, proavia ſua, in ſe derivatorum, ſed & Diplomatis Cæſarei, in Cameracenſi Fœdere *Ludovico* defuncto conceſſi, recuperationem *Mediolanenſis* Ducatus ſibi cordi eſſe, titulos *Mediolanenſis Ducis* adhibere cœpit; exempla præced. lib. I, Tit. 4, §. 3, lit. l. pag. 307, ſuppeditavi. Nec diu moratus; Cæſar licet, *Ferdinandus* Arragonius, *Maximilianus Sfortia* Mediolanenſium Dux, & *Helvetii*, pro Italiæ defenſione, in unam ſocietatem coaluiſſent; Exercitum adhuc eodem anno Alpes ſuperare juſſit, quem ipſe ſecutus, horrendam cladem apud *Marinianum* Helvetis inflixit, qua, 13 & 14 Septemb. partâ victoriâ totum Ducatum ſui juris fecit, præter arces *Mediolanenſem & Cremonenſem*, à *Maximiliano* Duce tamen, menſe Octobri, ſponte victori oblatas, cui & reliquis ſimul juribus ceſſit, certa pecuniæ ſumma, qua alieno æri faceret ſatis, annuiſque triginta millium aureorum, a Gallis ſibi ſolvendorum, reditibus, contentus. Hac ratione recuperarunt Galli *Mediolanenſem Principatum*, *Maximiliano* in Galliam ſecedente, ubi ab omnibus ob ſocordiam, ſordidos mores, & cogitationes ignavas, Principatu omni indignus judicatus. Vid. *Guicciardinus* l. c. lib. 12, *Belcarius* l. c. lib. 15; *Anglerius* Epiſt. 550, 555; *Spondanus*, l. c. ad. An. 1515, §. 2, 4, 5, 6, 7 & 8, p. 313 ad 315, alii, quorum præced. lib. I, Tit. V, in vita *Maximiliani* Imp. ad h. a. pag. 721, memini. Clarius ut hæc pateant, ſubjiciam ſequens ſchema Genealogicum:

Johan-

Digitized by Google

Johannes Galeacius Viſconti, primus *Mediolanenſium* Dux creatus, ab Imperatore *Wenceslao*, An. 1395, Vid, præc. v. 6. Ux. (1) *Iſabella* fil. *Johannis Boni*, Regis Galliæ, 1360, mortua 1372. (2) *Catharina*, fil. *Barnabæ*, Patrui ſui, 1380, defuncta 1404. Obiit An. 1402, 4. Sept.

Valentina, ex(1) Ux. *Ludovici*, Ducis Aurelianenſis, 1389, mortua, 1408.

Johannes Maria, ex (2) Dux factus 1402, †. 1412.

Philippus Maria, ex (2) Fratris ſucceſſor, †. 1447, 13 Aug. Ex amica, *Agnete* de *Marno*, Pater

Carolus, D. Aurelianenſis, †. 1465.

Johannes, Com. d' Angoulême: †. 1467.

Blancæ Mariæ, nat. 1425, & nuptæ 1441, *Franciſco Sfortia*, qui, extincto Soeero, *Ducatum Mediolanenſem* vi occupavit, decedens An. 1466, 8 Mart. *Blancâ Mariâ* denatâ An. 1468.

Ludovicus XII, R. Galliæ. †. 1515.

Carolus, Com. d' Angoulême, †. 1496. Ux. Aloyſia f. Philippi D. Sabaud.

Claudia, Ux. *Franciſci I*, Regis, Agnati. †. 1524.

Franciſcus I, Rex 1515, Ux. *Claudia* Agnata.

Galeacius Maria, Dux, 1466, occiſus 1476, 26 Dec. Ux. (1) *Dorothea Gonzaga*, *Ludovici*, March. *Mantuæ*, filia, †. 1468. (2) *Bona*, fil. *Ludovici*, D. *Sabaudiæ*, unde nati:

Ludovicus Maria cogn. *Morus*, Dux 1495, dejectus à Gallis, 1500; †. in carcere An. 1508, Ux. (1) *Beatrix*, fil. *Herculis* March. *Ferrariæ*; †. 1497, (2) *Lucretia Cribella*; ex qua Marchiones de Caravaggio.

Aſcanius Maria, Cardinalis †. 1505.

Johannes Galeacius Dux, 1476; †. 1494, 21 Oct. Ux. *Iſabella*, fil. *Alphonſi* R. Neapol.

Blanca Maria, n. 1472, †. 1511, 11 Dec. nupta 1493, *Maximiliano* Imperatori.

Maximilianus Dux, qui Gallis An. 1515 Ducatu ceſſit, & Pariſiis † 1530.

Franciſcus ultimus Dux *Sfortiorum* Gentis, n. 1493, Dux factus 1522, †. 1535, 24 Oct. *ατ.*

Franciſcus Sfortia, n. 1490, captus à Gallis 1499, †. in Cœnobio, 1511.

Priusquam paragraphum hunc claudam, monendum adhuc, Imperatorem Noſtrum notabile Privilegium, ſub dato *Tmbſt*, An. 1503, 15 Oct. *Philiberto* Sabaudo conceſſiſſe, de quo *Guichenon*, liv. 6. de l'*Hiſtoire de Savoye*, p. 486, evolvendus; conf. præced. lib. I Tit. XI, §. 2, lit. f, pag. 967.

(10) *Carolo V*, *Mediolanum* ac pleræque Principatus cognominis Urbes, Gallis infeſtæ, deditionem fecere An. 1521; hiſtoriam facti recenſentibus *Guicciardino*, l. c. lib. 14; *Joſepho Ripamontio*, lib. 15 *Hiſtor. Mediolan.* *Spondano* l. c. ad h. a. §. 7, p. 341; & §. 10. p. 342. Anno eodem, auxiſſe Principem noſtrum, in favorem *Caroli III*, Ducis, *Vicariatum perpetuum Sabaudiæ Ducum in Terris ſuis*, Diœceſibus, *Lugdunenſi*, *Matiſconenſi* & *Gratianopolitana*, diſcimus ex diplomate deſuper confecto, apud *Guichenon* l. c. p. 595; Conf. *Diarium Europ.* Tom. I, ad an. 1658, p. 715; Dn. de *Münchauſen* cit. Diſſ. de *Vicariatu Italico*, p. 38; Dn. *Lunig.* l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung*, *XII. Abſatz*, §. 32, p. 68; add. ſupra l. c. p. 968. Anno proximè ſequenti 1522, *Odetus Lantrechius*, Principatus Mediolanenſis, nomine *Franciſci* Galliarum Regis, Gubernator *Franciſco Sfortia*, filiorum *Mori* natu minori autoritate Imperatoris in integrum reſtituto, & incredibili Civium lætitia *Mediolani* recepto, milite & pecunia deſtitutus, in Galliam ſe recipere cogebatur, Gallis Italia pulſis. Vid *Belcarius*, lib. 17; *Galeacius Capella*, lib. 2 Commentariorum de *Reſtitutione hujus Ducis*, apud *Schardium* T. 2 *Rer. Germanic.* p. 184; *Bellajus*, lib. 2, *Spondanus* l. c. ad h. a. §. 4, p. 345 &c. Provinciam, & avaritia Matris *Aloiſiæ*, pecunias in bellum erogandas privatis uſibus mancipantis, & negligentia *Lantrechii*, reliquorumque belli Ducum ſocordia amiſſam, recuperare quidem ſummis viribus contendit *Franciſcus* Rex, *Mediolano* an. 1524 iterum potitus; aſt inani effectu, quandoquidem, an. 1525 *Ticinum* obſidendo,

Digitized by Google

horrenda clade à Cæſareis copiis caſtigatus, *Carolo Lanojo*, Neapolitano Pro-Regi, ſe dedere compulſus fuit, Legionibus ſuis *Mediolanenſi* Ducatu penitus ejectis. Vid. *Spondanus* l. c. ad An. 1524, §. 2 & 4, p. 361 & 362, & ad An. 1525, §. 2 & 3, p. 368, omneſque, quorum præced. lib. I, Tit. V, in vita *Caroli V*, ad An 1525, p. 725 memini. Quomodo, biennio poſt Cæſar *Romam* expugnaverit, ibid. ad An. 1527, p. 726, commemoravi. Pacis capita an. 1519, *Cameraci*, cum *Franciſco* initæ, exhibui ibid. ad h. a. pag. 728. Jura Imperii in *Parmam* & *Placentiam* non minori fortitudine Eum tutatum, ſeq. lit. f. probabo. Anno 1530, impoſuit Imperator noſter & *Longobardorum Regis* & *Imperiale* diadema, *Clemente VII* Papa conſecratore. Vid. ſupra l. c. ad h. a. pag. 728. Anno eodem, creavit *Fridericum Gonzagam*, ex Marchione, *Ducem Mantuanum*; vid. ibid. p. 728; confirmatque *Sabaudiæ* Ducibus *Vicariatum perpetuum*, ab antiquo ad eos ſpectantem, inſuperque Epiſcopatu *Burgenſi* amplificatum; Vid. *Lunig.* l. c. §. 33, p. 69, & *Diarium Europ.* l. c. pag. 718 & 719: An. 1531, capta *Florentia*, *Alexandrum de Medicis*, *Laurentii*, *Urbini* Ducis, nothum, *Ducem* ibi conſtituit, vid. ſupra l. c. ad An. 1531, p. 729; An. 1533, declaravit *Margaretham*, *Wilhelmi IX*, Màrchionis *Montisferrati* filiam, & *Friderici Gonzagæ*, *Mantuani* Ducis conjugem, Marchionatus *Montſerratenſis* hæredem; vid. præced. Tit. I, §. 13, lit. b, pag. --- An. 1535, extincto *Franciſco Sfortia*, *Mediolanenſium* Ducum noviſſimo, occupavit Ducatum hunc, Jure Cæſareo, ut vacuum Imperii Feudum; (*Franciſcus* licet Galliarum Rex, teſtibus Ejus literis ad Principes Imperii de An. 1537, apud *Freherum* T. 3. *Rer. German.* p. 319, Provinciam ad ſe ſpectare, arbitraretur, ſcribens: *quum mearum quoque partium eſſe ducam, & Imperio prodeſſe, cujus Me Clientem agnoſco, Inſubrium Principatus ergo &c.*) anno tamen 1549, transſcripſit eum in *Philippum* filium, Ejusque poſteros, Hiſpaniarum Reges, beneficiaria lege ab Imperio acceptandum, vid. ibid. ad An. 1535, p. 730, & An. 1549 p. 734; diploma ſiſtente etiam Dn. *Lunigio* l. c. Contin. I, *im Anhang*, *V Abſatz*, §. 72, p. 21 &c. Ab hoc tempore Hiſpaniarum Reges Ducatum hunc, una cum Marchionatu *Finalienſi*, & *Senas*, & *Plombinum* in Italia, clientelari jure poſſediſſe, rectè docet *Conringius* lib. 2 de *Finib. Imperii*, Cap. 23, §. 27, p. 335. An. 1555, extendiſſe Auguſtum noſtrum, in *Emanuelis Philiberti* Ducis gratiam, *Vicariatum perpetuum*, Sabaudiæ Ducibus competentem, ad Diœceſes *Aſtenſem*, *Nicenſem*, *Vintimilienſem*, *Glandavenſem* & *Vincienſem*, ſeu *Vence*, en *Provence*, patet ex diplomate, apud Dn. *Lunigium* l. e. Contin. 2, *IV Abtheilung*, *XII Abſatz*, §. 35, p. 72; Conf. præced. Lib. I, Tit. XI, §. 2, lit. f, p. 968.

(11) *Ferdinandi I* gratia, obtinuit laudatus *Emanuel Philibertus*, *Sabaudiæ* Dux, An. 1562, confirmationem omnium Privilegiorum, à Cæſaribus in *Sabaudiæ* Principes collatorum. Vid. Diploma apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 36, p. 73; add. ſupr. Lib. I, Tit. XI, §. 2, lit. f, pag. 968.

(12) An. 1568, contendit *Maximilianus II* jure meritoque, controverſiam de dignitatis prærogativa, inter *Coſmum Hetruriæ*, & *Alphonſum Ferraræ*, Duces obortam, non ad Romani Pontificis, ſed ad ſuum pertinere forum; vid. præced. Lib. I, Tit. V, Vita *Maximiliani II*, h. a. pag. 747. Nec paſſus eſt *Coſmum*, *Pii V. P. R.* benevolentia, *Etruriæ Regem* appellari; re tandem eo deducta, ut *Coſmus* in *Magni Ducis* titulo acquieſceret, ab Imperatore noſtro, An. 1575, *Franciſco*, ipſius filio, ampliſſimo diplomate confirmato. Vid. l. c. pag. 748, & cit. Lib 1, Tit. V, §. 8, lit. f, pag. 432; add. *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 26, p. 27. In cauſa *Alfonſi*, Marchionis *Finalienſis*, adverſus *Genuenſes*, pronunciaſſe ſententiam Auguſtum noſtrum, ſeq. lit. f, v. 3, dicam. In favorem *Wilhelmi* Marchionis, erexit idem, An. 1573, ex Marchionatu, *Ducatum Montisferratenſem*; Vid. præced. Tit. I, §. 13, lit. b. Add. *Nizſchius*, ad Capitul. *Joſephi*, Art. IV, §. 1, v. 13. p. 257.

(13) A *Rudolpho II* nactus eſt ſæpe fatus *Emanuel Philibertus*, *Sabaudiæ* Dux, An. 1579, nec non Ipſius Filius, *Carolus Emanuel*, An. 1588, confirmationem omnium privilegiorum ſuorum, & quidem poſterior, cum extenſione *Vicariatus Generalis* aviti, per Diœceſes *Albengæ*, *Albæ* & *Aquarum*, quoad Comitatum *Jendæ*, *Mentonum*, *Roccabrunam*, *Pornaſſium* & *Dulcemaquam*, indeque loca pendentia, in quantum Juriſdictioni Imperiali ſubjaceant. Vid. præced. lib. 1, Tit. XI, §. 2, lit. f, pag. 968; Dn. *Lunig.* l. c. §. 38, p. 79 & §. 40, p. 83 &c. Mortuo An. 1597, ſine liberis, *Alphonſo II*, *Ferrarienſium* & *Mutinenſium* Duce, conſtituit Imperator noſter *Cæſarem*, Marchionem *Eſtenſem*, *Mutinæ Regiique Ducem*. Vid. præced. lib. 1, Tit. V, in vita *Rudolphi* 2, ad h. a. pag. 751; conf. *Conringius*, lib. 2, de *Finib. Imperii*, Cap. 23, §. 22, pag. 319; Illuſtriſſ. Comes *Johannes Guilielmus* de *Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 6, p. 71; *Schurtzfleiſch*, de *Jure Auguſti in Italiam*, §. XXV, p. 25.

(14) *Matthiam* rata habuiſſe, An. 1613, publico ſcripto, *Sabaudiæ Ducum* Privilegia cuncta, patet ex *Diario Europæo*, Tom. 1, ad An. 1658, p. 728; add. Dn. *Lunigius*, l. c. §. 45, p. 93.

(15) *Ferdinandus II*, eadem confirmaſſe legitur An. 1621, & 1632; vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. 49, p. 99,

&

& §. 54, p. 107; add. præced. Lib. I, Tit. XI, § 2, lit. f, pag. 968. Cui & *Alexander Pico*, *Mirandulani Ducis* titulos, ab anno 1620, acceptos ſert. Vid. præced, Lib. 1, Tit. V, vita *Ferdinandi* 2, ad h. a. p. 756; Anno proximè ſequenti 1621, inveſtivit *Philippum IV*, Hiſpaniarum Regem, de Ducatu *Mediolanenſi*, Oppidique *Finali*, *Senis* & *Piombino*; vid. ibid. ad h. a. An. 1624, ſuſcepit ab Eo *Ferdinandus Gonzaga*, *Mantuæ* Dux, *Generalem Vicariatum Imperii per Italiam*; vid. ibid. h. a. pag. 758; An. 1630, vigore pacificationis *Ratisbonenſis* cum Gallis initæ, promittit, ſe in *Carolum*, *Nivernii* Principem, *Ducatum Mantuanum & Marchionatum Montferratenſem*, beneficiali Lege collaturum, quod & An. 1631, 22 Junii, prævia Transactione *Cheraſcenſi*, præſtitit, exceptis locis, Galliæ Regi, Sabaudo & Guaſtallæ Ducibus, inde reſervatis. Vid. ibid. ad An. 1630 & 1631, p. 759 Add. præced. Tit. 1, §. 13, lit. b, ubi loca *Sabaudo*, in literis Feudalibus An. 1632 deſuper traditis, ceſſa, nominatim recenſentur.

(16) *Ferdinandus III*, in cauſa litigioſæ ſucceſſionis in Ducatum *Sabionettæ*, hanc tulit ſententiam, 2 Maji 1640: *Sacra Cæſarea Majeſtas in cauſa controverſa ſucceſſionis, ac reluitionis prætenſa Ducatus & Feudi Imperialis Sabionettæ, inter Illuſtriſſ. Dn. Scipionem, Principem Bozuli, Actorem ex una, & Illuſtriſſimam Dominam, Annam Caraffam, Duciſſam Medinæ de las Torres, Ream ex altera partibus, viſis, lectis & examinatis omnibus actis & ſcripturis, deſuper concluſis & ſubmiſſis, decrevit & declaravit, decernit & declarat, caſum reluitionis pro dicto Domino Actore nondum evenisse, & ideò præfatam Dominam Ream, ab inſtituta actione abſolvendam, & in poſſeſſione dicti Ducatus & Feudi Imperialis, Saplonetæ, omniumque ejus pertinentiarum, manutenendam eſſe, prout præmemorata Sua Cæſarea Majeſtas eam, per hanc ſententiam definitivam, abſolvit, & reſpectivè manutenendam jubet &c.* Vid. Memoriale *Scipionis Gonzagæ*, Ducis *Sabionettæ*, Legatis Electoralibus an. 1641 oblatum, apud *Lundorpium* Tom. V, *Act. Publ.* Lib, 1, c. 128, p. 418. Anno 1645, inita *Monaſterii* pace cum Gallis, confirmat præfatas Transactiones, *Ratisbonenſem* An. 1630, & *Cheraſcenſem* An. 1631, denegando tamen *Sabaudo* Inveſtituram adſcriptæ ipſi *Montisferratenſis* Ducatus portionis, non ſoluta prius à Gallis, in *Sabaudi* exonus, promiſſa *Mantuano* Duci 494000 aureorum ſumma; unde Legati Sabaudici querelæ, An. 1653 & 1654, tam in Imperii Comitiis, quam Electorall Collegio ſpecialiter expoſitæ, vid. præced. Tit. 1, §. 13, lit. b. p. 948. Anno 1657, non ſolum copiarum ſuarum præfecturam in Italia, ſed & *Generalis Vicarii Imperii* munus, demandavit *Carolo Mantuano*, Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Ferdinandi III*, ad h. a. pag 766.

(17) *Leopoldus* obligavit ſe, in *Capitulatione* An. 1658, ad *Sabaudum*, de *Montisferratenſis* Ducatus portione, ipſi dudum aſſignata, quantocius inveſtiendum, etiamſi ſumma 494000 aureorum *Mantuano* Duci à Gallis nondum ſit ſoluta. Vid. præced. Tit. I, §. 13, lit. b. Anno 1664 nactus eſt, Ejusdem gratia, *Albericus Cybo*, titulos honoresque *Maſſæ* Ducis, & Principis *Carraræ*. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, Vita *Leopoldi* h. a. pag. 770. An. 1689, ſolenni Mandato Avocatorio & Inhibitorio, avocavit, ſub pœna amittendorum Imperii Feudorum, à militia Galliæ Regis, omnes & ſingulos Italiæ Proceres, beneficia ab Imperio tenentes; apud Dn. *Lunigium*, Part. General. *des Reichs*-Archivs, p. 714 &c. Conf. præced. Lib. I, Tit. V, l. c. ad h. a. pag. 781. An. 1697, eadem ſub pœna, injunxit iisdem Vaſallis, ſpatio trium menſium, aut Imperiali Cancellariæ, aut Miſſo in Italiam *Georgio Adamo Comiti de Martinitz*, dare deſignationem authenticam & feudalem, non modo omnium Feudorum, ſed & Dignitatum, Juriſdictionum, Præeminentiarum, Privilegiorum, Regaliumque, quibus ipſi & eorum Anteceſſores, titulo quovis hactenus ſint gaviſi, addendo ſupplici libello, pro eorum earumque confirmatione, renovatione Inveſtituræ, novaque conceſſione. Vid. idem, l. c. *Pars. Special. der Andern* Continuation *Zweyte Fortſetzung*, *IV Abtheilung*, *XXX Abſatz*, §. 2, p. 679; Utque Edictum hoc ad omnium Vaſallorum notitiam eo citius perveniret, affixit illud Orator Imperiali Palatio Romæ, quamvis non ſine proteſtatione Pontificis, quam ibidem §. 3, p. 680, oſtendis. Anno 1698, homagium exegit, per laudatum Comitem *Martinizium*, à Principe *Borgheſio*, pro *Iſola*; à *Livio Odeſchalchi*, pro *Bracciano*, à Conneſtabili *Colonna*, pro *Marino*; ab *Urbano*, Principe *Paleſtrinæ*, pro *Colalto*, & ab *Auguſtino Chigi*, pro *Farneſio*, Principatibus, tanquam Imperii Feudis, frendente Romana Curia, Agrum *Farneſium*, ex Apoſtolicæ Cameræ beneficiis eſſe jactitante. Vid. præced. Lib. 1, Tit. V, Vita *Leopoldi*, h. a. pag. 785. An. 1700, 1 Nov. animam efflante *Carolo* 2, Hiſpaniarum Rege, ſine liberis, Feuda Italica, quibus defunctus, ejusque Anteceſſores, hactenus gaviſi ſunt, veluti *Ducatum Mediolanum* &c. &c. Imperii Patrimonio iterum vindicavit. An. 1701, ægerrimè ferens, *Ferdinandum Carolum*, *Mantuæ* & *Montisferrati* Ducem, *ſpretis omnibus ſalutaribus admonitionibus & argumentis, Cæſareo nomine ipſi propoſitis & explicatis, Urbem ac Fortalitium Mantuæ, nulla ſuadente ratione, nullo urgente periculo, & ne vel unico quidem hoſtilis tormenti globo provocatum, ſola Gallici auri aviditate, in Italiæ univerſæ perniciem, immenſumque S. R. Imperii præjudicium & damnum, Gallico atque Hiſpanico Militi tradidiſſe*, publico

publicoEdicto vetuit, à cæteris Imperialibus Vaſallis per Italiam, Gallis Hiſpanisve, ratione qualibet, auxilia præſtari, mandans vice verſa, Exercitui Cæſareo neceſſariis omnibus aſſiſti, juſſibusque Imperialibus vel unicè obedientiam fieri. nec ullam Jurisdictionem niſi Cæſaream agnoſci. Extat Edictum, *Laxenburgi* datum 20 Maji 1701, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 4, p. 681 & 682; add. Fabri *Staats-Cantzley*, Tom. VI, cap. IX, §. 4, p. 627 & 628. Citationis Cæſareæ tabulas, eodem die ad dictum Ducem, reddendis facti rationibus, directas, ſiſtit *Faber* l. c. §. 1, p. 618, nec non Ill. Auctor *des* Europ*æiſchen Heroldts*, Tom. 2, p. 758; Literæ patentes ad Magiſtratus & Subditos *Mantuanos* & *Montiſferratenſes*, de non amplius agnoſcendo *Duce Mantuæ*, eodem die ſcriptæ, occurrunt apud *Fabrum* l. c. §. 2, p. 622 &c. Quid Cæſar ſpeciatim in puncto Feloniæ ſæpe ſati Ducis, ad *Magnum Ducem Hetruriæ, Parmaque, Mutinæ, Guaſtallæ* & *Mirandulæ* Duces, itidem ſub dato *Laxenburgi*, 20 Maji 1701, reſcripſerit, habetur ibid. §. 3, p. 624 &c. Anno eodem, 11 Aug. vulgavit alias literas patentes ad Magiſtratus ſubditosque *Sabaudiæ*, de non amplius agnoſcendo Domino ſuo, ob idem commiſſum L. M. crimen puniendo ita inchoatas; *Palam eſt, ac publicum, quem in modum veſter quondam Dominus, & Sabaudiæ Dux, Victorius Amadeus, præter omnem exſpectationem Noſtram, eluſisque omnibus ſalutaribus monitis, atque argumentis, eidem, nomine Noſtro, ſæpius propoſitis, contra Nos, Sacrumque Imperium, arma ſuſceperit, iisque, cum Noſtrorum Sacrique Imperii Jurium uſurpatoribus, Galliæ Regi & Andegavenſium Duce conjunctis, Imperialia Noſtra Ducatus Mediolani, aliarumque Ditionum, ac Fidelium Vaſallorum Noſtrorum Jura Feudaque inviolare, atque convellere, non erubuerit; quemadmodum autem, ob graviſſimam ejusmodi in L. M. Noſtra Cæſarea rebellionisque crimen abeuntem Feloniam, Ipſe non minus ac Ejusdem Conſiliarii, nefario conſilio ſuo ſtudioque ad id concurrentes, pœnas, Legibus communibus & Conſtitutionibus Imperialibus præſcriptas, commerentur; ita quidem illos, ad vidındum bona ſua Feudalia & allodialia, reſp. caduca & Fiſco Noſtro Cæſareo delata eſſe, & declarari, hodierna die citavimus &c.* Vid. *Faber* l. c. §. 2, p. 631 &c. Copia citationis Cæſareæ, ad eundem Ducem, ejusque Miniſtros, in puncto *Ducatus Mediolanenſis*, aliorumque Feudorum Imperialium uſurpationis, eodem die factæ, legitur apud eundem l. c. §. 3, p. 633 &c.

(18) *Joſephus* Imperator, Paternis inſiſtens veſtigiis, An. 1706, ductu *Eugenii*, Sabaudiæ Principis, non ſolum duriſſima obſidione à Gallis circumpoſita *Turinum* liberavit, ſed & armata manu *Mediolanenſi* Ducatu potitus eſt. Vid. præced. Lib. I Tit. V, Ejus vita, ad h. a. pag. 791. Anno ſequenti, pepulit 2 April. Gallos *Mantua, Cremona, Sabionetta, Mirandula &c.* Vid. ibid. ad h. a. p. 791. Eodem anno, 7 Aug. *Neapolitani* quoque ſe ſubjecerunt, ibid. Anno eodem, 27 Julii, inſurgente Papa *Clmente XI.* in conventionis tabulas, an. 1706, 14 Decemb. ratione Hibernorum, Cæſareo Militi in Ducatibus *Parmæ* & *Placentiæ* concedendorum, inter Plenipotentiarium Imperatoris, Marchionem de *Priè* & *Franciſcum Malpeli*, Præfectum *Placentiæ*, mandato Sereniſſimi *Franciſci Farneſii, Parmæ Placentiaque* Ducis, ad id inſtructum, mediantibus *Johanne Franciſco Marazzani Viſconti* Comite, & *Hannibale* Marchione *Scotti*, Placentiæ, in Conventu *di S. Savino*, contractæ, vulgando *Romæ*, ita dictam Tractatus hujus *Nullitatis Declarationem*, annexà in non obedituros *excommunicationis* pœnà, ſcriptisque 2 & 16 Junii 1708, ad Imperatorem, in eadem cauſa literis impertiuentibus, (quarum tenorem *Faber*, Tom. XIII *der Staats-Cantzley*, cap. XVI, §. 1 & 2, p. 662 &c. ſuppeditat;) condignum reducendo ad ſaniora conſilia Pontifici opponit, Anno 1708 26 Junii *Viennæ*, Edictum, (cujus formulam Germanico idiomate apud *Fabrum* l. c. § 3, p. 619 &c. & Latino, apud Dn. *Lunigium*, cit. part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, 2 Continuat. 2 *Fortſetzung*, *IV Abtheilung*, *XXX Abſatz*, §. VI, p. 681 &c, oſtendimus,) ſcribens inter alia: *Nos, habita Declarationis præinſerta, clauſularumque ejus omnium ac ſingularum attenta conſideratione, non poſſumus non graviter, inter cætera, ex eo commoveri, quod antiquiſſima Noſtra & Imperii Romani in Italia, atque inde dependentia Ducatus Mediolanenſis Jura in Parmam ac Placentiam, velint à Romana Curia, per aſſertionem Dominii quaſi ſibi competentis, præſidenter convelli, cum plena Hiſtoriarum fide, & ipſis Inveſtiturarum, per Prædeceſſores Noſtros, Romanorum Imperatores, datarum tabulis, aliisque actibus evidentibus, in hunc usque diem, conſtet, directum, ſupremum & Majeſtaticum Dominium in præfatam Parmam, Placentiamque, non niſi Nobis Sacroque Romano Imperio competere, legitimosque Ducatus Mediolanenſis Poſſeſſores deſuper inveſtiri. Oſtendi profecto nequit, Directum hoc & Supremum Dominium, Reſervatumque Majeſtaticum, ab ullo unquam Imperatore abdicatum eſſe, aut, ſine expreſſo Ejusdem ac Imperii conſenſu, à Ducibus Mediolanenſibus, abdicari, cedi vel transferri, multò minus à Curia Romana validè uſurpari, ab eave, per Duces Parmenſes, legitimè recognoſci potuiſſe---- Nec certè poteſt intelligi, quid in mentem Romana venerit Curiæ, quando à Militia Noſtra Bona Eccleſia invadi ſcripſit, cum ſciat, aut ſcire ſaltem debeat, Noſtra & Imperii eſſe Feuda, in qua Miles diſpertitus eſt --- Hinc --- declaramus ſupra inſertam ſic*

dicta

Digitized by Google

dictæ Nullitatis declarationem, inanem, irritam, & nullam, ſimulque Excommunicationem in ea expreſſam, aut ſi qua alia hujuſcemodi prætenditur, aut prætendi poteſt, omnino pro invalida reputandam eſſe --- Ad perpetuam præterea rei memoriam, tenore præſentium, declaramus & efficaciſſimè, quantum opus, poteſtamur, nullum omnino Jus, & multo minus Directum Supremumque Dominium, in Parmam & Placentiam, Sedi Romanæ à Nobis dimitti poſſe, quia potius omnia & ſingula Suprema dominia, quæ, in Prædeceſſorum Noſtrorum Noſtrumque præjudicium, uſurpata ſunt unquam, & adhuc uſurpantur, quocunque etiam nomine appellentur, Nobis & Sacro Romano Imperio firmiter reſervamus, & confirmamus, omni meliori forma ac modo, cunctas poſſeſſiones illegitimas & prætenſiones, exceptis iis, quæ, ex magnanimitate & Munificentia Cæſarea, in ante dictam Sedem expreſſim tranſlatæ ſunt, annullando, abolendo, & caſſando, eoque magis pro nullis, iniuſtis, ac invalidis declarando, quo manifeſtius per ſe corruit, quicquid Imperatoriæ Majeſtati, clam palamve, auctoritate propria, ſubtractum eſt, aut etiam ab Imperatore, extra normam debitam, alienari nequiit &c. Moituri idcirco etiam modo debito Parmenſem Ducem, ut nullum aliud dominium, quam Noſtrum, & dicti Hiſpaniarum Regis, Fratris noſtri Chariſſimi, utpote legitimorum Ducatus Mediolanenſis reſp. Dominorum & Poſſeſſorum, ratione Parmæ ac Placentiæ, recognoſcat, cum potiſſimum etiam aliunde in propatulo ſit, quod reſpondere Nobis, de Noſtris & S. R. Imperii Juribus, non immeritò teneatur --- cum ſubmiſſiſſima gratitudine, totum id, quod Cæſaris eſt, Divinæ Majeſtati acceptum ferentes, publicaque hac declaratione, Proteſtatione, & Reſervatione repetita, profitentes; Circa Temporalia Imperii Bona & Jura, nihil alteri cuipiam, niſi quod expreſſo Prædeceſſorum Noſtrorum & Imperii conſenſu munitum eſt, atque in ſpecie nullum dicti Imperii Dominium temporale Supremum legitimè unquam competere, aſſeri aut vindicari poſſe; iis omnibus ac ſingulis, quæ ſecus facta ſunt, aut reputantur, hiſce pro nunc ut ex tunc, & pro tunc ut ex nunc, ac futuris æternum temporibus, quam fieri pòteſt ſolenniſſimè, graviſſimè firmiſſimeq; contradicentes &c. Facit huc Dn. Simonis Henrici Muſæi, in Academia Kilonienſi Anteceſſoris, Commentatio, de Juribus in Parma & Placentia Ducatus, à Pontifice malè prætenſis, vel uſurpatis, de Anno 1709; ejuſdemque Specimen Annotationum in Cæſareum Diploma, adverſus Pontificis, Clementis XI, Bullam, anno 1707 promulgatum, proximo elapſo anno (1708) emiſſum, Kiliæ 1709; Add. Gottfridi Rühlmanni: Unwiederrufflisches Recht, welches Seiner Kayſerl. Maj. von wegen des H. R. Reichs Teutſcher Nation, nicht nur auf Parma und Placentz, ſondern auch ſogar auf gantz Italien, die Stadt Rom, und das Patrimonium S. Petri, haben; Jenæ 1709, Ejuſdem Fortſetzung des unwiederrufflichen Rechts; ejuſdem Andere und letzte Fortſetzung des unwiederrufflichen Rechts, An. eod. Qua formula, Anno eodem 1708, 30 Junii, Ferdinandum Carolum, Mantuæ & Montisferrati Ducem ob arctiſſimum fœdus cum Gallo-Hiſpanis, Imperii declaratis hoſtibus, ſolenni Diplomate proſcripſerit, docet Faber l. c. §. V, pag. 670 &c. Inde huc faciunt: In comperto eſt Juramentum iſtud, quo Ferdinandus Carolus, Dux Mantuæ, cum Ducatus hujus Inveſtituram, à pientiſſimè defuncta Sacra Cæſarea Majeſtate, Domino & Genitore Noſtro colendiſſimo, obtinuit, dilucidis eſt verbis profeſſus: Romanorum Imperatoribus & Regibus, Sacroque Romano Imperio, in perpetuum, & contra omnes Homines, fidelem ſe & obedientem eſſe velle ac debere, nec ſcientem in conſilio ſeu tractatu, per ſe, vel alium, conſenſu vel facto, ubi aliquid, quocunque modo, contra perſonam, honorem, dignitatem ac ſtatum, aut in damnum detrimentumque Cæſaris, agatur, ſeu concludatur, ullo unquam tempore futurum, quin potius honorem ac commodum Ejuſdem Sacrique Romani Imperii, pro cunctis viribus, adjuturum promoturumque, &, ſi quid hiſce contrarium intellexerit, in Cæſaream illud notitiam deducturum, ac denique ea omnia ſedulo facturum, quæ obedientem Principem & Vaſallum Imperialem agere & præſtare decet convenitque. Ut propterea nemo inter moratiores Gentes ſibi recte imaginari potuiſſet, dictum Ferdinandum Carolum eò proceſſurum fuiſſe, ut, rupto tam ſacro-ſancto ſolennique vinculo, fores habenas menti perfidæ laxaturus --- Idcirco manifeſtis his omnibus, cæteriſque juſtis cauſis permoti, conſilio deſuper habito, animoque deliberato, ac de Cæſareæ poteſtatis plenitudine, per ſententiam hanc Imperialem, ſupra nuncupatum Ducem Ferdinandum Carolum, excludimus, exuimus & privamus, excluſumque, exutum & privatum declaramus ac denunciamus, omnibus & ſingulis, quæ ab Imperatoribus, Noſtris Prædeceſſoribus, ac Nobis, Sacroque Romano Imperio, unquam habuit vel habet, Privilegiis, gratiis, emolumentis, immunitatibus, libertatibus, juribus, Regalibus honoribus, officiis, titulis, Feudis, proprietatibus, exſpectantiis, terris, bonis, etiam allodialibus, hominibus & ſubditis, ubicunque exiſtant. Decernimus, declaramus &

Digitized by Google

denuntiamus Eundem, in Noſtrum & Sacri Romani Imperii Bannum, omneſque illas pœnas, quæ ejuſmodi Decretis, Declarationibus, & Denunciationibus, de Jure vel conſuetudine, comprehenduntur, ipſo facto incurriſſe. Corpus etiam ipſius Ferdinandi Caroli, hactenus Mantuæ & Montisferrati Ducis, ſic omnibus permittimus, ut, qui Noſtra & Imperii pace & tutela privatus, omniumque perſecutionibus culpa & facto proprio expoſitus eſt, impunè offendi queat &c. Anno eodem, 7 Julii, contuliſſe Cæſarem, beneficiali lege, in *Victorem Amadeum*, *Sabaudiæ* Ducem, *Montisferratenſis* Ducatus portionem, præfato Duci *Mantuano*, biduo ante defuncto, hactenus ſubjectam, ex dictis præced. Tit. I, §. 13, lit. b, conſtat. Anno eodem, 2 Oct. per Comitem de *Caſtelbarco*, immiſit in poſſeſſionem Principatus *Bozzolo*, & Marchionatus *Oſtiano*, dieque ſequenti, Ducatus *Sabionetta*, ab obitu *Johannis Franciſci Gonzagæ*, jam anno 1703 defuncti, vacuefactorum, *Antonium Ferdinandum*, *Guaſtallæ* Ducem. Vid. *Mercure Hiſtorique*, Tom. XLV, ad An. 1708, p. 16, 17 & 484.

(19) *Carolum VI*, modernum Imperatorem, ſtrenuè ſimiliter jura Imperii in Italia tueri, palam eſt. Quid circa Inveſtituram *Montisferratenſem*, Art. XXVI Capitulationis ſuæ, Anno 1711, promiſerit, præced. Tit. 1, §. 13, lit. b, monitum. Anno 1712, 10 Sept. Comitem *Giannini*, à Sereniſſimo Duce, *Franciſco Maria*, ſpeciali mandato ad id inſtructum, *Viennæ* de Ducatibus & Principatibus *Modena*, *Reggio*, *Mirandola* & *Concordia*, fuiſſe ſolenni more inveſtitum, idem *Mercure Hiſtorique*, Tom. LIII, ad An. 1712, p. 395, annotavit. De aliis Italiæ Vaſallis ne dicam, de quibus *Gregorio Leti*, part. I, *del l' Italia regnante*, Lib. V, p. 257 & 258: *Il Rè di Spagna è Feudatario .... dell' Imperadore, per il Ducato di Milano &c. Il Gran Duca riconoſce .... l' Imperadore, per la Città di Fiorenza, & reſto dello Stato. Il Duca di Savoja, Vicario dell' Imperio, è Feudatario del' Imperadore, per la Savoja, e Piemonte, e reſto. La Republica di Genoa riconoſce l' Imperadore, per tutto quello che poſſede. Il Duca die Mantoa, Vicario dell' Imperio, è Feudatario di queſto, per tutti li ſuoi Stati di Mantoa & Monferrato .... Il Duca di Modena è Feudatario dell' Imperadore, di tutto quello che poſſede. La Republica di Lucca riconoſce ancor lei di tutto l' Imperadore. Il Veſcovo di Trento, Prencipe dell' Imperio, è Feudatario dell' Imperadore. Ill Prencipe di Monaco; il Duca di Mirandola; i Prencipi di Piombino e di Bozzolo; i Duchi di Guaſtalda e Sabionnetta; i Marcheſi di Caſtiglione, di Maſſa & di Torreglia, e il Conte di Novellara, ſon Feudatari dell' Imperio &c.* Plures recenſet *Limnæus* ad Art. XXX *Capitulationis Matthiæ*, p. m. 565 & 566; nec non Ill. Auctor *des Europæiſchen Herolds*, Tom. 1, p. 763, integrum catalogum Imperii Bonorum in Italia, ordine Aphabetico, ſiſtens. Civitates & Caſtra, quæ in ditione *Florentina*, *Lucana*, *Piſtorienſi*, *Volaterranenſi* & *Senenſi*, ætate *Wenceslai* Imperatoris, ad Imperium Romano-Germanicum pertinuerint, majori adhuc enumeratione ab ipſius Imperatoris Notario conſignata, ſuppeditat Dn. *Dattus*, lib. 3 Vol. *Rer. German.* Cap. IX, p. 587 ad 592.

(*b*) MAGNUS HETRURIÆ DUX &c. Florentinos titulo oneroſo, mediantibus nummis, libertatem fuiſſe conſecutos, multi arbitrantur, aſt ſine fundamento; vid. præced. lit. a, v. 1; *Carolum V*, *Ducalem* Titulum contuliſſe an. 1531 in *Alexandrum* de *Medicis*, (cujus Agnatus, *Coſmus III*, primum, deinde, auctoritate Imperatoris, Ejus filius *Franciſcus*, An. 1575 *Magni Duces* evaſerunt,) dictum ibid. v. 10 & 12. Hodienum *Magnos Duces* eſſe Principes & Vaſallos S. R. Imperii, caret dubio. Urbem *Senarum* Eos *ſub feudi* titulo, a legitimis *Mediolanenſis* Ducatus Dominis, proinde à moderno Imperatore Sacratiſſimo ipſo, tanquam unico & vero *Mediolanenſium* Duce, tenere, notat *Bodinus*, *de Republica*, lib. 1, Cap. 7, §. 124, p. m. 194; conf. *Limnæus de Capitulat. Matthiæ*, Art. XXX, §. *In oder auſſerhalb deſſelben gelegen*, p. 565; *Sprengeri Fontes Juris Publici*, Cap. 22, p. m. 1282; *Hornii Orbis Politicus*, part. 2, p. m. 232; *Nitzſchius*, ad *Capitulat. Joſephi*, Art. XXX, §. 5, p. 517; præſertim *Conringius*, de *Finibus Imperii* Lib. 2, Cap. 23, §. 16, p. 320 & 321; & Illuſtriſſ. Comes *Johannes Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 4, p. 69 & 70; & Dn. *Schurtzfleiſchius*, diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, t. 26, p. 26; aliaque, de *Diviſione Imperii Carolini*, t. 78, p. 93; rectè ſimul carpens *Hornium* l. c. ſcribentem; *Reſpectu Dominii Florentini & Piſani, Magnus Dux eſt abſolute Dominus, nulli ſubjectus &c.* eundemque errorem errantem *Sprengerum*, l. c. cujus verba ſunt: *Magnus Hetruriæ Dux Florentiam & Piſas, citra recognitionem Superioris, regit*; nam, ut *Schurtzfleiſchii* ſtylo utar, *ea quoque vera & vetus Imperii portio eſt, & Cæſarum poteſtati Imperioque tamdiu obnoxia manet, quoad nulla exemptio oſtendi poteſt ex conceſſionum tabulis, quibus non modo ſupremum Jus non alienatum, ſed etiam, ſine veteris & novi Dominii Florentini diſcrimine, verbis clauſulisque ſignificantibus à Maximiliano II. (an. 1575) eſt reſervatum &c.* Add. *Conringius* l. c. §. 17, p. 321, & Illuſtriſſ. comes de *Wurmbrand* l. c. pag. 70.

(*c*) DUX

Digitized by Google

(*c*) DUX MANTUÆ &c. Quod *Ludovicus Gonzaga* a *Carolo IV* Imp. *Vicarius Imperii Mantuæ* conſtitutus, ejuſque abnepos, *Johannes Franciſcus* an. 1433, à *Sigiſmundo* Imp. *Marchio* creatus, hujuſque Atnepos *Fridericus, Caroli V* beneficio, an. 1530, *Ducali* axiomate inſignitus fuerit, præced. lit. a, v. 5, 7 & 10, monitum. *Mantuam* eſſe Feudum Imperii, patet inſuper ex *Clementis VII* P. R. propoſitione, de convocando *Concilio, Johanni Friderico*, Electori Saxoniæ, per Nuncium, An. 1533, Vinariæ facta, apud *Hortlederum* Tom. 1. *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. I, Cap. XV, §. 1, p. m. 72, ubi: *In Betrachtung ſolcher Umbſtende, ſo hatte der Pabſt auf drey Mahlſtatte gedacht, als* Mantua: *denn dieſelbige Statt ſey eine Kayſer-Statt, und Teutſcher* Nation *nahe gelegen &c.* Add. *Matthiæ Heldii* Vice-Cancellarii & Oratoris *Caroli V* Imp. reſponſio, Proteſtantibus data, ad ipſorum exceptiones contra *Mantuam* de An. 1537, apud eundem, l. c. Cap. 27, §. 8, p. m. 99: *So viel die Mahlſtatt des* Concilii *zu* Mantua *belangt, iſt nicht ohn, daß die Reichs-Standte, und ſonderlich Ihr Chur- und Fürſtl. Gn. und derſelben Zugewandten, das* General-Concilium *gern in Teutſchen Landen gehabt hatten, das dann Ihr Kayſ. Maj. auch nicht verbindert hat. Es müſſen aber Ihr Chur- und Fürſtl. Gn. und derſelben Zugewandten, erwegen, daß die andere Chriſtliche* Nationen, *gelegener Mahlſtatt halber, auch bedacht ſollen werden; und darumb vielleicht die Pabſtliche Heyligkeit ſolch Ort, als am meiſten bequem, fürgenommen, welches am nachſten der Teutſchen* Nation *gelegen, mit genugſamen Herbergen, und der* Proviant *zu Waſſer und Land, wohl verſehen und geſchickt; zu dem, daß es im H. Reich, und ziemblichen guten Lufft, liegt, und deſſelben Reichs Eigenthumb ohne Mittel iſt; da auch der Pabſt und die Geiſtlichen kein Vortheil ſuchen noch finden werden, dieweil die Statt* Mantua *ein eigen Hertzogen, des H. Reichs Leheman, hat &c.* Conf. Electoralis Collegii Reſponſio ad Cæſaream Propoſitionem, in Conventu Collegiali Ratisbonenſi factam, An. 1630, apud *Lundorpium*, Tom. IV, *Act. Publ.* Lib. I, Cap. 17, §. 3, p. 58: *Obwohl beyde Hertzogthumb* Mantua *und* Montferat *zu des Reichs Patrimonio gehœrig, ſo ſeind Sie doch keine Mit-Glieder und Stande deſſelben, und hat das Reich, auſſer des* Juris Feudalis, *(welches weder von einem, oder dem andern* prætendirenden *Theil beſtritten, ſondern allerdings geſtanden wird) ſonſten einigen Nutzen oder Vortheil nicht daran; hatten ſich auch verhoffentlich noch wohl Mittel gefunden, des H. Reichs darauf habende Gerechtſame, wie auch Ihrer Kayſ. Maj.* auctoritæt, *durch nahere Wege, und ohne ſolche beſchwerliche Weitlauffigkeit, zu erhalten &c.* Confirmant theſin, præter *Inſtrumentum Pacis Monaſterienſis* §. 97, Capitulationes, *Leopoldina* Art. 4; *Joſephina* Art. 4, & *Carolina* Art. 26; *Bodinus* lib. I de *Republica*, Cap. IX, §. 122, p. 192; *Hornius, Orb. Polit.* part. 2, p. 266 &c. *Sprengerus*, in *Fontib. Juris Publici*, Cap. 22, p. m. 1281; *Limnæus* T. I. *Jur. Publ.* Lib. I, Cap. IX, §. 55, p. 139; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, Cap. 23, §. 24, p. 329; *Schurtzfleiſchius*, diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 24, p. 21; Ill. *Coccejus, Prudentia Juris Publici*, Cap. VI, §. 13, p. 146; Illuſtriſſ. Comes *Guilielmus de Wurmbrand*, diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 5, p. 70 & 71, ex *Conringio* monens, Ducatus hujus partes, natu minoribus quondam tradi ſolitas, *Guaſtallam, Novellariam*, S. *Martino, Berrolo, Guazzado &c.* poſſeſſores reddere immediatos Imperatoris Vaſallos. Noviſſima in Mantuanum deciſa, An. 1701 & ſeqq. notavi præced. lit. a, v. 17 & 18.

(*d*) MEDIOLANI &c. *Ludovicum Bavarum & Carolum IV*, de *Mediolanenſi* agro, tanquam *Imperii Feudo*, liberè diſpoſuiſſe, præc. lit. a, v, 4 & 5, dictum. A *Wenceslao* additum an. 1395 *Ducale* axioma; vid. ibid. v. 6. Quid juris in eadem Provincia *Sigiſmundus & Fridericus III* exercuerint, monui l. c. v. 7 & 8. *Maximiliani I* gratia, clientelari jure eandem obtinuit *Ludovicus Maria Sfortia* cogn. *Morus*, An. 1495; vid. ibid. v. 9. *Carolus V* tandem, exareſcente Ducum ſtirpe, contulit eundem Ducatum, an. 1549, beneficiali lege, in *Philippum* filium, *Hiſpaniarum* Regem, Ejuſque poſteros, ibid. v. 10; penes quos etiam manſit, donec, ab exceſſu *Caroli* 2 Regis, An. 1700, 1 Nov. defuncti, ad Domum Auſtriacam redierit; vid. ibid. v. 17 &c. Pertinet huc R. I. *Norimberg.* An. 1522, §. 3, *und wie nun &c.* ibi: *Ihr Majeſtat zweiffelt nicht, gemeine Stande des H. Reichs ſeyn zu guter maß bericht und erinnert, wie ſich Ihrer Kayſ. Maj. Widerwertige --- unterſtanden, Ihr Kayſ. Maj. nicht allein an Ihrem und des H. Reichs Eygenthum, des Hertzogthums Mayland, beſonder auch in Ihrer Maj. Niedern Erblanden, anzufechten und zu bekriegen &c.* & noviſſimè declaratio Belli, ſub dato *Laxenburg*, 15 Maji 1702, à Cæſare Gallis indicti, apud *Fabrum*, Tom. VII *der Staats-Cantzley*, Cap. 13, §. 1, p. 635 &c. ut & concluſum trium Collegiorum Imperii Statuum, in Comitiis, An. eod. 28 Sept. ibid. §. 11, p. 66, ubi: *Nach dem erfolgten tœdlichen Hintritt weyland* Caroli 2, *Kœnigs in Spanien, Chriſt. mildeſten Andenckens, unterm Vorwand eines nichtigen* Teſtaments, *aller Verzichten, Eidſchwüren,* Ceſſionen *und Frieden-Schlüſſen ohngeachtet, ſich aller von demſelben hinterlaſſenen Kœnigreichen und Landen, deren verſchiedene Reichs- und Oſterreichiſchen Eigenthum geweſen, ehe ſie an Spanien kommen, Gewaltthatig bemachtiget, und darin Seinen Enckel, den Hertzog von* Anjou, *für einen Kœnig eingedrungen; inſonderheit, den Burgundiſchen Reichs-Craiß,*

die

die Hertzogthümer Meyland und Mantua, ſampt andern vielen Reichs-Lehen, mit gewaffneter Hand occupiret &c. Quæ in repetita declaratione belli, adverſus eoſdem, an. eod. 6 Oct. *Ebersdorfi* vulgata, l. c. §. XIV, v. 1 documentorum, p. 709, repetuntur. Jung. Edictum Cæſareum an. 1708 adverſus Papam emiſſum, præced. lit. a, v. 18. Plura de hoc argumento collegerunt *Bodinus*, de *Republica*, lib. I, Cap. IX, §. 122, p. 191 &c. *Arumaus*, de *Comitiis Imperii*, Cap. 4. §. 77; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, Cap. 23, §. 27, p. 332 &c. *Strauchius*, Diſſert. Juris Publici I, de *Statu Europa Seculi XVI*, §. 10, p. 10 &c. *Buddeus*, in *Selectis Juris Natura & Gentium*, & quidem in annexa diſſ. de *Teſtamentis Summorum Imperantium*. an. 1700 *Hala*, Reſpondente Ill. Dn. *Johanne Caſparo*, L. B. de *Abſchatz*, habita, Cap. 2, §. 28, p. 606 &c. Add. *Carpzovius*, de *Lege Regia German.* Cap. 7, Sect. 6, §. 34 &c. p. m. 179; *Sprenger*, in *Fontibus Juris Publici*, cap. 22, p. m. 1281; *Limnaus*, Tom. 1, *Jur. Publ.* Lib. 1, cap. 9, §. 54. p. 139; *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 10, p. 7; & Diſſ. de *diviſione Imperii Carolini*, §. 78, p. 90 & 91: *Europ. Heroldt* Tom. 1, p. 983; *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. VI, §. 13, p. 146; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 8, p. 72 &c. Auctore *de la Juſtice encouragée, contre les chicanes & les menaces d'un Partiſan de Bourbons*, de An. 1702, p. 34 & 35.

(*e*) RESPUBLICA LUCCENSIS &c. Oneroſo titulo Rempublicam hanc libertatem acquiſiviſſe, non deſunt, qui affirmant. *Albertus Cranzius*, lib. VIII, *Metropolis*, Cap. 40, p. m. 221, *Rudolphus Imperator Cancellarium ſuum, Hominem Genuenſem, in Italiam miſit, præſertim in Hetruriam: omnes, qui pecuniam attribuerunt, in libertate dimiſſos, Imperii Fideles pronunciavit; per quam occaſionem Luccenſes, duodecim millibus aureorum datis, libertate donati ſunt &c.* Enimverò, cum (1) non manifeſtum ſit, quis Cæſarum *Luccenſibus* libertatem vendiderit, *Platina, Trithemio, Cranzio*, aliiſque *Rudolphum* Habſpurgicum, *Bodino* verò lib. 1, de *Republica*, Cap. 9, §. 123, p. 193, verbis præced. lit. a, occurrentibus, *Henricum Luzelburgicum*, hoc nomine producentibus; (2) nec de pretio res ſit plana, quandoquidem alii ſummam 25000 aureorum, alii 12000, aliique 6000 duntaxat, ponunt; vid. *Victor*, de *Exemptionibus Imperii*, Concluſ. 2, §. 26, p. m. 13; (3) nec conſtet, quo tempore contractus ejuſmodi celebratus; (4) nec conventionis tabulæ produci valeant; (5) *Ludovicus* Bavarus an. 1328 *Lucanum* Ducem creaverit; (6) *Maximilianus I. Luccam*, Imperii Civitatem eſſe, agnoverit &c. (7) ad nuperas contributiones Cæſareas quotam *Lucca* contulerit, &c. de ejus ſtatu judicandum. Vid. *Limnæus* Lib. I *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 53. p. 139; *Conringius* de *Finibus Imperii*, Lib. 2, Cap. 23, §. 30, p. 337; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap 3, §. XI, p. 74; Ill. Auctor *des* Europæi*ſchen Heroldts*, T. 2, p. 606 &c. benè monens, protectionem Hiſpaniæ Regis, qua Reſpublica hæc fruitur, nihil contrarii involvere, cum protectio Juriſdictionem Superioris non elidat; *Schutz und Schirm giebt keine Obrigkeit.*

(*f*) QUI OMNES &c. Addas:

(1) Ducem *Modena & Reggio*; quo titulo *Fridericus III* Imp. primum An. 1452 compellavit *Borſium*, Marchionem Ateſtinum; vid. præced. lit. a. v. 8, Extincta *Borſii* ſobole legitima, in *Alfonſo* 2, conceſſiſſe Imperatorem *Rudolphum I*, *Cæſari Ateſtino*, Ducatum utrumque Imperio vacuèfactos, ibid. v. 13, notavi. Spectat huc Memoriale Legati Mutinenſis, ob Inveſtituram *Corregiani* Principatus, An. 1658, ultima die Januarii, Electorali Collegio exhibitum. apud *Lundorpium*, Tom. VIII Act. Publ. Lib. 8, cap. 150, p. 224, verb. *Cum idem Clementiſſimus Dominus meus optimè ſciat, Eminentias Veſtras & Serenitates Electorales adeo juſti & æqui amantes eſſe, ut paſſuræ non ſint, Principem Imperii Vaſallum, per tot annos, requiſita Infeudatione deſtitui, ad harum patrocinium accurrens efflagitat, ut, Capitulationem eligendo Imperatori præſcribentes, expreſſum articulum inſerere velint, quo petitionibus in præcedentibus meis ſcriptis expoſitis ſatisfiat, & inſuper ſtatuatur, ut præfatam Inveſtituram Principatus Correggiani, quotieſcunque decenter petetur, Electus Imperator abſque ulla exceptione & protractione, concedere, nec ſub ullo prætextu ulterius differre debeat &c.* Theſin firmant *Marta Neapolit.* de *Juriſdictione*, Cap. 33, §. 78, 124; *Thuanus* lib. 1 *Hiſtoriar.* p. m 26; *Hornius Orb. Polit.* part. 1, p. m. 269; *Sprenger.* in *Fontibus Juris Publ.* cap. 22, p. m. 1282; præſertim *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 23, §. 22, p. 318; *Schurtzfleiſchius*, diſp. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 25, p. 25; *Nitzſchius*, Comment. *in Capitulationem Joſephi.* Art. 30, §. 5. p. 517; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, de *Foro S. R. J. Principum*, cap. 3, §. 6, p. 71. Adhuc An. 1712, Legatum *Mutinenſem*, ſpeciali mandato ad id inſtructum, ab Auguſtiſſimo Cæſare Noſtro, *Carolo VI*, de ſupra dictis ducatibus fuiſſe inveſtitum, præced. lit. a, v. 19 monui.

(2) Ducem *Parma & Placentia.* Scio equidem *Gregorium Leti*, part. 1 *dell' Italia regnante*, lib V, p. m. 258. Romanæ Curiæ Patronos imitantem, ſcribere: *Il Duca di Parma recognoſce, per tutti li ſuoi Stati, il Pontefice*; proinde omnem Cæſaribus in Parmam Juriſdictionem denegare; nec ignoro literis *Caroli* V Imperatoris ad Cardinales, in quibus de *Clemente VII*, P. R. valdé conqueritur, An. 1536, ex Hiſpania miſſis, contineri verba: *Parmam & Placentiam, à Romani* Impe-

Imperii Feudo disjunctas, Sedi Romanæ, nullo jure coacti, poſſidendas reſtituimus &c. Unde nonnullos memorare, ex liberalitate maximè Imperatoris hujus, acceſſiſſe Pontificibus *Parmam & Placentiam*, obſervavit *Conringius*, de *Finibus Imperii* lib. 2, Cap. 20, §. 18, p. 278; Utramque enim Urbem jam anno 1512, ejectis *Mediolano* Gallis, *Julio* Pontifici ultro ſe ſubjeciſſe, huncque Ravennatenſis Exarchatus quaſi portionem, Patrimonio Eccleſiæ Romanæ eas aſſerere fuiſſe niſum, præced. lit. a, v. 9, notavi. Non minus pateſcit, *Paulum III*, P. R. creaſſe filium ſuum nothum, *Petrum Aloyſium, Parmæ & Placentiæ Ducem*, Anno 1544, ut *Hornius* Part. 2 *Orbis Politici*, p. m. 270, tradit, aut ſequenti 1545, ceu *Münſterus*, lib. 2 *Coſmographiæ*, Cap. 36, p. m. 288; *Lucas de Linda* in *Deſcriptione Orbis*, p. m. 613; *Morery* en ſon *Dictionaire*, voc. *Parme*, p. m. 107; *Hofmannus*, in Lexico, voc. *Parma*, p. m. 102, aliique plures, perhibent; factum affirmantibus *Onuphrio Panvinio*, in vita *Pauli III*, p. m. 376; & *Johanne Palatio*, Vol. IV de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita ejuſdem Pontificis, §. 12, p. m. 147, qui addit, ut eo *h*onoratior res procederet, *Paulum* Papam, jam an. 1541, publico in Conſiſtorio, permutationem dictarum Civitatum, emolumento quaſi Eccleſiæ, cum *Nepeſina & Camerino* Urbibus, à dicto ſpurio, *Petro Aloyſio*, Ejusque filio, *Octavio*, eas uſurpantibus, oblatis, faciendam propoſuiſſe, aſt neminem ferè Cardinalium aſſenſum præbuiſſe. Enimverò, non ſolum *Maximilianum I Julii* conatibus ſummoperè jam fuiſſe adverſatum, ex *Guicciardino* notat *Conringius* l. c, ſed & ipſum *Carolum* V, jus ſuum & Imperii in *Parmam* pariter & *Placentiam*, ſartum tectumque ſervaſſe, vel literis Ejus teſtibus ad *Clementem VII* P. R. de An. 1526, quibus fundamentum tangit, ex quo Cæſarei milites neceſſaria à Parmenſibus exegerant; ibi §. 39: *In quem uſum non tam exagitandum videretur, ſi Noſtri Duces & Milites, quia ſua virtute ac viribus Parmam & Placentiam Eccleſiæ reddidere, ac ab hoſtium finibus evulſere, totiesque tutati ſunt, ut illis victum quærerent, ac de his, prout de reliquis ab hoſtibus recuperatis, diſponendum cernerent. Potiſſimum cum ita hæ Civitates eſſent ex fœdere Leonis conſignatæ, tenendæ duntaxat eo jure, quo ante per ipſum Leonem tentæ fuerant; quod jus tamen nullum erat, quandoquidem ad Feudum pertinerent Imperii, eſſentque pars Ducatus Mediolani: & illis nullum Eccleſia Romana titulum validum, nec ab Imperio, nec ab eo qui dare poſſet, obtinuerit &c.* Quæ de Mediolanenſi Ducatu hic dicuntur, agnovit etiam *Surius*, In *Commentario rerum in Orbe geſtarum ab An.* 1500, *uſque ad An.* 1567, memor juramenti *Caroli V*, de non violanda libertate Eccleſiæ, Legatis Pontificiis, cum Statum Eccleſiaſticum ingrederetur, præſtiti, inquiens ad An. 1529: *Juravit Cæſar, verbis rite conceptis, ſed ita tamen, ut Se de ſuo jure nihil remiſſurum teſtaretur. Quod putant quidam ideo Eum feciſſe, quod Placentiam & Parmam, Mediolanenſi Imperio antiquitus attributas, repeteret, quandoquidem Mediolanenſe dominium Imperatorum ſemper beneficiarium fuiſſet &c.* Totidem ferè verba proferente *Paulo Jovio*, lib. 27. Patet inſuper ex *Onuphrio* l. c. vel propterea *Petrum Aloyſium* partes Cæſareas deſeruiſſe, quod Imperator Ducatum Parmenſem, à Patre *Paulo III* in ipſum collatum, confirmare noluerit; *Quo factum, ut & Petrus Luiſius filius* (Pauli III) *qui nunquam impetrare potuerat (hæc alia ſimultatum occaſio fuit) ut Parmæ & Placentiæ Principatum ſibi, vel potius Octavio filio, Cæſaris Genero, à Pontifice donatum, probaret, relicto Cæſare, non ignaro, aut diſſimulante Patre, ad Gallicas partes ſeſe converteret &c.* Id certum quoque, perfidiæ pœnas luente *Petro Aloyſio*, An. 1547, 10 Sept. conjuratione *Camilli*, *Alexandri & Hieronymi* fratrum *Pallavicinorum*; *Auguſtini Landi*, *Complani* Comitis: *Johannis Aloiſii Confalonerii & Johannis Anguiſciolæ*, *Placentiæ* jugulato, qui, cæde facta, accurrentem multitudinem allocuti, tyrannum ſe interfeciſſe, Patriamque in libertatem aſſeruiſſe gloriabantur, cadaver catena ſuſpenſum è muro oſtentantes, & ad ludibrium aliquandiu agitatum in foſſam præcipitantes; *Ferdinandum Gonzagam*, Cæſareum in Inſubria Legatum, *Placentiam* occupaſſe, utut *Sfortiam*, *Fani Floræ* Comitem, fruſtra tentaverit, ut & *Parmam*, *quæ ad Mediolanenſe Imperium ſpectaret, Cæſari, in cujus clientela eſſet, traderet*; vid. *Thuanus*, lib. 4 *Hiſtor.* ad An. 1547, p. m. 119 & 120, ſequenti p. 121 addens, Pontificem, hac rerum facie, placandi Cæſaris capto conſilio, *Julium Urſinum* miſiſſe, qui *Margarethæ*, (Cæſaris nothæ, atque *Octavii Farneſii*, ſæpe dicti *Petri Aloyſii* gnati, conjugis,) nepotumque nomine, Auguſtum exoraret, ut *Farneſios*, quos ſemel in fidem accepiſſet, ſibique affinitate junxiſſet, tueretur, ac *Placentiam* ipſis reſtitui imperaret; eò quod & *Parma & Placentia*, poſtquam oppignoratæ fuiſſent, ex novo Fœdere, In Eccleſiæ Romanæ ditionem eſſent transſcriptæ; verum, cum nullæ aliæ Tabulæ, quam quas Cæſar juvenis, An. 1521, *Clementi* ſeni & aſtuto, ubi de ejiciendis Italia Gallis, & quidem inſcio Imperio, multoque minus conſentiente, conſilia contulerant, dediſſet, (quarum *Galeacius Capella* lib. I *Commentariorum* de *Rebus geſtis, pro reſtitutione Franciſci, Mediolanenſium Ducis*, apud *Schardium* T. 2, *Rer. German.* p. m. 177, hiſce meminit; *Fœdus autem Pontifex & Cæſar percutiunt, iis conditionibus: ut (1) communibus armis & ſumptibus, Gallos Italia expellant; (2) Placentia, Parmaque, Romanæ Eccleſiæ pareant; (3) Franciſcum*

Sfortiam in reliquam Mediolani ditionem Ducem conſtituant) producerentur, Legationem iſtam fuiſſe inanem. Conſ. *Natalis Comes*, lib. 3 *Hiſtoriarum ſui temporis*, ad An. 1548, p. m. 64 &c. Aſt nec Pontifice nepoti *Octavio Parmam* reſtituente, metu, ne Cæſari jam affinitate conjunctus facile cum Eo reconciliaretur, Ipſeque hac via, ut *Placentina*, ſic etiam *Parmenſi*, Ditione ſpoliaretur; ſignificari curavit Avo *Octavius*, per Fratrem, *Alexandrum* Cardinalem, niſi *Parma* ſibi redderetur, injuſte ſibi ablata, Cæſaris ope, ſe proſecuturum; quo nuncio Pontifex adeo commotus fertur, ut febre violenta correptus, intra triduum, An. 1549, 10 Novemb. deceſſerit. Vid. *Thuanus* lib. VI, ad h. a. p. 160 &c. & *Natalis Comes*, l. c. lib. 4, an. eod. p. 75 &c. Eo mortuo, ſollicitabatur quidem *Camillus Urſinus*, *Parmæ* præfectus, à *Gonzaga*, triginta millibus aureorum oblatis, ut Oppidum Cæſari traderet; eo autem reſpondente, id futuri Pontificis opus eſſe, irriti fuere conatus. Vid. *Thuanus* l. c. p. 162. Novus Pontifex, *Julius III*, ubi ex Decreto Cardinalium, qui in Conclavi ſanxerant: avertendorum bellorum cauſa, reſtituendam *Octavio*, à futuro Papa, confeſtim *Parmam*; Urbem Principi huic tradidiſſet, Hicque, adjectis non ſuſcipiendi intra mœnia exteri Principis præſidii, ſpretis pactis, in clientelam *Henrici* 2, Galliarum Regis, percupidè oblatam occaſionem amplectentis, conceſſiſſet, atrox cœpit *Parmenſe* bellum, arma *Octavio*, rebelli declarato, inferente Papa, quem copiis & commeatu adjuturum ſe Cæſar, non minus facto hoc valde exacerbatus, pollicebatur; geſtum iſtud animoſitate magna, *Parmenſi* agro & *Mirandulano*, igne ferroque vaſtatis. Vid. *Thuanus* lib. VIII, ad An. 1551, p. 226 &c. *Onuphrius*, in Vita *Julii III*, p. m. 380 &c. *Natalis Comes* l. c. an. 1551, p. 80 &c. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1550, §. 2, p. 528, & An. 1551. §. 2, 3 & 4, p. 531 & 532. Pontifice vero belli pertæſo, & Imperatore Germaniæ rebus ſatis occupato, rediit tandem *Octavius* in Cæſaris gratiam, à quo inſuper & Placentiam obtinuit, disertè tamen cavente: *Salvæ manerent Imperio rationes, quas in Parmenſi Ditione haberet*; quæ ſalvandis Imperii juribus ſufficiunt. Vid. *Conringius*, l. c. Cap. 23, §. 23, p. 329, & Illuſtriſſ. *Jo. Guilielmus* Com. de *Wurmbrand*, Diſſert. de *Foro S. R. I. Principum*, Cap. 3, §. 7, p. 71. Ab hoc tempore neminem Cæſarum dictis juribus in *Ducatum* hunc renunciaſſe, vel, non conſentiente Imperio, renunciare validè potuiſſe, manifeſtiſſimum eſt. Quid Sacratiſſimus Imperator *Joſephus* adhuc An. 1708, publico Edicto, hanc in rem, promulgaverit, præced. lit. a, v. 18, commemoravi.

(3) *Rempublicam Genuenſium*, de qua *Gregorio Leti*, part. I *d'Italia Regnante*, lib. V, p. m. 257, ait; *La Republica di Genoa riconoſce l' Imperadore per tutto quello che poſſede &c*, In contrarium aſſerit *Menochius*, in Reſponſo, in Cauſa *Finalienſi*, pro *Genuenſibus* conſcripto, art. 1, §. 46: *Genuam plena ſemper libertate, non tantum florentibus Francorum, ſed Germanorum Cæſarum rebus, eminuiſſe.* Benè autem *Conringius* lib. 2 de *Finibus Imperii* Cap. 23, §. 31, p. 337: *Hæc narraſſe, eſt refutaſſe. Citra controverſiam enim ponendum eſſe Genuam Imperii Germanici legibus paruiſſe, uſque ad Rudolphum, cuivis monumentorum veterum paulo peritiori, non poteſt non conſtare.* Minimum ex Chronico Genuenſium *Jacobi de Viragine*, vulgo *Jacobi Genuenſis*, Sec. XIII clari, notat *Philippus Bergomas*, in Chron. Supplem. lib. 12, ad An. 1146, *circa illud tempus*, (adeoque Imperante *Friderico* 2,) *primùm Genuenſibus fuiſſe conceſſum, ut pecuniam auream & argenteam cuderent, eamque Cæſaris imagine inſignirent, cum Ticinenſi antea uterentur &c.* Conſ. *Gerhardus Johannes Voſſius*, lib. 2 de *Hiſtoricis Latinis*, Cap. 60, ſub *Jacobo de Viragine*, p. m. 492; A *Rudolpho I* libertatem conſecutos *Genuenſes*, nullo Documento fide digno probari poteſt. Aſt *Henricus VII* Imperator An. 1311, *ad diem undecimum Calendarum Octobrium, maximo apparatu Genuam eſt invectus: Principem Dominumque, ſolenni more, appellantibus: Mox componendæ diſcordiæ ratio habita. Itaque Opicino Spinulæ Sociiſque jam pridem exulantibus, confecta reſtitutio; Quæ res ingentem Illi dilectionem Civium pepererunt, Ipſi millia aureorum dono data centum, Regiæ vero Conjugi viginti &c.* Hæc *Conradus Vecerius*, in Vita *Henrici VII*, apud *Urſtiſium*, T. 2, *Rer. German.* p. 70. Hinc *Maximilianus I*, *in der Verantwortung auf des Kœnigs von Franckreich Klag*, apud *Goldaſtum*, *in den Reichs-Satzungen*, p. 54, *die Statt* Genua *gehœret dem Reich ohne Mittel zu*; & p. 63, in fin. *Es befindet ſich, daß* Genua *eine Cammer und Statt des Reichs iſt &c.* Multum quidem *Carolus V* Urbi indulſiſſe legitur, addita tamen ſemper ſalutari clauſula: *Salvo Jure Imperii*; præter quod in tabulis iſtis aliquoties occurrant verba: *Civitas Noſtra Genua*, quæ omnino documento ſunt, Cæſarem pro Civitate Imperiali eam habuiſſe. Imperium ſané nihil detrimenti inde paſſum, vel ſententia *Ferdinandi I*, in favorem Alfonſi a Marchionis *Finalienſis*, à Genuenſibus ejecti, argumento eſt, de qua *Bodinus*, lib. 1, de *Republica*, Cap. X, §. 124, p. m. 195: *Quæ vero Italicarum Civitatum, aut Florentini Ducis, Majeſtas eſſe poteſt, cum ab Imperatore, & ab Imperiali Curia, Judicium accipere, & judicata facere cogantur, quoties de republica, de finibus, de ſtatu, inter ipſas agitur: nam tametſi Genuenſes, minus quam cæteræ Civitates Italicæ, Imperatorum juſſa aucta fecerint; cum tamen à Marchione Finali, quem domo expulerant, ac bonis omnibus ſpoliatum ejecerant, ad Imperatoris Maximiliani*

liani 2 (Ferdinandi I) *Tribunal vocarentur, ſeſe judicio ſtiterunt* 1559: *& cum Arbitrum putarent, non Judicem, Imperator tamen, Judicem ſe ferens, Genuenſes antea vocatos citari juſſit; ac, poſt Edicta peremptoria cum abeſſent, vadimonium deſeruiſſe pronunciavit, hoc addito, niſi Feciali ſuo parerent, Urbem & agrum Genuenſem ſe proſcripturum.— Itaque cum Genuenſes à ſententia interlocutoria Maximiliani ad Pontificem Romanum appellaſſent, appellatione deſerta, judicato paruerunt: ac tandem Imperator pro Marchione pronunciavit, Anno* 1560, *cum ſe Imperii Germanici Vaſallum profiteretur; Genuenſes verò quaſi ſuum vindicarent.* Immediatè ſubjicit: *Nec multo poſt, ab eodem Imperatore alio judicio damnati ſunt, cum in exilium egiſſent Antonium Fliſcum, qui provocatione ad Cæſarem vicit &c.* Inde ſua *Limnæus* lib. 1 *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 34, p. 132. ad verba *Petri Bizari*, lib. 23 *Hiſtoriæ Genuenſis*, p. 571, provocans; *Conringius* l. c. pag. 339; *Schilterus* Lib. 4 *Inſtit. Juris Publ.* Tit. Ult. §. 54, p. 465; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. I. Principum* Cap. 3, §. 10, p. 74; Add. *Henningeſii* part. 2 *Secundi & Tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, p. 84. Inſuper & hoc notandum, quod Inſignia Cæſarea in Prætorii veſtibulo atque aditu principalis Aulæ, in perpetuum debitæ obſervantiæ teſtimonium, extare velint *Genuenſes*, adeò, ut eum *Raveſtanus*, Urbis Præſes, ac Regius Legatus, *Ludovicum*, Gallorum Regem, in Publico Palatio exceptum iri arbitraretur, huncque in finem, deletis Cæſareis, arma Gallica, illorum loco, affigi curaret, Senatus Populusque Genuenſis factum magnoperè improbaverint, paucorumque dierum intervallo, Inſignia Cæſarea in priſtinum locum reſtitui juſſerint. Vid. *Bizarus* l. c. lib. 17, p. 412; *Limnæus*, Tom. V *Addit.* ad Lib. 1, Cap. 9, §. 33, p. 151; *Schilterus* l. c. de Contractu, inter Sacratiſſimum Imperatorem modernum, *Carolum VI*, & *Genuenſes*, circa *Finaliam*, an. 1713, concluſo, inquit *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom. 55, Menſ. Septemb. anni 1713, p. 250 & 251: *La Republique de Genes étant entrée en Traité avec des Commiſſaires de ſa Majeſté Imperiale, pour la vente de Final, avec ſon Territoire, on aſſeure, qu'on en eſt convenu pour le prix de* 1200 *mille écus: ſur quoi quatre Galéres de la Republique, avec le Duc d'Uceda, & deux Senateurs, ſ'y étoient rendus, vers le milieu du mois paſſé, pour en prendre poſſeſſion de la part du Senat. On y fait entrer* 500 *Corſes, & quelques autres Troupes, & la Garniſon Imperiale ſ'étoit retirée à Sabionetta. Quelques avis portent, que ce changement ne fait point de plaiſir aux Habitans du Marquiſat de Final, non plus qu'au Duc de Savoye.* Symbolam adhuc An. 1717, ad bellum Turcicum, Viennam miſiſſe *Genuenſes*, publicis relationibus inſertum legimus.

(4) *Rempublicam Venetorum*, quoad Loca ſcil. & Territoria, à Regno Italiæ avulſa, Domuique Auſtriacæ erepta, quorum *Antonius Juſtinianus*, Patricius Venetus, in Oratione An. 1509, 25 Mart. publico nomine, ad *Maximilianum* Imperatorem, habita, vel ipſe meminit, apud *Goldaſtum*, Part. 21 *Politicorum Imperialium*, §. 3, p. 977 &c. verb. *Principis, Senatus, Venetique Populi nomine, ſupplices humili devotione precamur, oramus, obteſtamur: dignetur Tua Majeſtas miſericordiæ oculis adflictas res reſpicere, & ſalubri antidoto mederi, amplectemur, quaſcunque præſcripſeris, pacis conditiones: eas æquas, honeſtas, æquitati & juri conſonas, cenſebimus. Sed fortaſſis digni ſumus, qui nobis ipſis multam irrogemus: redeant, nobis annuentibus, ad Te, verum & legitimum Dominum, quæcunque Majores noſtri, à Sacro Romano Imperio, Ducatuque Auſtriæ, abſtulerunt: quibus, ut decentius veniamus, omnia, quæ in Continenti poſſidemus, adjicimus; quorum juri, utcunque quæſitum ſit, renunciamus. Præterea, quotannis Tuæ Majeſtati, legitimisque in Imperio Succeſſoribus, quinquaginta millia aureorum, perpetuo, ex ærario, deponemus. Alia Tua juſſa, Decreta, Sanctiones & Præcepta, lubentes amplectemur. Tueare, quæſo! ab eorum inſolentia, quibuscum paulo ante ſocia arma junximus, quos nunc ſæviſſimos hoſtes experimur; qui nihil æque cupiunt & deſiderant, quam Veneti nominis everſionem. Tua ſervati Clementia, Te Patronum, Parentem, & Urbis Noſtræ Fundatorem appellabimus, Annalibus inſcribemus, & filiis denique noſtris, ea Tua ingentia merita ſedulo ingeremus. Nec parva Tuarum laudum fiet acceſſio, quod primus es omnium, cujus pedibus Veneta Reſpublica ſe proſternit: cui ſubmittit cervicem, quem, ut cœleſte Numen quoddam, veneratur, colit, obſervat, &c.* Deſcripſit Orationem hanc *Joachus Treterus*, J. U. D. & Sedinenſium Pomeranorum Duci à Conſiliis Aulicis, ex veteri Chronico *Jacobi Philippi Bergomenſis*, quod *Supplementum* ille vocat, An. 1503. Venetiis excuſo, in cujus folio quodam vacuo manu ſcripta extitit; *Guicciardinus* lib. 8 Hiſt. eandem Lingua Italica ſiſtit; *Conringius*, lib. 2 de *Finibus Imperii* Cap. 23. §. 37, p. 347 &c. idiomate Romano eam exhibet. Num cenſus hic annuus Imperatori ſolvatur? me latet. Plura de hoc argumento apud *Conringium*, l. c. §. 32 ad 39, p 339 ad 352; & *Schilterum* Lib. 4, *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. ult. §. 40 ad 53; p. 448, ad 464.

(5) Principes de *Guaſtalla*, *Mirandola* & *Caſtiglione*, de quibus in Inſtrumento Pacis *Cæſareo-Gallo-Badenſis* de An. 1714, Art. 31, cautum; *daß gutes und ſchleuniges Recht, von Seiner Kayſerl. Maj. denen Fürſten und* Vaſallen *des Reichs, wegen der übrigen Plætze, Lænder und Orten in* Italien, *ſo die Spaniſche Kœnige*

vom Hauß Oeſterreich nicht in Poſſeſſion *gehabt*, *und welche beſagte Fürſten etwan* prætendiren *könten*, *verſchaffet werden ſolle*, *nemblich*, *dem Fürſten von* Guaſtalla, Pico di Mirandola, *und dem Printzen von* Caſtiglione. Vid. *Faber* Tom XXIV *der Staats-Cantzley*, Cap. XI, p. 645. Conf. præced. lit. a, v. 3, & 15, & 17, & 19; add. *Conring*. l. c. lib. 2, Cap. 23, §. 29, pag. 336.

(6) Duces *Sabionettæ*; vid. præced. lit. a, v. 16.

(7) Marchiones *Spinolæ*, quoad *Buzalam*, *Petrabiſſariam*, & *Montem Cancarum*; vid. literæ Feudales *Rudolphi II* Imp. *Carolo* & *Georgio* Marchionibus, an. 1577 datæ, apud Dn. *Lunigium*, part. ſpec. *des Reichs-*Archivs, Contin. 2, *IV Abtheilung*, 30 *Abſatz*, *im Anhang*, §. 3, p. 738; nec non aliæ *Ferdinandi II*, de an. 1623, *Johanni Benedicto*, aliæque *Luciano Spinolis*, conceſſæ, ibid. §. 8, p. 750, & §. 9, p. 752.

It. quoad *Cantalupi*; vid. literæ Feudales *Rudolphi* 2 de an. 1605, *Johanni Baptiſtæ Spinolæ* ſcriptæ; ibid. §. 5, p. 742.

It. quoad quadrantem Caſtri *Inſulæ* Diœceſis Janvenſis & Caſtri *Varianæ*, Diœceſis Tertonenſis, partemque *Petrabiſſariæ*; vid. literæ *Leopoldi* Imp. An. 1699, *Julio Spinolæ* datæ, ibid. §. 18, p. 763.

(8) Marchiones de *Caretto*, quoad Marchionatum *Savonnæ*; teſtibus literis Feudalibus *Caroli IV*, An. 1345, *Antonio*, *Alberto*, *Manfredo & Franciſco*, Marchionibus de *Caretto* porrectæ, ibid. §. 1, p. 733.

(9) Domum *d' Auria*, ſeu *d' Oria*, quoad Caſtellum S. *Chriſtophori*, duas tertias *Burgi Furnariorum*, partemque *Caroſii*, *Arquatæ* & *Buzallæ*; vid. literæ *Matthiæ* Imp. An 1613, *Johanni Ambroſio ab Auria* datæ, ibid. §. 6, p. 744.

It. quoad Caſtellum *Serravallis*, vid. *Rudolphi II* literæ an. 1598, eidem datæ, l. c. §. 7, p. 748.

It. quoad Marchionatus *Calicis & Veppi*, teſtibus literis *Leopoldi* An. 1672 *Johanni Andreæ ab Auria-Caretti* datis, ibid. §. 12, p. 756.

It. quoad Marchionatus *Turriliæ*, & S. *Stephani Vallis Avanti*; vid. literæ Feudales *Joſephi* Imp. de An. 1706, *Johanni Andreæ ab Auria Landi*, Principi *Melphitano*, datæ, ibid. §. 19, p. 764 & §. 20, p. 767.

(10) Marchiones de *Malaſpina*, quoad Caſtra & loca *Virguletta*, *Villa Rocchetta*, *Beveroni*, *Garbugliagha* & dimidiam partem *Villa Franca*. Vid. Literæ *Leopoldi* Imp. An. 1660, Marchioni *Nicolao* datæ; ibid. §. 11, p. 755.

It. quoad *Pontem Boſium*; vid. ejuſdem litteræ An. 1662, *Julio Malaſpina* datæ, quibus ſimul tranſactio *Ludovici & Hyppoliti* Marchionum, deſuper facta, confirmatur, ibid. §. 28, p. 809.

It. quoad *Fillatoriam*; vid. Literæ Ejuſdem Imperatoris An. 1698, *Manfredo & Hippolyto* Marchionibus conceſſæ; ibid. §. 17, p. 762.

(11) Marchiones de *Soranea*, in Ducatu *Parmenſi*; vid. diploma *Caroli IV* Imp. de An. 1347, quo *Ugoloto* & *Raimundo*, Marchionibus de *Soranea*, merum & mixtum Imperium, cum Juriſdictione alta & baſſa, tam in Terra *Soranea*, quam *Caſtionis* conceſſit; Id. l. c. *VI Abtheilung*, 29 *Abſatz*, Supplem. ulter. §. 1, p. 141. Conf. ejuſdem literæ Feudales, An. 1364, *Bonifacio & Raimundo* datæ, ibid. §. 2. p. 143; aliæque *Caroli V*, An. 1521, *Bonifacio Aldigerio*, deſuper datæ, ibid. §. 3, p. 145; aliæ An. 1530, *Johanni Paulo de Lupis* conceſſæ, ibid. §. 4, p. 146; & *IV Abtheilung*, 30 *Abſatz*, §. 21 Supplement. p. 797; Ejuſdem Confirmatio Tranſactionis, quoad Marchionatum hunc, inter *Bonifacium* de *Aldigeriis* & *Johannem Paulum* de *Lupis*, contractæ, de An. 1536; ibid. §. 22, p. 799. Nec non diploma *Joſephi*, Imp. de An. 1709, quo *Johannem Paulum Mariam Melolupi* Principem Imperii *Soranea* declarat; ibid. §. 31, p. 813.

(12) Marchiones *Pallavicini*, quoad Marchionatum *Pallavicini* ac *Burgi Sancti*; vid. literæ *Ferdinandi II*, an. 1636. *Galeacio*, alias *Hieronymo* ac *Adalberto* & *Hermeti*, Fratribus nec non *Johanni Franciſco* Marchionibus *Pallavicinis*, datæ, ibid. §. 25. p. 803. Conf. *Ferdinandi III*. Reſcriptum ad *Odoardum Farneſium*, *Parmæ & Placentiæ* Ducem, de reſtituendis in integrum Marchionibus his, de An. 1637, ibid. §. 26, p. 805.

(13) Comites *Gazoldi*, vid. literæ *Rudolphi II*, An. 1583, *Hannibali & Maximiliano* de *Hippolytis*, deſuper conceſſæ, l. c. §. 4, p. 741, nec non *Leopoldi* Imp. An. 1693, *Aloyſio Hippolyto*, Comiti de *Gazoldi*, ſcriptæ, l. c. §. 15, p. 760.

(14) Comites *Novellaræ*, quoad Comitatum cognominis *Bagnolum*, & quinque octavas partes Caſtri *Veſcovati*; Vid. literæ Feudales *Leopoldi* An. 1679, *Camillo Gonzaga* ſcriptæ; ibid. §. 13, p. 757.

(15) Domum *Fliſcam*, quoad partem *Savignoni*; vid. literæ Ejuſdem, An 1687 *Lucæ Fliſco* traditæ, ibid. §. 14, p. 759.

16) Domum *Coſtarum*, quoad Comitatum & arces *Linguiliæ*, *Garlenda & Paravenna*; teſtibus literis Feudalibus *Octavio*, *Petro Franciſco & Alexandro*, Fratribus *di Coſta*, An. 1610 deſuper datis, ibid. l. c. *VI Abtheilung*, 29 *Abſatz*, Supplem. ulter. §. 5, p. 147. It. *Ferdinandi II* de An. 1633, l. c. §. 6, p. 149; It. *Ferdinandi III*, An. 1638, l. c. §. 7, p. 150; It. *Ferdinandi III*, An. 1640, *Benedicto Coſta* conceſſis, l. c. §. 8. p. 151; It. *Leopoldi*, An. 1659 *Octavio Coſta* ſcriptis, ibid. *IV Abtheilung*, 30 *Abſatz*, §. 27 document. p. 807.

(17) Domum *Scarampi Cribelli*, quoad *Montemclarum*, *Vinchium*, *Belvederium*, & bona ſuper finibus *Momberſaru*; vid. literæ feudales *Leopoldi*, *Mauritio & Petro Franciſco Scarampis*, An. 1698, conceſſæ; ibid. §. 30, p. 811 &c. de aliis multis ut taceam.

2. Land-

Digitized by Google

2. Landſaſſii quidem ab Imperii immediata ſubjectione ab alio Immediato Statu eximuntur, ſalva tamen manet Imperii Juriſdictio, & eſt: *Wann ein Stand des Reichs den andern aus den Anlagen und* Matricul *ausziehet, und Ihn auff den Reichs-Tagen vertritt.*

3. Interdum hæc Exemptio fit ſine onere, quando ab eximente nihil ſolvitur (*a*) Imperio, ſed planè exemptus deſinit & evaneſcit, de quo R. I. 1570, §. *Als wir dann weiters;* R. I. 1541, §. *Doch ſollen die.* 58; 1548, §. *Als auch durch,* 52.

NOTA.

(*a*) NIHIL SOLVITUR &c. Quadrat huc votum Comitum Suevicorum An. 1641 in Comitiis expoſitum, apud *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* Lib. 1, Seſſ. 111, p. m. 460. *Daß - - - die Anlagen aus dem Craiß nicht zu ziehen, ſondern ſamptlich in die Crayß-*Caſſam *einzutragen, dahero auch die* Eximentes *gleichwohl die Steuren bey den* Exemptis *einbringen mægen, aber ſolche zu dem Crayß lieffern ſollen. Wie ſolches, nach Beſag der Reichs-Abſchieden, vor dieſem mehrers* obſerviret *worden; weil ohne das die* Exemptiones *dem Reich hoch beſchwærlich: dahero die Ræmiſche Kayſer, zu verſchiedenen mahlen, inſonderheit An. 1548, §. Dieweil auch etlich &c. und 1570, §. Als wir dan weiters &c. ſtarck geandet, daß das H. Reich an ſeinen Gliedern nicht allein von frembden* Potentaten *mercklich geſchwachet, ſondern ſich auch etliche ſelbſt abſondern, viel* Prælaturen, *Graff- und Herrſchafften, auch Furſtenthumb, durch allerley Mittel, davon entwendet, zertheilt, und dermaſſen zertrennet, daß man Ihrer Anſchlag nicht habig ſeyn moge, ja auch ſelbige gantz aus der* Matricul *verlohren worden; es würden die* Exemptiones *gar zu gemein, damit dem H. Reich an ſeinen Gliedern,* Seſſion, *Stimm, Vermægen und Hülffen, groſſe Zerrüttung und Abgang erfolgen thue;* læditur enim Imperium Exemptionum multitudine, bona anguſtis admodum terminis concluduntur, ut paucisſimi exiſtant, qui publica munia ſuſtineant & agnoſcant. *Hierdurch werden die geringen Stande, wie die kleine Fiſchlein, von den Græſſern gleichſam verſchlucket, und dærffte ſich etwan finden, daß der ein oder andere Hohe Stand bißher, wo nicht mehr, jedoch eben ſo viel, von den in andern Craiſſen gelegenen Herrſchafften, auch den* Exemptis, *erhebt, als er vor ſich allein im Anſchlag ſchuldig. Daher iſt auch bey vielen Reichstægen, als 1541, 1570, 71, 76, 82, 94, nicht weniger bey der* Deputation *1571, vorkommen, wie des Reichs-*Matricul *wiederumb an ſeinen entzogenen Gliedern, Land und Leuten ergantzt, und alſo die gemeine obliegende Bürden deſto mehrers erleichtert werden mæchten;* Intereſt Cæſaris, cujus eſt augere Imperium, ut Ordines & Status, in quibus conſiſtit robur & dignitas Imperii, integrè conſerventur. *Diejenige, die einmahl in den ältern Reichs-*Matriculn *befindlich, ſeind dem Reich noch für gehærig zu halten, ungeachtet ſie in folgenden* Matriculen *ausgelaſſen, alſo, daß diß Orts keine* Præſcriptio, contra Imperatorem & Imperium, *ſtatt haben kan &c.* Hucusque votum Suevicorum Comitum. Imperatorem Auguſtiſſimo Prætorio dudum jam mandaſſe, ut Status Inferiores in poſſeſſione libertatis defenderet, &, ſpreta ſubjectionis exceptione, pro libertate audacter pronunciaret, ex *Gilmanno*, T. 3, verb. *Nobilitatis, §. der Franckiſchen,* fol. 235, notat *Victor* de *Exemptionibus Imperii,* Concluſ. 6, p. 35 & 36. Reſpicere autem Mandatum hoc ſaltem eos, qui nullo prævio contractu ſeu Transactione, nec unanimi Statuum accedente conſenſu, ab aliis eximuntur, nemo non videt. Exemptiones enim, ſententia Judicis approbatas, conſenſuque Statuum roboratas, ſive jam factæ ſint *cum onere*, ſive *ſine onere*, validas eſſe, nec ab Imperatore turbari poſſe, ex R. I. *Auguſtano* An. 1548, §. 72. *Deßgleichen ſeynd auch &c.* diſcimus. Conf. *Victor* l. c. Concluſ. 38, §. 5, p. 219; *Limnæus* Tom. IV Addit. ad Lib. 1 *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 73, p. 72 & 73. Subjiciam hic, ex *Illuſtri* Auctore *des Europæiſchen Heroldes*, Tom. 1, p. 992 &c. Dn. *Adami Cortreji* parte V, Tom. 1, *Corporis Juris Publici S. R. J.* p. m. 136 &c. & Dn. Lunigio, Part. General. *des Teutſchen Reichs-*Archivs, p. m. 772 &c. chartisque aliis mecum communicatis, Schema Exemptorum tam *cum onere*, quam *ſine onere*; ſalvis tamen juribus, & citra ullum præjudicium, ſeu Eximentium, ſeu Exemtorum. Literæ Romanæ majores deſignant *Circulos*, in quibus bona, quorum mentio fit, ſita ſunt, v. g. A. *Auſtriacum;* B. *Bavaricum;* Burg. *Burgundicum;* F. *Franconicum;* R. I. *Rhenanum Inferiorem* ſeu *Electoralem;* R. S. *Rhenanum Superiorem;* S. *Suevicum;* S. I. *Saxonicum Inferiorem;* S. S. *Saxonicum Superiorem;* W. *Weſtphalicum.*

Eximentes.	Exemti *cum onere*, ſingulis menſibus ferendo.	Floreni.	Exemti *ſine onere*.
(1) Elector *Moguntinus*.	Pars Comitatus *Rheineck* & *Lohr* ad Mœnum, F.	44.	(1) Pars Comit. *Epſtein*. R. I.
	Comit. *Kænigſtein*, R. S.	80.	
(2) Elect. *Trevirenſis*.	Abbatia Prim, in ſylva Ardenna; R. S.	64.	(2) Abbat. *S. Maximini*. R. I.
	Pars Comitatus Virnenburg, R. I.	15.	Comit. *Valendar*, una cum arcibus Saynenſibus: *Sayn*, *Freußburg*, *Rheinbruck* &c. W.
(3) Elect. *Colonienſis*.	Epiſcopatus *Leodienſis*, W.	832.	(3) Dominium *Reiferſcheid*, R. I.
	$\frac{1}{3}$ *am Stifft Hildesheim*, S. I.	$178\frac{2}{3}$.	Præfectura Saynenſis *Hackenburg*, W.
	Præpoſitura *Berchtolsgaden*, B.	104.	
	Abbat. *Stablo*, W.	112.	
	Comit. *Nieder-Eiſenburg*, & *Gienſau* R. I.	56.	
(4) Rex *Bohemiæ*.	- - - - -	-	(4) *Die geſampte Länder der Cron-Statt* Eger.
(5) Elect. *Bavariæ*.	Landgraviatus *Leuchtenbergicus*, B.	128.	(5) Abb. *zu Roda* B.
	Comit. *Haag*, B.	88.	Dominium *Degenberg*, B.
	- - *Mündelheim*, S.	76.	*Donawerda*, B.
	- - *Wieſenſteig*, S.	24.	Abb. *Waldſachſen*, B.
	Dimidia pars *Hohen-Schwangau* S.	10.	
(6) Elect. *Saxoniæ*.	Dimidia pars *Vogtlandiæ*, S. S.	304.	(6) Burggraviatus *Magdeburg* S. S.
	Quatuor præfecturæ Thuringicæ; *Weida*, *Sachſenburg*, *Arnshaug* & *Zügenrück*; S. S.	140.	- - - - - *Miſniæ*, S. S.
	Pars *der Hennenbergiſchen Güther*, *Schleuſinger Linie*; una cum Agnato Vinarienſi.	164.	Epiſcopatus *Miſniæ*, S. S.
	$\frac{3}{5}$ Comitatus *Manſfeld*, S. S.	135.	- - - *Merſeburgicus* S. S.
	Comit. *Gleichen*, ad interim	88.	- - - *Numburgicus* S. S.
	$\frac{1}{4}$ Comit. *Stolberg*, S. S.	21.	
	Comit. *Beichlingen*, in Thuringia, parens Dominis de *Werthern*, S. S.	24.	
	Comit. *Tautenberg*, in Thuringia, parens Dominis de *Schenck*, S. S.	20.	
	Burggrav. *Leisnick*, S. S.	20.	
	Dominium *Wildenfelß*, in Vogtlandia, parens Comitibus *Solmiis*	20.	
(7) Elect. *Brandenburgicus*.	Ducatus *Magdeburgicus*, S. I.	1300.	(7) Epiſcopatus *Brandenburgicus*, S. S.
	- - *Cliviæ*, cum Comitatu *Marcano* W.	1066.	- - - *Havelberg*, S. S.
	- - *Pomeraniæ Ulterioris*, S. S.	604.	- - - *Lebus*, S. S.
	Principatus *Halberſtad*. S. I.	432.	Bajulagium *Brandenburgicum*.
	- - - *Mindenſis*, W.	184.	Abbat. *Werden* ad Ruram, W.
	- - - *Caminenſis*, S. S.	184.	Comit. *Rupin*, S. S.
	Comitatus *Ravensberg*, W.	$142\frac{2}{5}$	Dominium *Vieraden*, pertinens ad Comit. Hohenſteinium S. S.
	$\frac{3}{5}$ partes Comit. *Manſfeld*, S. S.	45.	Civitas *Herfordenſis*, W.
	Com. *Barby* & *Mühlingen*, S. S.	20.	Civitas *Duysburg*, W.
	Com. *Lohra* & *Klettenberg*, parens *Wittgenſteiniis*, S. S.	44.	Civitas *Veſalia*, W.
	Comit. *Hohenſtein*, S. S.	2.	

Exim-

Digitized by Google

Eximentes,	Exemti *cum onere.*	Floreni.	Exemti *ſine onere.*
(8) Elector *Palatinus.*	Principatus *Neoburgicus*, incluſo *Soliſbacenſi*, B. - -	640.	(8) Comitatus *Nevenar*, W.
	- - - *Simmerenſis*, reſp. *Sponheim*. R. S. - -	76.	- - - *Manderſcheid, Blanckenheim* & *Gerhardſtein*, W.
	Die Helſſte am übrigen Theil von Sponheim - -	62.	- - - *Falckenberg*, W.
	Ducatus *Juliacenſis*, W. -	639. & 45. *kreutzer.*	Dominium *Winnenthal*, W.
	- - *Bergenſis* W. -	2[illegible]4 $\frac{4}{15}$	Pars Civitatis *Gelnhauſen*, R.I.
	Abbat. *Kaysheim*, B. - -	258.	
	Dominium *Heideck*, B. -	88.	
	- - - *Stauffen* & *Ehrenfels* B.	36.	
	Præpoſitura *Seltz*, R. I. -	24.	
(9) Elect. *Brunſuicenſis* & *Luneburgenſis.*	Ducatus Lauenburgicus, S. I. -	216.	
	Comitatus *Hojenſis*, W. -	48.	
	- - *Diepholtanus*, W.	28.	
	- - *Hohenſtein*, S. I.	24.	
	Bona *Hildesheimenſia*, S. I.	178 $\frac{2}{3}$	
(10) Archi-Dux *Auſtriæ*; & Dux *Burgundiæ.*	Epiſcopatus *Tridentinus* A. -	532.	(10) Epiſcopatus *Gurck*, A.
	- - *Brixienſis*, A.	532.	- - *Seccau*, A.
	Dominium *Traſp*, *Dieterichſteinis* parens, A. - -	76.	- - *Lavant*, A.
	Comitatus *Kirchberg*, parens *Fuggeris*, A. - - -	28.	Abbatia *S. Blaſii*, S.
	Civitas *Conſtantia* S. -	236.	- - *Schuttern*, S.
			- - S. *Petri*, in Hercinia, S.
			Ballivia *Auſtriæ*, A.
			- - ad *Athеſin*, A.
			Comitatus *Rappolſtein*, A. &c.
			Qua *Dux Burgundiæ.*
			Archi-Epiſc. *Cameracenſis*, W.
			Prælatura *Echternach*, W.
			Comitat. *Naſſau-Breda*, Burg.
			- - *Egmond*, Burg.
			- - *Horn*, W.
			- - *Bergen*, Burg.
			- - *Walheim*; Burg.
			- - *Manderſcheid-Keil*, W.
			- - *Schleyden*, W.
			- - *Kronenburg*, W.
(11) Archi-Epiſc. *Saliſburgicus.* - - - - -		-	(11) Epiſcopatus *Chiemſee*, B.
(12) Epiſcopus *Wurzburgicus*,	Pars Principatus *Hennenberg*, F.	36.	(12) Præpoſitura *Comberg*, ſeu *Chamberg*, F.
	Dominium *Reigelsberg*, F. -	28.	
	Duo Pagi *Suinfurtenſes*, *Gochſheim* & *Senfeldt*, F.	20.	
(13) Epiſcopus *Spirenſis.*	Præpoſitura *Weiſſenburg*, R. S.	80.	
	- - *Odenheim*, R. S.	40.	

(14) Epi-

Digitized by Google

denuntiamus Eundem, in Noſtrum & Sacri Romani Imperii Bannum, omneſque illas pœnas, quæ iſtiuſmodi Decretis, Declarationibus, & Denunciationibus, de Jure vel conſuetudine, comprehenduntur, ipſo facto incurriſſe. Corpus etiam ipſius Ferdinandi Caroli, hactenus Mantuæ & Montisferrati Ducis, ſic omnibus permittimus, ut, qui Noſtra & Imperii pace & tutela privatus, omniumque perſecutionibus culpa & facto proprio expoſitus eſt, impunè offendi queat &c. Anno eodem, 7 Julii, contuliſſe Cæſarem, beneficiali lege, in *Victorem Amadeum*, *Sabaudiæ* Ducem, *Montisferratenſis* Ducatus portionem, præfato Duci *Mantuano*, biduo ante defuncto, hactenus ſubjectam, ex dictis præced. Tit. I, §. 13, lit. b, conſtat. Anno eodem, 2 Oct. per Comitem de *Caſtelbarco*, immiſit in poſſeſſionem Principatus *Bozzolo*, & Marchionatus *Oſtiano*, dieque ſequenti, Ducatus *Sabionetta*, ab obitu *Johannis Franciſci Gonzaga*, jam anno 1703 defuncti, vacuefactorum, *Antonium Ferdinandum*, *Guaſtallæ* Ducem. Vid. *Mercure Hiſtorique*, Tom. XLV, ad An. 1708, p. 16, 17 & 484.

(19) *Carolum VI*, modernum Imperatorem, ſtrenuè ſimiliter jura Imperii in Italia tueri, palam eſt. Quid circa Inveſtituram *Montisferratenſem*, Art. XXVI Capitulationis ſuæ, Anno 1711, promiſerit, præced. Tit. 1, §. 13, lit. b, monitum. Anno 1712, 10 Sept. Comitem *Giannini*, à Sereniſſimo Duce, *Franciſco Maria*, ſpeciali mandato ad id inſtructum, *Viennæ* de Ducatibus & Principatibus *Modena*, *Reggio*, *Mirandola* & *Concordia*, fuiſſe ſolenni more inveſtitum, idem *Mercure Hiſtorique*, Tom. LIII, ad An. 1712, p. 395, annotavit. De aliis Italiæ Vaſallis ne dicam, de quibus *Gregorio Leti*, part. I, *del l' Italia regnante*, Lib. V, p. 257 & 258: *Il Rè di Spagna è Feudatario --- dell' Imperadore, per il Ducato di Milano &c. Il Gran Duca riconoſce --- l' Imperadore, per la Città di Fiorenza, & reſto dello Stato. Il Duca di Savoja, Vicario dell' Imperio, è Feudatario del' Imperadore, per la Savoja, e Piemonte, e reſto. La Republica di Genoa riconoſce l' Imperadore, per tutto quello che poſſede. Il Duca die Mantoa, Vicario dell' Imperio, è Feudatario di queſto, per tutti li ſuoi Stati di Mantoa & Monferrato ---- Il Duca di Modena è Feudatario dell' Imperadore, di tutto quello che poſſede. La Republica di Lucca riconoſce ancor lei di tutto l' Imperadore. Il Veſcovo di Trento, Prencipe dell' Imperio, è Feudatario dell' Imperadore. Ill Prencipe di Monaco; il Duca di Mirandola; i Prencipi di Piombino e di Bozzolo; i Duchi di Guaſtalda e Sabionnetta; i Marcheſi di Caſtiglione, di Maſſa & di Torreglia, e il Conte di Novellara, ſon Feudatari dell' Imperio &c.* Plures recenſet *Limnæus* ad Art. XXX *Capitulationis Matthiæ*, p. m. 565 & 566; nec non Ill. Auctor *des* Europæ*iſchen Herolds*, Tom. 1, p. 763, integrum catalogum Imperii Bonorum in Italia, ordine Aphabetico, ſiſtens. Civitates & Caſtra, quæ in ditione *Florentina*, *Lucana*, *Piſtorienſi*, *Volaterranenſi* & *Senenſi*, ætate *Wenceslai* Imperatoris, ad Imperium Romano-Germanicum pertinuerint, majori adhuc enumeratione ab ipſius Imperatoris Notario conſignata, ſuppeditat Dn. *Dattus*, lib. 3 Vol. *Rer. German.* Cap. IX, p. 587 ad 592.

(*b*) MAGNUS HETRURIÆ DUX &c. Florentinos titulo oneroſo, mediantibus nummis, libertatem fuiſſe conſecutos, multi arbitrantur, aſt ſine fundamento; vid. præced. lit. a, v. 1; *Carolum V*, *Ducalem* Titulum contuliſſe an. 1531 in *Alexandrum* de *Medicis*, (cujus Agnatus, *Coſmus III*, primum, deinde, auctoritate Imperatoris, Ejus filius *Franciſcus*, An. 1575 *Magni Duces* evaſerunt,) dictum ibid. v. 10 & 12. Hodienum *Magnos Duces* eſſe Principes & Vaſallos S. R. Imperii, caret dubio. Urbem *Senarum* Eos *ſub feudi* titulo, a legitimis *Mediolanenſis* Ducatus Dominis, proinde à moderno Imperatore Sacratiſſimo ipſo, tanquam unico & vero *Mediolanenſium* Duce, tenere, notat *Bodinus*, de *Republica*, lib. 1, Cap. 7, §. 124, p. m. 194; conf. *Limnæus* de *Capitulat. Matthiæ*, Art. XXX, §. *In oder auſſerhalb deſſelben gelegen*, p. 565; *Sprengeri Fontes Juris Publici*, Cap. 22, p. m. 1282; *Hornii Orbis Politicus*, part. 2, p. m. 232; *Nitzſchius*, ad *Capitulat. Joſephi*, Art. XXX, §. 5, p. 517; præſertim *Conringius*, de *Finibus Imperii* Lib. 2, Cap. 23, §. 16, p. 320 & 321; & Illuſtriſſ. Comes *Johannes Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 4, p. 69 & 70; & Dn. *Schurtzfleiſchius*, diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, t. 26, p. 26; aliaque, de *Diviſione Imperii Carolini*, t. 78, p. 93; rectè ſimul carpens *Hornium* l. c. ſcribentem; *Reſpectu Dominii Florentini & Piſani, Magnus Dux eſt abſolute Dominus, nulli ſubjectus &c.* eundemque errorem errantem *Sprengerum*, l. c. cujus verba ſunt: *Magnus Hetruriæ Dux Florentiam & Piſas, citra recognitionem Superioris, regit*; nam, ut *Schurtzfleiſchii* ſtylo utar, *ea quoque vera & vetus Imperii portio eſt, & Cæſarum poteſtati Imperioque tamdiu obnoxia manet, quoad nulla exemptio oſtendi poteſt ex conceſſionum tabulis, quibus non modo ſupremum Jus non alienatum, ſed etiam, ſine veteris & novi Dominii Florentini diſcrimine, verbis clauſulisque ſignificantibus à Maximiliano* II. (an. 1575) *eſt reſervatum &c.* Add. *Conringius* l. c. §. 17, p. 321, & Illuſtriſſ. comes de *Wurmbrand* l. c. pag. 70.

(*c*) DUX

Digitized by Google

(e) DUX MANTUÆ &c. Quod *Ludovicus Gonzaga* à *Carolo IV* Imp. *Vicarius Imperii Mantuæ* conſtitutus, ejuſque abnepos, *Johannes Franciſcus* an. 1433, à *Sigiſmundo* Imp. *Marchio* creatus, hujuſque Atnepos *Fridericus*, *Caroli V* beneficio, an. 1530, *Ducali* axiomate inſignitus fuerit, præced. lit. a, v. 5, 7 & 10, monitum. *Mantuam* eſſe Feudum Imperii, patet inſuper ex *Clementis VII* P.R. propoſitione, de convocando *Concilio*, *Johanni Friderico*, Electori Saxoniæ, per Nuncium, An. 1533, Vinariæ facta, apud *Hortlederum* Tom. I. *von Urſachen des Teutſchen Kriegs*, lib. I, Cap. XV, §. 1, p. m. 72, ubi: *In Betrachtung ſolcher Umbſtände, ſo hätte der Pabſt auf drey Mahlſtätte gedacht, als* Mantua: *denn dieſelbige Statt ſey eine Kayſer-Statt, und Teutſcher* Nation *nahe gelegen &c.* Add. *Matthiæ Heldii* Vice-Cancellarii & Oratoris *Caroli V* Imp. reſponſio, Proteſtantibus data, ad ipſorum exceptiones contra *Mantuam* de An. 1537, apud eundem, l. c. Cap. 27, §. 8, p. m. 99: *So viel die Mahlſtatt des* Concilii *zu* Mantua *belangt, iſt nicht ohn, daß die Reichs-Stände, und ſonderlich Ihr Chur- und Fürſtl. Gn. und derſelben Zugewandten, das* General-Concilium *gern in Teutſchen Landen gehabt hätten, das dann Ihr Kayſ. Maj. auch nicht verhindert hat. Es müſſen aber Ihr Chur- und Fürſtl. Gn. und derſelben Zugewandten, erwegen, daß die andere Chriſtliche* Nationen, *gelegener Mahlſtatt halber, auch bedacht ſollen werden; und darumb vielleicht die Päbſtliche Heyligkeit ſolch Ort, als am meiſten bequem, fürgenommen, welches am nächſten der Teutſchen* Nation *gelegen, mit genugſamen Herbergen, und der* Proviant *zu Waſſer und Land, wohl verſehen und geſchickt; zu dem, daß es im H. Reich, und ziemblichen guten Lufft, liegt, und deſſelben Reichs Eigenthumb ohne Mittel iſt; da auch der Pabſt und die Geiſtlichen kein Vortheil ſuchen noch finden werden, dieweil die Statt* Mantua *ein eigen Hertzogen, des H. Reichs Leheman, hat &c.* Conf. Electoralis Collegii Reſponſio ad Cæſaream Propoſitionem, in Conventu Collegiali Ratisbonenſi factam, An. 1630, apud *Lundorpium*, Tom. IV, *Act. Publ.* Lib. I, Cap. 17, §. 3, p. 58: *Obwohl beyde Hertzogthumb* Mantua *und* Montferat *zu des Reichs Patrimonio gehærig, ſo ſeind Sie doch keine Mit-Glieder und Stände deſſelben, und hat das Reich, auſſer des* Juris Feudalis, *(welches weder von einem, oder dem andern* prætendirenden *Theil beſtritten, ſondern allerdings geſtanden wird) ſonſten einigen Nutzen oder Vortheil nicht daran; hätten ſich auch verhoffentlich noch wohl Mittel gefunden, des H. Reichs darauf habende Gerechtſame, wie auch Ihrer Kayſ. Maj.* auctoritæt, *durch nähere Wege, und ohne ſolche beſchwerliche Weitläufftigkeit, zu erhalten &c.* Confirmant theſin, præter *Inſtrumentum Pacis Monaſterienſis* §. 97, Capitulationes, *Leopoldina* Art. 4; *Joſephina* Art. 4, & *Carolina* Art. 26; *Bodinus* lib. I de *Republica*, Cap. IX, §. 122, p. 192; *Hornius*, *Orb. Polit.* part. 2, p. 266 &c. *Sprengerus*, in *Fontib. Juris Publici*, Cap. 22, p. m. 1281; *Limnæus* T. I. *Jur. Publ.* Lib. I, Cap. IX, §. 55, p. 139; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, Cap. 23, §. 24, p. 329; *Schurtzfleiſchius*, diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 24, p. 21; Ill. *Coccejus*, *Prudentia Juris Publici*, Cap. VI, §. 13, p. 146; Illuſtriſſ. Comes *Guilielmus de Wurmbrand*, diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 5, p. 70 & 71, ex *Conringio* monens, Ducatus hujus partes, natu minoribus quondam tradi ſolitas, *Guaſtallam*, *Novellariam*, S. *Martino*, *Berrolo*, *Guazzado &c.* poſſeſſores reddere immediatos Imperatoris Vaſallos. Noviſſima in Mantuanum deciſa, An. 1701 & ſeqq. notavi præced. lit. a, v. 17 & 18.

(d) MEDIOLANI &c. *Ludovicum Bavarum* & *Carolum IV*, de *Mediolanenſi* agro, tanquam *Imperii Feudo*, liberè diſpoſuiſſe, præc. lit. a, v. 4 & 5, dictum. A *Wenceslao* additum an. 1395 *Ducale* axioma; vid. ibid. v. 6. Quid juris in eadem Provincia *Sigiſmundus* & *Fridericus III* exercuerint, monui l. c. v. 7 & 8. *Maximiliani I* gratia, clientelari jure eandem obtinuit *Ludovicus Maria Sfortia* cogn. *Morus*, An. 1495; vid. ibid. v. 9. *Carolus V* tandem, exareſcente Ducum ſtirpe, contulit eundem Ducatum, an. 1549, beneficiali lege, in *Philippum* filium, *Hiſpaniarum* Regem, Ejuſque poſteros, ibid. v. 10; penes quos etiam manſit, donec, ab exceſſu *Caroli* 2 Regis, An. 1700, 1 Nov. defuncti, ad Domum Auſtriacam redierit; vid. ibid. v. 17 &c. Pertinet huc R. I. *Norimberg.* An. 1522, §. 3, *und wie nun &c.* ibi: *Ihr Majeſtät zweiffelt nicht, gemeine Stände des H. Reichs ſeyn zu guter maß bericht und erinnert, wie ſich Ihrer Kayſ. Maj. Wiederwertige --- unterſtanden, Ihr Kayſ. Maj. nicht allein an Ihrem und des H. Reichs Eygenthum, des Hertzogthums Mayland, beſonder auch in Ihrer Maj. Niedern Erblanden, anzufechten und zu bekriegen &c.* & noviſſimè declaratio Belli, ſub dato *Laxenburg*, 15 Maji 1702, à Cæſare Gallis indicti, apud *Fabrum*, Tom. VII *der Staats-Cantzley*, Cap. 13, §. 1, p. 635 &c. ut & concluſum trium Collegiorum Imperii Statuum, in Comitiis, An. eod. 28 Sept. ibid. §. 11, p. 66, ubi: *Nach dem erfolgten tœdlichen Hintritt weyland* Caroli 2, *Kœnigs in Spanien, Chriſt-mildeſten Andenckens, unterm Vorwand eines nichtigen* Teſtaments, *aller Verziehten, Eidſchwüren,* Ceſſionen *und Frieden-Schlüſſen ohngeachtet, ſich aller von demſelben hinterlaſſenen Kœnigreichen und Landen, deren verſchiedene Reichs- und Oeſterreichiſchen Eigenthum geweſen, ehe ſie an Spanien kommen, Gewaltthätig bemächtiget, und darin Seinen Enckel, den Hertzog von* Anjou, *für einen Kœnig eingedrungen; inſonderheit, den Burgundiſchen Reichs-Craiß,*

die

die Hertzogthümer Meyland und Mantua, ſampt andern vielen Reichs-Lehen, mit gewaffneter Hand occupiret &c. Quæ in repetita declaratione belli, adverſus eoſdem, an. eod. 6 Oct. *Eberſdorfi* vulgata, l. c. §. XIV, v. 1 documentorum, p. 709, repetuntur. Jung. Edictum Cæſareum an. 1708 adverſus Papam emiſſum, præced. lit. a, v. 18. Plura de hoc argumento collegerunt *Bodinus*, de *Republica*, lib. I, cap. IX, §. 122, p. 191 &c. *Arumaus*, de *Comitiis Imperii*, Cap. 4. §. 77; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap. 23, §. 27, p. 332 &c. *Strauchius*, Diſſert. Juris Publici I, de *Statu Europæ Seculi XVI*, §, 10, p. 10 &c. *Buddeus*, in *Selectis Juris Naturæ & Gentium*, & quidem in annexa diſſ. de *Teſtamentis Summorum Imperantium*. an. 1700 *Halæ*, Reſpondente Ill. Dn. *Johanne Caſparo*, L. B. de *Abſchatz*, habita, Cap. 2, §. 28, p. 606 &c. Add. *Carpzovius*, de *Lege Regia German.* Cap. 7, Sect. 6, §. 34 &c. p. m. 179; *Sprenger*, in *Fontibus Juris Publici*, cap. 22, p. m. 1281; *Limnæus*, Tom. 1, *Jur. Publ.* Lib. 1, cap. 9, §. 54. p. 139; *Schurtzfleiſch*, Diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 10, p. 7; & Diſſ. de *diviſione Imperii Carolini*, §. 78, p. 90 & 91; *Europ. Heroldt* Tom. 1, p. 983; *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. VI, §. 13, p. 146; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 8, p. 72 &c. Auctore *de la Juſtice encouragée, contre les chicanes & les menaces d' un Partiſan de Bourbons*, de An. 1702, p. 34 & 35.

(*e*) RESPUBLICA LUCCENSIS &c. Oneroſo titulo Rempublicam hanc libertatem acquiſiviſſe, non deſunt, qui affirmant. *Albertus Cranzius*, lib. VIII, *Metropolis*, Cap. 40, p. m. 221, *Rudolphus Imperator Cancellarium ſuum, Hominem Genuenſem, in Italiam miſit, præſertim in Hetruriam: omnes, qui pecuniam attribuerunt, in libertate dimiſſos, Imperii Fideles pronunciabit; per quam occaſionem Luccenſes, duodecim millibus aureorum datis, libertate donati ſunt &c.* Enimverò, cum (1) non manifeſtum ſit, quis Cæſarum *Luccenſibus* libertatem vendiderit, *Platina, Tritbemio, Cranzio*, aliiſque *Rudolphum* Habſpurgicum, *Bodino* verò lib. 1, de *Republica*, Cap. 9, §. 123, p. 193, verbis præced. lit. a, occurrentibus, *Henricum Luzelburgicum*, hoc nomine producentibus; (2) nec de pretio res ſit plana, quandoquidem alii ſummam 15000 aureorum, alii 12000, aliique 6000 duntaxat, ponunt; vid. *Victor*, de *Exemptionibus Imperii*, Concluſ. 2, §. 26, p. m. 13; (3) nec conſtet, quo tempore contractus ejuſmodi celebratus; (4) nec conventionis tabulæ produci valeant; (5) *Ludovicus* Bavarus an. 1318 *Lucanum* Ducem creaverit; (6) *Maximilianus I. Luccam*, Imperii Civitatem eſſe, agnoverit &c. (7) ad nuperas contributiones Cæſareas quotam *Lucca* contulerit, &c. de ejus ſtatu judicandum. Vid. *Limnæus* Lib. I *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 53. p. 139; *Conringius* de *Finibus Imperii*, Lib. 2, Cap. 23, §. 30, p. 337; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. J. Principum*, Cap 3, §. XI, p. 74; Ill. Auctor *des* Europæi*ſchen Heroldts*, T. 2, p. 606 &c. benè monens, protectionem Hiſpaniæ Regis, qua Reſpublica hæc fruitur, nihil contrarii involvere, cum protectio Juriſdictionem Superioris non elidat; *Schutz und Schirm giebt keine Obrigkeit.*

(*f*) QUI OMNES &c. Addas:

(1) Ducem *Modenæ & Reggio*; quo titulo *Fridericus III* Imp. primum An. 1452 compellavit *Borſium*, Marchionem Ateſtinum; vid. præced. lit. a. v. 8, Extincta *Borſii* ſobole legitima, in *Alfonſo* 2, conceſſiſſe Imperatorem *Rudolphum I*, *Cæſari Ateſtino*, Ducatum utrumque Imperio vacuèfactos, ibid. v. 13, notavi. Spectat huc Memoriale Legati Mutinenſis, ob Inveſtituram *Corregiani* Principatus, An. 1658, ultima die Januarii, Electorali Collegio exhibitum, apud *Lundorpium*, Tom. VIII Act. Publ. Lib. 8, Cap. 150, p. 224, verb. *Cum idem Clementiſſimus Dominus meus optimè ſciat, Eminentias Veſtras & Serenitates Electorales adeo juſti & æqui amantes eſſe, ut paſſuræ non ſint, Principem Imperii Vaſallum, per tot annos, requiſita Infeudatione deſtitui, ad harum patrocinium accurrens efflagitat, ut, Capitulationem eligendo Imperatori præſcribentes, expreſſum articulum inſerere velint, quo petitionibus in præcedentibus meis ſcriptis expoſitis ſatisfiat, & inſuper ſtatuatur, ut præfatam Inveſtituram Principatus Correggiani, quotieſcunque decenter petetur, Electus Imperator abſque ulla exceptione & protractione, concedere, nec ſub ullo prætextu ulterius differre debeat &c.* Theſin firmant *Marta Neapolit.* de *Juriſdictione*. Cap. 33, §. 78, 124; *Thuanus* lib. 1 *Hiſtoriar.* p. m 26; *Hornius Orb. Polit.* part. 2, p. m. 269; *Sprenger.* in *Fontibus Juris Publ.* cap. 22, p. m. 1182; præſertim *Conringius*, de *Finibus Imperii*, lib. 2, cap 23, §. 22, p. 328; *Schurtzfleiſchius*, diſp. de *Jure Auguſti in Italiam*, §. 25, p. 25; *Nutzſchius*, Comment. *in Capitulationem Joſephi*. Art. 30, §. 5, p. 517; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, de *Foro S. R. J. Principum*, Cap. 3, §. 6, p. 71. Adhuc An. 1712, Legatum *Mutinenſem*, ſpeciali mandato ad id inſtructum, ab Auguſtiſſimo Cæſare Noſtro, *Carolo VI*, de ſupra dictis ducatibus fuiſſe inveſtitum, præced. lit. a, v. 19 monui.

(2) Ducem *Parmæ & Placentiæ*. Scio equidem *Gregorium Leti*, part. 1 *dell' Italia regnante*, lib. V, p. m. 258. Romanæ Curiæ Patronos imitantem, ſcribere: *Il Duca di Parma recognoſce, per tutti li ſuoi Stati, il Pontefice*; proinde omnem Cæſaribus in Parmam Juriſdictionem denegare; nec ignoro literis *Caroli* V Imperatoris ad Cardinales, in quibus de *Clemente VII*, P. R. valdè conqueritur, An. 1536, ex Hiſpania miſſis, contineri verba: *Parmam & Placentiam, à Romani Impe-*

Digitized by Google

Imperii Feudo disjunctas, Sedi Romanæ, nullo jure coacti, poſſidendas reſtituimus &c. Unde nonnullos memorare, ex liberalitate maximè Imperatoris hujus, acceſſiſſe Pontificibus *Parmam & Placentiam*, obſervavit *Conringius*, de *Finibus Imperii* lib. 2, Cap. 20, §. 18, p. 278; Utramque enim Urbem jam anno 1512, ejectis *Mediolano* Gallis, *Julio* Pontifici ultro ſe ſubjeciſſe, huncque Ravennatenſis Exarchatus quaſi portionem, Patrimonio Eccleſiæ Romanæ eas aſſerere fuiſſe niſum, præced. lit. a, v. 9, notavi. Non minus pateſcit, *Paulum III*, P. R. creaſſe filium ſuum nothum, *Petrum Aloyſium*, *Parmæ & Placentiæ Ducem*, Anno 1544, ut *Hornius* Part. 2 *Orbis Politici*, p. m. 270, tradit, aut ſequenti 1545, ceu *Münſterus*, lib. 2 *Coſmographiæ*, Cap. 36, p. m. 288; *Lucas de Linda* in *Deſcriptione Orbis*, p. m. 613; *Morery* en ſon *Dictionaire*, voc. *Parme*, p. m. 107; *Hofmannus*, in Lexico, voc. *Parma*, p. m. 102, aliique plures, perhibent; factum affirmantibus *Onuphrio Panvinio*, in vita *Pauli III*, p. m. 376; & *Johanne Palatio*, Vol. IV de *Geſtis Pontificum Romanorum*, in vita ejusdem Pontificis, §. 12, p. m. 147, qui addit, ut eo honoratior res procederet, *Paulum* Papam, jam an. 1541, publico in Conſiſtorio, permutationem dictarum Civitatum, emolumento quaſi Eccleſiæ, cum *Nepeſina & Camerino* Urbibus, à dicto ſpurio, *Petro Aloyſio*, Ejusque filio, *Octavio*, eas uſurpantibus, oblatis, faciendam propoſuiſſe, aſt neminem ferè Cardinalium aſſenſum præbuiſſe. Enimverò, non ſolum *Maximilianum I Julii* conatibus ſummoperè jam fuiſſe adverſatum, ex *Guicciardino* notat *Conringius* l. c. ſed & ipſum *Carolum* V, jus ſuum & Imperii in *Parmam* pariter & *Placentiam*, ſartum tectumque ſervaſſe, vel literis Ejus teſtibus ad *Clementem VII* P. R. de An. 1526, quibus fundamentum tangit, ex quo Cæſarei milites neceſſaria à Parmenſibus exegerant; ibi §. 39: *In quem uſum non tam exagitandum videretur, ſi Noſtri Duces & Milites, quia ſua virtute ac viribus Parmam & Placentiam Eccleſiæ reddidere, ac ab hoſtium finibus expulſere, totiesque tutati ſunt, ut illis victum quærerent, ac de his, prout de reliquis ab hoſtibus recuperatis, diſponendum cernerent. Potiſſimum cum ita hæ Civitates eſſent ex fœdere Leonis conſignatæ, tenendæ duntaxat eo jure, quo ante per ipſum Leonem tentæ fuerant; quod jus tamen nullum erat, quandoquidem ad Feudum pertinerent Imperii, eſſentque pars Ducatus Mediolani: & illis nullum Eccleſia Romana titulum validum, nec ab Imperio, nec ab eo qui dare poſſet, obtinuerit &c.* Quæ de Mediolanenſi Ducatu hic dicuntur, agnovit etiam *Surius*, in *Commentario rerum in Orbe geſtarum ab An.* 1500, *usque ad An.* 1567, memor juramenti *Caroli V*, de non violanda libertate Eccleſiæ, Legatis Pontificiis, cum Statum Eccleſiaſticum ingrederetur, præſtiti, inquiens ad An. 1529: *Juravit Cæſar, verbis rite conceptis, ſed ita tamen, ut Se de ſuo jure nihil remiſſurum teſtaretur. Quod putant quidam ideo Eum feciſſe, quod Placentiam & Parmam, Mediolanenſi Imperio antiquitus attributas, repeteret, quandoquidem Mediolanenſe dominium Imperatorum ſemper beneficiarium fuiſſet &c.* Totidem ferè verba proferente *Paulo Jovio*, lib. 27. Patet inſuper ex *Onuphrio* l. c. vel propterea *Petrum Aloyſium* partes Cæſareas deſeruiſſe, quod Imperator Ducatum Parmenſem, à Patre *Paulo III* in ipſum collatum, confirmare noluerit; *Quo factum, ut & Petrus Luiſius filius* (Pauli III) *qui nunquam impetrare potuerat (hæc alia ſimultatum occaſio fuit) ut Parmæ & Placentiæ Principatum ſibi, vel potius Octavio filio, Cæſaris Genero, à Pontifice donatum, probaret, relicto Cæſare, non ignaro, aut diſſimulante Patre, ad Gallicas partes ſeſe converteret &c.* Id certum quoque, perfidiæ pœnas luente *Petro Aloyſio*, An. 1547, 10 Sept. conjuratione *Camilli*, *Alexandri* & *Hieronymi* fratrum *Pallavicinorum*; *Auguſtini Landi*, *Complani* Comitis: *Johannis Aloiſii Confalonerii* & *Johannis Anguiſciolæ*, *Placentiæ* jugulato, qui, cæde facta, accurrentem multitudinem allocuti, tyrannum ſe interfeciſſe, Patriamque in libertatem aſſeruiſſe gloriabantur, cadaver catena ſuſpenſum è muro oſtentantes, & ad ludibrium aliquandiu agitatum in foſſam præcipitantes; *Ferdinandum Gonzagam*, Cæſareum in Inſubria Legatum, *Placentiam* occupaſſe, utut *Sfortiam*, *Fani Floræ* Comitem, fruſtra tentaverit, ut & *Parmam*, *quæ ad Mediolanenſe Imperium ſpectaret, Cæſari, in cujus clientela eſſet, traderet*; vid. *Thuanus*, lib. 4 *Hiſtor.* ad An. 1547, p. m. 119 & 120, ſequenti p. 121 addens, Pontificem, hac rerum facie, placandi Cæſaris capto conſilio, *Julium Urſinum* miſiſſe, qui *Margaretha*, (Cæſaris nothæ, atque *Octavii Farneſii*, ſæpe fati *Petri Aloyſii* gnati, conjugis,) nepotumque nomine, Auguſtum exoraret, ut *Farneſios*, quos ſemel in fidem accepiſſet, ſibique affinitate junxiſſet, tueretur, ac *Placentia*, ipſis reſtitui imperaret; eò quod & *Parma* & *Placentia*, poſtquam oppignoratæ fuiſſent, ex novo Fœdere, in Eccleſiæ Romanæ ditionem eſſent transſcriptæ; verum, cum nullæ aliæ Tabulæ, quam quas Cæſar juvenis, An. 1521, *Clementi* ſeni & aſtuto, ubi de ejiciendis Italia Gallis, & quidem inſcio Imperio, multoque minus conſentiente, conſilia contulerant, dediſſet, (quarum *Galeacius Capella* lib. I *Commentariorum* de *Rebus geſtis, pro reſtitutione Franciſci, Mediolanenſium Ducis*, apud *Schardium* T. 2, *Rer. German.* p. m. 177, hiſce meminit; *Fœdus autem Pontifex & Cæſar percutiunt, iis conditionibus: ut* (1) *communibus armis & ſumptibus, Gallos Italia expellant;* (2) *Placentia, Parmaque, Romanæ Eccleſiæ pareant;* (3) *Franciſcum*

Sfortiam in reliquam Mediolani ditionem Ducem conſtituant) producerentur, Legationem iſtam fuiſſe inanem. Conf. *Natalis Comes*, lib. 3 *Hiſtoriarum ſui temporis*, ad An. 1548, p. m. 64 &c. Aſt nec Pontifice nepoti *Octavio Parmam* reſtituente, metu, ne Cæſari jam affinitate conjunctus facile eum Eo reconciliaretur, Ipſeque hac via, ut *Placentina*, ſic etiam *Parmenſi*, Ditione ſpoliaretur; ſignificari curavit Avo *Octavius*, per Fratrem, *Alexandrum* Cardinalem, niſi *Parma* ſibi redderetur, injuſte ſibi ablata, Cæſaris ope, ſe proſecuturum; quo nuncio Pontifex adeo commotus fertur, ut febre violenta correptus, intra triduum, An. 1549, 10 Novemb. deceſſerit. Vid. *Thuanus* lib. VI, ad h. a. p. 160 &c. & *Natalis Comes*, l. c. lib. 4, an. eod. p. 75 &c. Eo mortuo, ſollicitabatur quidem *Camillus Urſinus*, *Parmæ* præfectus, à *Gonzaga*, tringinta millibus aureorum oblatis, ut Oppidum Cæſari traderet; eo autem reſpondente, id futuri Pontificis opus eſſe, irriti fuere conatus. Vid. *Thuanus* l. c. p. 162. Novus Pontifex, *Julius III*, ubi ex Decreto Cardinalium, qui in Conclavi ſanxerant: avertendorum bellorum cauſa, reſtituendam *Octavio*, à futuro Papa, confeſtim *Parmam*; Urbem Principi huic tradidiſſet, Hicque, adjectis non ſuſcipiendi intra mœnia exteri Principis præſidii, ſpretis pactis, in clientelam *Henrici* 2, Galliarum Regis, percupidè oblatam occaſionem amplectentis, conceſſiſſet, atrox cœpit *Parmenſe* bellum, arma *Octavio*, rebelli declarato, inferente Papa, quem copiis & commeatu adjuturum ſe Cæſar, non minus facto hoc valde exacerbatus, pollicebatur; geſtum iſtud animoſitate magna, *Parmenſi* agro & *Mirandulano*, igne ferroque vaſtatis. Vid. *Thuanus* lib. VIII, ad An. 1551, p. 226 &c. *Onuphrius*, in Vita *Julii III*, p. m. 380 &c. *Natalis Comes* l. c. an. 1551, p. 80 &c. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1550, §. 1, p. 528, & An. 1551. §. 2, 3 & 4, p. 531 & 532. Pontifice vero belli pertæſo, & Imperatore Germaniæ rebus ſatis occupato, rediit tandem *Octavius* in Cæſaris gratiam, à quo inſuper & Placentiam obtinuit, diſertè tamen cavente: *Salva manerent Imperio rationes, quas in Parmenſi Ditione haberet*; quæ ſalvandis Imperii juribus ſufficiunt. Vid. *Conringius*, l. c. Cap. 23, §. 23, p. 329, & Illuſtriſſ. *Jo. Guilielmus* Com. de *Wurmbrand*, Diſſert. de *Foro S. R. I. Principum*, Cap. 3, §. 7, p. 71. Ab hoc tempore neminem Cæſarum dictis juribus in *Ducatum* hunc renunciaſſe, vel, non conſentiente Imperio, renunciare validè potuiſſe, manifeſtiſſimum eſt. Quid Sacratiſſimus Imperator *Joſephus* adhuc An. 1708, publico Edicto, hanc in rem, promulgaverit, præced. lit. a, v. 18, commemoravi.

(3) *Rempublicam Genuenſium*, de qua *Gregorio Leti*, part. I *d'Italia Regnante*, lib. V, p. m. 257, ait; *La Republica di Genoa riconoſce l' Imperadore per tutto quello che poſſede &c.* In contrarium aſſerit *Menochius*, in Reſponſo, in Cauſa *Finalienſi*, pro *Genuenſibus* conſcripto, art. 1, §. 46: *Genuam plena ſemper libertate, non tantum florentibus Francorum, ſed Germanorum Cæſarum rebus, eminuiſſe.* Benè autem *Conringius* lib. 2 de *Finibus Imperii* Cap. 23, §. 31, p. 337: *Hæc narraſſe, eſt refutaſſe. Citra controverſiam enim ponendum eſſe Genuam Imperii Germanici legibus paruiſſe, uſque ad Rudolphum, cuivis monumentorum veterum paulo peritiori, non poteſt non conſtare.* Minimum ex Chronico Genuenſium *Jacobi de Viragine*, vulgo *Jacobi Genuenſis*, Sec. XIII clari, notat *Philippus Bergomas*, in Chron. Supplem. lib. 12, ad An. 1146, *circa illud tempus*, (adeoque Imperante *Friderico* 2,) *primùm Genuenſibus fuiſſe conceſſum, ut pecuniam auream & argenteam cuderent, eamque Cæſaris imagine inſignirent, cum Ticinenſi antea uterentur &c.* Conf. *Gerbardus Johannes Voſſius*, lib. 2 de *Hiſtoricis Latinis*, Cap. 60, ſub *Jacobo de Viragine*, p. m. 492; A *Rudolpho I* libertatem conſecutos *Genuenſes*, nullo Documento fide digno probari poteſt. Aſt *Henricus VII* Imperator An. 1311, *ad diem undecimum Calendarum Octobrium, maximo apparatu Genuam eſt invectus: Principem Dominumque, ſolenni more, appellantibus: Mox componendæ diſcordiæ ratio habita. Itaque Opicino Spinulæ Sociiſque jam pridem exulantibus, confecta reſtitutio; Quæ res ingentem Illi dilectionem Civium pepererunt, Ipſi millia aureorum dono data centum, Regiæ vero Conjugi viginti &c.* Hæc *Conradus Vecerius*, in Vita *Henrici VII*, apud *Urſtiſium*, T. 2, *Rer. German.* p. 70. Hinc *Maximilianus I*, *in der Verantwortung auf des Kænigs von Franckreich Klag*, apud *Goldaſtum*, *in den Reichs-Satzungen*, p. 54, *die Statt* Genua *gehœret dem Reich ohne Mittel zu*; & p. 63, in fin. *Es befindet ſich, daß* Genua *eine Cammer und Statt des Reichs iſt &c.* Multum quidem *Carolus V* Urbi indulſiſſe legitur, addita tamen ſemper ſalutari clauſula: *Salvo Jure Imperii*; præter quod in tabulis iſtis aliquoties occurrant verba: *Civitas Noſtra Genua*, quæ omnino documento ſunt, Cæſarem pro Civitate Imperiali eam habuiſſe. Imperium ſanè nihil detrimenti inde paſſum, vel ſententia *Ferdinandi I*, in favorem Alfonſi a Marchionis *Finalienſis*, à Genuenſibus ejecti, argumento eſt, de qua *Bodinus*, lib. 1, de *Republica*, Cap. X, §. 124, p. m. 195: *Quæ vero Italicarum Civitatum, aut Florentini Ducis, Majeſtas eſſe poteſt, cum ab Imperatore, & ab Imperiali Curia, Judicium accipere, & judicata facere cogantur, quoties de republica, de finibus, de ſtatu, inter ipſas agitur: nam tametſi Genuenſes, minus quam cæteræ Civitates Italicæ, Imperatorum juſſa antea fecerint; cum tamen à Marchione Finali, quem domo expulerant, ac bonis omnibus ſpoliatum ejecerant, ad Imperatoris Maximi-*

liani

liani 2 (Ferdinandi I) *Tribunal vocarentur, ſeſe judicio ſtiterunt* 1559; *& eum Arbitrum putarent, non Judicem, Imperator tamen, Judicem ſe ferens, Genuenſes antea vocatos citari juſſit; ac, poſt Edicta peremptoria cum abeſſent, vadimonium deſeruiſſe pronunciavit, hoc addito, niſi Feciali ſuo parerent, Urbem & agrum Genuenſem ſe proſcripturum.—— Itaque cum Genuenſes à ſententia interlocutoria Maximiliani ad Pontificem Romanum appellaſſent, appellatione deſerta, judicato paruerunt; ac tandem Imperator pro Marchione pronunciavit, Anno* 1560, *cum ſe Imperii Germanici Vaſallum profiteretur; Genuenſes verò quaſi ſuum vindicarent.* Immediatè ſubjicit: *Nec multo poſt, ab eodem Imperatore alio judicio damnati ſunt, cum in exilium egiſſent Antonium Fliſcum, qui provocatione ad Cæſarem vicit &c.* Inde ſua *Limnæus* lib. 1 *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 34, p. 132. ad verba *Petri Bizari*, lib. 23 *Hiſtoriæ Genuenſis*, p. 571, provocans; *Conringius* l. c. pag. 339; *Schilterus* Lib. 4 *Inſtit. Juris Publ.* Tit. Ult. §. 54, p. 465; Illuſtriſſ. Comes *Joh. Guilielmus de Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. I. Principum* Cap. 3, §. 10, p. 74; Add. *Henningeſii* part. 2 *Secundi & Tertii Regni* in *Quarta Monarchia*, p. 84. Inſuper & hoc notandum, quod Inſignia Cæſarea in Prætorii veſtibulo atque aditu principalis Aulæ, in perpetuum debitæ obſervantiæ teſtimonium, extare velint *Genuenſes*, adeò, ut cum *Raveſtanus*, Urbis Præſes, ac Regius Legatus, *Ludovicum*, Gallorum Regem, in Publico Palatio exceptum iri arbitraretur, huncque in finem, deletis Cæſareis, arma Gallica, illorum loco, affigi curaret, Senatus Populusque Genuenſis factum magnoperè improbaverint, paucorumque dierum intervallo, Inſignia Cæſarea in priſtinum locum reſtitui juſſerint. Vid. *Bizarus* l. c. lib. 17, p. 412; *Limnæus*, Tom. V *Addit.* ad Lib. 1, Cap. 9, §. 33, p. 151; *Schilterus* l. c. de Contractu, inter Sacratiſſimum Imperatorem modernum, *Carolum VI*, & *Genuenſes*, circa *Finaliam*, an. 1713, concluſo, inquit *Mercure Hiſtorique & Politique*, Tom. 55, Menſ. Septemb. anni 1713, p. 250 & 251: *La Republique de Genes étant entrée en Traité avec des Commiſſaires de ſa Majeſté Imperiale, pour la vente de Final, avec ſon Territoire, on aſſeure, qu'on en eſt convenu pour le prix de* 1200 *mille écus: ſur quoi quatre Galéres de la Republique, avec le Duc d' Uceda, & deux Senateurs, ſ'y étoient rendus, vers le milieu du mois paſſé, pour en prendre poſſeſſion de la part du Senat. On y fait entrer* 500 *Corſes, & quelques autres Troupes, & la Garniſon Imperiale ſ'étoit retirée à Sabionetta. Quelques avis portent, que ce changement ne fait point de plaiſir aux Habitans du Marquiſat de Final, non plus qu' au Duc de Savoye.* Symbolam adhuc An. 1717, ad bellum Turcicum, Viennam miſiſſe *Genuenſes*, publicis relationibus inſertum legimus.

(4) *Rempublicam Venetorum*, quoad Loca ſcil. & Territoria, à Regno Italiæ avulſa, Domuique Auſtriacæ erepta, quorum *Antonius Juſtinianus*, Patritius Venetus, in Oratione An. 1509, 25 Mart. publico nomine, ad *Maximilianum* Imperatorem, habita, vel ipſe meminit, apud *Goldaſtum*, Part. 21 *Politicorum Imperialium*, §. 3, p. 977 &c. verb. *Principis, Senatus, Venetique Populi nomine, ſupplices humili devotione precamur, oramus, obteſtamur: dignetur Tua Majeſtas miſericordiæ oculis adflictas res reſpicere, & ſalubri antidoto mederi, amplectemur, quascunque præſcripſeris, pacis conditiones: eas æquas, honeſtas, æquitati & juri conſonas, cenſebimus. Sed fortaſſis digni ſumus, qui nobis ipſis multam irrogemus: redeant, nobis annuentibus, ad Te, verum & legitimum Dominum, quacunque Majores noſtri, à Sacro Romano Imperio, Ducatuque Auſtriæ, abſtulerunt: quibus, ut decentius veniamus, omnia, quæ in Continenti poſſidemus, adjicimus: quorum juri, utcunque quæſitum ſit, renunciamus. Præterea, quotannis Tuæ Majeſtati, legitimisque in Imperio Succeſſoribus, quinquaginta millia aureorum, perpetuo, ex ærario, deponemus. Alia Tua juſſa, Decreta, Sanctiones & Præcepta, lubentes amplectemur. Tueare, quæſo! ab eorum inſolentia, quibuscum paulo ante ſocia arma junximus, quos nunc ſæviſſimos hoſtes experimur; qui nihil æque cupiunt & deſiderant, quam Veneti nominis everſionem. Tua ſervati Clementia, Te Patronum, Parentem, & Urbis Noſtræ Fundatorem appellabimus, Annalibus inſcribemus, & filiis denique noſtris, ea Tua ingentia merita ſedulo ingeremus. Nec parva Tuarum laudum fiet acceſſio, quod primus es omnium, cujus pedibus Veneta Respublica ſe proſternit: cui ſubmittit cervicem, quem, ut cœleſte Numen quoddam, veneratur, colit, obſervat, &c.* Deſcripſit Orationem hanc *Jacobus Treterus*, J. U. D. & Sedinenſium Pomeranorum Duci à Conſiliis Aulicis, ex veteri Chronico *Jacobi Philippi Bergomenſis*, quod *Supplementum* ille vocat, An. 1503. Venetiis excuſo, in cujus folio quodam vacuo manu ſcripta extitit; *Guicciardinus* lib. 8 Hiſt. eandem Lingua Italica ſiſtit; *Conringius*, lib. 2 de *Finibus Imperii* Cap. 13, §. 37, p. 347 &c. idiomate Romano eam exhibet. Num cenſus hic annuus Imperatori ſolvatur? me latet. Plura de hoc argumento apud *Conringium*, l. c. §. 32 ad 39, p 339 ad 352; & *Schilterum* Lib. 4, *Inſtit. Jur. Publ.* Tit. ult. §. 40 ad 53; p. 448, ad 464.

(5) Principes de *Guaſtalla*, *Mirandola* & *Caſtiglione*, de quibus in Inſtrumento Pacis *Cæſareo-Gallo-Badenſis* de An. 1714, Art. 31, cautum; *daß gutes und ſchleuniges Recht, von Seiner Kayſerl. Maj. denen Fürſten und* Vaſallen *des Reichs, wegen der übrigen Plætze, Lænder und Orten in* Italien, *ſo die Spaniſche Kœnige*

vom Hauſs Oeſterreich nicht in Poſſeſſion *gehabt, und welche beſagte Fürſten etwan* prætendiren *könten, verſchaffet werden ſolle, nemblich, dem Fürſten von* Guaſtalla, Pico di Mirandola, *und dem Printzen von* Caſtiglione. Vid. *Faber* Tom XXIV *der Staats-Cantzley*, Cap. XI, p. 645. Conf. præced. lit. a, v. 3, & 15, & 17, & 19; add. *Conring.* l. c. lib. 2, Cap. 23, §. 29, pag. 336.

(6) Duces *Sabionettæ*; vid. præced. lit. a, v. 16.

(7) Marchiones *Spinolæ*, quoad *Buzalam, Petrabiſſariam*, & *Montem Cancarum*; vid. literæ Feudales *Rudolphi II* Imp. *Carolo* & *Georgio* Marchionibus, an. 1577 datæ, apud Dn. *Lunigium*, part. ſpec. *des Reichs-*Archivs, Contin. 2, *IV Abtheilung*, 30 *Abſatz, im Anhang*, §. 3, p. 738; nec non aliæ *Ferdinandi II*, de an. 1623, *Johanni Benedicto*, aliæque *Luciano* Spinolis, conceſſæ, ibid. §. 8, p. 750, & §. 9, p. 752.

It. quoad *Cantalupi*; vid. literæ Feudales *Rudolphi* 2 de an. 1605, *Johanni Baptiſtæ Spinolæ* ſcriptæ; ibid. §. 5, p. 742.

It. quoad quadrantem Caſtri *Inſulæ* Diœceſis Januenſis & Caſtri *Varianæ*, Diœceſis Tertonenſis, partemque *Petrabiſſariæ*; vid. literæ *Leopoldi* Imp. An. 1699, *Julio Spinolæ* datæ, ibid. §. 18, p. 763.

(8) Marchiones de *Caretto*, quoad Marchionatum *Savonnæ*; teſtibus literis Feudalibus *Caroli IV*, An. 1345, *Antonio, Alberto, Manfredo & Franciſco*, Marchionibus de *Caretto* porrectæ, ibid. §. 1, p. 733.

(9) Domum *d' Auriæ*, ſeu *d' Oria*, quoad Caſtellum S. *Chriſtophori*, duas tertias *Burgi Furnariorum*, partemque *Caroſii, Arquatæ* & *Buzallæ*; vid. literæ *Matthiæ* Imp. An 1613, *Johanni Ambroſio ab Auria* datæ, ibid. §. 6, p. 744.

It. quoad Caſtellum *Serravallis*, vid. *Rudolphi II* literæ an. 1598, eidem datæ, l. c. §. 7, p. 748.

It. quoad Marchionatus *Calicis* & *Veppi*, teſtibus literis *Leopoldi* An. 1672 *Johanni Andreæ ab Auria-Caretti* datis, ibid. §. 12, p. 756.

It. quoad Marchionatus *Turriliæ*, & S. *Stephani Vallis Avanti*; vid. literæ Feudales *Joſephi* Imp. de An. 1706, *Johanni Andreæ ab Auria Landi*, Principi *Melphitano*, datæ, ibid. §. 19, p. 764 & §. 20, p. 767.

(10) Marchiones de *Malaſpina*, quoad Caſtra & loca *Virguletta, Villa Rocchetta, Beveroni, Garbugliaga* & dimidiam partem *Villæ Francæ*, Vid. Literæ *Leopoldi* Imp. An. 1660, Marchioni *Nicolao* datæ; ibid. §. 11, p. 755.

It. quoad *Pontem Buſium*; vid. ejuſdem litteræ An. 1662, *Julio Malaſpina* datæ, quibus ſimul tranſactio *Ludovici* & *Hyppoliti* Marchionum, deſuper facta, confirmatur, ibid. §. 28, p. 809.

It. quoad *Fillatoriam*; vid. Literæ Ejuſdem Imperatoris An. 1698, *Manfredo* & *Hippolyto* Marchionibus conceſſæ; ibid. §. 17, p. 762.

(11) Marchiones de *Soranea*, in Ducatu *Parmenſi*; vid. diploma *Caroli IV* Imp. de An. 1347, quo *Ugoloto* & *Raimundo*, Marchionibus de *Soranea*, merum & mixtum Imperium, cum Juriſdictione alta & baſſa, tam in Terra *Soranea*, quam *Caſtionis* conceſſit; Id. l. c. *VI Abtheilung*, 29 *Abſatz*, Supplem. ulter. §. 1, p. 141. Conf. ejuſdem literæ Feudales, An. 1364, *Bonifacio* & *Raimundo* datæ, ibid. §. 2. p. 143; aliæque *Caroli V*, An. 1521, *Bonifacio Aldigerio*, deſuper datæ, ibid. §. 3, p. 145; aliæ An. 1530, *Johanni Paulo de Lupis* conceſſæ, ibid. §. 4, p. 146; & *IV Abtheilung*, 30 *Abſatz*, §. 21 Supplement. p. 797; Ejuſdem Confirmatio Tranſactionis, quoad Marchionatum hunc, inter *Bonifacium* de *Aldigeriis* & *Johannem Paulum* de *Lupis*, contractæ, de An. 1536; ibid. §. 22, p. 799. Nec non diploma *Joſephi*, Imp. de An. 1709, quo *Johannem Paulum Mariam Melolupi* Principem Imperii *Soraneæ* declarat; ibid. §. 31, p. 813.

(12) Marchiones *Pallavicini*, quoad Marchionatum *Pallavicini* ac *Burgi Sancti*; vid. literæ *Ferdinandi II*, an. 1636. *Galeacio*, alias *Hieronymo* ac *Adalberto* & *Hermeti*, Fratribus nec non *Johanni Franciſco* Marchionibus *Pallavicinis*, datæ, ibid. §. 25. p. 803. Conf. *Ferdinandi III.* Reſcriptum ad *Odoardum Farneſium, Parmæ* & *Placentiæ* Ducem, de reſtituendis in integrum Marchionibus his, de An. 1637, ibid. §. 26, p. 805.

(13) Comites *Gazoldi*, vid. literæ *Rudolphi II*, An. 1583, *Hannibali* & *Maximiliano* de *Hippolytis*, deſuper conceſſæ, l. c. §. 4, p. 741, nec non *Leopoldi* Imp. An. 1693, *Aloyſio Hippolyto*, Comiti de *Gazoldi*, ſcriptæ, l. c. §. 15, p. 760.

(14) Comites *Novellaræ*, quoad Comitatum cognominis *Bagnolum*, & quinque octavas partes Caſtri *Veſcobati*; Vid. literæ Feudales *Leopoldi* An. 1679, *Camillo Gonzaga* ſcriptæ; ibid. §. 13, p. 757.

(15) Domum *Fliſcam*, quoad partem *Savignoni*; vid. literæ Ejuſdem, An 1687 *Lucæ Fliſco* traditæ, ibid. §. 14, p. 759.

16) Domum *Coſtarum*, quoad Comitatum & arces *Linguilia, Garlenda* & *Paravenna*; teſtibus literis Feudalibus *Octavio, Petro Franciſco* & *Alexandro*, Fratribus *di Coſta*, An. 1620 deſuper datis, ibid. l. c. *VI Abtheilung*, 29 *Abſatz*, Supplem. ulter. §. 5, p. 147. It. *Ferdinandi II* de An. 1633, l. c. §. 6, p. 149; It. *Ferdinandi III*, An. 1638, l. c. §. 7, p. 150; It. *Ferdinandi III*, An. 1640, *Benedicto Coſta* conceſſis, l. c. §. 8. p. 151; It. *Leopoldi*, An. 1659 *Octavio Coſtæ* ſcriptis, ibid. *IV Abtheilung*, 30 *Abſatz*, §. 27 document. p. 807.

(17) Domum *Scarampi Cribelli*, quoad *Montemclarum, Vinchium, Belvederium*, & bona ſuper finibus *Memberſarii*; vid. literæ feudales *Leopoldi, Mauritio* & *Petro Franciſco Scarampis*, An. 1698, conceſſæ; ibid. §. 30, p. 811 &c. de aliis multis ut taceam.

2. Land-

2. Landſaſſii quidem ab Imperii immediata ſubjectione ab alio Immediato Statu eximuntur, ſalva tamen manet Imperii Juriſdictio, & eſt: *Wann ein Stand des Reichs den andern aus den Anlagen und* Matricul *ausziehet, und Ihn auff den Reichs-Tagen vertritt.*

3. Interdum hæc Exemptio fit ſine onere, quando ab eximente nihil ſolvitur (*a*) Imperio, ſed planè exemptus deſinit & evaneſcit, de quo R. I. 1570, §. *Als wir dann weiters*; R. I. 1541, §. *Doch ſollen die*. 58; 1548, §. *Als auch durch*, 52.

NOTA.

(*a*) NIHIL SOLVITUR &c. Quadrat huc votum Comitum Suevicorum An. 1641 in Comitiis expoſitum, apud *Lundorpium*, Tom. V, *Act. Publ.* Lib. 1, Seſſ. 112, p. m 460. *Daß - - - die Anlagen aus dem Craiß nicht zu ziehen, ſondern ſamptlich in die Crayß-* Caſſam *einzutragen, dahero auch die* Eximentes *gleichwohl die Steuren bey den* Exemptis *einbringen mægen, aber ſolche zu dem Crayß lieffern ſollen. Wie ſolches, nach Beſag der Reichs-Abſchieden, vor dieſem mehrers* obſerviret *worden: weil ohne dae die* Exemptiones *dem Reich hoch beſchwærlich: dahero die Ræmiſche Kayſer, zu verſchiedenen mahlen, inſonderheit An.* 1548, §. *Dieweil auch etlich &c. und* 1570, §. *Als wir dan weiters &c. ſtarck geandet, daß das H. Reich an ſeinen Gliedern nicht allein von frembden* Potentaten *mercklich geſchwæchet, ſondern ſich auch etliche ſelbſt abſondern, viel* Prælaturen, *Graff- und Herrſchafften, auch Fürſtenthumb, durch allerley Mittel, davon entwendet, zertheilt, und dermaſſen zertrennet, daß man Ihrer Anſchlag nicht habig ſeyn mœge, ja auch ſelbige gantz aus der* Matricul *verlohren worden; es würden die* Exemptiones *gar zu gemein, damit dem H. Reich an ſeinen Gliedern,* Seſſion, *Stimm, Vermægen und Hulffen, groſſe Zerrüttung und Abgang erfolgen thue*; læditur enim Imperium Exemptionum multitudine, bona anguſtis admodum terminis concluduntur, ut pauciſſimi exiſtant, qui publica munia ſuſtineant & agnoſcant. *Hierdurch werden die geringen Stande, wie die kleine Fiſchlein, von den Græſſern gleichſam verſchlucket, und dærffte ſich etwan finden, daß der ein oder andere Hohe Stand bißher, wo nicht mehr, jedoch eben ſo viel, von den in andern Craiſſen gelegenen Herrſchafften, auch den* Exemptis, *erhebt, als er vor ſich allein im Anſchlag ſchuldig. Daher iſt auch bey vielen Reichstagen, als* 1541, 1570, 71, 76, 82, 94, *nicht weniger bey der* Deputation 1571, *vorkommen, wie des Reichs-*Matricul *wiederumb an ſeinen entzogenen Gliedern, Land und Leuten ergæntzt, und alſo die gemeine obliegende Bürden deſto mehrers erleichtert werden mœchten*; Intereſt Cæſaris, cujus eſt augere Imperium, ut Ordines & Status, in quibus conſiſtit robur & dignitas Imperii, integrè conſerventur. *Diejenige, die einmahl in den æltern Reichs-*Matriculn *befindlich, ſeind dem Reich noch für gehærig zu halten, ungeachtet ſie in folgenden* Matriculen *ausgelaſſen, alſo, daß diß Orts keine* Præſcriptio, contra Imperatorem & Imperium, *ſtatt haben kan &c.* Hucusque votum Suevicorum Comitum. Imperatorem Auguſtiſſimo Prætorio dudum jam mandaſſe, ut Status Inferiores in poſſeſſione libertatis defenderet, &, ſpreta ſubjectionis exceptione, pro libertate audacter pronunciaret, ex *Gilmanno*, T. 3, verb. *Nobilitatis*, §. *der Franckiſchen*, fol. 235, notat *Victor* de *Exemptionibus Imperii*, Concluſ. 6, p. 35 & 36. Reſpicere autem Mandatum hoc ſaltem eos, qui nullo prævio contractu ſeu Transactione, nec unanimi Statuum accedente conſenſu, ab aliis eximuntur, nemo non videt. Exemptiones enim, ſententia Judicis approbatas, conſenſuque Statuum roboratas, ſive jam factæ ſint *cum onere*, ſive *ſine onere*, validas eſſe, nec ab Imperatore turbari poſſe, ex R. I. *Auguſtano* An. 1548, §. 72. *Deßgleichen ſeynd auch &c.* diſcimus. Conf. *Victor* l. c. Concluſ. 38, §. 5, p. 219; *Limnæus* Tom. IV Addit. ad Lib. 1 *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 73, p. 72 & 73. Subjiciam hic, ex Illuſtri Auctore *des Europæiſchen Heroldts*, Tom. 1, p. 992 &c. Dn. *Adami Cortreji* parte V, Tom. 1, *Corporis Juris Publici S. R. J.* p. m. 136 &c. & Dn. Lunigio, Part. General. *des Teutſchen Reichs-*Archivs, p. m. 772 &c. chartisque aliis mecum communicatis, Schema Exemptorum tam *cum onere*, quam *ſine onere*; ſalvis tamen juribus, & citra ullum præjudicium, ſeu Eximentium, ſeu Exemtorum. Literæ Romanæ majores deſignant *Circulos*, in quibus bona, quorum mentio fit, ſita ſunt, v. g. A. *Auſtriacum*; B. *Bavaricum*; Burg. *Burgundicum*; F. *Franconicum*; R. I. *Rhenanum Inferiorem* ſeu *Electoralem*; R. S. *Rhenanum Superiorem*; S. *Suevicum*; S. I. *Saxonicum Inferiorem*; S. S. *Saxonicum Superiorem*; W. *Weſtphalicum*.

Eximentes.	Exemti *cum onere*, ſingulis menſibus ferendo.	Floreni.	Exemti *ſine onere*.
(1) Elector *Moguntinus*.	Pars Comitatus *Rheineck* & *Lohr* ad Mœnum, F.	44.	(1) Pars Comit. *Epſtein*. R. I.
	Comit. *Kœnigſtein*, R. S.	80.	
(2) Elect. *Trevirenſis*.	Abbatia Prim, in ſylva Ardenna; R. S.	64.	(2) Abbat. *S. Maximini*, R. I.
	Pars Comitatus Virnenburg, R. I.	15.	Comit. *Valendar*, una cum arcibus Saynenſibus: *Sayn*, *Freußburg*, *Rheinbruck* &c. W.
(3) Elect. *Colonienſis*.	Epiſcopatus *Leodienſis*, W.	832.	(3) Dominium *Reiferſcheid*, R. I.
	$\frac{1}{3}$ *am Stifft Hildesheim*, S. I.	$178\frac{2}{3}$.	Præfectura Saynenſis *Hackenburg*, W.
	Præpoſitura *Berchtolsgaden*, B.	104.	
	Abbat. *Stablo*, W.	112.	
	Comit. *Nieder-Eiſenburg*, & *Gienſau* R. I.	56.	
(4) Rex *Bohemiæ*.	- - - -	-	(4) *Die geſampte Länder der Cron-Stats* Eger.
(5) Elect. *Bavariæ*.	Landgraviatus *Leuchtenbergicus*, B.	128.	(5) Abb. *zu Roda* B.
	Comit. *Haag*, B.	88.	Dominium *Degenberg*, B.
	- - *Mündelheim*, S.	76.	*Donawerda*, B.
	- - *Wieſenſteig*, S.	24.	Abb. *Waldſachſen*, B.
	Dimidia pars *Hohen-Schwangau* S.	10.	
(6) Elect. *Saxoniæ*.	Dimidia pars *Vogtlandiæ*, S. S.	304.	(6) Burggraviatus *Magdeburg* S. S.
	Quatuor præfecturæ Thuringicæ: *Weida*, *Sachſenburg*, *Arnshaug* & *Zügenrück*; S. S.	140.	- - - - *Miſniæ*, S. S.
	Pars *der Hennenbergiſchen Güther*, *Schleuſinger Linie*; una cum Agnato Vinarienſi.	164.	Epiſcopatus *Miſniæ*, S. S.
	$\frac{3}{5}$ Comitatus *Manſfeld*, S. S.	135.	- - - *Merſeburgicus* S. S.
	Comit. *Gleichen*, ad interim	88.	- - - *Numburgicus* S. S.
	$\frac{1}{4}$ Comit. *Stolberg*, S. S.	21.	
	Comit. *Beichlingen*, in Thuringia, parens Dominis de *Werthern*, S. S.	24.	
	Comit. *Tautenberg*, in Thuringia, parens Dominis de *Schenck*, S. S.	20.	
	Burggrav. *Leisnick*, S. S.	20.	
	Dominium *Wildenfelß*, in Vogtlandia, parens Comitibus *Solmiis*	20.	
(7) Elect. *Brandenburgicus*.	Ducatus *Magdeburgicus*, S. I.	1300.	(7) Epiſcopatus *Brandenburgicus*, S. S.
	- - *Cliviæ*, cum Comitatu		- - - *Havelberg*, S. S.
	- - *Marcano* W.	1066.	- - - *Lebus*, S. S.
	- - *Pomeraniæ Ulterioris*, S. S.	604.	Bajulagium *Brandenburgicum*.
	Principatus *Halberſtad*, S. I.	432.	Abbat. *Werden* ad Ruram, W.
	- - - *Mindenſis*, W.	184.	Comit. *Rupin*, S. S.
	- - - *Caminenſis*, S. S.	184.	Dominium *Vieraden*, pertinens ad Comit. Hohenſteinium S. S.
	Comitatus *Ravensberg*, W.	$142\frac{2}{5}$ 1	Civitas *Herfordenſis*, W.
	$\frac{3}{5}$ partes Comit. *Manſfeld*, S. S.	45.	Civitas *Duysburg*, W.
	Com. *Barby* & *Mühlingen*, S. S.	20.	Civitas *Veſalia*, W.
	Com. *Lohra* & *Klettenberg*, parens *Wittgenſteiniis*, S. S.	44.	
	Comit. *Hohenſtein*, S. S.	2.	

Exim-

Eximentes.	Exemti *cum onere.*	Floreni.	Exemti *ſine onere.*
EU. K. Maj. wird ſonder Zweiffel allerunterthanigſt referirt ſeyn, was an dieſelbe die des H. Reichs vereinigte Statte im Elſaß vom 21-11 Mart. und abermahlen vom 1 April. 22. Mart. jüngſthin allerunterthænigſt ausfuhrlich gelangen laſſen. Ob nun wohl E. K. Maj. bey andern ſo hæchſtwichtigſt- und tringenden des H. Rœm. Reichs Geſchafften, wir mit wiederholten Beſchwerden und Klagen gern verſchonen wolten; So drücket und treibet unſere Principalen dennoch die auſerſte Noth, und die ihnen vor Augen ſtehende groſſe Gefahr, E. K. Maj. abermahlen mit ihrem allerunterthanigſten Flehen und Bitten zu belangen, indem nicht allein der Kœnigl. Ober-Landsvogt, Mr. le Duc de Mazarin, wegen Approbation deren proponirten in unſerm leszten Memorial beygelegt- und jetzo wiederumb ſub F. hiebey producirten Puncten, die Stadt Collmar hart bedranget, ſondern auch durch den Unter-Landvogt Hrn. Marquis de Ruſſe, bey letzt abgehender Poſt, dem regierenden Stattmeiſter zu Collmar in faciem verkündet worden, ſich über die proponirte Puncten zu erklaren, oder aber gewartig zu ſeyn, daß die Stadt innerhalb 3. Wochen ſolle über Hauffen geworffen werden. Wann nun alſo Colmar, und nachfolgend die übrige Verein-Statte, in ſummo & imminentiſſimo periculo begriffen, und daſern E. K. Maj. und das H. R. Reich ſich deroſelben nicht unverzüglich annehmen ſolten, in Leib- und Lebens-Gefahr gerathen werden; So gelanget demnach an E. K. Maj. unſerer Principalen allerunterthanigſte flehentliche Bitte, um Gottes Gerechtigkeit willen, dieſelbe wolle gnædigſt geruhen, unter Ihrer allerhæchſten und des H. R. Reichs Authoritæt, fœrderlichſt der Kœnigl. Maj. in Franckreich mit Schreiben, und auch dem Hn. Kœnigl. allhier ſubſiſtirenden Plenipotentiario, umb Abſtellung ſolcher, dem I. P. hœchſt-prejudicirlichen Proceduren, genugſame Remonſtration zu thun, auch ſonſten auf alle dienliche Wege, ſich deren Statte dahin allergnædigſt anzunehmen, daß die zwiſchen Franckreich und Ihnen verſirende Differentien, denen mehrmahlen wiederholten gemeinen Reichs-Schlüſſen gemaß, durch Deputirte fœrderlichſt mægen abgehandelt werden; oder aber, da die Statte, die nunmehr ſo viel 100. Jahr, in unausſetzlicher Treue und Gehorſam gegen dem H. R. Reich geſtanden, und im Friedenſchluß dabey erhalten worden, unverſchuldeter Dingen ſolten verlaſſen ſeyn, Ihnen ſolches zu vernehmen zu geben, damit ſie und ſo viel 1000. Menſchen darin, wegen ihrer Treue gegen E. K. Maj. nicht mægen in Ruin, und Leib- und Lebens-Gefahr geſetzt werden. Gleichwie nun nicht weniger obbeſchriebene, der Sachen gefahrliche Beſchaffenheit, heut in alle 3. Reichs-Collegia gebracht, und deren Statte gleichmaſſigen Petito gnadigſt, gnadig und groſsgünſtig deferirt worden; Als will zu E. K. Maj. als des H. R. Reichs Allerhæchſt-Allergeehrteſtes Ober-Haupt, ſo vielmehr der allergnadigſten Willfahrung ſich unterthanigſt getrœſten, und verbleiben &c. Datum 26 Mart. 1664.

Memoriale an die R. K.
Majeſtat.

Deren des H. R. Reichs vereinigten Statten im Elſaß Deputirte und Abgeordnete zu gegenwertigem Reichstag.

Mandatum Cæſareum inſinuatum Directorio Moguntino 1664. 18. Apr. in puncto Civitatum Imperii Alſaticarum.

DEmnach bey der R. K. Maj. unſerm allergnædigſten Herrn von des H. Reichs zehen Stædten im Elſaß, über ihre vorige wider der Kron Franckreich Regierung und Miniſtros der Orten einkommene, ſeither noch mehr andere ſehr nachdenckliche Gravamina, vermœge der Beylage, in Unterthanigkeit angebracht, und um deren fürderſame beſtändige Remedirung wehmüthigſt gebetten worden; Als werden dem Lœbl. Chur-Mainziſchen Reichs-Directorio, ſolche der Statte einkommene anderweite Beſchwerden hiemit ebenmaſſig zu dem Ende communicirt, damit daſſelbe unbeſchwert darob ſeyn, und verfügen wolle, auf daß zugleich auch über dieſe Gravamina, nach Anleitung des jüngſten Kayſerl. Decrets, die verlangte Nothdurfft berathſchlaget, und zu Verhütung beſorgenden mehrern Præjuditz und Weiterung, die Sachen mæglichſt beſchleunigt werden mœchten. Das gereichet mehr allerhæchſt ged. I. K. Maj. zu angenehmen gnadigen Gefallen, die Hochged. Chur-Mainziſchem Directorio mit Freundſchafft, Kayſerl. Gn. und allem guten, wohl beygethan verbleiben. Signatum Regenſpurg, unter I. K. Maj. aufgetrucktem Secret-Inſiegel den 18. April. 1664.

Vt (L. S.)

Wildrich, Freyherr
von Walderdorff.

Wilhelm Schrœder.

In ſimili mut. mutandis an das hochlœbliche Fürſtliche Reichs-Directorium.

Aliud

Digitized by Google

Aliud Memoriale Civitatum Alſaticarum ad univerſos Ordines Imperii de an. 1664, 1. Maji.

Tit.

Welcher geſtalt Monſeigneur le Duc Mazarin, als Kœnigl. Franzœſiſcher Ober-Landvogt im Elſaſs, denen vereinigten Stætten, in ſpecie Colmar, Münſter und Türingheimb, des H. R. Reichs Jurisdiction bey der Cammer zu Speyer zu erkennen bey 2000. Pf. Straff verbotten, und darauf die Stadt Colmar ſommiren und auffordern laſſen, das iſt E. Churfl. und Fürſtl. Gn. Durchl. Gn. Excell. und unſern Hochgeehrten Herren durch ein den 13-23. Apr. per dictaturam publicam communicirtes Memorial ſammt Beylage ſ, 1. unterthænigſt, unterthænig und dienſtlich repræſentirt worden. Ob nun wohl die Stadt Colmar, auf ſolch inſinuirtes Pœnal-Verbott und Aufforderung, die Nothdurfft an hochgedachten Hn. Mazarin gelangen laſſen, und billig das Inſtr. Pac. darwider eingewendet, ſolcher gemæſs das forum declinirt, und in was terminis die Vornehm- und Erœrterung des Haupt- oder Landvogtey-Geſchæffts, allhier beruhe, dahero die Landvogthey Rechtswegen hierher zu remittiren ſey, mit mehrem ausgeführt, ſo iſt dennoch hochgedachter Mr. le Duc Mazarin durch ſolches erhebliches Einwenden, ſo wenig von ſeinem Vornehmen abgeführet worden, daſs auch dieſelbe hingegen den 11-21. Apr. abermahl eine vermeinte ſub num. (1.) hierbey gelegte Urthel ergehen, und eadem der Stadt Colmar, durch Notarien und Zeugen, inſinuiren laſſen, krafft welcher derſelben, nicht allein nochmahlen vor der Kammer zu Hagenau, und nirgend anders zu erſcheinen, bey 3000. Pf. Straff, ſammt Erſtattung Intereſſe, Koſten und Schadens, auferlegt, ſondern auch die Captur und Gefængnis des Magiſtrats, ſolenniter denuncirt worden. Und ob wohl, auf ſeiten der Stadt Colmar, man Juſtitiam cauſæ, und hingegen des bekandten unruhigen Münſteriſchen Prælaten, unbilliges, ungerechtes, und wieder der Stadt Colmar Privilegia, Verträge und unſtreitig Herkommen, ſchnur ſtracks lauffendes Beginnen, rechtlich zu dociren genugſam gefaſt, und dahero demſelben das Recht im H. Reich aller Orten, es ſey bey unpaſſionirten, austræglichen oder Ordinari-Richtern und Tribunalien, allbereit hiebevor mehrmahlen vorgeſchlagen; So kan man ſich dennoch in meritis cauſæ bey der Cammer zu Hagenau, ob fori incompetentiam, und daſs die Statt Colmar nimmermehr ihren Rechtſtand daſelbſt gehabt, derohalben der Proceſs wider das Inſtr. Pac. und ihre dem H. R. Reich geſchworne Pflicht ſeye, zumahlen nicht einlaſſen, daraus dann nichts anders erfolgen kan, als daſs die Statt Colmar, mit eheſtem, betrohender maſſen, wird exequirt, der Magiſtrat und Bürgerſchafft, wo man dieſelbe haben kan, werden gefangen, und denen ergangenen Decreten gemæſs, ſie, und unter ihrem Exempel, auch die übrige vereinigte Stætte, der H. Reichs Jurisdiction entzogen werden, ſo fern ſich das H. R. Reich der Sachen mit Ernſt, zeitlich und unverzüglich nicht annehmen ſolte. Und dieweil demnach ſolche vorſtehende Noth und Betrængung, und daſs der Stats Colmar von allen Orten auch gar eine Belagerung angedrohet werde, unſere geſamte Principalen, mit gewiſſem Befelch durch eine Ordinari-Staffet an Uns, geſtern bringen laſſen; So gelanget an E. Churfl. Fürſtl. Gn. Durchl. Gn. Excell. und unſere Hochgeehrte Hrn. unſerer Principalen, unterthænigſtes, Unterthænig- und dienſtliches Bitten und Flehen, dieſelbe wollen gnædigſt, gnædig und groſsgünſtig geruhen; das nunmehr ſo offt geſchloſſene Schreiben an die Kœn. Maj. in Franckreich, nicht allein nachdrücklich und unverzœgerlich abgehen zu laſſen, ſondern auch unſere Principalen, als des H. R. Reichs getreue und gehorſame Mitſtande, aus der bevorſtehenden Gefahr und Neceſſitæt zu erretten, auf alle dienliche Mittel und Wege zu gedencken, inſonderheit aber wohl zu conſideriren, was die Captura hominum, inſonderheit derer in Officio publico & Magiſtratu beſeſſenen Perſohnen, nach aller Vœlcker Recht, mit ſich führe, und was es zu bedeuten habe, daſs ſolcher Angriff und Befehdung der Stats Colmar, als einem unter des R. K. Maj. und des H. R. Reichs Authoritæt, Jurisdiction, Schutz und Gehorſam, begriffenen Stands, ſolenni Actu durch Notarien und Zeugen denunciirt worden, ſolche hœchſt- und hocherwieſene Gnad, Gunſt und Gutthat, werden unſere Principalen mit æuſerſter Treue, auch allen mœglichſten Dienſten &c.

Datum den 1. Maji 1664.

An die hœchſt- und lœbliche Reichs-Stænde zu Regenſpurg.

Des H. R. Reichs vereinten Stætten im Elſaß, Deputirte und Abgeordnete, zu gegenwærtigem Reichstag.

Beylag num. 1.

Ex proprio mandato Armandus Dux Mazarinus de la Mellerai & de Majenne, Franciæ Par, Præfectus Hagenoenſis Præfecturæ ſupremus, Regis in Superiore & inferiore Alſatia Gubernator, Locumtenens Generalis Rei armamentariæ in Gallia Præfectus & Capitaneus Generalis.

Ad illud, quod Nobis per Dn. Carolum, Monaſterii in Valle S. Gregorii Abbatem, præſentatum eſt, lite quadam inter dictum Dn. Abbatem, & Magiſtratum Civitatis

tis Imperialis Colmarienſis, motâ, Ille Abbas literas ſupplices ad Præfecturæ Hagenoenſis Officiarios dedit, quibus petiit, ut dictus Magiſtratus condemnaretur ad illi facultatem conſervandam domui ſuæ, Colmariæ ſitæ, tales perſonas præficiendi, quæ Illi libuerint, ſive ſint ejus domeſtici, Religioſi extranei, ſive Cives, ad recipiendos ſuos reditus, & adminiſtranda bona, & ut ſit ab omnibus impoſitionibus & contributionibus liber, & exemptus, & ut dictus Magiſtratus etiam condemnaretur, ne qualemcunque amplius exigere collectam, de bonis, fructibus & reditibus Dn. Abbatis, & ut nominatus Magiſtratus ſolveret, & omnes dictæ Civitatis Ejusque inhabitatores, Dn. Abbati decimas, & quidem, quoad frumenta, decimum manipulum in terra jacentem; quoad Vinum autem, decimam cupam in ipſis vineis, illis perſonis, quæ decimas colligunt, & quæ propterea Dn. Abbati, juxta conſuetam formulam, jurarunt, ſolvere procuraret, poſtulata hæc & petita ſuper privilegiis Imperatorum, Ludovici, dicti Debonnaire, Lotharii & Caroli Magni, fundata ſunt, in quibus conſtitutum, ut dicta Abbatia Monaſterienſis in Valle S. Gregorii, perpetuò, liberè, plenè & quietè gaudere debeat omnibus libertatibus & immunitatibus; quæ privilegia poſtmodum fuerunt per Imperatores Wenceslaum, Sigiſmundum & Ferdinandum II. annis 1411, 1433, 1624. confirmata, qui dicta privilegia non ſolum confirmarunt, ſed etiam annullarunt & caſſarunt omnia illa, quæ in præjudicium eorum, quæ dicta Abbatia conceſſa obtenta ſunt, & quod inſuper, cum omnem temporalem Juriſdictionem in prædictam Vallem Monaſterienſem, & Communitatem Thuringhemenſem, Abbas & Religioſi dictæ Abbatiæ Imperio ceſſiſſent, illud ſub onere & conditione fecerint, ut privilegia conceſſa conſervarentur ac defenderentur; quod rationes & fundamenta hæc, per Dn. Abbatem coram Officiariis Hagenoienſibus producta, Literæque ſupplices dicto Magiſtratui Colmarienſi inſinuatæ fuerint; cum verò poſt plures dilationes & proceſſus judiciarii obſervationem non comparuerit, ſententia 28. Febr. lata an. 1664. ac bene & legitimo modo inſinuata fuit, per quam Sententiam dictus Magiſtratus condemnatus juxta petitum Dn. Abbatis, in fine ſupplicationis additum, & quòd dictus Magiſtratus non comparuerit, prædictamque ſententiam executioni non mandaverit, nec forum dictæ Præfecturæ Hagenoenſis, licet ab omni tempore Præfecti eorumque Officiaris cognoverint, & ſuper X. Civitates lites judicaverint, illaque per Tractatum Pacis Monaſterienſem, Hagenoënſis Præfecturæ Juriſdictionem & forum ſubire teneretur, agnoverit, aliasque dictus Dn. Abbas ſemper opprimeretur; Nos rogavit, ut dictum Magiſtratum Civitatis Colmarienſis, ad Nos, intra terminum à Nobis illi præfigendum, ut rationes ſuas deducat, & ut ſuper prætenſionibus Dn. Abbatis, judicium ſubeat, ſub pœna omnium Expenſarum, damni & Intereſſe, & talis mulcta, qualem Nos, in caſum non factæ comparitionis, dictaturi ſumus, citaremus. Mandavimus ergò & mandamus, ut dictus Magiſtratus Civitatis Imperialis Colmarienſis, intra Octiduum, coram Nobis compareat, & fundamenta ſua, quæ contra dictum Abbatem Monaſterienſem habere prætendit, deducat, & ad petita ejus reſpondeat, quæ ſunt, quod jus habeat domui ſuæ, Colmariæ ſitæ, talem perſonam, quæ Ei placuerit, ſive ſint ejus domeſtici, ſive Religioſi, Extranei ſive Cives, ad recipienda & adminiſtranda bona & reditus ſuos, præponendi, & quòd ab omnibus impoſitionibus exiturus ſit liber & immunis, & quòd dictus Magiſtratus, ut nullam amplius collectam de bonis, fructibus, & Reditibus, exigat, condemnandus ſit, & quod dictus Magiſtratus ſolvere debeat & omnes Civitatis ſuique Territoris inhabitatores, decimas, & quidem, quoad frumenta, decimum manipulum in terra jacentem, & quoad vinum, decimam cupam in ipſis vineis, illis perſonis, quæ decimas recipiunt, & propterea Dn. Abbati, juxta conſuetam formam, præſtandum, ſolvere procuret. Et hoc ſub pœna omnium expenſarum, damni & intereſſe, & 3000. librarum; per omnes vias debitas, & per capturam perſonarum ſuarum, exequenda.

Datum Briſacii, 21. April. 1664.

Dux Mazarinus.

ad mandatum Dn. Ducis
Lourcellerie.

ex lingua Gallica tranſlata.

Memoriale Civitatum Alſaticarum Collegio Civitatenſi in Comitiis oblatum 1664. 8. Jul.

D*emnach die Verein-Stättiſche* Deputirte, *wieder Verhoffen mit dem Frantzöſiſchen Hn.* Plenipotentiario *zu Antrettung ihres Geſchäffts, und deſſen abhelffliche Wege, über alles öffter gethane Erſuchen, bis hero nicht haben gelangen können, hingegen die harte* Proceduren *und Thätlichkeiten nicht gäntzlichen nachgelaſſen, die von gedachtem Hrn.* Plenipotentiario *begehrte* Dilation, *auch ſchon mehr als 3. mahlen verloſſen iſt, und es das Anſehen gewinnen will, das Werck bis zu Ausgang des Reichs-Tags zu* trainiren, *und zu der Stätten höchſtem* Præjuditz, *unerörtert zu laſſen: Als gelanget an Chur-Fürſten und Stände die mehrmahlen wiederholte Bitte, die zu dieſem Geſchäffte ernandte Reichs-*Deputation *fortzuſetzen, den Hn.* Plenipotentiarium *zu einer Antwort, auf die übergebene* Gravamina, *anzumahnen, und das Werck, nach Inhalt des* Inſt. Pac. *damit dem H. R. Reich ſeine* Jura *erhalten, und die Beträngte in* Tranquilit*ät geſetzt werden, zuerörtern; ſolte aber der Hr.* Plenipotentiarius *die* Conferenzen *länger aufſchieben wollen, das ſchon längſt erkandte Schreiben unverzüglich* expediren, *und abgehen zulaſſen, auch weilen der* Prælat *zu Münſter, im S.* Gregori*i-thal, noch immer mit ſeinen* Perſecutionen *verfähret,*

fahret, und den 30 Junii *allererſt der den* 28. Febr. *von der Cammer zu Hagenau wieder Colmar ergangener* Sententz, Execution, per Notarium & teſtes *geſuchet hat, demſelben ſchrifftlich zu* remonſtriren*, die Stadt mit der Landvogtiſchen Cammer nicht zu* moleſtiren*, noch durch unbegründete* Relationes*, ferner zu beunruhigen &c.*

Memoriale Civitatum earundem univerſis Ordinibus Imperii, de an. 1665. 28. Jan. (7. Febr.) oblatum, quo exponuntur ex Inſtrum. Pac. ipſis competentia Jura, ut & excuſantur quarundam pacta, cum Rege Galliæ, metu vique expreſſa.

Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum ſplendidiſſimi ac digniſſimi Dni Legati & Deputati.

In biennium ferè excurrit, cum in Comitiis hiſce Imperii Auguſtis, de Civitatum in Alſatia Imperialium gravaminibus, ſub authoritate Imperii, per Deputatos, ex tribus Imperii Collegiis electos, cum Regis Chriſtianiſſimi Plenipotentiario Domino de Gravel, actum iri, non concluſum ſaltem, ſed aliquoties Comitialibus Decretis repetitum, & à S. C. Maj. confirmatum eſt, extant inter Comitiorum acta, plura illorum gravaminum documenta, non ſcripta ſaltem, ſed publicis etiam typis impreſſa, cumque ab adventu Domini Ducis Mazarini, tanquam Præfecti Hagenoënſis, in Alſatiam novis & inſuetis prætenſionibus, augerentur quotidiè Civitatum gravamina, interdiceretur aliquot Civitatibus comparere, aut lites ſuas agere, coram Imperii tribunalibus, & ſecus facientibus, per ſententiam Præfectorialem, indiceretur graviſſima mulcta & Magiſtratus captura; Varii ad S. C. Maj. Comitiis hiſce tum auguſtiſſimè Præſidentem, plures ad Imperium, & ſingulos Electores, ſcripti libelli ſupplices, exorantes per Deum, per Juſtitiam Cæſaream, & Imperium, aut jubere Civitates recipere, prætenſa à Duce Mazarino, jura, ſi illa I. Pac. conformia judicarentur, aut ſi minus, remediis convenientibus ſuccurrere Civitatibus, varias inter difficultates & periculatum verſantibus: Emanarunt inde duo ad Imperium Reſcripta Cæſarea, de 5 & 18 April. anni præcedentis, utrumque arguens grande præjudicium Paci Monaſterienſi & Imperii Juribus, in Civitates competentibus, ex prætenſione Regiorum Miniſtrorum, ſubnaſcens, ſimulque expediendi hujus negotii neceſſitatem Imperii Statibus, Directoribus imprimis Collegiorum, commendans, non defuit etiam Collegium Civitatum, aliquot Re- & Correlationibus exponere, in faciem Conſidentium univerſorum Imperii Statuum, præjudicii & periculi Civitatibus illis Imperii ſimul Juribus imminentis certitudinem, & conſequentiam inſtare, inde premere & urgere conſilium & remedium; concluſum ergò iterum à toto Imperio, Electorum, Principum & Statuum nomine, quorum plures tum ipſimet intererant Comitiis, perſcribere ad Suam Majeſtatem Regiam Chriſtianiſſimam cauſæ ſtatum, annexa rogatione ad cohibendas Regiorum Miniſtrorum impeditiones, Plenipotentiario etiam Regio, per Deputatos Imperii, Civitatum gravamina in ſcriptis exhibere, poſterius factum, prius non plenè: Litera etenim ad Regem Chriſtianiſſimum concepta quidem, per Dictaturam communicata, & in tribus Imperii Collegiis, notis & emendationibus inſtructa, non autem miſſa ſunt; tradebantur die 20. Apr. ut dictum, per Imperii Deputatos, Civitatum gravamina in ſcriptis Dn. Plenipotentiario Regio, referebantur ab Eodem ad Regem Chriſtianiſſimum, nullum autem reſponſum relatum eſt ad Deputatos, aut ad Imperium; conſulebatur proinde Civitatibus tentare gravaminum compoſitionem, cum Plenipotentiario Regio, per ſuos Deputatos ſolum, non autem ſuarum partium & virium eſſe, tranſigere de Imperii Juribus cum Rege Potentiſſimo: Judicabant quidem Civitates, & negotium, hoc modo minus ſucceſſurum eſſe providebant, experiri tamen volebant omnia, & per ſemeſtre tentata, variis congreſſibus inter Dn. Plenipotentiarium & Civitatum Deputatos, compoſitio, reſervata tamen toties ex parte Civitatum Imperii ratificatione, nihil autem effectum. Rogabant ergo Deputati noſtri à Dn. Plenipotentiario Regio arbitros, quos Ille quidem admittendos, aſciſcendum tamen eſſe prius Regis Chriſtianiſſimi aſſenſum, ratus, negotium iterum deferebat ad S. Maj. Reg. Civitates autem poſt aſſenſum Regis, ſuos, ſub ratificatione Imperii, propediem denominare Arbitros offerebant; Relata tandem à Dn. Plenipotentiario Regis Chriſtianiſſimi ſententia, ſcilicet placuiſſe S. Maj. Regiæ amicabilem negotii compoſitionem, & Arbitrorum admiſſionem, nolle tamen Eam prius denominare Arbitros, quam Civitates approbaſſent, quicquid negotii cum Illis Hagenoæ 1663. aut nuper, cum aliquot Illarum, à Dn. Duce Mazarino geſtum eſſet. Et hæc quidem facti, in hiſce Comitiis, operis ſeries eſt. Nos autem S. Maj. Regis Chriſtianiſſimi ſubmiſſas deberi Gratias exiſtimamus, quod juxta leges Pac. Monaſt. negotium ad amicabilem compoſitionem & arbitros remittendo, iterum ſingulare ſuum in pacem ſtudium, teſtari voluerit, confiſi enim fore, ut Rex Chriſtianiſſimus, res à Dn. Duce Mazarino cum Civitatibus geſtas, ad pacis & juſtitiæ regulam expendent, illarum approbationem ulterius non urgeat, ſed clauſam, ſemotis iis conditionibus, Arbitris & amicabili compoſitioni, ſimpliciter committat, neque permittat, ut nobis neceſſitas imponatur conquerendi, de modis & mediis ſat efficacibus, quibus Regii Miniſtri Civitates omnes Hagenoæ an. 1662. & nuper aliquot illarum, ad præſtandum aſſenſum adegerint, à quibus ſanè querelis & diſceptationibus, de deficiente hic conſenſus libertate, quam etiam Gentium jura ad validitatem pactorum requirunt, abſtinere, imprimis Regii nominis veneratio, & qui tanti Regis Protectoris noſtri, Miniſtris, debetur reſpectus, nos admonet; dicemus ſaltem paucis de materia utriusque conventionis, & non difficilis erit deciſionis, An noſtri Juris & poteſtatis fuerit, abſque authoritate & conſenſu Imperatoris

&

Digitized by Google

& Imperii, illam componere litem, quæ Civitatibus à Miniſtris Regiis movebatur? Et quod quidem attinet Conventionem Hagenoenſem, exigebatur à Civitatibus Juramentum fidelitatis, inſerebatur Reverſalibus Dn. Præfecti nova quædam & hactenus plane incognita Clauſula, nil niſi dubiorum & litium circulum inferens, objiciebatur tum Regiis Miniſtris centies à Civitatum Deputatis, nec ſibi, nec Principalibus ſuis, licere, jurare fidelitatem Regi Chriſtianiſſimo, ſine conſenſu Imperatoris & Imperii: obſtare Inſtrumentum Pacis, quod §. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c. expreſſè & ſignificanter ſuam Majeſtatem obliget, non ampliorem poteſtatem prætendere; Civitatibus ergò ſimul interdicat, plus ſuperioritatu Regi paciſci aut promittere, quam ad Domum Auſtriacam ſpectaverit; Demonſtrabatur, nunquam Domum Auſtriacam prætendiſſe talia, multo minus poſſediſſe; Rogabant inde Civitatum Deputati ſupplices & inſtantiſſimè, differri negotium per menſem, aut ſaltem per dimidium, ut Imperatoris & Imperii conſenſus aut reſponſum exquiri poſſet: Non autem audiebantur, ſed tandem diviſi mox jurare Regi, & recipere in Reverſales novam tamq; præjudicii clauſulam, adigebantur, modis & mediis, quæ nunc ſilentio tegere voluimus: Jurare tamen Deputati nomine Civitatum, non aliter volebant, nèc poterant, quàm omni Jure Imperii ſalvo; quicquid enim Hagenoæ geſtum eſt à parte Civitatum, indubiè pro fundamento habere oportet mandatum, quod ſinguli Civitatum Deputati, Miniſtris Regiis ibi exhibuerunt, & adhuc in Illorum manu eſt, continetur autem in ſingulis mandatis hæc expreſſa ſalutaris formula: Civitates nil velle gerere, aut geſtum eſſe, quicquid Imperii juribus, ullo modo nocere poſſit: Indeque Deputati Civitatum, quorum numero XXVII. erant, tota die ad Imperium provocabant, & quicquid ibi ageretur, ſine authoritate & conſenſu Imperii, nullum robur aut Juris efficaciam habere poſſe, & ore & ſcriptis palam teſtati ſunt. Cedebatur ergo Hagenoæ ſolum neceſſitati, negotium autem ibi non conſummatum eſt, nec conſummari potuit, ſed à parte Civitatum, ſtatim ad Imperatorem & Collegium Electorale delatum, à Sacra Cæſarea Majeſtate & Principibus Electoribus ad Comitia remiſſum, & jam dudum ab univerſo Imperio, ejus cura ibi ſuſcepta. Sed progrediendum ulterius ad illam Conventionem, quæ cum aliquot Civitatibus nuper contracta eſſe dicitur, quam penitus introſpicere, neceſſitatis erit ſcriviſſe rei geſtæ ſeriem:

Advenit Hagenoam Dn. Dux Mazarinus, initio menſis Martii præcedentis anni, quid autem ibi actum, nobis incognitum eſt: acceſſit inde Colmariam die 10-20. Martii, cum numeroſo comitatu Equitum, exhibebantur die 11-21. Mart. in ſcriptis VII. articuli, qui deinde in quatuor contracti quidem, pondere & materia autem iidem ferè fuere, & propoſiti publicè Colmariæ die 12-22. Mart. ut & poſtea in ſingulis Civitatibus, & quidem in Curia cujuſvis Civitatis, præſente Dn. Duce Mazarino, & toto Civitatis Magiſtratu, ſimulque exigitur eorum approbatio in ſcriptis, ſigillo cujuslibet Civitatis firmata, illorum articulorum copia, per dictaturam publicam, communicata jam eſt hic Comitiis die 21-31. Mart. proximi, & quatuor imprimis continent capita, nempe

(1.) Concurrentiam Juriſdictionis Regiæ, cum ſupremis Imperii Tribunalibus.

(2.) Diſpoſitionem rerum militarium, nempe Munimentorum, Armamentariorum, Granariorum.

(3.) Præſidentiam Dn. Præfecti ſuperioris, in Conſilio & Conventu annuo mutandi Magiſtratus.

(4.) Diſpoſitionem in Eccleſiaſticis.

Cum autem exciperetur, ſumma tamen cum modeſtia & ſubmiſſione, non licere Imperii Statibus, inſcio Imperatore & Imperio, tranſigere vel diſponere de Juribus Imperii, expectandum eſſe aſſenſum Imperatoris & Imperii, agi jam de hoc negotio in Comitiis, [illegible]ere Pacem Religioſam, receptam & approbatam à [illegible]riſtianiſſimo in Inſtrum. Pac. Monaſt. res Eccleſiaſti[illegible] Statuum Imperii Evangelicorum, ab omni Pontificis & Epiſcoporum Juriſdictione, à diſpoſitione etiam ſupremæ poteſtatis ſecularis in Imperio, multo ergò minus competere illarum ordinationem Protectori, ſuis frui juribus Eccleſiaſticis, Status & Civitates Imperiales; præterea nil rerum Eccleſiaſticarum ſe poſſidere, contra Inſt. Pac. & Statum an. 1624. terminum, præſcriptum inſuper eſſe modum reſtituendi & agendi, ratione cauſarum & rerum Eccleſiaſticarum in Inſt. Pac. & Receſſu Executionis Norimbergenſis, terrentur Colmaria, & poſtmodum reliquæ Civitates indignatione & vindicta Regia, partim etiam obſidione & everſione Urbis, producuntur tormenta bellica cum omni apparatu è Briſaco, ultra Rhenum, conducuntur equi & aurigæ, accedunt aliquot cohortes Regiæ pedeſtres in Alſatiam, usque ad dimidium milliare prope Colmariam, conſcia autem ſibi Colmaria, non poſſe nec debere paciſci de Imperii Juribus, plenamque ſpem in Juſtitia & Clementia ſuæ Majeſtatis Regis Chriſtianiſſimi collocans, poſtulatis Regiorum Miniſtrorum aſſenſum præbere neſcivit; Pariter & Weiſſenburgum, Landavia, & Urbs Monaſterium in Valle S. Gregorii, quæ hanc Imperii fidem, abductione & detentione captivi, ultra ſemeſtre, & trium turmarum equeſtrium hoſpitatione, per dimeſtre, luit. Non tamen ideo incuſamus ſuam Majeſtatem Regis Chriſtianiſſimi, conſiſ. Ejus juſſu hæc non eſſe facta; cum ſc. ab Eadem, non ſolum ſtatim revocarentur Cohortes pedeſtres, miſſæ in Alſatiam, ſed aliis etiam exceſſibus pararetur remedium, pro quo beneficio, Regiæ ſuæ Majeſtati, æternas debemus laudes & gratias. In reverentiam ſuæ Maj. abſtinuiſſemus etiam ab enumeratione harum territionum, niſi tum publica fama illas per totum Imperium divulgaſſet, & huc ad plena Comitia, præſentemque S. Cæſ. Maj. detuliſſet, adeoque illas nunc diſſimulare inutile.

Pro veritate facti, etiam dicere neceſſe eſſet, reliquas quinq; Civitates, iis territionibus, quæ partim illarum Conventionem præceſſerant, perculſas, conveniſſe cum Miniſtris Regiis, de quatuor propoſitis Colmariæ articulis, hac tamen

cum differentia, quod inter illos, omiſſa diſpoſitio rerum Eccleſiaſticarum, ejus loco autem tranſitus liber, & hoſpitationes militum Regiorum ſubſtitutæ, & à quinque Civitatibus permiſſæ ſint, non minus tamen ſub expreſſa hac ſaltem reſervatione, quicquid in his Comitiis, aut alibi, inter Imperium & Regem Chriſtianiſſimum ulterius & certius ſtatueretur, id tandem negotio formam & conſummationem dare debere, nec aliter à Civitatibus dici debebat, aut de jure poterat, aut ſi etiam id non dictum eſſet, nec inde tamen Imperio quicquam præjudicii naſci, aut promiſſione Civitatum plus validitatis accedere potuiſſet, cum ſcil. res, quas Civitates promittere debebant, erant extra illarum commercium; Sumamus etenim in exemplum, Concurrentiam Juriſdictionis cum ſummis Imperii Tribunalibus, & diſpoſitionem munimentorum rerumq; militarium, ſub qua liberam imponendi præſidii facultatem intelligi, proponebatur ab initio Colmari[illegible] docet nunc ſua experientia Urbs Weiſſenburgum, cui [illegible] præſidium Gallicum poſtea impoſitum, & nemini dubium eſſe poterit, non valuiſſe Civitates ſupremæ Juriſdictionis communionem inter Imperium & Præfectum Hagenoenſem conſtituere, & partem illius indiviſam, à ſummis Imperii Tribunalibus, in Cameram Præfectorialem Hagenoenſem transſcribere; Ut ut enim hæ Civitates, notoriè, ab aliquot ſeculis, fuerint, & ſint immediati Imperii Status, ſub Imperii tamen ſunt obſequio & ſubjectione; &, inter jura Status, contineri etiam poteſtatem alienandi Juriſdictionem Imperii, pro parte, aut in totum, nobis incognitum eſt. Cæterum, An Protectori, ſine ſpeciali pacto, & requiſitione, competat jus muniendi Urbem Clientelarem, imponendique præſidii? Nos quidem non judicavimus, extant tamen non Germanorum ſaltem (quod Nobis in materia hujus Protectionis, ſua origine & natura Germanæ, & ſub obſervatione antiquorum jurium, in Franciæ Regnum ceſſa, verſantibus ſufficere potuit,) ſed variarum etiam Gentium ſcripta, quæ id Protectori denegant: Hoc autem certè aſſerere poſſumus, Protectionem hanc, à primis initiis, nunquam habuiſſe tale pactum, nunquam jus diſponendi Civitatum munimenta, aut liberam facultatem imponendi præſidii prætendiſſe, vel exercuiſſe Præfectos aut Domus Auſtriaca, aut Lüzelburgenſis, aut Palatina Electoralis. Et in hujus aſſertionis veritatem, non opus in vetuſtiorem hiſtoriam excurrere, ſed teſte publica fama & notitia, producimus ſaltem exemplum recentius, anni nempe 1629. & ſeq. cum Leopoldus Archi-Dux Auſtriacus, Præfectus Hagenoënſis erat, & Ferdinandus II. Cæſar glorioſiſſ. mem. nomine Imperii, Colmariæ, Seleſtadio, Ober-Ehenheimb, ut & pluribus aliis Civitatibus Imperialibus, impoſuerat Præſidium, quod nec regebat Præfectus, nec ullam in Officiales Præſidii illius Cæſarei authoritatem exercebat. An igitur quinque Civitatibus, abſque authoritate & approbatione Imperii, licuerit, præſertim Inſt. Pacis Monaſt, Protectori ceſſionario, plus ſuperioritatis quam Domus Auſtriaca habuerit, denegante, paciſci, aut promittere Dn. Præfecto diſpoſitionem ſuorum munimentorum, & ſub illa præſidii receptionem? cujusvis ſaniori judicio ſubmittimus: Atqui, opponitur forte, idem Inſt. Pac. Monaſt. imprimis clauſula finalis, notiſſimi illius. §. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c. ita tamen, ut præſenti hac declaratione, nihil detractum intelligatur, de eo omni ſupremi dominii jure, quod ſupra conceſſum eſt, diſponit. Quamvis autem Inſt. Pac. interpretari, nullam nobis vindicemus authoritatem, veniam tamen Nos mereri credimus, quando pro cauſa noſtra, ex ipſo Pacis Inſtrumento & actis conventus Oſnabrugenſis & Monaſterienſis, ſalvo tamen Imperii & ſapientum judicio, explicatius dixerimus, quænam cauſa & verus illius clauſulæ ſenſus ſit? Notum eſt ex Inſtr. Pac. Monaſt. §. III. Imperator, &c. & §. Itemque dictus Landgraviatus &c. inter alia, ſupremo dominii Jure in Regnum Franciæ ceſſam eſſe Præfecturam Provincialem in decem Civitates: convenerant autem ita invicem de hac ſatisfactione Gallica, Domini Plenipotentiarii Cæſarei & Regii, quâ conventione ad Imperii Status delata, in ipſis Imperii Concluſis, hanc Præfecturæ ceſſionem, rixarum fomitem fore, prædicebatur; rogabantur ergò Domini Plenipotentiarii, expungere hanc ſatisfactionis partem, varia remonſtratione facta, quæ inde naſcitura eſſent incommoda & diſſidiorum ſemina; Verùm, ſatisfactionis negotium jam eò productum erat, unde pedem vix revocare, adeoque illa expunctio obtineri non poterat. Jubebantur tamen Civitates edere deſignationem quandam Jurium præfectorialium, quæ Domus Auſtriaca poſſederat, illa igitur an. 1647. publicis typis Latinè & Germanicè impreſſa, Conventui Oſnabrugenſi & Monaſterienſi, imprimis autem Dominis Plenipotentiariis Cæſareis & Regiis, exhibebantur, quæ etiam Deputati noſtri in præſentibus hisce Comitiis, die 5-15. Mart. anni præcedentis, ad informandam cauſam, Imperatori & Imperii Statibus iterum ediderunt. Ut ergò decem Civitatum libertati & immedietati, ipſisque Imperii Juribus, proſpiceretur, conventum tandem eſt, & placuit Regi Chriſtianiſſimo, integro §. Inſt. Pac. Monaſt. per verbum imprimis Teneatur, obligandi animum, & propoſitum ſignificanter exprimens, promittere, decem Civitates cum reliquis in dicto §. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c. enumeratis Imperii Statibus, in illa libertate & poſſeſſione immedietatis erga Imperium Romanum, quâ hactenus gavíſæ eſſent, relinquere, ita, ut nullam ulterius (probè notandum in contextu EOS, quod non Civitates ſolum denotat) Regiam ſuperioritatem prætendere poſſit, ſed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per Pacificationis Tractatum, Coronæ Gallicæ cedebantur. Cum autem Domini Plenipotentiarii Regii exciperent, Domum Auſtriacam poſſediſſe ſaltem ab Imperio Præfecturam in decem Civitates, per modum conceſſionis & revo-

Digitized by Google

revocabiliter; Regno Franciæ autem §. §. Præcedentibus, eam jam eſſe ceſſam, ſupremi dominii jure & irrevocabiliter, atque huic ceſſioni irrevocabili & independenti præjudicium fieri, per vocem **nullam**, *in contextu §. poſitam, & univerſalem excludendi ac negandi vim habentem. Admittebatur tandem, loco exceptionis, Clauſula illa §.* **Teneatur &c. finalis, ita tamen,** *ut præſenti hac declaratione ex allegatis bis Inſt. Pac. §. §. & præmiſſa facti expoſitione, conſequatur:*

(1.) *In Regnum Franciæ, dominii jure ceſſas non eſſe ipſas decem Civitates, cum ſcil. nullibi in toto Inſt. Pac. legatur ceſſio ipſarum Civitatum, ſed ſolum Præfecturæ in Civitates; adeoque verum hujus ceſſionis ſubjectum, eſſe aliquid incorporale, nempe Præfecturam, quæ eſt Jus Advocatiæ in Civitates.*

(2.) *Placuiſſe ſuæ Majeſtati Regis Chriſtianiſſimi ſe obligare, nullam ulterius in Civieates Regiam ſuperioritatem prætendere, ſed iis juribus contentam fore, quæ ad Domum Auſtriacam ſpectaverint, excepto ſolo dominio in Præfecturam ceſſo, quam Domus Auſtriaca, & anteriores Præfecti, notoriè hactenus ſolùm poſſederant per conceſſionem Cæſaris & Imperii, intantum, ut quotiescunque mors Imperatoris acciderit, toties etiam officium, & omne jus Præfecti extinctum, & à novo Cæſare ſemper de novo Præfectus fuerit conſtitutus. Titulum ergò in Præfecturam Rex Chriſtianiſſimus ex Inſt. Pac. quidem acquiſivit irrevocabilem & independentem, nullam autem cum eo ulteriorem Regiam Superioritatem, cui ſcil. in eodem Inſt. Pac. per ſolennem declarationem, & Juris Gentium pactionem, renuntiavit, ſed tantùm ea jura, quæ ad Domum Auſtriacam olim ſpectaverant. Mutata igitur Præfectura ſubſtantia non eſt, ſed ſe intra jura antiqua continere, eademque non plura, non alia exereere debet; mutatus autem ſolum titulus eſt, ſeu qualitas Juris, non, ut ita loquamur, Ejus quantitas & partes integrantes, utpote quæ per Inſt. Pac. non auctæ, ſed per verba iſta,* **quæcunque ad domum Auſtriacam ſpectabant,** *iisdem illis terminis, quibus Auſtriaca quondam jura, incluſæ. Et hunc verum illius §. cum annexa Clauſula finali,* **Ita tamen &c.** *ſenſum & diſpoſitionem eſſe, (quantum nempe decem Civitates attinet, de cæteris enim agere noſtrum non eſt) non dubii aut difficilis judicii eſt; oſtenſum etenim ſupra, ipſas Civitates non eſſe ceſſas, ſed aliquod jus, nempe Advocatiam in Civitates, & clauſulam illam* **ſupremi dominii reſervatoriam, ita tamen &c.** *ſine manifeſta contradictione, non poſſe intelligi de ipſis Civitatibus, cuivis obvium eſt. Diſponit enim idem §.* **Teneatur &c.** *in terminis expreſſis debere decem Civitates, cum reliquis Imperii Statibus ibi nominatis, in ſua Immedietate relinqui. Dicere itaqee has Civitates Imperii immediatas & proprias, pertinere etiam* **jure dominii** *ad Regnum Franciæ, manifeſta contradictio foret, quam inveniri in uno eodemque § tot. Virorum Prudentum, qui negotio Pacis interfuerunt, maxima injuria eſſet. Pertinere ergò illam reſervationem ſolùm ad dominium in Præfecturam, non autem in ipſas Civitates, ceſſam, ulterius dubium eſſe non poterit; & conſtruitur inde hæc Regula, ſive Propoſitio:*

Quidquid Juris, rat. Præfecturæ, ad Domum Auſtriacam ſpectavit, id ſolum in Regnum Franciæ ceſſum eſt, *& convertibiliter:*

Quicquid Juris ad Domum Auſtriacam non ſpectavit, id etiam non ceſſum eſt; *(ſolo titulo poſſeſſionis excepto, quem Corona Franciæ, ex ceſſo in Præfecturam dominio, conſecuta eſt perpetuum & independentem) penes Domum Auſtriacam autem fuit ille ſaltem temporalis, & per modum delegationis, ſive conceſſionis, ut ſupra dictum eſt; an autem hæc perpetuitas & independentia tituli, Regno Franciæ etiam conferat Jus exigendi à Civitatibus Juramentum Fidelitatis, mutandi antiquas Præfecti Reverſales, diſponendi in rebus militaribus & Eccleſiaſticis, imponendi præſidium, exercendi concurrentiam Juriſdictionis cum ſupremis Imperii Tribunalibus &c. quorum jurium nullum olim ad Domum Auſtriacam ſpectavit, nos quidem ideo capere non poſſumus, quod ſcil. illa verba,* **nullam ulterius Regiam ſuperioritatem prætendere poſſit &c.** *otioſa & minimi ponderis forent, Regnumq; Franciæ tantum Superioritatis, ex hac tituli independentia, lucraretur, ut Imperio verè nihil ſupereſſet; quæ autem omnia S. R. Imperii & Pacis conſortium, quorum vis etiam Sapientum integro Judicio ſubmittimus, teſtati publicè & ſanctè, nos non duci aliqua cupidine diſputandi, aut averſione in Regnum Franciæ, aut animo vocandi in Judicium Regem Chriſtianiſſimum, conſcii quippe nobis ſupremi faſtigii, quo, Divinâ Gratiâ, locata eſt Sua Majeſtas; memores tamen, placuiſſe Eidem, cum Cæſare & S. R. Imperii Statibus paciſci, ſi quid dubii, aut controverſi, circa Tranſactionem Monaſterienſem, accideret, id imprimis amicabili compoſitioni committere; adeoque cum gratia & venia Suæ Majeſtatis, quam etiam ſubmiſſè expetimus, cauſa ſtatum à nobis, arctiſſimo vinculo Juramenti Imperio ligatis, ad Imperatorem & Imperium, non ut Judices Regis Chriſtianiſſimi, ſed ut ad Pacis Conſortes, poſſe & debere deferri; præſertim, cum jam ſupra probaverimus, illa jura, quæ Miniſtri Regii à nobis exigunt, in noſtra poteſtate & commercio non eſſe; de iis ergò abſque Imperii authoritate & conſenſu, nunquam ſolidè tranſigi poſſe, confiſi ſimul Regem Chriſtianiſſimum, Imperio Amicum, Juſtitiæ & Pacis ſtudioſiſſimum, noluiſſe & nolle Nobiscum, Imperatori & Imperio Romano ſubditis Statibus, ſemota & excluſa Imperatoris & Imperii interventione & conſenſu, de negotiis & juribus quicquam ſtatuere aut concludere; in quem finem procul dubio Suæ Majeſtati etiam placuit Colmariæ, per Regium Alſatiæ Præfectum, ante octo circiter Menſes, ſignificare: Negotium hoc ad Comitia & Dn. Plenipotentiarium Regium remiſſum eſſe.*

Digitized by Google

Vos autem S. R. I. Electores, Principes & Status, Veſtroque nomine Legatos & Deputatos Veſtros Digniſſimos, in hiſce Comitiis adhuc commorantes, ſubmiſſe & humillimè rogamus, Veſtram huic negotio Imperii proprio, impertiri curam & ſollicitudinem, atque, Imperii nomine, proximè perſcribere ad ſuam Majeſtatem Regis Chriſtianiſſimi, opera etiam Dni. Plenipotentiarii Regii, hic degentis, aliisque omnibus modis & mediis, quæ ſingularis veſtra prudentia, cauſa etiam Juſtitia, Vobis ſuppeditare poterit, in id incumbere, ut Suæ Majeſtati Regiæ perſuadeatur, ſine ulteriori reſpectu ad res, & Hagenoæ An. 1661, & nuper à Domino Duce Mazarino, cum Civitatibus, medias inter comminationes Regiæ indignationis, absque conſenſu & authoritate etiam Imperii, adeoque minus liberè & validè geſtas, ad liberam, æquam & amicabilem negotii totius compoſitionem, ſuos denominare Arbitros, & tandem prædictum illum, tam diuturnarum litium, quibus hæ Civitates hactenus affliguntur, vomitem extinguere. Nos quidem, ut, per rationem conditionis & Status noſtri, ſub Imperio, decet, & fieri oportet, accipere ab Eodem, aut ſub Ejus ratificatione & conſenſu, quotidiè noſtros etiam eligere Arbitros, & ita totum negotium, legitimo & decenti modo componere, parati ſumus. Datum 12-22 Januar. An. 1665.

Conſules & Magiſtratus Civitatum Imperialium in Alſatia unitarum.

Precibus his ut ſatis fieret, ſcripſere Imperii Status ad Regem, ſub dato *Ratisbonæ*, 19 Aug. 1665. rogantes, controverſiam hanc per *Arbitros*, utrinque denominandos, definiri, annueret, vid. *Nullitas Reunionis Alſaticæ*, §. 37. *Document.* p. 35 & 36; Quid Rex ſub dato *Paris*, 18 Sept. 1665, Statibus reſponderit, docet idem Auctor l. c. §. 38. *Document.* p. 37; inde huc ſufficiunt: *Nous voulons bien encore, par la conſideration de la priere, que Vous Nous en faites, permettre, que les dits pretendus Griefs ſoyent examinez, par de perſonnes deſintereſſées, & que les differents, qui ſont ſurvenus la deſſus, ſoyent ajuſtez & reglez par leur ſoin, ſelon la teneur du dit Traitté de Münſter; & pour ces effet, Nous avons priè Nos Tres-Chers & bien aimez Couſins, les Electeurs de Maynce, & de Cologne, & la Couronne de Suede, comme Etat de l' Empire, & la Maiſon de Heſſe, de vouloir ſ'y entremettre, & employer leur bons offices, pour les terminer, tant à Nôstre ſatisfaction, qu' à celle de l' Empire &c.* Quæ Ill. *Obrechtus, Prodrom. Rer. Alſatic.* Vol. I, Cap. VIII, p. 160, & Dn. *Ludwig*, de *Jure adlegandi Ordinum S. R. Imperii*, §. XXXI, lit. f. pag. 128 & 129, Latino Idiomate exhibent. Ad *interpretationem* ergò *ceſſi Coronæ Galliæ juris in Alſatia*, (Gallis allegantibus,) *ſupremum ſibi in omnia loca ditionesque Alſatiæ, Art. 73 & 74. Tranſactionis Monaſterienſis, expreſſas, ab Imperatore & Imperio, Dominium conceſſum*; & Civitatibus regentibus: *nihil in Gallos translatum, quam quod ad Domum Auſtriacam ſpectaſſet, Immedietatemque ſuam, reliquorumque Immediatorum per Alſatiam Imperii Statuum, per Art. 87, ejusdem Tranſactionis, nominatim fuiſſe ſancitam, illibatamque relictam*: utrinque *Arbitri* ſunt conſtituti, a parte quidem *Gallorum*, modò nominati Electores *Moguntinus* & *Colonienſis, Rex Sueciæ*, quà Princeps Imperii: & *Domus Haſſiaca*; à parte verò Imperii: Elector *Saxoniæ*, Epiſcopi *Aichſtadienſis* & *Conſtantienſis*, & Civitas *Ratisbonenſis*; cauſaque, (Arbitrii conſtitutione, d. 13-23 Sept. An. 1667. ſolenni actu publicata) coram eorum *Subdelegatis*, in Comitiis Ratisbonenſibus, ab Anno 1667, ad 1671. uſque, ventilata eſt, ſcriptis utriusq; partis in *Diarii Europæi* Appendicibus ſparſim, & in calce Annotationum *Fritſchii*, ad Inſtrumentum Pacis, nec non apud. cit. Auctorem *Nullitatis*, à §. 39. Document. p. 38, ad §. 56, p. 64; conjunctim, occurrentibus; quædam eorum ſiſtunt *Lundorpius* l. c. Cap. 229, §§. 3, 4, 5, 6, 7 & 8. p. 793. ad 797, atque *Gaſtelius* de *Statu Publico Europæ*, Cap. VI, §. 22, p. 113 & ſeqq.

In primis agitatum An. 1668, præſtandi à Civitatibus Regi juramenti punctum, quod Galli ita conceperant:

Juramus Deo & promittimus, Nos Sacræ Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtati Fideles & obedientes futuros, in omnibus iis, ad quæ, ex cauſa Præfecturæ, per Inſtrumentum Pacis, cum omni Supremo Dominii Jure, Suæ Majeſtati ceſſa, tenemur: Inſuperque Illuſtriſſimum Ducem Mazarini in Præfectum, nomine & ex parte ſua Regiæ Majeſtatis præſentatum, agnituros, Eidemque obedientiam exhibituros, in rebus decentibus, & ad eandem Præfecturam ſpectantibus, quamdiu Ipſe Præfectus fuerit; Ita Nos Deus adjuvet. Vid. cit. *Nullitas &c.* §. 42. *Docum.* p. 40 & 41; idque ex ſequentibus rationibus, quod (1) alia Superioritatis & Supremi dominii jura in Præfecturam, ab Imperatore & Imperio ceſſa ſint, inter quæ meritò principem locum obtineat Homagium; & alia à Domo Auſtriaca, de quibus hic non quæſtio; (2) in quorumcunque Jurium exercitio, vel exercendi poteſtate, Imperator & Imperium, quoad Præfecturam, fuerint, ea omnia, ſurrogationis Lege, à Rege nunc exerceri poſſent; (3) Rex Mandata, olim *Gehorſambs-Brief* dicta, emittere, & Civitates, ad actum præſentandi Præfecti, evocare queat, eique jurandum; (4) Rex jus habeat conſtituendi Præfectum, quod olim ex Reſervatis Imperatorum fuerit; (5) *Steuræ, Reichs-Steuren*, ſoli quondam Imperatori, in recognitionem immediatæ Superioritatis, præſtari ſolitæ, nunc Regi ſolvantur; (6) Imperatores nonnunquam, per Reſcripta, mandaverint, Præfectis Homagium, ſeu Fidelitatis Juramentum, ſolis alias Imperatoribus debitum, præſtari; (7) Civitates olim à Præfectis: *Liebe Getreue*, in ſcriptis fuerint appellatæ: (8) Præmiſſa non elidat, quod Protectio X. Civitatum ſub conditione certa, & clauſula *Superioritatis negativæ*, in Gallos translata ſit, niſi Civitates probent, penes alium Superioritatem illam, quam

penes

penes Regem, reſidere. Reponentibus ad hæc civitatibus (1) diſtinctam ceſſionem, qua alia Supremi Dominii Jura *in Præfecturam* (NB. non in Civitates) ab Imperatore & Imperio, & alia à Domo Auſtriaca, Gallis adſcripta ſint, in Inſtrumento Pacis non fundari; cum Supremi dominii jus *in dictam præfecturam* penes ſolos Imperatorem & Imperium reſederit, ab his etiam ſolis, (nec à Domo Auſtriaca, utpote tali jure carente,) in Gallos translatum noſcatur; ceſſum inſuper illud jus non ſimul *ad Civitates* extendendum, quippe quæ ſingulari pacto, Art. ſcilicet 87 ejusdem Inſtrumenti, ſpecialiter Imperatori & Imperio fuerint reſervatæ; (2) Jura, Domui Auſtriacæ *in Præfecturam Hagenoënſem*, indeque Pagos dependentes, competentia, & per Inſtrumentum Pacis, Regi Coronæque Galliæ ab Imperatore & Imperio, cum titulo *ſupremi Dominii*, ceſſa, iterum confundi cum *Superioritate in decem Civitates Imperiales*, Imperatori & Imperio, expreſſis verbis, ſartâ tectâ relictâ. (3) Literis illis, quas *Gehorſambs-Brief* vocarunt, Civitatibus nihil additum, nihilque detractum fuiſſe, veluti ad actum præſentandi Præfecti nudè evocatis, viciſſimque ad præſtanda debita & conſueta ſe offerentibus. (4) Perperam inferri: Ceſſum Gallis jus conſtituendi Præfecti; ergò & Superioritatem, multoque minus jus exigendi *fidelitatis juramenti*; (5) Steuras Imperiales nunquam Præfectis fuiſſe ſolutas, quà talibus, benè verò quà Commiſſariis, Imperatoris proinde & Imperii nomine apochas quoque reddentibus. (6) Imperatori ſemper fuiſſe integrum, ſive per Præfectum, ſive alium Commiſſarium, Homagium à Civitatibus exigere; propterea verò malè inde concludi, Homagium ipſis Præfectis, ut talibus, unquam præſtitum. (7) Formulam *Liebe Getreue*, apud Germanos ſubjectionem non involvere; (8) Superioritatem in Civitatibus, Gallis negatam, indubitanter competere Imperatori & Imperio, ut ſemper competiit, teſte §. 87. *Teneatur*, ſæpe fati Inſtrumenti Pacis; reſpectu etiam hoc Civitates jam anno 1661, verba: *Vôtre tres-Gratieux Signeur & Protecteur Souverain*, in Formula Juramenti tolerare noluiſſe; ſalva cæterum *Præfectura*, ſeu *Protectione Speciali*, Gallis ceſſa &c. Deſcenderunt Arbitri An. 1669, 19 Febr. St. V. cum Dn. *Roberto de Gravel*, Regis Galliæ ad Comitia Legato Plenipotentiario, in colloquium, declarantes Ei, *daß das* Inſtrumentum Pacis, *krafft deſſen den zehen vereinigten Stætten im Elſaß, ihr* Status Immediatus *und Libertæt vorbehalten worden*, pro fundamento *zu halten, auch Ihro Kœnigl. Maj. in Franckreich ſich öffters dahin erklaret haben, daß Sie Ihnen daran keines wegs zu* præjudiciren, *begehrten: als gelebe man*, ex parte Arbitrii, *der Zuverſicht, es dero* Intention *und Meinung nicht ſeyn werde, daß bedeutetes* Juramentum *einige* ſubjection, *als welche mit und neben beſagter Stætten unmittelbahrem Reichs Standt nicht beſtehen kan, nach ſich ziehen ſolle; geſtalten man auch*, ex parte Arbitrii, *aus allen denen Frantzœſiſcher Seiten weitlaufftig einkommenen* Informationen, *nicht befinde, daß einige* ſubjection, *viel weniger* Superioritæt *über ermelte Stætte, zu* prætendiren, *daraus zu* inferiren *ſeye*. Vid. cit. *Nullitas Reunionis Alſaticæ*, §. 43. Document. p. 41. Ad quæ *Gravellus*: (1) Inſtrumentum Pacis omnino pro fundamento habendum, & extra controverſiam eſſe, ſervatam in eo Civitatibus Immedietatem intactam relinquendam; nihilominus autem exinde colligendum, Regem *de ceſſo in Præfecturam Civitatum Supremo Dominio, ejusdemque connexis & correlatis*, ſine quibus illud explicari nequit, vel minimum relaxaturum, vel permiſſurum, modo dicta Immedietatis jura, in favorem Civitatum, eo uſque extendi, ut ſublimia illa Romani Imperii jura quondam, nunc in Coronam Galliæ translata, *omnimoda* ſcil. *Jurisdictio*, & *Superioritas*, inania ſint, ſuoque effectu deſtituantur; (2) contra Arbitrorum ſententiam, de incompatibilitate Immedietatis Civitatum, & præſtandi ſimul Regibus Galliæ Homagii, ſe proteſtari; argumentis Regiis non ſatis ponderatis; (3) capere ſe non poſſe ſundamentum aſſerti: Ex juramento, Præfecturæ ſubjectionem non eſſe inferendam &c. Quid Domini Arbitri, priora repetendo, Legato reſponderint, & per Directorium Moguntinum in ſcriptis inſinuaverint, habetur in eadem *Nullitate*, §. 44. Document. p. 41 & 42.

Poſt plures congreſſus, actis diligenter examinatis, itum ab Arbitris ad formalem Declarationem, addita Juramenti formula, à Civitatibus poſthac præſtandi, quod Concluſum 24 Nov. St. V. utrique parti communicatum; vid. *Nullitas*, §. 45 Document. p. 42 & 43. & §. 46. p. 43 & 44, formula autem ſic ſonat:

Wir des H. R. Reichs ohnmittelbarer Freyer Stædt NN, zu dieſem Actu *abſonderliche* Deputirte *und Gevollmæchtigſte, ſchwœren der Allerchriſtlichſten Kœniglichen Majeſtæt in Franckreich und* Navarra &c. *Im Nahmen vorgedachter Stætte, dasjenige, worzu dieſelbe, wegen der in krafft des Münſteriſchen Frieden-Schluſſes, von Kayſerlicher Majeſtæt, dem Rœmiſchen Reich, und Ertz-Hauß Oeſterreich*, cum omni Supremo Dominii Jure, *abgetretener Land-Vogtey* Hagenau, *geſtalten iſt, getreulich und gehorſamlich zu leiſten, und darwieder nichts zu thun, wie auch Hœchſtermannter Ihrer Kœnigl. Maj. darzu jederzeit ordentlich* præſentirten *Gevollmæchtigten, die, vermœge obberührten Frieden-Schluſſes, ſchuldige Rechte guter ziemlicher Dinge zu entrichten.*

Civitatibus *Arbitrii* concluſum acceptantibus, Rege Galliæ verò, 18 Mart. St. V. 1670, Directorio Moguntino ſignificante, ſe præſcriptam juramenti formulam, ex diverſis relevantibus rationibus, ratam habere non poſſe, ſperare potius Dominos Arbitros, *ſubſtantialia Juramenti fidelitatis & obedientiæ*, ſecundum communicatam ſibi, ex parte Galliæ, formulam, ſimpliciter reſpecturos; à ſubdelegatis Arbitris res ad Principales

re

Vides itaque, Vir Clariſſime, argumenta tua, quibus juſtitiam eorum, quæ poſt Pacem Weſtphalicam & ejus executionem, ſimiliter quæ poſt concluſam Neomagi Pacem, in Alſatiâ à Miniſtris Gallicis, vel jubente, vel connivente Rege Chriſtianiſſimo, tentata & peracta ſunt, aliis perſuadere ſatagit, ea non eſſe, ut apud cordatos, & præjudicii ſtudiis liberos homines, applauſum promereantur. Cæterùm, quæ in Miniſtros Imperatoris, qui conficiundæ pacificationi Neomagenſi unà præfuerunt, inque ſolertiam & vigilantiam eorum differis, non adeo contemnenda eſſent dicteria, niſi iis obliquè imputare velles, quod magis curæ cordique eis fuerit, Imperatoris utilitati, quàm publicæ rei proſpicere; Dubio res caret, quod curam utrimeque ſanctè geſſerint, & quando meliores pacis conditiones impetrare potuiſſent, eas, ambabus, ut dicitur, manibus, fuiſſent amplexi, ſed neceſſitudine Status publici & Pacis ab omnibus calidiſſimis adeo votis expetita, aliud imperante & dictitante, pactâ quocumque modo pace, (quæ ad ulteriora provehi non poterat) acquieviſſe neceſſum erat. Illud tamen miror, Vir, rerum aliàs perquam gnare, quod aſſerere non erubeſcas, dictos demum Legatos Imperatoris vel ipſos fuiſſe perſuaſos ad Regem Chriſtianiſſimum & Galliæ Coronam Civitates & loca, quæ Imperio reſtitui poſtularunt, jam jam pertinuiſſe, ideoque ſæpius illa in compenſationem Friburgi, obtuliſſe; cum conſtare tamen tibi debuiſſet, ab Imperio illos nulla authoritate, conſenſu, aut mandato, ad enormem adeo ceſſionem & abdicationem fuiſſe munitos. Et ſi ita, quæſo! cur civitatum Illi! cur locorum Regi Galliæ, neque per Pacem Monaſterienſem, neque per Noviomagenſem ceſſorum, reſtitutionem tam ſtudioſè & ſollicitè quæſiverunt? Cur publicam eo nomine conteſtationem & proteſtationem Dominis Mediatoribus ante Pacis Noviomagenſis conſignationem, exhibuerunt? Sed, inquis, nonne excitatæ difficultates & diſceptationes, ratione ceſſorum in Alſatiâ ab Imperatoris & Imperii Legatis, deſertæ ſunt? Nonne ex deſignatis reſtituendorum articulis poſtulationem ſuam expungere coacti? Ita ut negotium, ratione ſupremi in totam Alſatiam Dominii, & juris in tres Epiſcopatus ad Regem Chriſtianiſſimum ſpectantis, Pace Noviomagenſi deſuper concluſa, in vim & virtutem rei judicatæ excreverint. Aſt, ſcias velim, Vir Clariſſime, quod Legatio Cæſarea de his & talibus prius non deſtiterit, vel ea in dicto Tractatu omittenda eſſe voluerit, quam Legati Gallici non ſolum ſe deſuper non ſatis informatos & rerum harum ignaros eſſe, ſed & expreſſè declaraſſent, nihil novi aut aliud juris à Chriſtianiſſimâ Majeſtate in Status & loca, quæ nominatim Legatio Cæſarea reſtitui voluit, prætendi; quam quod eidem Pace Weſtphalicâ acquiſitum fuerit. Quæ, cum Pacis Neomagicæ baſis ac fundamentum crederetur, articulum iſtum tanquam ſupervacaneum omittere placuit; Ne autem omiſſio talis, Legationem Cæſaream renuntiationis alicujus poſſit arguere, pro declinandâ omni cavillatione, aliquot, ante ſubſcriptam Pacem, diebus coram Mediatione Illa, & coram ipſis Legatis Regiis, verbis & ſcriptis, quod forſan lubenter ignoras, ex ſuperabundanti interpoſita proteſtatione, expreſſè ea propter cavit; Solidis hiſce rationum momentis ſententiam tuam, Vir Clariſſime, quam ex ſiniſtrâ, uti ſentio, imbibiſti informatione, ſat deſtructam nunc, ipſe cognoſces. Reliqua hæſitationis tuæ capita, eâ prolixitate, quâ uſus, non attingam, ne, qui initio reſponſionis meæ omnem tibi condixi brevitatem, in promiſſum peccem; ſunt etiam ea ſic comparata, ut vel ad rhombum nihil faciant, vel ex præmiſſis jam ſatis convicta ſint: Si tamen majorem adhuc informationem appeteres, Te, brevitatis ſtudio, ad literas Imperii, ex comitiis Ratisbonenſibus, durante adhuc Arbitrio hinc inde placito; ſed ex diffidentiâ cauſæ à Rege Chriſtianiſſimo, plenâ rurſus pace, rupto, annos ante aliquot ad altiſſimè nunc dictum Chriſtianiſſimum Galliarum Regem perſcriptas, remitto, in quibus uberiora ſolidæ informationis adminicula, de toto hujus rei ſtatu invenies. In votis poſtremum hoc eſt, (modo à vobis impetrabile) ut Chriſtianiſſimæ Galliarum Majeſtati, nullo jure vel æquitate ſuffultæ, non tam animus, concupiſcentiæ ſuæ & jurium acquiſitorum modum & terminum ſtudio neſciendi, quàm mens ſeria eſſet ſtandi promiſſis, per publica literarum ſuarum monumenta, univerſo terrarum Orbi notis, quod nimirum per arma ſua nihil unquam aliud intenderit, quàm ut Statibus Romani Imperii

jura

jura ſua &c. reſtituantur & ſinguli in antiqua ſua libertate manerent, Contenta, prout optimè ſuaſit Magnus ille apud Germanos Galliarum olim Orator, Gravellus, *iis juribus, quæ Pace Weſtphalicâ ſibi acquiſivit, & in eâ expreſſa fuerunt. Quibus eo minori impediſione & ab omni litis conteſtatione tuta frui potuiſſet Rex, quo Statibus Imperii ſatis eſt perſpectum, qua potentia, qua ſolertia, & curâ, quibusve viribus ſe ſuaque tuendi Rex Chriſtianiſſimus polleat. Indulgentiſſimus de cætero in eo eſſe poſſum, Vir Clariſſime, quod ſententiam tuam hac in re liberius expoſueris; Ex iis verò, quæ percepiſti, mentem & judicium emendes, precor, & propediem exactiorem informationem expecta, quomodo nempe res circa Præfecturam Hagenoenſem & Civitates Imperiales, agnoſcentes illam, ſeſe habeat? quibus interim te valere jubeo, &c. Dabantur Lugduni Batavorum die 17. Auguſti 1697.*

Inſuper circa hanc Alſatiæ materiam operæ pretium eſſe duximus addere ſequens ſcriptum:

Raiſonnement de Monſieur de GRAVEL, Plenipotentiaire du Roi Tres-Chrêtien ſur l' Affaire d' Alſace.

Touchant les droits appartenans au Roi ſur les dix Villes Imperiales d' Alſace; Envoyé à la Cour le 25. d' Août 1661. & depuis à Monſieur le Duc de Mazarin le 8. d' Avril 1664.

Il. eſt à propos de remarquer, auparavant que d' entrer dans la diſcuſſion de l' affaire principale, que le Traité de Munſter eſt en pluſieurs endroits obſcur & ſubjeſt à des explications, qui paroiſſent tout à fait contraires; quelques uns croyent, que cela a été fait à la ſuſcitation des Miniſtres Imperiaux, ou plûtôt de ceux d' Eſpagne, afin d'y laiſſer de ſemences des brouilleries, par leſquelles le dit Traite pût être renverſé. Monſieur Volmar a dit pluſieurs fois, que l' on ne devoit pas s'y mettre beaucoup en peine, qu' il étoit conçû en tels termes, qu' il ne pouvoit pas ſubſiſter long-tems. Il eſt auſſi neceſſaire de conſiderer, que le dit Traité étant avantageux pour la France, & par cette raiſon particulierement, qu'il donne au Roi les moyens d' entrer dans la connoiſſance des affaires de l' Empire, ſur tout par l' Alliance, qui a eté contractée entre ſa Majeſté & quelques Electeurs & Princes du dit Empire, & qui eſt tout à fait fondée ſur le dit Traité; il ſemble qu'il eſt du ſervice de ſa Majeſté de ne rien entreprendre, qui puiſſe ſervir aux deſſeins des dits Miniſtres, & affoiblir la reputation, que Sa Majeſté s'eſt acquiſe de maintenir inviolablement le dit Traité en toutes ſes parties, comme elle a fait jusques ici avec l' approbation & l' applaudiſſement de tout l' Empire.

La queſtion principale eſt donc de ſçavoir, en quoi conſiſte la ceſſion, qui a été faite à ſa Majeſté de la Haute & Baſſe Alſace, de la charge de grand Baillif de Hagenau, & de la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes Imperiales? Voici les termes du Paragraphe: Tertio Imperator &c.

L'Empereur, tant en ſon nom propre, qu' en celui de toute la Sereniſſime Maiſon d' Autriche, comme auſſi de l' Empire, céde tous les droits, proprietés, domaines, poſſeſſions & jurisdictions, qui jusques ici ont appartenu tant à lui, qu' à l' Empire, & à la famille d' Autriche, ſur la Ville de Briſach, le Landgraviat de la Haute & Baſſe Alſace, Suntgovie, & la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes Imperiales, à ſçavoir Hagenau, Colmar, &c. ,,

Le §. ſuivant: itemq; dictus Landgraviatus, &c. ,, *dit: que le dit Landgraviat de l' une & de l' autre Alſace & Suntgovie, comme auſſi la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes nommées; item tous les Vaſſaux, ſujets, hommes, Villes, Bourgs, Châteaux, & en un mot tous les droits, Regales, & appartenances, ſans reſerve, aucune, appartiendront au Roi Trés-Chrêtien, & ſeront incorporées à perpetuité à la Couronne de France, avec toute ſorte de Jurisdiction & de Souveraineté, ſans que le Empereur, l'Empire, & la Maiſon d' Autriche y puiſſent apporter aucune contradiction.* ,,

Pour tirer le veritable ſens de tes deux Paragraphes, & les accorder avec cet autre qui ſuit & peu aprés: Teneatur Rex Chriſtianiſſimus, &c. *Il eſt à propos de remarquer, que la dite ceſſion faite au Roi comprend non ſeulement tout ce qui appartenoit en propre à la Maiſon d' Inſpruck, mais auſſi certains droits, que la dite Maiſon avoit dans la Haute & Baſſe Alſace, comme eſt la dite Prefecture ſur les dix Villes Imperiales, & que tant ce qui appartenoit en propre à la dite Maiſon, que les dits droits, qui relevoient de l' Empire, c'eſt pourquoi il a été neceſſaire, que l' Empereur & l' Empire, qui étoient intereſſez dans la dite ceſſion, comme Seigneurs des Fiefs & des dits droits, y ayent donné leur conſentement, avec cette difference, que tout ce qui appartenoit en propre à la dite Maiſon, à été cedé au Roi abſolument, avec toute ſorte de ſuperiorité, & de jurisdiction, & ſans relever de qui que ce ſoit; & pour ce qui eſt des dits droits, comme eſt la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes, qui ont été cedées au Roi, quoique ſa Majeſté ne les reconnoiſſe, ni de l' Empereur, ni de l' Empire, elle eſt toute fois obligée de les exercere de la maniere, que la Maiſon d' Inſpruck en a uſé, pendant qu' elle en été en poſſeſſion; comme il eſt expliqué par le dit §.* Teneatur, &c. *qui dit que le Roi Tres-Chrêtien ſera tenu de laiſſer non ſeulement les Evêques de Strasbourg, & de Basle, & la Ville de Strasbourg: mais auſſi les autres Etats, ou Ordres, Abbez de Murbach & Luders, qui ſont dans l' une & l' autre Alſace, relevant immediatement de l' Empire Romain, l' Abbeſſe d' Andlau, le Monaſtere de Saint Benoit au Val Saint Gregoire, le Palatin de Lutzelſtain, les Comtes & Barons de Hanau, Fleckenſtein, Oberſtein & toute la Nobleſſe de la Baſſe Alſace:*

relata; à quibus cum Subdelegatorum Concluſum confirmaretur, (teſte §. 47 Documentorum *Nullitatis*, p. 44.) expetitumque deſuper à Dn. *Gravellio*, cum Arbitrii Deputatis, Electore Moguntino, & Corona Sueciæ, colloquium fruſtra inſtitueretur, binis literis, 21 & 26 Julii 1670. ab Arbitris, cardo controverſiæ ipſi Regi adhuc ſemel expoſitus, junctis querelis, quod, ſuper unico Juramenti puncto, jamjam triennium effluxerit, intereaque Miniſtri Regii variis turbationibus Civitates vexarent; annexis precibus rem ſeriò, juxta tenorem Inſtrumenti Pacis, tractandi, decidendique, via facti omnino interim prohibita. Vid. earum tenor in cit. *Nullitate* §. 48 & 49 Document. p. 45 ad 48. Regia Reſponſio, ſub dato *Chambord*, 23 Oct. 1670, nihil aliud continens, quam *Juramentum fidelitatis & obedientiæ* à Civitatibus, Coronæ Galliæ, tanquam Supremo Præfecturæ Domino, ſimpliciter deberi, extat ibid. §. 50. Docum. p. 49 &c. Viceverſa Arbitri 14-24 Mart. 1671, in *Concluſo* reddendæ, ad *Gravelii* declarationem 11 ejusd. menſ. reſponſionis, iterum exiſtimarunt, Civitates aliud juramentum præſtare non poſſe, quam de quo an. 1662. ſecundum Ipſius Regiæ Majeſtatis placitum, inter partes convenerit, niſi inſtrumentum Pacis evertatur, & Civitatum Immedietas peſſundetur; vid. ibid. §. 52 *Document.* p. 53 &c. Replicuit *Gravellius*, in Reſponſo 4 Junii 1671, Regem ſuum à præſcripta, ex parte Galliæ, Juramenti formula nullstenus receſſurum, priusquam clarius deducatur, quare Civitates illi ſatisfacere nequeant? Vid. l. c. §. 53 *Document.* p. 55 &c. Quo 2-12 Aug. 1671 ab Arbitris facto, ibid. §. 54 *Document.* p. 57 &c. Ex mandato, publicè propoſuit Dn. *Gravellius*, 11 Nov. an. eod. Ratisbonæ, Regi categoricè ad quæſtiones reſpondendum: (1) *An non omnimoda Superioritas, ſive Supremum Dominii jus, in Præfecturam decem Civitatum Alſatiæ, ſuæ Majeſtati ceſſum ſit, Eidemque purè & abſolutè competat?* (2) *Quodnam propriè ſit verum dictæ Superioritatis ac Dominii ſubjectum?* ſecutura certò ultima Regis declaratione; vid. ibid. §. 55 *Document.* p. 62 &c. Cui reſpondere Arbitri, 24 Januar. 3 Februar. 1672. ad (1) *Daß man darin einig, daß ermelte* Præfectura Provincialis Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, *Ihrer Königlichen Maj. und der Cron Franckreich*, Jure Supremi Dominii, *eigenthümlich*, independenter *und* abſolutè, (*auf welche Weiß ſie beym Ertz-Hertzoglichen Hauß Oeſterreich hiebevor nie geweſen*) *vom Kayſer und Reich, überlaſſen worden, auch derſelben alſo nunmehr zugehöre*; ad (2) *eben dieſe* Præfectura Provincialis *vor das eigentliche* Subjectum *obgedachten* Juris Supremi Dominii, *zu halten; dieſelbe aber, krafft* Inſtrumenti Pacis, *theils in den von Alters darzu gehœrigen Landvogtey-Dorffſchafften, theils in einigen, mit gewiſſer Maaß von der* Præfectur *dependirenden* Juribus Præſtandis, *bey dieſen Reichs-Stätten (wie dan die*, hinc inde, *entworffene* Juraments-Formul in ſpecie *nur auf ſolche* Jura *eingerichtet,*) *beſtehe, welches jedoch, ſo viel die Stätte betrifft, eine Königliche, Ihrer in §. Teneatur &c.* Inſtrumenti Pacis, reſervirten Immedietät *und* Libertät, *zu widerlauffende* Superiorität *nicht* inſerire &c. Vid. ibid. §. 56, p. 64 &c. Reſolutione Regia propterea non ſecuta, ſupplicarunt Civitatum Deputati, An. 1673, 24 Febr. St. V. Principalium nomine, in Comitiis, à Sacratiſſima Majeſtate Cæſarea, Imperiique Statibus, apud Regem officia interponi, quo, cum Declarationibus Arbitrorum acquieſcere, & compoſitionem reliquorum capitum commodiori via promovere, tum, pendente Arbitrio, illatis æquè ac quotidiè inſerendis Civitatum gravaminibus mederi dignaretur; inſuperque Civitates in poſſeſſione vel quaſi antiquitus exercitæ, adquiſitæ, & in Inſtrumento Pacis peculiariter confirmatæ reſervatæque Immedietatis & Libertatis, ſartæ tectæ relinquerentur & conſervarentur. Vid. *Memorial der vereinigten Reichs-Stätte im Elſaß, dem Chur-Maintziſchen Reichs*-Directorio, ad dictaturam & Propoſitionem, *übergeben, den* 24 Febr. (6 Mart. St. N.) *An.* 1673.

Hæc dum agebantur, indixit Rex, 10 Febr. 1673, Electori Colonienſi & Epiſcopo Monaſterienſi, arma; vid. *Valckeneri; verwirrt Europa*, part. 4, p. 489; viciſſimque Cæſar, ſub dato *Egræ* 10, 20 Aug. ſolenni Diplomate, omnes & ſingulos Imperii ſubditos ex militia Gallorum avocavit; vid. *Lundorpius*, Tom. X, Lib. XI, Cap. 58, p. 90 & 91; *Theatr. Europ.* Tom. XI; *Diar. Europ.* Contin. XXVI, p. 505; *Valckenier* l. c. §. 81. Document. qua rerum facie, bello, à parte Imperii, nedum declarato, Galli, *Turrenio* Duce, in Alſatiam irruperunt, ibique ſæpe ſata *Decapoli* potiti ſunt; præſertim *Colmariæ & Seleſtadii* munimenta deſtruentes; vid. *Theatr. Europ.* l. c. pag. 393; add. *Kayſerl. Maj. Schreiben an die Kayſerliche* Commiſſarios *zu* Regenſpurg, ſub dato *Wien*, 10 Martii. 1674, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 121, §. 4, p. 265; verb. *Abbrennung der Rheinbrücke zu* Straſsburg; *Bemachtigung beyder Stätten* Colmar *und* Schlettſtadt. *wider das, in ſelbiger Streit Sachen, beliebtes, und von Ihro (Cron Franckreich) denen Ständen eingeräumtes* Arbitrium &c. nec non *Leonhardi Tappi*, Miniſtri Cæſarei, *Vortrag an die Schweitzeriſche* Cantons, *auf dero Tagſatzung zu* Baden, d. 7 April. anno eod. apud *Lundorpium* l. c. Cap. 100, p. 159, ibi; *Unter währender Zeit, in dem Ober-Rheiniſchen Crayß, wieder die Statt* Straſsburg, *die Ritterſchafft im Elſaß, den Herrn Grafen von* Hanau-Sarbrücken, *und dan mit gewaltthatiger Einnehmung*, Demolirung, Exarmirung, *und* Spoliirung, *der, treulich und ohne Sorge, unter der, durch den* Weſtphaliſchen *Frieden, verſprochenen und pflichtſchuldigen Sicherheit, ſich frey vermeinenden,*

und

und ruhig ſitzenden, auch mit abſonderlicher Freundſchafft, und uhralter guter Verſtändniß, den Herren Eydgenoſſen zugethanen Reichs-Stätten in dem Elſaß, und erſt kurtz hin beſchehen, und annoch beſtändig androhenden Einfall in das Biſtumb Baſel, begegnet iſt, und noch immer während begegnen thut, zu erkennen giebt &c.

Anno 1679. 5. Febr. ſecuta *Pax Neomagienſis*, cujus Art. 2. cautum: *Cum Pax Monaſterii Weſtphalorum 24. Octob. An. 1648 concluſa, ſolidiſſimum hujus mutuæ amicitiæ, tranquillitatisque publicæ fundamentum ſactura ſit, reſtituetur illa, in omnibus & ſingulis, ſuo priſtino vigori, manebitque impoſterum ſarta tecta, tanquam ſi hic ejusdem Pacis Inſtrumentum, de verbo ad verbum, inſertum legeretur, niſi quatenus eidem hoc Tractatu expreſſè derogatum eſt.* Proinde & *decem Civitates Alſaticæ* in priſtinum ſtatum, quo An. 1648. fuerunt, ſunt reſtitutæ, quia circa eas nihil hic diſpoſitum, quod Immedietati ipſarum jurique Statuum Imperii detrimento eſſe queat, quare etiam in deſignatione à Gallia reſtituendorum, a Legatis Cæſareis, Legationi Gallicæ, 12. Junii 1679. exhibità, expreſſa earum facta mentio, verb. *Reſtituenda & evacuanda ſunt Regiones & loca Imperii omnia, quæ à Gallia occupata, nec Pace hac Gallia ceſſa ſunt, aut de quibus ad tempus aliter diſpoſitum fuit &c.* Vid. *Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Nimegue* Tom. 3, p. 545. & porrò, p. 548: *Item: Colmaria, Monaſterium in Valle S. Gregorii, Kayſersberg, Turckheim, Schlettſtadt, Ober-Ehenheim, Rosheim, & Hagenau &c.* Tergiverſantibus nihilominus Gallis, evolavit 10 Febr. 1680. Ratisbonæ, Imperiale Placitum, vulgo *Reichs-Gutachten*, quod, poſt *Kulpiſium*, ad *Monzamban.* T. 1. Cap. 2, §. 1, p. 85. &c. Europ. *Heroldt*, p. 1194 & ſeqq. Edit. An. 1688. complectitur, ubi p. 1196, inter alia: *Nachdem auch, Viertens, bekant iſt, was in dem Münſteriſchen Frieden-Schluß,* § Imperator pro Se &c. *mit* Ceſſion *der Landſchafft Ober- und Unter-Elſaß, ſamt der Land-Vogtey Hagenau, vor eine Beſchaffenheit habe, daß nemblich ſelbige der Kron Franckreich, jedoch mit außdrücklichem Vorbehalt der darinnen gelegenen zehen Verein-Stætte, und deren hergebrachten* Immediet*æt und* Libert*æt, vermöge* §. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus &c. *untergeben, und in ſolchem* §. expreſſe ſanciret *worden, daß von Ihrer Königl. Maj. einige Königl.* Superiorit*æt über gedachte Stätte, weiter nicht* prætendiret *werden ſolle, geſtalten die Crohn Franckreich ſolches, viel Jahr nach bemeltem* Weſtphali*ſchen Friedenſchluß, nicht allein ziemblich* obſerviret, *und, vermöge des zu* Nürnberg 1650, *beyderſeits verglichenen* Executions-Receſſus, *die Statt* Hagenau, Landau, *und alle übrige Elſaſſiſche Verein-Stätte, würcklich* evacuirt, *ſondern auch, wie die* Acta Publica *bezeugen, über gedachte Reichs-Stätte einige* Souveranitæt, *oder daher rührendes* Juramentum Fidelitatis & Subjectionis, *noch auch einige* Appellation, *oder dergleichen* Prætenſiones *nicht gemacht, auch nachgehends, als dieſelbe viel Jahr darnach darwieder ſich* graviret, *folgende aber deren Beſchwerden an das Reich gebracht, ſolche Ihrer Königl. Maj. in Franckreich, von dem Reichs-*Convent, *unterm 19. Aug. 1665. gebührend* remonſtriret, *und, zu deren Entſcheidung, ein* Compromiſs, *oder* Arbitrium, *vorgeſchlagen, zugleich auch, umb Abſtellung der* Gravaminum, *beweglich angeſucht worden, Ihr Königl. Maj. Selbſten, vermöge Dero an das Reich, unterm 18. bemeldten Sept. 1665ſten Jahrs, abgegebenen Antwort-Schreibens, ſich zu beyden williglich verſtanden, und ſo fort Ihrer Seits, nicht allein gewiſſe Churfürſten und Fürſten* pro Arbitris denominiret, *ſondern auch deren* Miniſtris *ſich alſo zu bezeigen, anzubefehlen erbothen, damit man, Reichs wegen, zu klagen keine Urſach haben möge; maßen dan das Reich, mit Allerhöchſtgedachter Kayſerl. Maj. Vorwiſſen, gleicher geſtalten gewiſſe Reichs-Stände zu* Arbitris *benant, folgends, in vor hochgedachtem* Arbitrio *viel Jahr von beyden Theilen verfahren, und daſelbſt, wegen des* Juraments *und* Souverainität, *viele* Concluſa *und* Declarationes, *und zwar noch letzlich unterm 3. Febr. 1672, wiewohl mit ſchlechtem* Effect, *eröffnet worden. Dieweiln aber nachgehends dieſes* Arbitrium, *theils, wegen der angeſchienenen Kriegs-*Troublen, *und theils, wegen der Franzöſiſcher Seits, eingewendeten* Exceptionen, *ins Stecken gerathen, zumahlen die Stätte, noch vor* declarirtem *Reichs-Krieg, von Franckreich* occupiret, *und gäntzlich* demoliret *worden; hingegen in dem jüngſten* Niemægi*ſchen Friedenſchluß,* §. 2. expreſſè *verglichen, daß alles, was durch den* Niemægi*ſchen nicht geändert, nach dem* Weſtphæli*ſchen eingerichtet und* reſtituiret *werden ſolle: maßen dan unlaugbar, daß, wegen gedachter Elſaſſiſchen Reichs-Stätte, dießfals nicht das geringſte* immutirt *worden. Als wird dermahln noch ferner billig dabey zu beſtehen, und obberührter X Reichs-Stætte* Immediet*æt und* Libert*æt, ſamt dero davon* dependir*enden* Jurium, reſtitution, *wie auch* reaſſumption *jetzgedachten* Arbitrii, *wegen der übrigen noch unerörterten* Puncten, *zu begehren, inſonderheit aber auch Ihrer Kayſ. Maj. und des Reichs-Cammer-Gericht, über dieſe X Stätte habende* Jurisdiction, *und dahero ſchuldigen Unterhaltungs-Beytrag, zu* conſerviren *ſeyn &c.* & p. 1197: *Und weiln,* Neuntens, *die Statt* Schlettſtatt, *vermöge vorgemelten* §. Teneatur &c. ibi: Decem Civitates Imperiales &c. *wie übrige Verein-Stätte, dem Reich verbleiben, und nach dem* Niemægi*ſchen Frieden* reſtituir*et werden ſolle; ſo kan man nicht finden, mit was Recht die Krön Franckreich, aus jetzgedachter, auf des Römiſchen Reichs Grund und Boden gelegener Statt, zu deſſen* Præjuditz, *eine Veſtung machen, und vor ſich behalten wolle; dahero man dero* Evacuation, *gleich anderer dem H. Reich gehöriger Orten zu begehren hat, &c.*

Verum,

Verum, his non obſtantibus, emanarunt è *Camera Reunionis*, à Rege *Briſaci* inſtituta, duo *Arreſta*, alterum de 22 Mart. 1680, & alterum d. 9 Junii ejuſdem anni, quibus prædictæ Civitates, cum omnibus inde pendentibus, ſimpliciter ſub Jurisdictionem Coronæ Gallicæ ſunt revocatæ, & ad præſtandum Regi Fidelitatis & ſubjectionis juramentum damnatæ; ambo extant in cit. *Nullitate Reunionis Alſaticæ.* § 59 & 60 *Document.* p. 70 ad 85; Ex priori huc ſpectant verba p. 73: *Il & ſans difficulté, que toutes les Villes, Bourgs & Villages, ſituez dans la Baſſe Alſace, & les autres, qui dependent de la Prefecture Royalle d'Haguenau, & du mundat de Weiſſenbourg, ſont de Nôtre Souveraimité, & que les detempteurs & Poſſeſſeurs, qui en jouiſſent, ſ' en doivent deſiſter, & Nous en quitter la Poſſeſſion &c.* & p. 79: *Nôtre d. Conſeil... a declaré & declare les dits Bailliages, Villages & Chateaux être de la Prefecture Royalle d' Haguenau, comme une dependance du mundat de Weiſſenbourg, & de Nôtre Souveraineté dans la Baſſe Alſace; enjoint à tous les Habitans de dits Lieux, de Nous reconnoitre à l' avenir pour leur ſeul Souverain & Monarque; leur faiſſant deffences, de ſe pourvoir en autre Juriſdiction, qu' en celle de nôtre Conſeil d' Alſace, en cas d' Appel; ordonne en autre, qui' ils Nous preteront inceſſament le ſerment de Fidelité; & pour Marque de Nôtre Souveraine Puiſſance ſur tous les dits lieux, que Nos armes ſeront placées ſur les principales Portes & entrées des Villes, Auditoires & Maiſons communes des dits Bailliages &c.* Quam ægré id tulerint Imperii Status, teſtantur eorum litteræ, ſub dato Ratisbonæ, 27. Iulii, ejusdem anni, ad Regem Chriſtianiſſimum datæ, apud *Kulpiſium* l. c. pag. 104 &c. & in dicta *Nullitate* §. 63. *Document.* p. 89 &c. quamvis ſine fructu, ceu, ex Arreſto Conſilii Status Regii, de 3 Oct. ejusdem Anni, videre eſt, in dicta *Nullitate.* § 61 *Document.* p. 85, ubi: *Extraict des Regiſtres du Conſeil d' Etat du Roy, du 3 Octob. 1680*; verb. *Sur ce qui a été repreſenté du Roy, étant en Conſeil, que, les Landgraviats de la Haute & Baſſe Alſace ayant été, en Execution des Traités de Paix de Münſter & de Nimegue, reunis à la Couronne, par Arreſt du Conſeil Souverain d' Alſace, des 22 Mars & 9 Aouſt derniers, il ſeroit iuſte & raiſonnable, que les nouveaux, Subjects de Sa Majeſté fuſſent traités également à ceux de ſon ancienne Domination, ce qui ſe peut faire, en levant les Bureaux des Peages, qui ſont établis dans la Province d' Alſace &c.* Clarius ſenſa animi detexit Rex Ipſe, in reſponſione ad Literas Statuum. ſub dato *Verſailles*, 10. Octob. 1680. ibid. §. 64 *Document.* p. 96. &c. & apud *Kulpiſium* l. c. pag. 125 &c. ægerrimè ferens à ſe poſtulata, nec ſe quicquam poſſidere aſſirmans, niſi juſto titulo, in Inſtrumentis Pacificationum Monaſteriensis & Neomagienſis fundato. Argumenta verô ibi adducta admodum fragilia eſſe, Regemque pleraque vi detinere; proinde vigore dictarum Pacificationum, male parta reſtituere teneri, ulteriori Reſponſo, ſub dato Ratisbonæ, 7. Febr. 1681, firmiſſimis & perſpicuis rationibus demonſtrarunt Status, apud *Lundopium* T. XI. Lib. XII, Cap. 84, Tit. XV, pag. 291 &c. & *Kulpiſium* l. c. pag. 167 &c. & in cit. *Nullitate*, §. 65 *Document.* p. 103 &c.

Quam frigidè novam hanc Statuum Imperii deductionem Rex ſuſceperit, vel inde patet, quod, nuperæ Pacis fructus colligere meditante Germania, nullo declarato bello, inopinatè *Argentoratenſem* Civitatem, amicitiæ Regiæ tot ſinccrationibus redditam certiorem, & præſidio, & pulvere pyrio, paulo ante ipſis Gallis, amicos ſe fingentibus, & quaſi ad ſubjugandam Montisferratenſium *Caſaliam*, eo indigere jactantibus, vendito, deſtitutam, inſuperque motibus inteſtinis quadantenus vexatam, Exercitu 40000 bellatorum, duce *Joſepho de Ponts*, Barone de *Montelar*, in vicina Burgundia & Lotharingia, imponendo veluti locis *Sarbrück, Bitſch, Homburg, Boukenom, Sarlouis &c.* præſidio, contracto, circumdederit, & 20-30 Sept. 1681, ad deditionem compulerit; Leges, ex parte Regis, à *Franciſco Michaële* Marchione *de Louvois*, & *Joſepho de Ponts*, Barone *de Montelar*; & ex parte Senatus, à *Johanne Georgio de Zedlitz*, Prætore; *Dominico Dieterich* & *Johanne Leonhardo Froereiſen*, Conſulibus; *Johanne Philippo Schmidt, Daniele Reichshoffer, Iona Stoer, Iohanne Ioachimo Frantz*, & *Chriſtophoro Güntzer*; *Ilkirchii* ſubſcriptæ, erant: (1) Civitatem, ad exemplum Epiſcopi Argentoratenſis, Comitum ab *Hanau*, Baronis de *Fleckenſtein*, & Immediatæ Nobilitatis Imperii, neminem poſthac Rege ſuperiorem agnituram, (2) Regem, in negotio Religionis nihil immutaturum, cathedrali ſolum Eccleſia, quam *Münſter* vocant, excepta, Romano Catholicis reddenda; (3) Magiſtratus inſuper & Civium privilegia omnia & ſingula confirmaturum, ita tamen, ut appellationes à Senatu ad Parlamentum Briſacenſe, deferrentur, ſi ſumma litigioſæ ſortis ultra 1000 libras Gallicas aſcenderet; (4) Jurisdictionem quoque tam Criminalem quam Civilem, Senatum, Collegia, Academiam, Arhivum, jus colligendi, exigendi vectigalis &c. &c. in priſtino ſtatu relicturum; auferendis modò prius Civibus armis, in cœnaculo quodam recondendis; &c. (5) nulla onera extraordinaria à Civibus exactum iri &c. Vid. *Diar. Europ.* Contin. 44, p. 338 ad 341; *Theatr. Europ.* Tom. XII, p. 274 ad 276; *Theatr. Pacis* T. 2, p. 997; cit. *Nullitas reunionis Alſaticæ*, §. 66. *Document.* p. 108 &c; *Hartnac ad Micrælium*, lib. 2, Sect. V. p. 551 & 552; *Riencourt, Hiſtoire de Louïs XIV.* T. 2 p. 79; Auctor *Annotationum ulteriorum* ad Lib. 1 *Conringii* Tract. de *Finibus*, Cap. 7, §. 2, p. 4, 5 & 6. Quibus rationibus *Johannes Antonius de Meſmes*, Comes *d' Avaux*, Legatus Regius ad Hollandos, factum hoc Hagæ Comitum excuſare tentaverit, diſcimus ex Ejus Memoriali, hunc in finem exhibito, apud *Lundorpium*, Tom. XI, Lib. XII, Cap. 81, p. 142 & 143. Quid ſani in ſe contineat? oſtendit

Auctor

Digitized by Google

Auctor *der Politiſchen Betrachtungen über dieſes* Memorial, ibid. Cap. 82, p. 143 & ſeqq. Mirum dictu, talia à Rege ſuſcepta, tempore, quo inter Eum & Imperium convenerat, per Legatos utrinque mittendos, litem omnem, & maxime, quæ ad ſtabiliendam pacem Noviomagenſem facerent, amicabiliter, *Francofurti ad Mœnum*, diſceptanda & componenda, Cameræ *Metenſis* & *Briſacenſis*, ſuper *prætenſa Reunione*, ferendis ſententiis interea ſuſpenſis; nominatisque jam ad Congreſſum iſtum, ex parte Imperatoris: *Wolfgango Andrea* Comite *Roſenbergio*, & *Dieterico Alberto Henrico* de *Stratmann*; & nomine Imperii, ex *Electorali Collegio*, Moguntino & Saxone; ex *Principum Scamno Eccleſiaſtico:* Archi-Duce Auſtriæ, & Bambergenſi Epiſcopo, & ex *Seculari:* Bavaro, C. P. Lauterenſi, Duce Saxo-Vinarienſi & Duce Brunſuico-Hanoverano; & é *Civitatum* Claſſe: Colonia atque Ratisbona, (nomina Subdelegatorum Miniſtrorum exhibente Authore *des* Europ. *Heroldts*, Edit. 1688, *im Anhang*, p. 1162;) & ex parte Regis: Dominis de *St. Romain*, & de *Harlay*; Vid. *Reichs-Gutachten, die* Conferentz *mit Franckreich betreffend*, de dato Regenſpurg, 30 Maji 1681, & *Kayſerlich*-Commiſſions-Decret, *in* Puncto Congreſſus Francofurtenſis, dictat. Ratisbonæ, 7 Jun. an. eod. apud *Lundorpium* l. c. Cap. 84, §. 32. & 33. p. 307 & 308; Add. *Vollmacht vom Reich, für die, zu dem* Conferentz-*Tag nacher Franckfurt, erkieſte Geſandten;* nec non Inſtruction *der Geſandten auf den zu Franckfurt angeſtellten* Conferentz-*Tag*; & *Kayſerlich* Commiſſions Decret, *den Herrn Grafen von* Roſenberg *betreffend*, d. 14. Junii 1681, ibid. §. §. 34, 35 & 36, p. 308 & 309; ut &, *Reichs-Gutachten, den* Congreſſ *zu Franckfurt betreffend*, dictat. Ratisb. 5 Julii, an. 1681, ibid. §. 44, p. 312. &c. & aliud, *die Beſchleunigung der* Conferentz *mit Franckreich betreffend*, dictat. 24. Julii an. eod. l. c. §. 46, p. 315 &c. & *Kayſerlich* Commiſſions-Decret, in eadem cauſa, l. c. § 47, p. 316; *Chur-und Fürſtliches* Concluſum, in Puncto *des Franckfurtiſchen* Congreſſus, dictat. 13 Aug. an. eod. l. c. §. 49, p. 318; *Kayſerlich* Commiſſions-Decret, *die Franckfurter* Conferentz *betreffend*, ſuper modo tractandi, dictat. 17 Sept. an. eod. l. c. §. 60, p. 323. & 324. cui junctum duplex ſchema ſeſſionum, alterum convenientibus Miniſtris Cæſareis, & Deputatis Imperii inter ſe; & alterum, præſentibus quoque Legatis Gallicis, obſervandum. Omnia lentè procedebant; Legitimationes Subdelegatorum demum 8. Decemb. factæ: Prima propoſitione, anno 1682, 2. Januar. declararunt Galli, Regem, tranquillitatis publicæ intuitu, *Reuniones* ulterius non urſurum; prætenſiones in *Argentoratum*, locaque reliqua, priusquam Oratores ſuos Francofurtum miſiſſet, occupata, ſuſpenſurum; & munimenta pretioſiſſima *Friburgi*, deſtructurum, ſi certi & indubitati limites Imperium inter & Regnum Galliae conſtituerentur, nec Regiis juribus, nec Monaſterienſis & Neomagienſis Pacificationum Tabulis præjudiciales. Cæſarque inſuper munimenta *Philipsburgenſia* humo æquaret, Oppidumque Epiſcopo Spirenſi traderet. Vid. *Lundorpius* l. c. Cap. 84, p. 353, §. 1. Reſpondente Imperio, 20 Mart. an eod. ſe ſperare: Regem, contra genuinum ſenſum dictorum Tractatuum, nihil uſurpaturum; nec in propria cauſa Judicem acturum; ſed injuſte detenta quantocyus priſtinis Dominis reſtituturum; ulteriores reuniones, & quascunque innovationes alias in Terris Imperii ſerio inhibiturum, omniaque reliqua in eum ſtatum, quo tempore dictarum Pacificationum fuerint, repoſiturum; & poſtea de caſtris deſtruendis, ducendisque Imperium inter & Galliam finibus, amice ſecum acturum; (apud *Lundorpium* l. c. pag. 353 & 354. §. 25;) replicarunt Galli, proxime ſequenti 28 April. Regem juſta poſſeſſione omnium locorum, quæ teneret, gaudere; fruſtra de genuino Tractatuum ſenſu quæſtionem moveri; non eſſe tempus inanes ventilandi diſputationes; ſi verè tranquillitas publica quæratur, unicè de pace loquendum firma & conſtante; vid. ibid. §. 3, p. 354. Acceſſit & hæc remora, quod Galli, contra morem tractandi negotia publica, liberas inter Gentes hactenus frequentatum, non niſi *Linguam Gallicam* adhibere molirentur, cui conanimi, ex parte Imperatoris & Imperii, ſummoperè contradictum; Vid. *Der Kayſerlichen Geſandſchafft Schrifft, auf der Frantzœſiſchen* Ambaſſadeurs Replic; de dato *Franckfurt*, 29 April 1682, ibid. §. 4, p. 355; add. *Der Reichs-*Deputation *Bericht nach* Regenſpurg, *was vom* 16 Martii, *biß auf den* Majum, *bey der* Conferentz *gehandelt worden*; ibid. §. 5, p. 355; *Chur-Mayntziſcher Vorſchlag* ratione Idiomatis, dictat. 10 Junii, an eod. l. c. §. 7, p. 356; nexis ſic variis actibus moris, malo quaſi conſulturi Galli, propoſuere, 28 Sept. an eod. vitandis ambagibus, ultimam Regis voluntatem eſſe, *Argentoratum*, cum Fortalitio *Kehl*, quietè retinendi, quoad reliquas verò Civitates, Caſtra, Arces, & diſtrictus, quibus à Cal. Auguſti 1681. Rex potitus ſit, conſilia cum Cæſareis & Imperii Miniſtris conferendi, eo fine, ut confeſtim lis omnis dirimatur; hocque temperamentum, niſi ante ultimum proxime ſequentis Novembris diem acceptetur, Majeſtatem ſuam oblata revocare, nec iis amplius teneri velle. Vid. *Lundorpius* l. c. §. 9, p. 357;

ſpectant huc: *Eines Aufrichtigen* Patriotens *einfæltige Gedancken, über die Friedfertigkeit, ſo die Franzoſen in Ihrem bekandten* Project, *und in der* Declaration *von obigen 28. Sept. zu Franckfurt am Mayn, an den Tag gegeben*; ibid. §. 10, p. 358 &c. Scripto ſtatim, per Miniſtrum, exponi curabat Elector Brandenburgicus, conſultius ſibi videri Imperio, pacem cum Gallis, modo quolibet pacifico, firmari, quàm incerto novi belli eventui futuram ſalutem committi; Galliam præpotentem eſſe, Imperium contra hinc inde dilaceratum, cui adhuc bellum Turcicum immineret &c. Vid. Ejus *Bedencken*, l. c. §. 11, p. 360 &c. & apud Auctorem *des* Europæi*ſchen Heroldts*, p. 1263. &c. editionis An. 1688; Non deerant, qui in Comitiis in eandem ſententiam ibant; quibus alii, veluti: Electores Bavarus & Saxo, una cum Domibus Auſtriaca, Saxonica, Brunſuico-Luneburgenſi & Haſſiaca, Epiſcopo Bambergenſi &c. adverſabantur, exiſtimantes, à ſolennibus Pacificationum Weſtphalicæ & Neomagienſis, ac utrinque juramento firmatis, formulis, nullatenus recedendum; Galliam præcocem placidamque oblatorum ſuorum admiſſionem, terrorem & metum interpretaturam; longèque pejora tentaturam; bonitatem cauſæ Deo concredendam, cui facile, Regis animum juſti & æqui principiis imbuere &c. vid. Vota Subdelegatorum *Francofurti*, 15 Oct. an. eod. expoſita, apud *Lundorpium* l. c. §. 14, p. 365. ad 389; In Comitiis prolata extant ibidem, Cap. 127, §. 79, p. 512 &c. & §. 81, 82, 83, 84, p. 518. &c. §. 86, p. 523 &c. & apud Europ. *Heroldt* l. c. pag. 1274 &c. Non obſtante diſcordia hac, placuit hinc inde, Jura Imperii adhuc ſemel deducenda, dictis Pacificationibus corroboranda, & Legationi Gallicæ inſinuanda, quo publicè innoteſceret, injuriam Imperio fieri, Regemque, ex Juſtitiæ regulis, ad reſtitutionem in integrum omnium, contra clarum tenorem Tabularum iſtarum, detentorum, obligari; quod etiam 26 Oct. an. eod. factum; vid. *Lundorpius* l. c. Cap. 84. §. 15 & 16, p. 389 ad 393; Enimverò, nihil ad deductionem hanc, quam ne quidem ſuſcipere dignabantur, reſpondentes Galli, ſcripto declaraverunt 30 Nov. an. eod. miſſum à Rege ſibi mandatum poſtridie *Francofurto* diſcedendi, domumque redeundi; vid. idem. l. c. §. 19 & 20, p. 394 &c. quæ declaratio nec ex parte Imperii admiſſa, teſte Decreto Cæſareæ Commiſſionis, ibid. §. 22. p. 397.

Ruptis hoc modo, ex parte Gallorum, tractatibus, inſtruxit tamen Rex Miniſtrum ſuum in Comitiis, *Ludovicum Verjus*, Comitem de *Crecy*, potentia negotium in Comitiis reaſſumendi, omnesque Imperatoris & Imperii ſtabiliendæ pacis propoſitiones, ad Calendas usque proxime futuri Menſis Februarii, auſcultandi, & ad eas reſpondendi; vid. *Vollmacht des Kænigs in Franckreich, an Seinen bey dem Reichs*-Convent *zu* Regenſpurg *habenden* Plenipotentiarium, *Grafen von* Crecy, ſub dato *Verſailles*, 19 Nov. 1682. apud *Lundorpium* l. c. Cap. 127. §. 80, p. 518; nec non laudati Legati *Memoriale*, 2. Dec. an. eod. in Comitiis exhibitum, l. c. §. 85. p. 522. Variis deſuper in Imperio deliberationibus inſtitutis, præviis Cæſareæ Commiſſionis Decretis, d. 19 & 29 Dec. an. eod. quæ *Lundorpius* l. c. §. 88, p. 525. &c. & §. 91. p. 533 &c. aſſervat, concluſere Status trium Collegiorum 12 Januar. 1683, concedendum Regi, ut cum Ipſius Miniſtro in Comitiis de Pace agatur; vid. ibid. Cap. 189, §. 2, 3 & 4, p. 583; quam ſententiam Commiſſioni quoque Cæſareæ, mediante *Senatus Conſulto* d. 13. Jan. denunciarunt, ibid. §. 5, p. 584, cui Imperatoris conſenſus, 15, 22 & 27. ejusdem menſis, acceſſit; ibid. §. 8, p. 585, §. 13, p. 586, & §. 16, p. 588; Certior de Imperatoris & Imperii reſolutione hac redditus Comes de *Crecy*, 23 Jan. per Legatum Aichſtadienſem, publico nomine ad hoc miſſum, addita rogatione, ut cuncta Regi referret, ſibique mandatum novum, ratione temporis ad tractatus neceſſarii ſufficiens, transmitti curaret; ab initio bonæ ſpei plenos Status facere ſe non poſſe, reſpondit, eò quod cum Menſe Mandatum ſuum expiraret; & Imperator non niſi tempus, ad ineunda contra Galliam fœdera, lucriſacere meditari ſibi videretur; interim ſe omnia exactè ad Regem perſcripturum; ibid. §. 12. ad 15, p. 586. ad 588; & §. 21, p. 591; poſtea verò Mandatum produxit, 20. Febr. recens ſibi miſſum, validè cum Imperio de Pace tractandi, donec expreſſè revocaretur; ibid. §. 24, p. 591 & 592. Poſt longas diſceptationes, ab altera parte, Turcis Imperium invadentibus, & 4-14 Julii Exercitu 200000. amplius bellatorum, ipſam Regiam, *Viennam*, circumdantibus, ab altera, Gallico Legato, (cujus Memoriale 28 Julii, ad publicam dictaturam promotum, l. c. §. 53, p. 618 &c.) proponente, mentem Domini ſui eſſe ultimam, adhuc ante finem proximi menſis Augusti, aut *perpetuam* ſecum iniri *pacem*, ea conditione, ut ſibi omnia loca, quibus Cal. Auguſti 1681, gaviſus eſſet, una cum Civitate *Argentoratenſi*, ejusque dependentibus cis Rhenum, & fortalitio *Keel*, pleniſſimè cederentur, viciſſim reliquis prætenſionibus ſuis omnibus titulisque quibuscunque renunciaturo; aut *Armiſtitium*; amplexa ſunt tria Statuum Collegia poſterius, teſte eorum *Gutachten*, in Puncto Armiſtitii, d. 1. Sept. 1683; ibid. §. 63. p. 625.

Convenerunt igitur, 15 Aug. 1684. in Armiſtitium *viginti annorum*, cujus formula, apud *Lundorpium* Tom. XII. lib. 13, Cap. 60, §. 71. p. 129; *Theatr. Europ.* Tom XII. p. 630 &c. *Theatr. Pacis* T. 2, p. 1038. &c. Europ. *Heroldt* p. 1334 &c. Edit. An. 1688, alibique, extat. Summa eſt: (1) duret Armiſtitum *Viginti* annos;

annos; (2) Fundamentum Ejus ſint inſtrumenta Pacificationum Monaſterienſis & Neomagienſis; (3) Eo durante, ſit vera & ſincera amicitia inter Tranſigentes, adeò ut nulla Juris ſpecie, aut facti via, nullis hoſtilitatibus, reunionibus, vindicationibus, nulloque recuperandorum jurium prætextu, aliove modo, directè vel indirectè, turbari queat; (5) Eodem ſpatio durante, maneat Rex Chriſtianiſſimus in libera quietaque poſſeſſione Civitatis *Argentoratenſis*, cum fortalitio *Keel*, aliisque munimentis intra Urbem dictumque fortalitium ſitis, Rhenoque adjacentibus, ut & omnium quarumcunque ditionum & locorum, quæ, usque ad 1. Auguſti 1681, vigore ſententiarum Tribunalium Metenſis, Briſacenſis & Veſontini, in Imperio occupata ſint; & quidem (5) cum ſupremo Dominio Superioritatiſque juribus; (6) Reſtituat viciſſim Rex Imperio omnia loca reliqua, quorum poſſeſſionem poſt 1. Aug. 1681, ſibi vindicaverit, abſque ulla reſervatione. (7) Arreſta utrinque ſolvantur. (8) Relinquat Rex omnes, qui, prævia dictorum Tribunalium ſententia, juramentum fidelitatis ſibi præſtiterint, in quieta poſſeſſione ſtatuum juriumque ſuorum, tam in Eccleſiaſticis, quàm Politicis, ut & plenaria fructuum perceptione; (9) In locis reunitis & vindicatis, concedat Rex Incolis liberum Religionis Exercitium, liberrimamque omnium bonorum ſuorum, decimarum, redituum &c. diſpoſitionem; (10) Conſtituantur Commiſſarii, ſtatim à ratificatione Tractatus hujus, qui limites Imperium inter & Galliam, juxta denotatam poſſeſſionem, deſignent; (11) Renunciet Imperator & Imperium, ad tempus harum Induciarum, ſupremo dominio, Jurique Superioritatis, & protectionis, vel alteri cuique, in Regiones & loca, per Conventionem hanc, Coronæ Galliæ, dicto modo ceſſa; verſaque vice Rex prætenſionibus quibuscunque in Imperium, Ejusque Status '& Membra. (12) Libera ſint, inter utriusque partis ſubditos, commercia; (13) Lites inter eosdem exortæ, vel naſcituræ, more conſueto ventilentur, ut Actor forum Rei ſequatur; (14.) Diſceptationes ſuper hoc ipſum Inſtrumentum oriundæ, non via facti, aut armis, ſed amicabiliter, ſecundum Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ tenorem, componantur & tollantur &c. Permutatione Ratificationum ritè facta, cum Orator Gallicus, 19. Sept. an. eod. juxta Art. X, Limitum deſcriptionem urgeret, (Memoriali 16-26 ejusd. Menſ. dictato, ap. *Lundorpium* l. c. §. 84. p. 137.) Civitatesque Imperiales, in Senatus Conſulto denominandorum ad hoc, ex parte Imperii, Commiſſariorum, ſpecialiter *Decem Civitatum Alſaticarum* mentionem, fieri peterent, reſpondere 10. Nov. an. eod. Superiora duo Collegia: *Nachdem man, von Seiten des Reichs-Stättiſchen* Collegii, *verlanget, daß in dem Reichs-Gutachten, den* Punct *der Greutz-Scheidung, mit der Cron Franckreich, und Benennung gewiſſer* Commiſſarien *darzu, betreffend, der zehen Verein-Stætten im Elſaß* ſpecialiter *mitgedacht werden möchte, auf daß Selbige auch, wie andere bey dem* Armiſtitio intereſſirte *Reichs-Stændte, mit Ihren* Gravaminibus *gehöret, und künfftig* reſtituiret *werden können, die beyde Hohere Reichs-* Collegia *aber dafür gehalten, und ſich dahin erklæret, daß, gleichwie alle andere, wieder die* Inſtrumenta Pacis Weſtphalicæ & Neomagenſis gravir*t, und zu* reſtituiren *ſeyende Stændte, unerachtet Sie* ſpecialiter *in ſolchem* Armiſtitio *nicht benamſet, dannoch darinn begriffen ſeyen, alſo gehœrten auch die beſagte zehen Verein-Stætte darzu, und ſind, ſo wohl als alle übrige* gravirte in genere, *und* virtualiter *unter den, im Eingangs berührten Reichs-Gutachten, enthaltenen Worten: Reichs-Stænden, verſtanden, damit Sie den* Effect *des* Armiſtitii *dabey genieſſen möchten; Als haben dieſelbige auch dem Reichs-Stættiſchen* Collegio, *zu deſto beſſerer Nachricht, dieſes,* per modum Extractus Protocolli, *unter dem Chur-Maintziſchen* Directorial-*Inſiegel, darüber ertheilen wollen. So geſchehen*, Regenſpurg, *den 10. Novemb.* 1684.

(L.S.)

Churfürſtl. Maintziſche Cantzley.

Vid. *Lundorpius* l. c. §. 94. p. 250. &c. De aliorum Statuum querelis & gravaminibus, contra Gallos interea in Comitiis expoſitis, evolve *Lundorpium* l. c. Cap. 83, p. 217 &c. Cap. 108, p. 245 &c. Cap. 119, §. 17, p. 471; §. 19, p. 472; §. 21, p. 473; §. 29, p. 478; & Cap. 156, §. 2, p. 573 &c. &c. Subſtitit ita res ad Annum usque 1688, quo, mortuo 3 Junii, *Maximiliano Henrico*, Electore Colonienſi, & 9 Julii, circa eligendum ſucceſſorem, diviſo invicem Capitulo, quibusdam *Joſephum Clementem*, Bavariæ Ducem, eligentibus; aliis verò *Wilhelmum Egonem*, Principem Fürſtenbergium, & Epiſcopum Argentoratenſem, poſtulantibus, recruduit bellum; quandoquidem, *Fürſtenbergio* licet *Bonnam, Noveſium, Keiſerwerdam* & *Rhinbergam*, præſidiis Gallicis firmante, ubi Cæſareæ & Brandenburgicæ copiæ, in favorem Bavari, *Coloniam* occupaſſent, Rex Galliæ Imperatori & Imperio arma indixit, in argumentum ducens, (1) noluiſſe Cæſarem *Armiſtitium Vicennale* in perpetuam pacem mutare; (2) ſtuduiſſe cum Turcis inire pacem, ut Galliæ arma inferret; (3) hunc in finem, *Auguſtæ Vindelicorum, Norimbergæ* & alibi, varia cum Imperii Principibus, exteriſque Potentiis, pepigiſſe fœdera; (4) *Philippum Wilhelmum*, Ducem Neoburgicum, Aurelianenſis Duciſſæ prætenſionibus in Electoratum Palatinatus nondum feciſſe ſatis; (5) In ſui odium, denegatum Fürſtenbergio Colonienſem Archi-Epiſcopatum &c. Repoſuit quidem

Imperium 1 Nov. (1) Inauditis, nec conſentientibus Imperii Statibus, Cæſarem non potuiſſe *Armiſtitium* in perpetuam Pacem commutare; (2) Auguſtum ne quidem cogitaſſe victoriarum curſum intempeſtiva pace cum Turcis ineunda interrumpere, multo minus coxiſſe bellum adverſos Gallos, (3) Fœdera, in ſecuritatem Imperii pacta, maxime reſpicere Turcas, (4) Neoburgicum, ante latam ſententiam, nulla obligatione Aurelianenſi Duciſſæ fuiſſe obſtrictum; (5) Non Imperium, ſed Pontificem Romanum, Fürſtenbergii *poſtulationem* improbaſſe, proinde nullatenus novis turbis vexandum &c. Verum, ad ſaniora propterea conſilia non rediens Rex, totis viribus Palatinatum, vicinamque Sueviàm, & Franconiæ limites, infeſtavit, qua triſti rerum periodo, *decem Civitates Alſaticæ Imperiales* voluntatem ſuam continuandæ poſſeſſionis in effectum quidem deducere non valuere, attamen in ipſarum favorem, inſertum Art. VIII. *Capitulationis Joſephinæ*, d. 14-24 Januar. 1690: *Als ſollen und wollen Wir &c. darob und daran ſeyn, damit .... die zehen vereinte Reichs-Stætte im Elſaß, krafft* Inſtrumenti Pacis, *unter dem H. R. Reich, gleich wie andere* Immediat-*Stände, einverleibt, bleiben. &c.*

An. 1697. inſecuta Pace *Ryſwicenſi*, cautum, Art. III, Pacificationes Monaſterienſem & Neomagienſem Baſin & fundamentum Tranſactionis hujus conſtituere, ſtatim à commutatis Ratificationum formulis, tam in Sacris quam Profanis, plené executioni mandandas, ſartasque tectas poſthac conſervandas, niſi quatenus nunc aliter expreſſe conventum fuerit; & Art. XVI, Urbem *Argentoratenſem*, cum omnibus appertinentiis ſuis in ſiniſtra Rheni parte ſitis, cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate, ſupremoque dominio, a modo in perpetuum, absque ulla reſervatione, ad Regem Chriſtianiſſimum, Ejusque Succeſſores pertinere debere, Coronæque Galliæ incorporatam intelligi, citra Imperatoris & Imperii, vel cujuscunque alterius, contradictionem, abrogatis omnibus & ſingulis Imperatorum & Imperii Decretis, Statutis, & Conſuetudinibus, utut juramento firmatis, aut inpoſterum firmandis, nominatimque Capitulatione Cæſarea, quatenus alienatio omnimoda bonorum & Jurium Imperii prohibetur &c. Quoniam igitur dictis Civitatibus priſtina Imperialis Immedietas expreſſe non ablata fuit, nihil impedit, quo minus illæ adhuc hodie eam prætendere valeant; ſicut etiam non ſolum *Landavia*, ex quo An. 1704, 23. Nov. manibus Gallorum erepta fuit, biennio poſt, recta via, absque ulteriori cauſæ cognitione votum & ſeſſionem in Civitatenſi Collegio, per Conſulem Dn. *Schattemannum*, menſe Februario, Jure poſtliminii reoccupavit, & placide à exteris iterum admiſſa eſt; ſed & in Projectum *Perpetuæ Capitulationis*, An. 1711, 8. Jul. à Moguntino ad publicam promotum Dictaturam, inſerta verba, Art. XXVII; *So dan die zehen vereinigte Reichs-Statte im Elſaß, ausgenommen des* Juris Præfecturæ Provincialis, *vermög obbeſagten Frieden-Schluſſes, dem H. R. Reich, gleich wie andere* Immediat-*Stænde, einverleibt bleiben &c.* clarius adhuc expreſſa in Capitulatione *Caroli VI*, d. 12. Oct. 1711, Art. XXVII, in fine: *So dann die zehen vereinigte Reichs-Statt im Elſaß, dem Ræmiſchen Reich anwiederum* reſtituirt, *und demſelben, gleichwie andere* Immediat-*Stände (mit Vorbehalt jedoch dem Ertz-Hauß Oeſterreich, auch, vor dem Münſteriſchen Frieden-Schluß, zugeſtandenen* Juris Præfecturæ Provincialis) *einverleibt werden ſolle. &c.* Inſuperque, ex Art. III. Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Gallicæ, 7 Sept. An. 1714. *Badæ*, in Ergovia contractæ, notum, Pacificationes *Weſtphalicam, Neomagienſem* & *Riſwicenſem*, per omnia pro confirmatis eſſe cenſendas, niſi quatenus expreſſe, per hanc Conſtitutionem, immutatæ ſint; aſt de dictis X. Civitatibus in ea nihil expreſſe diſpoſitum, excepto, quod *Landavia*, An. 1713, 20. Aug. à Franciæ Mareſchallo, *Ludovico*, Duce *de Villars*, ad deditionem iterum compulſa, per Art. XIV, dictæ Pacificationis *Badenſis* Coronæ Galliæ ceſſa ſit, verbis: *Da Seine Kayſerl. Maj. und das Reich, die Begierde bezeugen wollen, welche Sie begen, zur* Satisfaction *Seiner Aller-Chriſtlichſten Maj. zu* contribuiren, *und künfftig mit Selbiger eine unverfälſchte Freundſchafft, und vollkommene Verſtändiß zu ſtifften: ſo* conſentiren *Sie, und zwar dem, durch dieſen* Tractat, retabl*irten Ryßwickiſchen Frieden gemäß, daß die Statt* Landau, *mit Ihren* Dependentien, *ſo die Dorffer* Nuſsdorff, Danheim *und* Queichheim, *zuſamt Ihren Banns und Aufboten, ausmachen, ſo, wie Sie der Aller-Chriſtlichſte Kænig vor dem Krieg beſeſſen*, fortificirt, *Seiner Aller-Chriſtlichſten Maj. verbleiben.* Ex hac genuina facti ſpecie, judicandum: *Num Imperator & Imperium ſupremum Territoriale Jus in Decapolim Alſaticam, ſola jam exceptâ Landaviâ, amiſerit, illudque in Regem Galliæ tranſlatum ſit, an non?* Plura qui de Quæſtione hac ſcire cupit, evolvat ſæpe commendatum Auctorem *Nullitatis Reunionis Alſaticæ* de An. 1708, Cap. 2. quo à p. 39. ad 111, rationibus ſolidiſſimis, probat, id non factum, per Inſtrumentum *Pacis Weſtphalicæ*; nec, quod Cap. 3, p. 111. ad 122, demonſtrat, per *Pacem Neomagienſem*; nec, de quo Cap. 4, p. 123 ad 131. agit, per tabulas *Pacis Ryſwicenſis*; addens, Cap. V, p. 132. ad 136. Gallos dictum Supremum Territoriale Imperium in easdem Civitates, ſolo armorum Reunioniſve titulo occupatum, hactenus uſurpando tenuiſſe; annexo diſcrimine patientiæ poſſeſſionis improbativæ à tacita

Ceſſio-

Ceſſione. Coronidis loco, ſubjiciam adhuc ſcriptum, cui titulus:

Amici Epiſtola Reſponſoria ad Amicum de Juribus Regi Chriſtianiſſimo in Alſatia ceſſis.

Legi, Vir Clariſſime, literas tuas de rebus Pacis Noviomagi geſtis, multâ & proximâ induſtriâ conſcriptas, eâque, ut par ſuis, humanitatis dignatione excepi. Non invideo tibi gloriam nactæ præ aliis notitiæ de accurato pacis hujus negotio, & recto, uti dicis, ipſius ſenſu. Verum, doleo unà errorem, qui tibi, informatione vel parùm accuratâ, vel a partium ſtudiis minus remotâ, contigit. Ipſemet etenim fateris, eam tibi cum Gallis conſuetudinem fuiſſe, ut clàm te non eſſent, quæ in vulgus ſparſa non fuerunt, ſic facilè potuit fieri, quod una vel altera de actis Noviomagenſibus relatio fide & veritate ſubleſtâ in manus tuas inciderit. Hinc etiam judicium abs te, hâc ſuper pacificationis Noviomagenſis indole, adornatum, ubique ſatis ceſpitare & titubare videtur; Id ipſum non per prolixa, ſed brevia ſolidiorum rationum momenta, magis perſpicuum ob oculos tibi nunc ponam; putas enim (quod cardinem totius rei deſinit). ſummum Regis Galliæ in totam Alſatiam, cum ſuperiorem tum inferiorem, Dominium, in tractatu Pacis Monaſterienſis, perſpicuis ita verbis expreſſum eſſe, ut nullus planè ſubterſugio locus videatur relictus, maximè in paragraphis: Tertio Imperator pro ſe &c. itemque dictus Landgraviatus &c. *Sed evolve quæſo & accuratius inſpice allegatos modo paragraphos; reperiturne in iis quicquam de totâ Alſatia Regi Galliarum ceſſa? vel eſt-ne tibi aliquid de ſupremo in totam Alſatiam inferiorem & ſuperiorem ceſſo Dominio diſpoſitum? Quod vero Diſtrictus trium Epiſcopatuum, Metenſis nempe; Tullenſis & Verodunenſis, Landgraviatus Alſatiæ, Præfectura Provincialis in decem liberas & immediatas imperii Civitates, locaque dependentia: quamvis cum omnibus juribus, proprietatibus, poſſeſſionibus ac juriſdictionibus, uti ad Imperium & Domum Auſtriacam ſpectarunt, Regi Galliarum ceſſa ſint: totam Alſatiam nec conſtituant, nec ſupremum & abſolutum in totam Alſatiam dominium vel jus inferant, adeò notum eſt, quàm quod notiſſimum. Dominos Epiſcopos Argentinenſem & Baſilienſem, Dominos Comites Palatinos, Abbates Murbacenſem & Luderenſem, Comites de Naſſau & Comites de Hanau, Immediatam Nobilitatem, decem Civitates imperiales, cum liberâ & immediatâ Civitate Argentinâ, horumque Imperii Statuum & Ordinum, reſpectivè Principatus, Comitatus, Ditiones, Territoria, Bona, maximam comprehendere partem in & ſub Alſatia, ad ceſſionem tamen Regi Chriſtianiſſimo in Tractatu Pacis Monaſterienſis factam, neutiquam pertinere; Cujus rei ut ne vel minima dubitatio ſupereſſet, in allegatis paragraphis omnia, quæ Regi Galliarum, Imperatoris & Imperii nomine ceſſa ſunt, dilucidè adeo, atque perſpicuè denominata et expreſſa conſpiciuntur, ut neminem latere amplius poſſint ea, quæ Regi Galliarum ex Inſtrumento Pacis Monaſterienſis competunt et ipſi de jure competere potuerunt. Imò quò omnis futura ambigendi materies tolleretur, magnâ & conſultâ circumſpectione paragraphus,* Teneatur Rex Chriſtianiſſimus *&c. Inſtrumento Pacis Monaſterienſis inſertus eſt, quem conſulas velim, utpote qui tibi unâ veluti operâ, omnem adimet ſcrupulum; ſed inquis, Vir Clariſſime, etſi initium paragraphi,* Teneatur, *Civitatibus & Ordinibus eo loco deſignatis favere videatur, attamen adjectam in fine memorati paragraphi clauſulam:* ***Ita tamen, ut præſenti hac declaratione nihil detractum intelligatur, de omni ſupremi Dominii jure quod ſupra conceſſum eſt &c.*** *omnem de ſupremo Dominii jure, & ſummâ authoritate, prioribus articulis conceſſâ, difficultatem ſic elidere, ut hinc manifeſtum fiat, querelis duntaxat nonnullorum Statuum, quæ publicæ ſaluti, privatam opponebant utilitatem, inanibus quibuſdam verbis ibi ſatisfactum fuiſſe. Sed quis bonæ mentis vir & fraudationis publicæ neſcius interpretabitur ſic dictum paragraphum, aut cenſebit, eum veluti otioſum planè inanem aut ſupervacuum fuiſſe appoſitum; dum memorata modo clauſula, non derogationis aut deſtructionis, ſed Confirmationis gratiâ, ideo in favorem Galliæ adjecta eſt, ut nimirum jus eidem in anterioribus conceſſum, eo magis integrum & ſalvum conſervaretur, verſuſque ejus ſenſus genuinus inde hic, & non alius, ſit, quam quod ſpeciali iſtâ diſpoſitione & exceptione in §.* Teneatur *&c. comprehenſâ, nil derogetur omni ſupremi Dominii juri, quod Rex Galliarum, non in totam Alſaticam, nec in totâ Alſatiâ, ſed tantummodò in locis Pace Monaſterienſi acquiſitis, in Alſatia ceſſis, dictiſque paragraphis ex aſſe determinatis ac circumſcriptis, ſibi acquiſivit, eoque potiundi, per publicum contractum Monaſterienſem, facultatem obtinuit, quo etiam jure, dicta ex Pacificatione Monaſterienſi & Contractu ad unguem liquido, Regi Galliarum, ſine impedimento & contradictione Imperatoris & Imperii, adeo liberè & quietè perfrui licuiſſet, ut ne hiſcere quidem contra illud quiſpiam auſus fuiſſet, modo etiam Rex Galliarum, contra tenorem dicti Inſtrumenti Pacis, contra Executionem ipſius, contra propria ſua acta & facta, imò & contra Sanctiſſimas Majeſtatis ſuæ ſincerationes, à tentatâ poſtmodum extenſione jurium inibi ſibi ceſſorum abſtinere, & iis contentus eſſe voluiſſet, quæ à Domo Auſtriacâ conſentiente Cæſare & Imperio, ſibi ceſſa fuerunt, aut etiam cedi potuerunt, Regio ſuo animo benè & Chriſtianiſſimè perpendendo, uti ex manifeſtiſſimo juris ad minimum Chriſtianorum fonte,* ***nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habuit,*** *ita Sereniſſimam Domum Auſtriacam, ut pote quæ neque in totam Alſatiam, neque in decem prædictas Civitates Imperiales ullum unquam ſupremum Dominium, ſed certa duntaxat jura, quæ Galliæ, conſentiente Cæſare & Imperio ceſſa ſunt, habuit, aut exercuit, plura, quam ſibi competebant cedere voluiſſe, aut etiam*

Digitized by Google

etiam cedere potuiſſe, nemo niſi hoſpes actorum Publicorum aſſeret; Imò quod tale quid, nunquam vel in mentem venerit, vel etiam jure venire potuerit, Ipſa Sereniſſima Domus, ex actis & factis Chriſtianiſſimi atteſtatur &c. Quid autem ad eam pertinuerit, olim, ex §. Inſtrumenti Pacis Monaſterienſis, Tertio: Imperator &c. *affatim liquet, unde in §.* Teneatur &c. *ſelecta & emphatica iſta leguntur verba: Quod Rex Galliarum nullam ulterius in liberos per utramque Alſatiam Status, Romanoque Imperio immediatè ſubjectos ordines Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Aſtriacam ſpectarunt, & per Pacificationis Monaſterienſis tractatum Coronæ Galliæ ceſſa ſunt &c. Nil etiam in novo pacis Inſtrumento Neomagi confecto, de enormi adeo ceſſione, aut ejus conceſſa extenſione (qualem Rex Galliæ jam anhelat) ſtatutum reperitur, ſed potius per Tractatum Noviomagenſem Pax Monaſterienſis in omnibus priſtino ſuo vigori reſtituta, niſi quatenus huic per iſtum expreſſè derogatum. Poſitis hiſce fundamentis juris & æquitatis, violentiâ prapotentiore, remotâ, nullus video, Vir Clariſſime, quo titulo, quâ lege & quo jure totius Alſatiæ à Rege Galliarum ſollicitata ceſſio, defendi queat? Es qua libertas, quæ immedietas maneret reliquos Imperii Status in Alſatiâ ſitos, peſſundato ſic penitus eorum ſtatu? In quorum conſervationem & aſſertionem tamen ſæpius memoratus paragraphus Pacis Weſtphal.* Teneatur &c. *tam anxiam collocavit operam.*

Vides itaque, Vir Clariſſime, argumenta tua, quibus juſtitiam eorum, quæ poſt Pacem Weſtphalicam & ejus executionem, ſimiliter quæ poſt concluſam Neomagi Pacem, in Alſatiâ à Miniſtris Gallicis, vel jubente, vel connivente Rege Chriſtianiſſimo, tentata & peracta ſunt, aliis perſuadere ſatagit, ea non eſſe, ut apud cordatos, & præjudicii ſtudiis liberos homines, applauſum promereantur. Cæterùm, quæ in Miniſtros Imperatoris, qui conficiundæ pacificationi Neomagenſi unà præfuerunt, inque ſolertiam & vigilantiam eorum diſſeris, non adeo contemnenda eſſent dicteria, niſi iis obliquè imputare velles, quod magis curæ cordique eis fuerit, Imperatoris utilitati, quàm publicæ rei proſpicere; Dubio res caret, quod curam utriusque ſanctè geſſerint, & quando meliores pacis conditiones impetrare potuiſſent, eas, ambabus, ut dicitur, manibus, fuiſſent amplexi, ſed neceſſitudine Status publici & Pacis ab omnibus calidiſſimis adeo votis expetitæ, aliud imperante & dictitante, pactâ quocumque modo pace, (quæ ad ulteriora provehi non poterat) acquieviſſe neceſſum erat. Illud tamen miror, Vir, rerum aliàs perquam gnare, quod aſſerere non erubeſcat, dictos demum Legatos Imperatoris vel ipſos fuiſſe perſuaſos ad Regem Chriſtianiſſimum & Galliæ Coronam Civitates & loca, quæ Imperio reſtitui poſtularunt, jam jam pertinuiſſe, ideoque ſæpius illa in compenſationem Friburgi, obtuliſſe; cum conſtare tamen tibi debuiſſet, ab Imperio illos nulla authoritate, conſenſu, aut mandato, ad enormem adeo ceſſionem & abdicationem fuiſſe munitos. Et ſi ita, quæſo! cur civitatum Illi! cur locorum Regi Galliæ, neque per Pacem Monaſterienſem, neque per Noviomagenſem ceſſorum, reſtitutionem tam ſtudioſè & ſollicitè quæſiverunt? Cur publicam eo nomine conteſtationem & proteſtationem Dominis Mediatoribus ante Pacis Noviomagenſis conſignationem, exhibuerunt? Sed, inquis, nonne excitatæ difficultates & diſceptationes, ratione ceſſorum in Alſatiâ ab Imperatoris & Imperii Legatis, deſerta ſunt? Nonne ex deſignatis reſtituendorum articulis poſtulationem ſuam expungere coacti? Ita ut negotium, ratione ſupremi in totam Alſatiam Dominii, & juris in tres Epiſcopatus ad Regem Chriſtianiſſimum ſpectantis, Pace Noviomagenſi deſuper concluſa, in vim & virtutem rei judicatæ excreverint. Aſt, ſcias velim, Vir Clariſſime, quod Legatio Cæſarea de his & talibus prius non deſtiterit, vel ea in dicto Tractatu omittenda eſſe voluerit, quam Legati Gallici non ſolum ſe deſuper non ſatis informatos & rerum harum ignaros eſſe, ſed & expreſſè declaraſſent, nihil novi aut aliud juris à Chriſtianiſſimâ Majeſtate in Status & loca, quæ nominatim Legatio Cæſarea reſtitui voluit, prætendi; quam quod eidem Pace Weſtphalicâ acquiſitum fuerit. Quæ, cum Pacis Neomagicæ baſis ac fundamentum crederetur, articulum iſtum tanquam ſupervacaneum omittere placuit; Ne autem omiſſio talis, Legationem Cæſaream renuntiationis alicujus poſſit arguere, pro declinandâ omni cavillatione, aliquot, ante ſubſcriptam Pacem, diebus coram Mediatione Illa, & coram ipſis Legatis Regiis, verbis & ſcriptis, quod forſan lubenter ignoras, ex ſuperabundanti interpoſita proteſtatione, expreſſè eapropter cavit; Solidis hiſce rationum momentis ſententiam tuam, Vir Clariſſime, quam ex ſiniſtrâ, uti ſentio, imbibiſti informatione, ſat deſtructam nunc, ipſe cognoſces. Reliqua hæſitationis tuæ capita, eâ prolixitate, qua uſus, non attingam, ne, qui initio reſponſionis meæ omnem tibi condixi brevitatem, in promiſſum peccem; ſunt etiam ea ſic comparata, ut vel ad rhombum nihil faciant, vel ex præmiſſis jam ſatis convicta ſint: Si tamen majorem adhuc informationem appeteres, Te, brevitatis ſtudio, ad literas Imperii, ex comitiis Ratisbonenſibus, durante adhuc Arbitrio hinc inde placito; ſed ex diffidentiâ cauſæ à Rege Chriſtianiſſimo, plena rurſus pace, rupto, annos ante aliquot ad altiſſimè nunc dictum Chriſtianiſſimum Galliarum Regem perſcriptas, remitto, in quibus uberiora ſolidæ informationis adminicula, de toto hujus rei ſtatu invenies. In votis poſtremum hoc eſt, (modo à vobis impetrabile) ut Chriſtianiſſimæ Galliarum Majeſtati, nullo jure vel æquitate ſuffulta, non tam animus, concupiſcentiæ ſuæ & jurium acquiſitorum modum & terminum ſtudio neſciendi, quàm mens ſeria eſſet ſtandi promiſſis, per publica literarum ſuarum monumenta, univerſo terrarum Orbi notis, quod nimirum per arma ſua nihil unquam aliud intenderit, quàm ut Statibus Romani Imperii

jura

jura ſua &c. reſtituantur & ſinguli in antiqua ſua libertate manerent, Contenta, *prout optimè ſuaſis Magnus ille apud Germanos Galliarum olim Orator, Gravellus, iis juribus, quæ Pace Weſtphalicâ ſibi acquiſivit, & in eâ expreſſa fuerunt. Quibus eo minori impeditione & ab omni litis conteſtatione tuta frui potuiſſet Rex, quo Statibus Imperii ſatis eſt perſpectum, quâ potentia, quâ ſolertia, & curâ, quibusve viribus ſe ſuaque tuendi Rex Chriſtianiſſimus polleat. Indulgentiſſimus de cætero in eo eſſe poſſum, Vir Clariſſime, quod ſententiam tuam hac in re liberius expoſueris; Ex iis verò, quæ percepiſti, mentem & judicium emendes, precor, & propediem exactiorem informationem expecta, quomodo nempe res circa Præfecturam Hagenoenſem & Civitates Imperiales, agnoſcentes illam, ſeſe habeat? quibus interim te valere jubeo, &c. Dabantur Lugduni Batavorum die 17. Auguſti 1697.*

Inſuper circa hanc Alſatiæ materiam operæ pretium eſſe duximus addere ſequens ſcriptum:

Raiſonnement de Monſieur de GRAVEL, Plenipotentiaire du Roi Tres-Chrêtien ſur l' Affaire d'Alſace.

Touchant les droits appartenans au Roi ſur les dix Villes Imperiales d' Alſace; Envoyé à la Cour le 25. d' Août 1661. & depuis à Monſieur le Duc de Mazarin le 8. d' Avril 1664.

Il eſt à propos de remarquer, auparavant que d' entrer dans la discuſſion de l' affaire principale, que le Traité de Munſter eſt en pluſieurs endroits obſcur & ſubjeſt à des explications, qui paroiſſent tout à fait contraires; quelques uns croyent, que cela a été fait à la ſuſcitation des Miniſtres Imperiaux, ou plutôt de ceux d' Eſpagne, afin d'y laiſſer de ſemences des brouilleries, par lesquelles le dit Traité pût être renverſé. Monſieur Volmar a dit pluſieurs fois, que l' on ne devoit pas s'y mettre beaucoup en peine, qu' il étoit conçû en tels termes, qu' il ne pouvoit pas ſubſiſter long-tems. Il eſt auſſi neceſſaire de conſiderer, que le dit Traité étant avantageux pour la France, & par cette raiſon particulierement, qu'il donne au Roi les moyens d' entrer dans la connoiſſance des affaires de l' Empire, ſur tout par l' Alliance, qui a été contractée entre ſa Majeſté & quelques Electeurs & Princes du dit Empire, & qui eſt tout à fait fondée ſur le dit Traité; il ſemble qu'il eſt du ſervice de ſa Majeſté de ne rien entreprendre, qui puiſſe ſervir aux deſſeins des dits Miniſtres, & affoiblir la reputation, que Sa Majeſté s'eſt acquiſe de maintenir inviolablement le dit Traité en toutes ſes parties, comme elle a fait jusques ici avec l' approbation & l' applaudiſſement de tout l' Empire.

La queſtion principale eſt donc de ſçavoir, en quoi conſiſte la ceſſion, qui a été faite à ſa Majeſté de la Haute & Baſſe Alſace, de la charge de grand Baillif de Hagenau, & de la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes Imperiales? Voici les termes du Paragraphe: Tertio Imperator &c.

L'Empereur, tant en ſon nom propre, qu' en celui de tou- „
te la Sereniſſime Maiſon d' Autriche, comme auſſi de „
l' Empire, céde tous les droits, proprietés, domaines, poſ- „
ſeſſions & jurisdictions, qui jusques ici ont appartenu „
tant à lui, qu'à l'Empire, & à la famille d' Autriche, ſur „
la Ville de Briſach, le Landgraviat de la Haute & Baſſe „
Alſace, Suntgovie, & la Prefecture Provinciale ſur les „
dix Villes Imperiales, à ſçavoir Hagenau, Colmar, &c. „

Le §. ſuivant: itemq; dictus Landgraviatus, &c. „
dit: que le dit Landgraviat de l' une & de l' autre Alſace „
& Suntgovie, comme auſſi la Præfecture Provinciale ſur „
les dix Villes nommées: item tous les Vaſſaux, ſujets, „
hommes, Villes, Bourgs, Châteaux, & en un mot tous „
les droits, Regales, & appartenances, ſans reſerve, au- „
cune, appartiendront au Roi Très-Chrêtien, & ſeront „
incorporées à perpetuité à la Couronne de France, avec „
toute ſorte de Jurisdiction & de Souveraineté, ſans que „
le Empereur, l'Empire, & la Maiſon d' Autriche y puiſ- „
ſent apporter aucune contradiction. „

Pour tirer le veritable ſens de ces deux Paragraphes, & les accorder avec cet autre qui ſuit & peu aprés: Teneatur Rex Chriſtianiſſimus, &c. *Il eſt à propos de remarquer, que la dite ceſſion faite au Roi comprend non ſeulement tout ce qui appartenoit en propre à la Maiſon d' Inſpruck, mais auſſi certains droits, que la dite Maiſon avoit dans la Haute & Baſſe Alſace, comme eſt la dite Prefecture ſur les dix Villes Imperiales, & que tant ce qui appartenoit en propre à la dite Maiſon, que les dits droits, qui relevoient de l' Empire, c'eſt pourquoi il a été neceſſaire, que l' Empereur & l' Empire, qui étoient intereſſez dans la dite ceſſion, comme Seigneurs des Fiefs & des dits droits, y ayent donné leur conſentement, avec cette difference, que tout ce qui appartenoit en propre à la dite Maiſon, a été cedé au Roi abſolument, avec toute ſorte de ſuperiorité, & de jurisdiction, & ſans relever de qui que ce ſoit; & pour ce qui eſt des dits droits, comme eſt la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes, qui ont été cedées au Roi, quoique ſa Majeſté ne les reconnoiſſe, ni de l' Empereur, ni de l' Empire, elle eſt toute fois obligée de les exercere de la maniere, que la Maiſon d' Inſpruck en a uſé, pendant qu' elle en été en poſſeſſion; comme il eſt expliqué par le dit §.* Teneatur. &c. *qui dit que le Roi Tres-Chrêtien ſera tenu de laiſſer non ſeulement les Evêques de Strasbourg, & de Basle, & la Ville de Strasbourg: mais auſſi les autres Etats, ou Ordres, Abbez de Murbach & Luders, qui ſont dans l' une & l' autre Alſace, relevant immediatement de l' Empire Romain, l' Abbeſſe d' Andlau, le Monaſtere de Saint Benoit aut Val Saint Gregoire, le Palatin de Lutzelſtain, les Comtes & Barons de Hanau, Fleckenſtein, Oberſtein & toute la Nobleſſe de la Baſſe Alſace:*

item les dix Villes Imperiales, qui dependent de la Prefecture de Hagenau, en la liberté & poſſeſſion, dont elles on joüi juſques ici de relever immediatement de l'Empire Romain: de ſorte qu'il ne puiſſe pretendre au de là ſur eux aucune Superiorité Royale, mais qu'il ſe contente des droits, qui regardoient la Maiſon d'Autriche, & qui par ce preſent Traité de Pacification ſont cedez à la Couronne de France.

Il appert par ce Paragraphe, que, quoique les dites Villes Imperiales dependent de la Prefecture Provinciale de Hagenau, elles ne laiſſent pas d'être Etats immediats de l'Empire, comme ſont les Evêques de Straſbourg & de Baſle, & les autres Etats, dont il eſt fait mention dans le même Paragraphe, le Roi ayant ſeulement le droit de Prefecture ſur les dites Villes dans la maniere que l'exerçoit la Maiſon d'Inſpruck. Il ſemble que les dernieres paroles du dit Paragraphe, de maniere toute fois, que par cette preſente declaration on n'entende rien deroger aux droits de Souverain Domaine, qui a été ci-deſſus accordé, détruiſe cette explication: mais ſi on veut bien les examiner, & les rapporter à ce qui a été dit ci-deſſus, on trouvera que ces droits de Souverain Domaine s'entendent des Etats qui relevoient de l'Empire, & qui ne reconnoiſſent maintenant que le Roi pour Souverain, & que ſa Majeſté exercera la Prefecture Provinciale ſur les dites Villes ſans reconnoître ces droits ni de l'Empereur, ni de l'Empire; comme étoit obligée de faire la Maiſon d'Inſpruck. Il y auroit autrement une abſurdité & une contradiction manifeſte, tant dans le dit Paragraphe, que dans les deux autres, dont on a fait mention, & il ne ſeroit pas poſſible de les bien expliquer, & de les accorder, ſi l'on vouloit entendre que le Roy eut une Souverainité abſolue ſur les dites Villes Imperiales.

Toute la difficulté conſiſte dans le Paragraphe: item que dictus Landgraviatus &c. *la où il n'eſt pas dit: (ainſi qu'il eſt marqué dans l'inſtruction, qui m'a été envoyée,) que cette ceſſion eſt faite avec toute ſorte de juriſdiction & de Souverainité ſur les dix Villes Imperiales, mais bien que la Prefecture Provinciale ſur les dix Villes appartiendra au Roy avec toute ſorte de juriſdiction & de Souverainité, en quoy il y bien de la difference, ce mot de Souverainité ſe devant entendre dans la maniere qu'il a été dit, que la Couronne de France ne reconnoîtra ce droict de Prefecture ni de l'Empereur, ni de l'Empire, & que cependant elle l'exercera comme a fait la Maiſon d'Inſpruck, ſelon qu'il eſt expliqué par le Paragraphe.*

Meſſieurs les Plenipotentiaires de France ont inſeré, tant qu'ils ont pû, ce mot de Souverainité, pour rendre cette acquiſition entierement independante de l'Empereur & de l'Empire, & pour faire voir, que tout ce qui étoit cedé au Roy, ne relevoit ni de l'un ni de l'autre; au contraire de la ceſſion, qui a été faite aux Suedois des Etats qu'ils ont acquis dans l'Empire par le Traité, qui a été fait avec eux, où il eſt dit dans le 10. Article, que le Royaume de Suede poſſedera les Etats, qui luy ont été accordes in perpetuum & immediatum Imperii feudum; *& un peu plus bas:* pro hereditario Imperii feudo habeat & poſſideat.

Il n'eſt queſtion, que de voir tout ce qui appartenoit à la charge de grand baillif, les droits, qu'il avoit en cette qualité ſur les dix Villes Imperiales, & en quelle maniere la Maiſon d'Inſpruck exerçoit la dite charge, & joüiſſoit de ce droict. Il n'y a point de doute, que le même appartient au Roy, que ſa Majeſté en doit joüir ſans aucune difficulté, & que, ſi les dites Villes ne ſe vouloient pas rendre à la raiſon, alors ſadite Majeſté pourroit les y contraindre, & ſe promettre même l'aſſiſtence des Alliez, ſi elle étoit neceſſaire: il faut auſſi conſiderer d'un autre côté ce que les dites Villes étoient obligées de rendre à l'Empereur & à l'Empire, comme Etats immediats, & penſer qu'elles ſont tenuës de ſatisfaire encore aux mêmes devoirs en la dite qualité, puiſque le dit Paragraphe: Teneatur &c. *donne aſſez à entendre que la même qualité d'Etats immediats leur a été conſervée, & que l'on ne ſçauroit toucher cette immediateté, ſans que tout l'Empire ſe declare contre nous, & nos Alliez mêmes.*

Il me ſouvient, que parlant autre fois avec feu Monſieur de Servient ſur cette même difficulté, & luy diſant, mes petits ſentiments à peu prés dans les mêmes termes, que je le fais maintenant, il me dit que nous aurions toûjours aſſez de droict ſur les dites Villes pour le faire valoir avec l'épée lorſque quelque occaſion favorable s'en preſenteroit; on pourroit maintenant dire la même choſe, mais la conjointure, où ſe trouvent aujourd'huy les affaires de ces quartiers icy, n'eſt pas propre pour entrependre une pareille affaire par cette voye là, & il y a apparence, que les dites Villes ne ſe ſoumettront à cette Souverainité, que par la force.

Il me ſemble au contraire, qu'il eſt tout à fait du ſervice du Roy, d'affermir toûjours de plus en plus le grand credit & la reputation, que ſa Majeſté s'eſt acquiſe dans tout l'Empire, & de conſerver l'affection de la plus part des Electeurs & Princes, qui le compoſent.

L'on pourroit ſans doute riſquer cet avantage, & rendre ſa Majeſté ſuſpecte même à ſes Alliez, & à ſes meilleurs amis; il y a deja aſſez de perſonnes dans l'Empire mal affectionnées à la France, & qui ne voyent qu'à regret la part, que le Roy a dans les affaires d'Allemagne, leſquelles tâchent de perſuader aux autres, qu'il ne faut pas tellement s'oppoſer aux deſſeins de l'Empereur, qu'il ne faille auſſi prendre garde, que le Roy ne mette le pied ſi avant dans l'Empire. Ces gens-là ne manqueroient pas de faire ſonner bien haut cette entrepiſe, ſi on la vouloit tenter, & d'en faire craindre les conſequences, qui ne pourroient être que tres prejudiciables au bien des affaires de ſa Majeſté.

Il me ſemble, qu'il eſt même tout à fait à propos de ne pas faire connoître, qu'on en ait la moindre penſée, parce qu'on ſe rendroit ſuſpect, & on ſe perſuaderoit peut-être, que l'on couvroit ce deſſein en France, pour le faire eſclorre, quand une occaſion favorable s'en offriroit.

Les affaires ſe conſervans dans l'Empire à l'égard du Roy, comme elles ſont maintenant, & comme il y a apparence,

Digitized by Google

rence, qu' elles ſe maintiendront, ſont eſperer quelque choſe de plus grand, & de plus avantageux, que ces droicts à diſputer ſur les dix Villes Imperiales, où apparemment pluſieurs Etats s' intereſſeroient, outre les dites Villes, la nobleſſe libre, et les voiſins, de l' Alſace. L' on n' a jusques aujourdhuy de la part du Roy parlé d' autre choſe, que de maintenir la liberté de l' Empire contre les entrepriſes de la Cour de Vienne, & ça été une de plus fortes raiſons, qui ait obligé la plus part des Electeurs, Princes & Etats de l' Empire, de conſiderer le Roy, comme le principal defenſeur de la dite liberté, & de s' allier avec ſa Majeſté; il y auroit a craindre ſi l' on pouſſoit cette pretenſion ſur les dites Villes Imperiales, que les mêmes Electeurs, Princes & Etats ne changeaſſent de ſentiment & ne repaſſaſſent, dans le parti, qu' ils ont quitté, ou quelqu' uns d' eux ont été attachés ſi long temps, & ou ils ont joüy au moins d' une apparence de liberté, qu' ils apprehenderoient de perdre tout à fait, dans la penſée qu' ils auroient, que l' on voudroit commencer par les dites Villes à aſſujetir peu à peu les Etats de l' Empire; il n'y auroit pas au moins faute de gens, qui tâcheroient d' en imprimer la crainte par tout où ils pourroient.

Ce ſont là mes petits ſentiments! & quoy qu' il ſemble, que je ſoutienne icy une cauſe contre les interêts du Roy, je n' ay pas pû m' empêcher de les declarer ingenuement, les croyant plus conformes au bien du ſervice de ſa Majeſté, qui m' a commandé de les luy faire ſçavoir. Si elle juge toutes fois à propos, que je ſoutienne icy de ſa part cette pretenſion ſelon l' inſtruction, qui m' a été envoyée; je le feray tant aupres de Monſieur l' Electeur de Mayence, que des Deputez, qui ſont icy, le plus vigoureuſement & le mieux qu' il me ſera poſſible; mais je ne ſçaurois m' empêcher de reiterer encore, que la ſuitte en ſera dangereuſe.

Fait à Francfort le 21. Août. 1661.

(*e*) WESTPHALICO &c. Vid. de hoc Epiſcopo præced. Lib. I. Tit. XV. §. 13, lit. W, p. 1111.

(*f*) EXIMITUR &c. De Exemtis Statibus, vid. præced. Tit. V. §. 3. lit. a. pag.

(*g*) DONAWERDA &c. Conf. de hac Civitate ſeq. §. 16.

(*h*) LOBKOVICIUS &c. In favorem *Wenceslai Euſebii*, Principis de *Lobkowitz*, Dynaſtiam *Neoſtadienſem* in Nortgovia, evectam fuiſſe, a *Ferdinando III* Imp. An. 1641, in *Principalem Comitatum Sternſtein*, Circulo *Bavarico* adſcribendum, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Ferdinandi III* ad h. a. pag. 763, dictum eſt. De Introductione Ejus, aliorumque, ad votum & ſeſſionem in Collegio Principum Imperii, vid. ibid. ad An. 1654. p. 765. Idem Circulus anctus noſcitur Comitatu *Breiteneck* ad *Johannem Tzerclas* de *Tilly* ſpectante. Sic Circulo *Suevico* acceſſit *Ioh. Weicardus*, Princeps *Auerſpergius*, ratione *Comitatus Principalis Thengen* An. 1664, ab Imperatore *Leopoldo* hoc axiomate inſigniti. Vid. ibid. in vita *Leopoldi*, ad An. 1664, p. 770; ut & *Ferdinandus Wilhelmus Euſebius*, Princeps *Schwartzenbergicus*, intuitu *Principalis Comitatus Klettgovienſis*, An. 1694, ex Landgraviatu cognominis, erecti; Vid. *Europ. Heroldt*, Tom. I, p. 589, Edit. 1705 &c. & *Iohannes Philippus* Com. de *Stadian*, ratione Imperialis Dynaſtiæ *Thanhauſen*, ab Electore Palatino venditæ; vid. *Kayſerl.* Commiſſions-Decret, *betreffend des Herrn Grafen von* Stadian Admiſſion ad Votum & Seſſionem in Comitiis, dictatum in Comitiis per Moguntinum, 24 Julii 1709, apud *Fabrum*, T. XV *der Staats-Cantzley*, Cap. 3. §. 17, p. 219 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-*Archivs, Contin. 2 *im Sechſten Theil*, *XXIX Abſatz*, §. 3. p. 614, Circulus *Franconicus* potentior evaſit per *Landgraviatum Principalem Schwartzenbergicum & Hohenlandisbergicum* An. 1671, *in Johannis Adami*, Principis *Schwartzenbergii* favorem, hoc titulo decoratum; vid. præced. Lib. I. Tit. V. in vita *Leopoldi*, ad An. 1671, p. 772. *Circulum Saxonicum Inferiorem* auxit *Chriſtianus* Com. de *Rantzow*, Præfectura *Barmſtett*, in Stormaria, a *Ferdinando III*. Imp. An. 1650, inter *Imperii Comitatus* relata; vid. l. c. Vita *Ferdinandi III*, ad h. a. p. 764 &c. In Circulo *Rhenano Superiori*, Illuſtriſſ. Comes *Johannes Caſimirus Colb de Wartenberg*, vigore Tranſactionis cum Collegio Comitum Wetteravico, Quotam Matricularem 60 florenorum in ſe ſuſcepit, ut diſcimus ex ejus Reverſalibus, d. dato *Berlin*, 28 Dec. 1703, apud *Europ. Heroldt*, l. c. pag. 661. *Circulus Weſtphalicus* incrementum nactus eſt, admiſſo, An. 1708, menſ. Octob. ratione Comitatus *Hallermunde*, ad votum & ſeſſionem Illuſtriſſ. Comite *Franciſco Erneſto Com. de Platen*. Acta habentur apud *Fabrum* l. c. Cap. 4. p. 112 &c. &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 2, p. 623; ut & Anno 1716, Principatu *Leodienſi*. De aliis ut taceam; vid. præced. lib. I, Tit. XVI, § 13 & 14.

(*i*) INCERTI SUNT &c. Sic Circulus Franconicus litem movit Duci Neoburgico in Camera Imperiali, ob Comitatum vel Dynaſtiam *Heydeck*, quam in Circulum Bavaricum referri voluit; vid. *Kloekius I* Conſil. 27, n. 60 &c. Comitatum *Schaumburgicum*, Circulo *Weſtphalico* illatum, quoad ſitum *Saxonico Inferiori* adſcribendum, rectè docet *Zeiler*, c. 5. *von Reichs-Creiſſen* §. 12; *Europ. Heroldt* Tom. I, p. 90. Quis neſcit Marggraviatum *Burgoviæ* Circuli Suevici terminis includi, & tamen pro membro Auſtriaci haberi? *Auguſtum* Ducem Saxoniæ, Adminiſtratorem Archi-Epiſcopatus Magdeburgici, fruſtra curaſſe Præfecturas *Damm, Iüterbock. Querfurt & Burg*, ad Circulum *Saxoniæ Inferioris* ſpectantes Circulo *Saxoniæ Superioris* vindicari, ex Receſſu Comitiorum Circuli Saxoniæ Inferioris, *Lüneburgi* celebratorum, An. 1675. §. *Und wie man &c.* conſtat. Conf. Ill. Baro de *Lyncker*, diſp. de *Redintegratione Circulorum S. R. Imperii*, an. 1686, Jenæ habita, lit. K, pag. 12.

(*k*) KAISERSHEIMENSI &c. Deſumpta hæc ex *Limnao*, Tom. IV Addit. ad l. I. c. VII. §. 26, p. 42 & 43. Eximi Abbatiam hanc ab Electore Palatino, qua Duce Neo-

Digitized by Google

burgico, cum onere, præced. Tit. V, §. 3. lit. a, monui.

(*l*) AUSTRIACI &c. Faciunt huc verba Diplomatis *Friderici I.* de An. 1156, *Henrico* Auſtriaco dati, præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 128. Conf. diploma *Caroli V.* de An. 1522. 28 Mart. quo Auſtriorum Privilegia confirmavit, apud *Limnæum*, Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2. p. 36, ubi: *Das Land Oeſterreich iſt auch* exempt *und frey, ſampt ſeinem Einnehmen, für all ander Lands, aller Zinß und Auffſchl.igen der Kayſer, in Ewigkeit, und dieſelben Fürſten von Oeſterreich ſeind dem Romiſchen Kayſer keine Steuer, noch Dienſt, ſchuldig*, Sie *wollen dann das gerne thun: ausgenommen zwælff gewapneter Mann, in ſeinen koſten, ein Monat lang, zu halten, &c.* Conf. *Münſteri Coſmograph.* Lib. 3, Cap. 406, p. 940. de theſi: Exemptionem ab Imperii oneribus, non involvere concluſionem, aliquem propterea non eſſe Statum Imperii; legas præced. Tit. 4. §. 3. lit. d, v. 8. pag. 1007.

(*m*) NOVO-CASTELLANUS &c. Qui hodie eſt Potentiſſimus Rex Boruſſiæ; Vid. præced. Lib. I, Tit. XIV, §. 12. lit. a, p. 1097; cujus mentio etiam fit in Tabulis Pacificationis *Gallo-Boruſſo-Ultrajectina*, d. 11. April 1713, apud *Fabrum*, Tom. XXII. *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, pag. 776, ubi Art. IX: *der Aller-Chriſtlichſte Kœnig erkennet den Kœnig von* Preuſſen, *vor einen* Souverainen *Herrn von* Neufchatel *und* Valengin, *und verſpricht darbey, auf eine verbindliche Art, vor Sich, und Seine Nachfolger, den Kœnig von* Preuſſen, *deſſen Erben und Nachfolgere, weder heimlich noch offentlich, in dem ruhigen Beſitz erwehnten Fürſtenthums, oder in einigen zu ſelbigem gehœrigen Ländereyen und Stücken, je zu ſtöhren... zu mehrer Bekräfftigung alles deſſen, machen Ihro Aller-Chriſtlichſte Maj. durch dieſes, ſich gantz abſonderlich verbindlich, keinem Ihrer Unterthanen, wer der auch ſey, in keinerley Wege, weder heimlich, noch offentlich, einigen Beyſtand zu leiſten, und zuzugeben, daſs von ſelbigem Ihro Kœnigl. Maj. in* Preuſſen, *oder dero Erben und Nachfolgere, in dem Beſitz mehrerwehnten Fürſtenthumbs von* Neufchatel *und* Valengin *geſtœhret würden &c.* Regem quoque *hoc titulo* uti, teſtis eſt vel hoc ipſum Inſtrumentum, ſtatim ab initio, verbis: *Als hat ſelbige in den Hertzen des Allerdurchlauchtigſten Großmächtigſten Fürſten und Herrn, Herrn* Ludwigs XIV, *von Gottes Gnaden, Aller-Chriſtlichſten Kœnigs in Franckreich und* Navarra &c. *und des auch Allerdurchlauchtigſten, Großmächtigſten Fürſten und Herrn, Herrn* Friederich Wilhelms, *von Gottes Gnaden, Kœnigs in* Preuſſen, *Marggrafens zu* Brandenburg, *des H. R. Reichs Ertzkämmerers und Churfürſtens*, Souverainen *Printzens von* Uranien, *von* Neuchatel *und* Valangin; *Hertzogs zu* Magdeburg, *zu* Cleve, Jülich *und* Berg, *zu* Stetin, Pommern, *der* Caſſuben *und* Wenden, *zu* Mecklenburg, *und* Croſſen *in Schleſien, Burggrafens zu* Nürnberg, *Fürſtens zu* Halberſtadt, Minden, Camin, *und der* Wenden, *zu* Schwerin, Ratzeburg *und* Möers, *Grafens zu* Hohenzollern, *zu* Ruppin, *der* Marck, Ravenſperg, Hohenſtein, Tecklenburg, Lingen, Schwerin, Bühren *und* Leerdam; Marquiſens *zu der* Veere *und* Vlieſingen; *Herrn zu* Ravenſtein, Roſtock, Stargard, Lauenburg, Bütau *und* Breda &c. Conf. præced. Lib. I, Tit. XIV, §. 12. lit. a. pag. 1097.

(11) Omnis Circulus habet aut unum, aut duos *Directores*, *Ausſchreibende Fürſten*, (*a*) *darunter der Eine Geiſtlich, der Andere Weltlich*; R. I. 1555. §. *Und da einer &c. Kayſers* Ferdinandi *Müntz-Ordnung*, 1559. §. 159. *Wir wollen auch &c.* Tales Directores ſunt, in Circulo Rhenano Superiori: Epiſcopus Wormatienſis, & Landgravius Haſſo-Darmſtadinus; Hic, tempore Belli inteſtini Superioris Germaniæ, hoc munus explevit; antea verò Comes Palatinus Rheni Simmerenſis, vel Elector Palatinus; hujus reſpectu, atque ſecundum Pacis conditiones, idem munus ad Simmerenſem rediit; (*b*) *Limnæus T. I. Addit. ad Lib. IX, Cap. I, p. 425.* In Electorali Rheni Inferioris, (*c*) Elector Moguntinus; (*d*) In Circulo Weſtphalico: Epiſcopus Monaſterienſis, & Dux Juliacenſis; (*e*) In Saxonico Superiori: Elector Saxoniæ; (*f*) In Saxonico inferiori: Adminiſtrator (*g*) Magdeburgenſis, cum Duce Bremenſi, ſemper con-dirigente Domo Brunſuigo-Luneburgenſi, (*h*) *I. P. Art. X.* In Bavarico: Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, & Dux Bavariæ; (*i*) In Franconico: Epiſcopus Bambergenſis, (*k*) & Marchio Brandenburgico-Culmbacenſis; (*l*) In Suevico: Epiſcopus Conſtantienſis, & Dux Würtembergicus, (*m*) In circulo Auſtriaco & Burgundico, Directores ſunt: Archi-Dux Auſtriæ, & Rex Hiſpaniæ; (*n*) *Limnæus, T. I. Addit. p. 47.* De controverſiis, circa jus dirigendi, quod ad convocationem Statuum Circularium attinet, in Circulo Franconico, inter Epiſcopum Bambergenſem & Marchionem Brandenburgicum, earumque compoſitione, *videndus Limnæus, dict. Addit. Tom I, ad Lib. IX, c. 1, §. 242*, ubi & notat, quod in Circulo Franconico, quando, pro negotii qualitate, ſoli Eccleſiaſtici Status conveniunt, ſolus Epiſcopus Bambergenſis convocandi jus

&

Digitized by Google

& Directorium exerceat; quod ſolus quoque Marchio Brandenburgenſis, quando Seculares Status ſeparatim convenire debent, inter illos hoc habeat.

NOTÆ.

(a) *Ausſchreibende Fürſten &c.* Perquam probabile eſt, Directores Circulorum cum ipſis Circulis cœpiſſe; poſtea verò Statibus Circulorum datam lege Publica poteſtatem unum aut plures eligendi, qui Comitia Circularia indicerent, & convocarent, & dirigerent, ex R. I. *Auguſtano*, An. 1555, §. 56, *Und damit obgeſetzte Ordnung &c.* diſcimus, ubi: *Inſonderheit (ſoll) in einem jeden Kreyß, ein Oberſter, durch die Stand deſſelbigen Creyß, erwählet werden, und zu eines jeden Creyß, nach der Stände deſſelbigen Gelegenheit und Gefallen, ſtehen, entweder Einen Fürſten, der den Creyß zu beſchreiben; oder, einen andern Fürnehmen Stand aus demſelben Creyß; oder ſonſt eine tüchtige Perſon, dem Creyß angenehm, auf dem dieſelbige Stände ein gut Vertrauen zu ſetzen, ſampt etlichen Zugeordneten, auch wie viel deren in einem jeden Creyß für nothwendig und gut angeſehen, aus Ihnen, den Creyß-Ständen, zu ziehen, anzunehmen und zu erwählen &c.* & §. 75, *Und da einer &c. Und da einer* (Dux Circuli) *dieſem Ampt nicht länger vor ſeyn wollte, ſoll Er dem Ausſchreibenden Creyß-Fürſten ſolches, 6 Monat zuvor, zu erkennen geben, die andern Creyß-Stände zu beſchreiben; oder, da der Ausſchreibende Creyß-Fürſt ſelbſt ein Oberſter wäre, daß Er auch zuvor die andern deſſelbigen Creyſſes Stände gleicher geſtalt beſchreibe, und vor Ihnen ſein Ampt aufſage; darauf ſie alsbald einen andern an des Abgeſtandenen Statt zu ſetzen, &c. Et Kayſers* Ferdinandi *Neue Müntz-Ordnung zu* Augſpurg, de An. 1559, §. 158, *Wir wollen auch &c.* ibi: *wie Wir dan dieſelbige unſere Ordnung, eines jeden Creyß zweyen Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, die das Ausſchreiben der Creyß haben, die unverzüglich den andern Ihren Mit-Creyßverwandten, ſo mit Müntz-Freyheit begabt, zu* publiciren *und zu eröffnen haben, in Schrifften zugeſchickt &c.*

(b) REDIIT &c. Controverſiæ hujus mentio fit ſub initium Receſſus Circularis Wormatienſis de An. 1638, apud *Lundorpium*, Tom. IV. *Act. Publ.* lib. 3, Cap. 101, p. 691, verb. *zu wiſſen, als---eine Allgemeine dieſes Löblichen Ober-Rheiniſchen Crayſes Fürſten und Stände eilende Verſammlung... von dem Hochwürdigſten Fürſten und Herrn*, Georg Anthoni, *Biſchoffen zu* Worms, *als Ausſchreibenden Fürſten, vor diesmahl allein, wegen obhandenen* differentien *des Hertzogthums* Simmern, *auf den* 10. Nov. N. C. *anhero, nacher des H. Reichs Statt* Worms.... *aller Gebühr beſchrieben worden &c.* Ecce, quid *Ludovicus Philippus* C. P. R. Simmerenſis, An. 1653, 25. Mart. 4. April. in Comitiis expoſuit: *Zu geſchweigen, dannoch aber wohl zu beobachten, daß zu vorderiſt Allerhöchſt-Gedachte und Geehrte Römiſche Kayſerl. Maj. und alle Hohe und Niedere Stände des Reichs, auch Chur-Pfaltz ſelber, und Männiglich, Uns, durch vielfältige Schreiben, für einen Mit-Ausſchreibenden des Ober-Rheiniſchen Crayſes erkant, geehrt und angelangt &c.* Cum vero nihilominus Elector Moguntinus, *Joh. Philippus à Schœnborn*, qua, ſuperiori anno 1663, poſtulatus Epiſcopus *Wormatienſis*, An. 1664, Simmerenſi litem intenderet, Ejus Legatum, *Caſparum Bortk de Falckenburg*, ad propoſitionem, directionem & concluſi formationem, admittere nolendo, interpoſuit dictus Legatus, 28 Julii, an. 1664, Ratisbonæ, ſolennem proteſtationem, quæcunque competentia Domino ſuo reſervans, quam proteſtationem *Ahaſverus Fritſchius*, in Annot. ad *Inſtrum. Pacis Weſtphal.* Art. XVII, p. 591 &c. exhibitæ informationi de controverſia hac, ſub §. 23; & Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2. *IV Abtheilung I. Abſatz*, §. 63, p. 95 &c. ſiſtunt; conf. *Sprenger. Lucerna mod. Stat. Imp.* p. 69 &c. Non multo poſt vulgavit Simmerenſis ſcriptum, ſub tit. *Kurtze, doch Gründliche* Information &c. quo jus ſuum ſolidè deduci curavit; cui Moguntinus oppoſuit An. 1668. Wohlgegründete kurtze Wiederlegung *der jüngſthin in Druck ausgegangener Fürſtl. Pfaltz*-Simmer*iſcher alſo genandter* Kurtzer, doch Gründlicher Information &c. *Wodurch der Ungrund des an Pfaltz*-Simmer*iſcher Seiten, gantz neuerlich* prætendir*ten Ober-Rheiniſchen Craiß*-Directorii, *klar an Tag geſtellt wird &c.* Tenorem ſuppeditat *Diar. Europ.* Contin. XVIII, in Append. *Simmerenſem* tamen conſtanter juribus ſuis inhæſiſſe, documento eſt Receſſus ſupradicti Circuli Rhenani Superioris, de An. 1664, apud *Lundorpium*, Tom. IX, Lib. X, Cap. 29, p. 295, (quem Tom. X, Lib. XI, Cap. 110, p. 174, adhuc ſemel ſiſtit) ibi: *neben Ihrer Churfürſtl. Gn. zu* Maintz, *unſerm Gnädigſten Herrn, als, wegen des Stiffts* Wormbs, *Ausſchreibenden Fürſten, Ihro Fürſtliche Durchl. zu Pfaltz*-Simmern, *als Mit-Ausſchreibender Fürſt &c.* Hæc res tandem An. 1690, *Weinheimii*, deciſa eſt. Quoniam vero

Digitized by Google

rò Principatus Simmerenſis hodle Electori Palatino, proinde Principi Romauo-Catholico, paret, petierunt Status Evangelici laudati Circuli, in Comitiis, *Adjunctionem* ex ſuo gremio; num voto ſint gravisi, neſcio.

(c) RHENI INFERIORIS &c. Germ. *Chur-Rheiniſche Crayß*; ad differentiam *Weſtphalici*, qui etiam *Circulus Rhenanus Inferior appellatur*. Vid. *Gräfl. Lippiſches* Memorial, de an. 1699, apud *Fabrum* T. IV. *der Staats-Cantzley* Cap. XI, Faſc. 2. §. 1. p. 571, verb. *Auf des Nieder-Rhein-Weſtphæliſchen Creyſſes Ausſchreibende Fürſten &c.* Literæ Electoris Palatini, & Epiſcopi Monaſterienſis, ad Regem Boruſſiæ d. 13 Maji 1701, apud *Fabrum* l. c. Tom. VI, Cap. 2, §. 2, p. 110, ibi: *Ew. Kænigl. Maj. iſt vorhin erinnerlich und bekant, was, von der Ræm. Kayſ. Maj. an dieſelbe ſowohl, als Uns, als dieſes Nieder-Rheiniſch-Weſtphæliſchen Crayſes Ausſchreibende Fürſten int geſampt vor eine Kayſerliche allergnædigſte* Commiſſion, *in Sachen derer* PP. Societatis Jeſu *zu* Paderborn, *wider den Herrn Grafen zur* Lippe, *ohnlangſt dahin* transſcribiret *worden &c.* Literæ Circuli Weſtphalici, *an die zu* Nordlingeu *beyſammen geweßte 5 læbliche* Aſſociirte *Creyſe*, ſub dato Cölln *am Rhein*, *den* 6 Maji 1702. apud Fabrum, Tom. VII. Cap. X. §. VII, p. 510; in ſubſcriptione: *des Læblichen Nieder-Rhein-Weſtphæliſchen Krayſes Ausſchreibende Fürſten &c.* It. *Kriegs-Verkündigung des H. R. Reichs, wider Franckreich*, ſub dato Ebersdorf, 6 Oct. an. 1702, apud eundem l. c. Cap. XIII. §. 14. p. 709: *die Reichs-Lande des Nieder-Rheiniſch-oder Weſtphæliſchen Crayſes, feindlich* invadiret &c. Conſ. ſeq. lit. e.

(*a*) OFFICIUM DUCIS &c. Spectat huc R. I. de An. 1555, §. 60; *Und ſoll der geſetzt Oberſt, Ihme Zugeordnete, und die andere Stande eines jeden Crayſes, jede in ihren Gebieten, und ein jeder fur ſich ſelbſt, Ihr fleiſſiges Aufmercken haben: Ob, und wo ſich eine Kriegs-Empærung, Muſter-Platz, und andere Rottirungen, in demſelben Crayß ereugen wollen, daß der geordnete Oberſte für ſich ſelbſt ſolcher Ding wahrnehme. Daß auch die Ihme Zugeordnete, ein jeder für ſich, gleicher geſtalt Acht darauf gebe, ſo wohl andere Crayß-Stande, ſonderlich nicht weniger ſorgfaltigs Aufſehens haben; und was ſie jedesmahls ſcheinbarlich befinden, das zu angeregten Empærungen, Muſter-Platzen, andern Rottirungen und thatlichen Handlungen, ſeinen Fortgang erreichen wolte, dem Oberſten unverzüglich anzubringen; auf welches; ſo Ihn, den Oberſten, ſelches, wie obgemelds, ſelbſt anbelanget, oder Ihme, durch einen der Zugeordneten, oder andre Stande ſeines Crayſes anbracht, ſoll alsdann derſelbig Oberſt, zum færderlichſten, auch, auf Anſuchen eines Stands ſeinem Crayß zugewandt, gegen dem ſich was beſchwehrlichs, oder gefahrlichs, zutrüge, oder ereugte, oder für ſich ſelbſt, unerſucht, nach Gelegenheit der fürſtehenden beſorglichen Gefahrlichkeit, unverlanget, die Ihme* Zugeordnete, *an einen gelegenen Ort, zuſammen erfordern; welche auch förderlich erſcheinen, ſamptlich zu berathſchlagen, und zu erwegen: wie ſtarck, auf die gewiſſe beſtimpte Hülff, die Sachen fürzunehmen? nemblich, ob die zum dritten, vierdten, halben oder gantzen Theil, aufzunahmen, und zu gebrauchen? darauf Sie auch in demſelben Ihrem Crayß, ſolche Hülffe, durch Sie bedacht, von einem jeden Stand, ſeines Antheils zu erfordern Macht haben; und ein jeder Stand nach ſeiner Gebühr, ſolche Hülff, auf Zeit und Malſtatt, wie es durch den Oberſten, und Seine Zugeordnete, bedacht, zu leiſten, und zu ſchicken, ſchuldig ſeyn ſoll; damit ſie ſich, wo mæglich, demſelbigen Crayß fürſtehender Beſchwarlichkeit zu entſchütten &c.* & §. 62: *Im Fall aber berührte Kriegs-Emperung, Muſter-Platz, oder andere Rottirungen, und thatliche Vergewaltigungen, gegen einen, oder mehr Standen, oder einen gantzen Crayß, ſich dermaſſen ereugten, daß deſſelbigen Crayß-Oberſten, und Zugeordnete, die Sachen ſo beſchwerlich befünden, daß Ihres Crayß beſtimpte Hülffe dargegen nicht genugſamb ---- alßdan ſollen Sie --- Macht haben, der andern Ihnen nachſt angrantzenden zweyer Crayſs Oberſten, und* deren Zugeordneten, *umb Hülffe anzuruffen, und Sie an gelegene Malſtatt, auf eine beſtimpte Zeit, zu berathſchlagung*

gung nothwendiger Hülff, zu erfordern &c. & §. 63, *Wonun dieſer des Anruffenden, und der andern zweyer Erforderten, und Ihrer Zugeordneten Crayß beſtimte Hülff, auch nicht ſtarck genug waren, die mehrberührte Empærung, Muſter-Platz, andere Rottirung, und thatliche Verwaltigungen, ſo fürſtunden, ſich gegen denſelben zu entſetzen, zu trennen und abzuwenden, alſsdan ſollen Sie --- Macht und Gewalt haben, noch 2 anderer Crayſse, die den vorigen 3 nicht zum weiteſten entlegen, Oberſten, und Ihnen* Zugeordnete, *fürter auch zu ſich zuerfordern, ferner zu berathſchlagen, und zu ſchlieſſen, wie und welcher geſtalt und auf was Maſs, mit derſelben 2 nachgeforderten Crayſs-Hülffe, ſie ſich des obliegenden Laſts zu erretten, und zu erwehren? &c.* §. 65, ſtatuitur, caſu, quo nec hi quinque Circuli ſupprimendis motibus ſufficiant, rem denunciandam Moguntino, qui nomine Imperatoris, præter Electorale Collegium; ex Principum Claſſe, *Octo*, ſcil. ArchiDucem *Auſtriæ*; Epiſcopos *Herbipolenſem* & *Monaſterienſem*, una cum Abbate *Weingartenſi*, de ſcamno Eccleſiaſtico; & Duces *Bavariæ* atque *Juliaci*, una cum *Landgravio Haſſiæ*, & Comite *Fürſtenbergio*, de Seculari; & ex Civitatibus, *Coloniam* atque *Norimbergam*, Francofurtum convocet, ad conſultandum, quo modo quantocius malo obviam eatur? & §. 70. *ſollen der Oberſt, und die Zugeordnete, nicht allein im Fall, da ein Crayß-Stand mit der That albereit, wieder den Land-Frieden, bekriegt, belagert, überzogen, oder ſonſt beſchadiget wære, ſich Ihres Amptes, wie obgeſetzt, gebrauchen, ſondern auch, ſo ein offenbahr Gewerb und Empærung, welche über einen Crayß, oder Stand deſſelben, geben ſolten, kündlich vor Augen, und dennoch kein Angriff geſchehen wære; Und dan, welcher geſtalt, da ein verſammlet Kriegs-Volck, zum theil, oder gantzlich, zertrennet, Vorſehung zu thun, daſs ſich daſſelbig nicht wiederumb zuſammen ſchlage, erwegen, und was ſie dargegen fürzunehmen, für gut achten und ſchlieſſen, das ſoll würcklich vollenzogen werden; Zu deme auch eines beſchwerten Crayſes, oder der dem Beſchwærniß fürſtehet, Oberſter, und Ihme Zugeordnete, gleich alſsbald auf jetzigen, und obbeſagten Fallen, gleich zu anfangs der einfallenden Handlung, andere nechſt geſeſſene Crayß-Oberſten und Zugeordnete, zu ſich zu erfordern Macht haben, alle Sachen, mit Ihrem Rath zu* dirigiren *und fürzunehmen &c.* §. 71 ſequuntur tandem, quæ Dn. Auctor, de Ducum officio, circa executionem ſententiarum, adverſus Publicæ Pacis violatores ſuſcipiendam, profert.

(*b*) EXEQUIREN &c. Quomodo executio ſuſcipienda, habetur *in der Erklærung des Landfriedens zu* Nürnberg de An. 1522, §. VIII, *ſo jemands wieder Recht &c.*

16. An Imperator poſſit etiam alterius Circuli Præfecto, quam illius, in quo executio fieri debet, executionem mandare? (*a*) diſputatum fuit *An.* 1607; quia Rudolphus II. executionem banni, contra Civitatem Donawerdam, (*b*) quæ in Suevico Circulo ſita eſt, Electori Bavariæ (*c*) mandavit. Cum poſtea Dux Würtembergæ, Circuli Suevici Dux, aliique Status Imperii, vehementer propterea conqueſti eſſent; tandem, *An. 1648, in Inſtrumento Pacis, Art. XVI*, conſtitutum, ne Executio ſententiarum, vel banni, aliis committeretur, quam Duci illius Circuli, in quo Status ſitus eſt, contra quem Executio facienda. Ad hæc ferè ea omnia poſſunt referri, quæ pluribus numeris & articulis recenſentur à *Limnæo d. l*,

NOTÆ.

(*a*) EXECUTIONEM MANDARE &c. Ceſſat hodie quæſtio hæc, ex quo Art. XVI. *Inſtrum. Pac. Weſtphal.* §. 2, nec non R. I. de An. 1654, & 86, 160 & 162. verbis præced. §. 12, lit. d, v. 10. occurrentibus, clarè diſpoſitum, Executionem *Directoribus & Ducibus Circuli* illius, in quo Executio ſuſcipienda, demandandam eſſe, exceptis caſibus, quando Illi, prægnantes ob cauſas, eam in ſe ſuſcipere vel nolunt, vel non poſſunt; tunc enim vicini proximè Circuli Directores Ducesque eandem peragere poſſe, ibidem definitum. Ex hoc capite, proteſtati ſunt Circuli Inferioris Saxoniæ Directores & Dux, cum, Ipſis præteritis, Commiſſarius Cæſaris Dn. *Chriſtianus*, Comes ab *Eck*, præviâ Judicii Aulici Viennenſis ſententiâ, ex Reſcripto Cæſareo d. 12 Januar. 1697, Sereniſſ. Ducem Megapolitano-*Suerinenſem Fridericum Wilhelmum*, An. eod. 16. Januar. in poſſeſſionem Ducatus *Guſtrovienſis*, ab obitu Sereniſſimi Ducis Megapolitani, *Guſtavi Adolphi*, An. 1695, 5 Novemb. St. N. ramum terminantis, vacuè facti, quem Sereniſſ. Dux Megapolitano-*Strelitienſis*, *Adol-*

phus

Digitized by Google

phus Fridericus, ad ſe ſpectare contendebat, immitteret; petentes, (in literis, à Sereniſſ. Rege Sueciæ, & Georgio Wilhelmo, Duce Brunſuic. & Luneb. d. 18 Febr. an. eod. & ab Electore Brandenburgico, d. dato Cölln an der Spree, 21 Febr. an. eod. Sereniſſimo Duci Friderico Wilhelmo, modo laudato, miſſis, quarum tenorem Faber Tom. 3 der Staats-Cantzley, Cap. I, Faſcic. I, §. 6, p. 60 &c. ſuppeditat,) längſtens, innerhalb den naechſten 10 Tagen, nach Inſinuation Ihres Schreibens, alles wiederumb, in dem mehrerwehnten Hertzogthumb Mecklenburg-Güſtrau, in den Stand zu ſetzen, darinn, vor der ſo genanten Execution, und anmaßlich ergriffenen Poſſeſſes, jedes Orts geweſen, und durch etwaiges wiedriges Bezeugen, zu nenen Verdrüßlichkeiten keinen Anlaß zu geben; zumahlen, auf ſolchen unvermutheten Fall, Ihr obhabendes Craiß-Amt, Sie ohnumgänglich dahin anleiten müſſen, nach Inhalt der Reichs-Conſtitutionen, und der bißherigen Obſervantz, bey demjenigen, ſo Ihnen zuſtehet, zulänglich ſich zu mainteniren, und nicht zu geſtatten, daſs ein ſo gewaltiger Eingriff, und unleidliche Præjuditz, demſelben mæge zugefüget werden &c. His non obſtantibus, ubi ſæpefatus Dux Suerinenſis, 14 Mart. an. eod. ſolenniter de dicto Ducatu eſſet inveſtitus, occuparunt eundem Directores, & Dux, miſſis eo ducentis Suecis, totidem Brandenburgicis, totidemque Brunſuico-Luneburgicis, Chiliarchæ locum tenente Suecico, Klinckenſtræhmio, Arci Güſtrovienſi præſidium imponente, Comitemque Eckium inde abduci curante; graviter quidem hæc omnia interpretatus eſt Imperator, teſte Ejus Reſcripto ad laudatos Directores, ſub dato Wien, 13 April. an eod. apud Fabrum l. c. §. 7, p. 64 ad 71, ſcribens inter alia, daſs in keinen Reichs-Satzungen, denen Crayſs-auſſchreibenden Fürſten ſich abſoluter Gewalt und Macht, gegen Ihr von Gott geſetztes Allerhæchſtes Ober-Haupt, zumahlen in caſu, ad Implorationem ambarum partium litigantium, adminiſtratæ Juſtitiæ, mit ſo entſetzlichen, auf ſo vielfaltiges ohnſchuldiges Blut-Vergieſſen abgezielten Violentien, außzubrechen, ſondern vielmehr einem Creyſs-Directorio, in Krafft des klaren Inhalts R. I. de An. 1555, §. 73, verbotten wird, ſich keiner Hoheit über andere Stande anzunehmen, oder ſich, unter dem Schein dieſes Ampts Verwaltung, in einige Superioritæt über die Andere einzutringen, oder fernern Gewalts und Macht, als Ihnen, vermæg dieſer Ordnung, zuſtehet, anzumaſſen; die Reichs-Conſtitutiones im gemein auch denen Creyſs-Directoriis allein, wan einige Kriegs-Empœrungen, Muſter-Platz, Rottirungen und ſcheinbahre Gefahr zur thætlichen Handlung, vorhanden, darauf Obacht zuhaben, und ſolches abzuwenden; jedoch aber Uns, als des Reichs Allerhæchſtem Ober-Haupt, und von denen zehen Reichs-Craiſsen erbettenen General-Oberſtin, von Ihrem Vorhaben, und was Sie darzu verurſachet, Nachricht zu geben, auftragen; wie ſolches alles, unter andern, in ob-angeführtem Reichs-Abſchied de An 1555, §. 64 und 94, enthalten iſt &c. Reſponderunt autem Directores & Dux, varias non ſolum, durante Proceſſu, in præjudicium Ducis Adolphi Friederici, commiſſas à Judicio Aulico fuiſſe nullitates, ſed & adhuc circa exequendi modum: Dann wære die Sache (ut ipſimet loquuntur, l. c. §. 8, p. 84 &c.) ſchon in dem Stande geweſen, daſs darinnen etwas zur Execution gebracht werden mægen, würde doch, zumahlen es gleichwohl ein anſehnliches Fürſtenthum des Reichs, und Nieder-Sachſiſchen Crayſes, betrifft, mehrberührter Graf von Eck die Perſohn nicht geweſen ſeyn, der ſolche committiret werden kannen, ſondern es billig, und nach klarer Diſpoſition der bekandten Reichs-Conſtitutionen, ſonderlich des An. 1654, zu Regenſpurg, aufgerichteten Receſſes, §. 86 & 160, Uns, als ausſchreibenden Fürſten, und Oberſten des Crayſses, aufgetragen werden müſſen; da iſt aber, mit Hindanſetzung dieſer kundbaren Reichs-Satzungen, gedachter Graf von Eck zu ſolch vermeinter Execution gewæhlet, der dan, ſo bald Ihm die Kundſchafft davon zukommen, oberzehlter maſſen, ohne jemand das geringſte Wort zu ſagen, ohngeſaumt, gantz heimlicher Weiſe, und unter frembden Vorwand, ſich aus Hamburg fortgemacht, und Herrn Hertzog Friderich Wilhelm Ld. zugeeilet ſo, daß Er, nach dem Bericht derſelben eigenen Miniſtren, noch eher, als die diſsfals von dero Gevollmæchtigten, aus Wien abgefertigte Staffetta bey Ihro angelanget, da Sie dan folglich mit einander, nebſt bey ſich habender gewiſſer Mannſchafft, nach der Statt Güſtrau ſich verfüget, und, nach Ihrer Ankunfft daſelbſt, die alda geſtandene Milice, auf gantz ungewœhnliche Art und Weiſe, hin und wieder, bey wenigen Perſohnen, in Pflicht genommen; hernach mit Gewalt in das Schloß, worauf die Fürſtliche Fr. Wittib ſich, mit Dero Printzeſſinnen, annoch befand, ſich einzutringen bemühet, und nachgehends, aller Orten, weitere Poſſeſſion zu nehmen geſuchet, welches alles, wie es den 16-26 letzt verwichenen Januarii, angefangen, und in folgenden Tagen weiter fortgeſetzt werden wollen; alſo iſt allererſt den 19-29 darauf, Ew. Kayſ. Maj. Reſcript Hertzog Adolph Friederichs Ld. durch einen Schweriniſchen Reuter, ebenfals auf eine gantz ungewæhnliche Weiſe, und zwar poſt factam jam præſentem Executionem, zugeſandt und inſinuirt worden; dagegen ob Sie wohl ſo fort, auf obangedeutes in denen Reichs-Satzungen ſo klar gegrundetes Beneficium juris ſuſpenſivum, ſich beruffen, man doch darauf in keine Weiſe reflectiren, ſondern vielmehr, angefangener maſſen, immer fortgefahren, eine Nullitæt mit der andern cumulirt, und dem Gegentheil das leere Zuſehen laſſen wollen: Und bey allem dieſen Weſen, hat offters ernanter Graf von Eck ſich alſo betragen, daß Er zwar den Nahmen eines Kayſerlichen Executoris dabey geführet, in effectu aber, was geſchehen von Hertzogs Friderich Wilhelm Ld.

Digitized by Google

ſelbſt gehoben, und alſo dieſelbe, wan man die Sachen im Grund anſiehet, wieder alle Rechte, und vernünfftige Ordnungen, Executor in propria cauſa *geweſen &c.* & p. 87: *Inſonderheit muſs dabey zugleich zu Gemüth geben, daß, bey vorerwehnter* Execution, *ein zu gantz andern Sachen verordneter* Commiſſarius, *in Unſer bey dem Creyß führendes* Directorial-*Ampt greiffen, und uns die davon* dependir*ende, und Uns dahero zukommende Rechte und* Authorit*æt benehmen, und Uns, gleichſam nur* in ſubſidium, *darzu ziehen wollen; wie auch, daſs man Unſere Vœlcker, die Wir, zu Erhaltung der Sicherheit, ins Fürſtenthumb* Güſtrau *verlegt, ohne entweder Uns ſelber, oder denen dabey* command*irenden* Officiers, *ein Wort, daſs wenigſtens* Ordre *geſtellet werden kœnnen, davon zu ſagen, theils mit Liſt, theils mit Bedrohung, theils gar mit Gewalt, zu* delog*iren geſucht, dergleichen Verfahren wieder getreue Stænde des Reichs, und die nichts anders thun, als was Ihrem Ampt gemæſs iſt, ſich gleichfals nicht leichtlich* Exempla *finden werden &c.* Querelas Dn. Ducis *Adolphi Friderici*, contra prædictam Suerinenſis poſſeſſionem, d. 25 Januar. an. eod. Imperatori exhibitas, ſiſtit *Faber* l.c. Tom. 2, in Append, §. 2, p. 740 ad 766, & ſemel adhuc, Tom. 3, *Cap.* 1, Faſcic. 1, §. 3, p. 7 ad 23; quid ad eas reſponſum fuerit, patet *aus den Schreiben eines Freundes, an einen Freund, in der* Mecklenburg*iſchen* - Güſtrou*iſchen* Succeſſions-*Sache*, d. 8 18 Junii an. eod. cit. Tom. 3, Cap. 1, Faſcic. 1, §. 4, p. 23 ad 37. Literæ Sereniſſimi Ducis *Friderici Wilhelmi*, ſub dato Güſtrow, 18 Januar. 1697, ad Comitia Imperii, quibus toti Imperio notum fecit, ſe biduo ante, in Ducatum quæſtionis, per Commiſſarium Cæſareum, immiſſum eſſe, habentur l. c. Tom. 2, in Appendice, §. 1, p. 737 &c. Reſcriptum Cæſareum, in eadem cauſa, ad Directores Circuli Saxoniæ Inferioris, ſub dato *Wien*, 12 Januar. an. eod. extat l. c. Tom. 3, Cap. 1, Faſcic. 1, §. 1. p. 1 &c. ut & aliud, ad Officiales & Subditos ejusdem Ducatus, ſub eodem dato, ibid. §. 2, p. 3 &c. Argumenta, partium litigantium, & quomodo tandem controverſia hæc, An. 1701, 8 Mart. Hamburgi, fuerit ſopita, præced Lib. I, Tit. XV, §. 12, lit. WW, p. 1259, ad 1266, fuſius expoſui. Obiter quæritur: *Num Imperator Ipſemet latæ à ſe ſententiæ executionem in ſe ſuſcipere queat?* Affirmant Quæſtionem Dn. *Auguſtus Hofmannus*, in ſupplemento Commentarii Dn. *Friderici Nitzſchii*, in *Capitulationem Joſephi*, Art. 41, §. 70 & ſeqq. p. 671 &c. & Auctor Diſſertationis (quem Dn. *Mulzium*, Conſil. Viennenſem, eſſe putant, vid. Dn. *Jacobi Brunnemanni Examen Juris Publici*, lib. 4, cap. 4, Q. 11, p. 128,) de *Officio Directorum & Ducum Circularium in Executione ſententiarum*: occaſione modo dictæ Controverſiæ Güſtrovienſis, de An. 1697, vulgatæ, Cap. V, IX, X, XV, XVI, XVII, &c. dicentes:

(1) Imperatores, dudum ante inſtituta Directorum Ducumque Circulorum Officia, vel ipſosmet, ſententiarum ſuarum Executionem ſuſcepiſſe, vel per Commiſſarios exerceri curaſſe.

(2) Nullas Conſtitutiones produci poſſe, quibus Cæſar facultate hac ſit deſtitutus, vel eidem renunciaverit; proinde, ut olim, ita adhuc hodie, per Commiſſarios quoſcunque, eam exercere valere.

(3) *Rudolphum* 2 Imp. in cauſa *Donawerdenſi*, An. 1607, reſcribi feciſſe: *Daß Ihre Maj. weder in des Reichs*-Executions-*Ordnung, oder Creyß-Verfaſſung, noch ſonſten, dahin gebunden ſeye, daß, zu* Exequirung *der Kayſerlichen Urthel, ſonſten kein Mittel vorgenommen werden mægẽ, dann allein mit desjenigen Creyß-Oberſten Zuthun, darunter die* condemnirt*e geſeſſen; ſondern* Sie *haben auch wohl, auf andere Weiſe, in alle Wege zu ſchlieſſen &c.*

(4) Ordinationem Cameralem Conſtantienſem de An. 1507, art. XVII, claris verbis velle, *daß, auf den Fall ſich begebe, daß gegen einem mæchtigen Gewalt, der weder Acht, noch Bann, furchtete, weitere* Execution, *und Vollſtreckung der Urthel, noth wære, der Cammer-Richter den Kayſer, als das Haupt und Herrn, erſuchen ſolte darinnen weitere nothdürfftige* Execution *fürzunehmen, und zu verhelffen.*

(5) Poteſtatem *exequendi* regulariter cum facultate *judicandi* conjunctam eſſe.

(6) Supremi Judicis in Imperio officium competere Imperatori integrum, jure Majeſtatis, nec ſalvâ Majeſtate Ei adimi poſſe.

(7) Publicæ rei minimè bene conſultum fore, ſi Cæſar, non niſi per Circulorum Directores, ad defenſionem pacis publicæ, ſententias executioni tradere poſſet.

(8) Injurioſum eſſe Cæſari, vindicari Ei poteſtatem judicandi, neque verò exequendi.

(9) Directorum Ducumque Circularium facultatem exequendi eſſe duntaxat *miniſterialem* & *ſubſidiariam*, in Cæſaris præjudicium non detorquendam.

(10) Licere Cæſari, abſque ullo Juris ſubſidio, ex qualibet Imperii Provincia. Subditos, ſive teſtimonii, ſive litis cauſa, avocare, illisque mandare & inhibere (*Stephani de Jurisdict.* P. 1, c. 1. §. 2, & 14. c. 3. §. 2. *Gail*, I Obſervat. 95. §. 16,) imò monitoria & bannimenta, citra ullam eorum requiſitionem, affigere & publicare; & denegandam Ei ſententias exequendi poteſtatem?

(11) Imperatori, qua Archi-Duci, & Vaſallo Imperii, ſententiarum executionem, nemine contradicente, committi poſſe; aſt non ut Cæſari, Imperiique Capiti? quod abſurdum.

(12) Patrum, noſtrisque temporibus, Cæſares ſubinde ejusmòdi Executiones, per Commiſſarios, præteritis

Digitized by Google

riis Circulorum Directoribus & Ducibus, ſuſcepiſſe, v. g. An. 1607, *Rudolphum* 2, per *Maximilianum*, Bavarum, adverſus *Donavverdam*; *Ferdinandum* 2, An. 1628 &c. per *Albertum Wallenſteinium*, contra *Adolphum Fridericum, & Johannem Albertum*, Duces Megapolitanos; *Ferdinandum III*, immiſſo, per Comitem Starenbergium, facta pace, Electore Palatino in Electorales Terras; *Leopoldum*, per Electorem Moguntinum, copiis adhuc Gallicis utentem, adverſus *Erfurtum*, An. 1664 &c. &c.

Negantes proferunt:

(1) Præter *Ordinationem Cameralem* de An. 1555, Part. 3. Tit. 47, §. *Nach dem auch die* Execution &c. 1; & R. I. *Ratisbonenſem*, de An. 1567, §. *So hatten Wir, als der &c.* 42, *Inſtrumentum* Pacis *Weſtphalicæ*, Art. XVI. §. 2; verbis præced. §. 12. lit. d. v. 10, occurrentibus; quibus cautum, Executiones non niſi Circulorum, in quibus ſuſcipiendæ, Directoribus & Ducibus committendas; caſibus tantum exceptis, quando vel ipſimet eas peragere uolint, vel, v. g. in cauſa propria, non poſſint; vicini tunc Circuli Directoribus Ducibusque adhibendis.

(2) Edictum Executionis *Ferdinandi III*, ſub dato Wien, 7 Novemb. An. 1648; Reſcriptum ejuſdem Imperatoris ad Circulorum Directores, de *Arctiori modo exequendi*, ſub dato Wien, 2 Mart. 1649; Nürnberg*iſchen Friedens*-Executions. *Haupt*-Receſs, de 11-21 Sept. ejuſdem Anni; & R. I. noviſſimum, de An. 1654, §. 86, 160 & 162, quibus eadem plané theſis confirmata, verbis cit. præced. §. 12, lit. d, v. 10, extantibus.

(3) *Capitulationis Leopoldinæ*, Art. 3, 8. 15 & 38; & *Joſephinæ*, Art. 3, 8, 15 & 37; & *Carolinæ*, Art. 1, 2, 12, 15, 16, 17, 19, 20 &c. Quibus non tantùm Jura Statuum in genere, ſed in ſpecie, quæ ipſis, ex modò dictis Imperii Legibus competant, rata habeantur.

(4) Projecti *Perpetuæ Capitulationis*, an. 1711, 8 Julii, per Moguntinum ad publicam Dictaturam promoti, Articulum XXI, ubi ita Imperator futurus: *Soll und will auch die Chur-Fürſten, Fürſten*, Prælaten, *Grafen, Herren, und andere Stande des Reichs; imgleichen, die unmittelbahre Reichs-Ritterſchafft, inoberzehlten*, (quando Vaſalli & ſubditi Statuum crimen L. M. committunt) *oder andern Fællen, unter dem Schein des Rechten, und der* Juſtitz, *nicht ſelbſt vergevvaltigen, ſolches auch nicht ſchaffen, noch andern zu thun verhængen; ſondern, wo Er, oder jemand anders zu Ihnen allen, oder einem inſonderheit Zuſpruch, oder einige Forderung, vorzunehmen hætten, dieſelbe will Er, ſampt und ſonders, Aufruhr, Zwietracht, und andere Unthat im H. R Reich zu verhüten, auch Fried und Einigkeit zu erhalten, vor die ordentliche Gerichte, nach Anweiſung der Reichs-Abſchiede, Cammer-Gerichts*-Executions-*Ordnungen, zu* Munſter *und* Oſnabrück *aufgerichteten Friedens-Schluß, auch zu* Nürnberg *darauf erfolgten* Edicten, *zu Verhœr und gebuhrlichen Rechten ſtellen und kommen, auch daſelbſt, ſo vvohl in* cognoſcendo, *als* exequendo, *nach obbeſagten Reichs*-Conſtitution*en, und Friedens-Schluß, verfahren laſſen &c.* Add. ejuſdem Projecti Art. XXVII, quo præfata Pax Weſtphalica, una cum prædictis Edicto Executionis; Arctiori modo exequendi & Receſſu Executionis Norimbergenſi, ſtrictè obſervanda jubetur.

(5) Pacificationis *Neomagenſis*, Art. 2; *Ryſuvicenſis*, Art. 3; *Raſtadienſis*, d. 16 Mart. 1714, Art. 3; & *Badenſis*, d. 7 Sept. an. eod. Art. 3. Quibus tabulis *Pax Weſtphalica* per omnia confirmetur, proinde etiam, quoad Jura Statuum, *præſcriptum exequendi modum*, niſi quatenus, expreſſis verbis, per recentiores has Pacificationes, ſit mutata; quæ mutatio vero, reſpectu citati *modi exequendi*, nullibi reperiatur, &c.

Affirmantibus reſpondent, & quidem

Ad (1) Tempora priſtina à modernis probè diſtinguenda, quibus veterum obſoleti mores abrogati.

Ad (2) Imò, per adductas modò Leges Imperii fundamentales, *punctum Executionis* certis limitibus fuiſſe incluſum, ita ſcil. ſuſcipiendæ, ut Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ; *Edicto Executionis* Ferdinandi III, An. 1648, Ejuſdemque Reſcripto, de *arctiori modo exequendi*, An. 1649; *Receſſui Executionis Norimbergenſi* An. eod. & R. I. noviſſimo, An. 1654, nulla inde fiat injuria.

Ad (3) *Rudolphum* in propria cauſa reſcripſiſſe; Ejuſque ſententiam, eſſe quæſtionis cardinem; Proceſſum *Donawerdenſem* tot querelis dediſſe anſam, quibus fuerit impugnatus.

Ad (4) Dari Leges Imperii recentiores, longè aliud imperantes quàm Ordinatio Cameralis Conſtantienſis de An. 1507; præter quod adducta verba ſaltem loquantur de caſu, quo bannitus via ordinaria in ordinem redigi nequeat.

Ad (5) Hanc Regulam pati ſuas exceptiones.

Ad (6) Eſſe petitionem principii: Supremi Judicis officium competere Imperatori, *Jure Majeſtatis*; cum non ſolus imperet; deinde, aliud eſſe: *competere integrum*, & *integrè*: communis agri poſſeſſorum ſingulos *jus integrum* habere quidem, non verò *integrè*; tandem, non quæri: *Num Cæſar ſit Supremus Judex in Imperio*? quod à nemine negatur; ſed, *num Officium Iudicis exercere queat, in præjudicium Statuum Imperii, proinde & Circulorum Directorum Ducumque, jura quæſita in fundamentalibus Imperii Legibus habentium?*

Ad (7) Legibus Imperii, ab Imperatore & Statibus, communicato conſilio latis, circa expeditiones in Circulis ſuſcipiendas, certam normam præſcribentibus, nihil periculi Imperio timendum, ſi ad amuſſim obſerventur.

7 a 2 Ad

Ad (8) Non niſi mente captos & delirantes denegare Imperatori poteſtatem exequendi; putare verò poteſtatem hanc denegari Imperatori, cum Executiones ſecundum præſcriptas Imperii Leges ſuſcipiendæ tradantur, & Imperatori & Statibus Imperii, tanquam iſtarum Legum latoribus, injurioſum.

Ad (9) In Inſtrumento Pacis, Cæſareiſque Edictis, & Receſſu Executionis Norimbergenſi, de An. 1648 & 1649, nec non R. I. Ratisbonenſi 1654 §. 86, 160 & 162, nihil horum contineri, benè verò, quod Mandata executorialia immediatè ad Directores Duceſque Circulorum, in quibus Executio ſuſcipienda, mittantur; Cui illuſtrandæ theſi inſervire poſſunt ſequentia Reſcripta Cæſarea, in cauſa liberandi Inferioris Saxoniæ Circuli à copiis, citra conſenſum Imperatoris & Imperii, oris iſtis obductis, ad Auguſtiſſimos Iſtius Circuli Directores, Potentiſsimos nimirum Magnæ Britanniæ & Boruſſiæ Reges, inſimulque Dehortatoria ad Potentiſſimos Danorum Regem, & Moſchorum Czarem, nuper admodum exarata:

Carl der Sechſte &c. &c.

EW. Ld. Ld. iſt vorhin bewuſt, welcher geſtalt des Hertzogs zu Mecklenburg-Strelitz *Ld. bey der Reichs-Verſammlung zu* Regenſpurg, *uber die in ſeinen Landen unternommene eygenmæchtige Einquartirung der Ruſſen, deren gewaltthatig forderende groſſe Lieferungen, und harte* Militariſche Executiones, *und* Ruin *ſeiner Unterthanen, vielfæltig geklaget; auch was derentwegen aldorten, in allen dreyen Reichs*-Collegiis, *unterm* 29 Maji *nachſt verwichenen, und den 7 dieſes lauffenden Monats* Auguſti, *für Gutachten abgefaſſet, und Uns, zur Kayſerlichen gnadigſten Genehmhaltung, zugeſchicket worden.*

Nachdem Wir nun dieſe beyde, auf die Reichs-Satzungen ſich gründende Gutachten, gnädigſt genehm gehalten, und von Churfurſten, Fürſten und Standen des Reichs, darinn geziemend erſucht worden, daß Wir gnadigſt geruhen mæchten, Unſere hæchſte Officia, *und Kayſerliches Ampt dahin anzuwenden, mithin es in die Wege richten zu laſſen, damit, denen Reichs-Satzungen gemaß, des Hertzogs zu* Mecklenburg-Strelitz *Ld. billigmaſſige Schadloßhaltung verſchaffet, das abgenommene* reſtituiret, *und bezahlt, auch daß, ſo wohl von denen Ruſſen, als andern, jetzt und ins künfftige, mit dergleichen verderblichem Verfahren, des H. R. Reichs Lande verſchonet werden ſollen;*

So haben Wir zuforderſt an des Czaren in Moſcau *Ld. nach vorhergangenen aller-ohrtigen offtmahligen Vorſtell- und Abmahnungen, bey deſſelben* Miniſtris, *unterm heutigen* Dato, *ein Kayſerlich Ab- und Ermahnungs-Schreiben ergehen laſſen, wovon Wir Ew. Ld. Ld. die Abſchrifft,* (ſub lit. A.) *zu ihrer Nachricht, und dem Ende, hiebey ſchlieſſen, damit Sie, wann, unverhofften Falls, von Sr. des* Czaren *Ld. ſelbigem ſo wenig, als Unſern, in Gleichfærmigkeit, durch Unſere Kayſerliche* Miniſtros, *dem an Unſerm Hoff anweſenden Czariſchen* Miniſtro, Weſelowsky, *beſchehenen ernſtlichen Vorſtellungen, welche Wir bey Sr. Ld. durch unſern am Kænigl. Däniſchen Hoff ſtehenden Kayſerlichen Rath und* Legations-Secretarium, Schmid, *ebenmaſſig erneuern laſſen, ſtatt gegeben, ſondern ferner eigenmæchtig in des Reichs Landen verfahren werden wolte, Krafft ihres im Nieder-Sachſiſchen Crayß obhabenden* Directorial-*Ampts, ſolches dagegen, ohne Verzug oder Außflucht, denen Reichs-Satzungen, und jüngern Reichs-Schlüſſen gemaß, vorzukehren wiſſen mægen. Deſſen Wir Ew. Ld. Ld. ſeiner Zeit, und nach geſtaltem* Czariſchen *Betragen, nochmahlen erinnern, und es auch an dieſelbe, von Ræmiſcher Kayſerlicher Macht wegen; wann es endlich ſeyn muſs, ordentlich geſinnen werden. Wir verſehen Uns gegen Ew. Ld. Ld. umb ſo mehr, daß Sie nicht nur für gemeldtes betrangten Hertzogs zu* Mecklenburg-Strelitz, *Ld. ſondern auch für die* Mecklenburgi*ſche Ritter- und Landſchafft, ſo wohl gemelter ſeiner Zeit, als jetzt ſtracks, fur Unſere und des H. Reichs Stadt* Lübeck, *und dortiges Fürſtliches Stifft und Dohm-*Capitel, *wie auch der Graffſchafft* Rantzow *wegen, (von welchen bey Uns, zum theil gegen die Ruſſen, und zum theil, gegen des Kænigs in* Dennemarck *Ld. groſſe Beſchwarde gefuhret worden, und Wir nicht minder derentwegen an dieſes Kæniges Ld. unter heutigem* Dato, *nach Außweiß der abſchrifftlichen Beylage,* (lit. B.) *geſchrieben haben) Dero Creyſs-*Directorial-*Ampt, Reichs-Satzungs-meßig gebrauchen werden; weilen alle dieſe, in vorangezogenen Reichs-Gutachten, mit begriffen ſeynd; und Wir Ew. Ld. Ld. durch Unſere bey Ihren Hæffen, und dem* Congreſs *zu* Braunſchweig, *anweſende Kayſerliche* Miniſtros, *ſobald Wir der Ruſſen, ohne Noth, und gegen die Reichs-Geſetze, ohne Bewilligung beſchehene Einruͤckung ins Reich, und deren Anmarche, vernommen, das darob erfolgte Unheil und Verderben unſchuldiger Reichs-Stande, und deren Landen und Leuten, deutlich verſagen, und dieſelbe wohlmeinentlich erſuchen laſſen, ſolchen Einmarch zeitlich abzukehren und zu verhindern, umb dadurch andern Außwertigen Machten das Beyſpiel, und den Weg, nach ihrem Belieben, ins Reich, mit gewaffneter Mannſchafft, gehen, und dorten, unter gleichen Vorwendungen, gleiche Dinge unternehmen zu kænnen, nicht zu zeigen.*

Wir ſeind des Berichts gewartig, wie und was maſſen vorgemeldte betruckte und beſchadigte Reichs-Stande ſich Ew. Ld. Ld. würcklichen Directorial-*Ampts-Hülffe zu getræſten haben; wovon Wir ſo dann der Reichs-Verſammlung die Nachricht zu ertheilen, nicht ermangeln werden, und darüber, næthigen Falls, von Churfürſten, Fürſten und Standen, Dero weitern vernünfftigen Rath, auch Beyſtand, zu vernehmen; geſtalten*

Ew.

Digitized by Google

Ew. Ld. Ld. aus dieſer Beylag, und, ſo viel den Kœnig in Dennemarck *betrifft, aus vorigen unſern Kayſerlichen Verordnungen, endlich aus der* Ratification *obgemelter Reichs-Gutachten, unſere Kayſerliche Gemüths-Meinung, Dero hohen* prudentz *nach, des mehrern abzunehmen, und die Sachen zu richten, allenfals auch denen dortigen Reichs-Standen, wann dieſelbe in mehrern, oder neuen Bedruck wolten geſetzt werden, kræfftigſt beyzuſtehen, und dieſelbe, Unſers Nahmens und Ampts, würcklich zu ſchützen wiſſen werden.*

Wir verbleiben im übrigen Ew. Ld. Ld. mit &c. &c. Datum Wien, 16 Aug, 1716.

Lit. A.

CArolus VI. Divina ſavente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Caſtellæ, Arragoniæ, Legionis, Utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Navarræ, Granadæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ & Indiarum, ac Terræ firmæ Maris Oceani; Archi-Dux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Würtembergæ, Superioris & Inferioris Sileſiæ, Calabriæ, Athenarum & Neopatriæ; Princeps Sueviæ, Cataloniæ & Aſturiæ; Marchio S. R. Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & Inferioris Luſatiæ; Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ & Artheſiæ; Landgravius Alſatiæ; Marchio Oriſtanij Comes Goziani, Namurci, Roſſilionis, & Ceritaniæ; Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c. &c.

Sereniſſimo & Potentiſſimo Domino Czaro, & Magno Duci; Petro Alexievicio, totius Magnæ, Parvæ & Albæ Ruſſiæ, Autocratori Moſcoviæ, Kioviæ, Volodomiriæ, Novogardiæ, Czaro Caſani, Czaro Aſtracani, Czaro Siberiæ, Domino Pleskoviæ, & Magno Duci Smolenſciæ, Tweriæ, Ingoriæ, Perniæ, Veatkæ, Bolgariæ, aliorumque; Domino & Magno Duci Novogardiæ, Inferioris Terræ, Tſernigoviæ, Reſaniæ, Roſtoviæ, Jaroslavlæ, Bialoſeriæ, Udoriæ, Obdoriæ, Condiniæ, & totius Septentrionalis Oræ; Dominatori & Domino Iberiæ, Terræ Cartalinenſium & Gruſienſium; Czaro etiam Cabardienſis Terræ, Tſerkaſſienſium & Goriſſenſium Ducum, nec non multorum Orientalium, Occidentalium, & Septentrionalium Dominiorum & Ditionum Paterno & Avito Hæredi, Succeſſori, Domino & Dominatori, Amico & Fratri Noſtro Chariſſimo, Salutem & amicitiam Noſtram, cum omnis boni incremento.

Sereniſſime & potentiſſime Princeps, Amice & Frater Chariſſime!

NB (huc usque aureis literis ſcribitur: id quod reciprocè à Cancellaria Moſcowitica obſervatur.)

Variæ & pergraves à Noſtris & S. R. I. Liberis Statibus & Subditis, neutri Partium in Oris Septentrionalibus belligerantium addictis, præſertim tam à Duce Megapolitano Strelitzenſi, quam à Statibus Equeſtris Ordinis & Provinciæ Megapolitani Suerinenſis Ducatus, nec non recenter à Principe Epiſcopo Eutinenſi; Libera Noſtra & S. R. I. Civitate Lubeca; Principe Anhaltino, & aliis, ad Nos, iteratis vicibus, perferuntur querelæ, quantis, quamque frequentibus, longis & duris hoſpitationibus, tranſitibus, exactionibus, aliisque concuſſionibus, ab effrenis Serenitatis Veſtræ copiis, & Belli Ducibus, opprimantur, quantaque vi & rigore, vix etiam rerum impoſſibilium habita ratione, erga illos, Amici Principis nomine, militari manu procedatur; imò varii Nobiles, qui Noſtri & Imperii Sacri Subditi ſunt, ac tuitione Imperiali fruuntur, publica cuſtodia, intolerabili violentia, detineantur; aliaque ſimilia, amicas inter Gentes vix audita, cujusque ad libitum, impunè exerceantur; quo plurimi ſe ad incitas jam redactos, & reliqui adhuc ſe redigi ingemiſcunt, deque aris & focis abiguntur: qua de cauſa tutelam & opem Noſtram Cæſaream, dictique S. R. Imperii, vim ejusdem Sanctionum & Conſtitutionum pragmaticarum humillimè inſtantiſſimeque implorant, ut liberationi & indemnitati eorum conſulatur, ne tanto oneri ſuccumbere & perpetuam rerum ſuarum anguſtiam experiri, aut triſtis exilii conditionem ſequi cogantur, tandemque ſibi, publicisque Patriæ oneribus, planè impares & inutiles fiant.

Pares, apud Univerſalem Electorum, Principum, & Statuum S. R. Imperii Diætam, Ratisbonæ exiſtentem, plus una vice expoſitæ ſunt querelæ, quibus ibidem maturo conſilio ponderatis, dicti Electores, Principes & Status, ob liberam nimis præfatarum violentiarum continuationem, in eam coivere ſententiam, ac, per Concluſa 29 Maji nuperi, & 7 hujus menſis Auguſti, trium Collegiorum votis facta, ſtatuerunt, Nosque, pro eorundem effectu, eo, quo par, reſpectu requiſiverunt, ut, vigore Conſtitutionum Imperii, vi muneris Noſtri Cæſarei, ante nominato Duci Megapolitano Strelitzenſi, & cuivis, de indemnitate debitè proſpiciatur, ablata illis reſtituantur, & ſolvantur, nec non tantum à Serenitatis Veſtræ, ſed etiam aliorum copiis, nunc & in poſterum, S. R. Imperii Ditiones illæſæ ſerventur.

Nos, uti pro ſincero & amico, quo in Serenitatem Veſtram ferimur animo, hucusque Serenitati Veſtræ rei ſtatum & ſequelam, per ſuos ubicunque exponi fecimus, & jam nunc publico nomine tenemur Eidem hunc Diætalium Concluſorum tenorem patefacere, ita Ipſamet, pro ſummo, quo pollet, Ingenii acumine, arbitrari & prævidere poterit, quo res, poſt acres & tot ſingulorum querelas tandem devenient? præſertim, ſi expertum fuerit, amicas noſtras remonſtrationes & conſilia, quibus Serenitatem Veſtram, non tantum in

primo, cum copiis ſuis, in Terras Imperii ingreſſu, conſeſtim, ſed dein ſæpe ſæpius fraternè monuimus, penes Ipſam, amicæ Gentis & Gloriæ immemorem, nullum locum aut effectum ſortiri, & Nos inde vix non culpæ huic conſonos reputari, dum Majeſtatis Cæſareæ ac Imperii Dominia ac tranquillitas, inſolita peregrinaque auctoritate, ab extero Milite, pro lubitu invaduntur, ac opprimuntur.

Serenitatem Veſtram haud latere poteſt, præfati S. R. I. Pragmaticis Sanctionibus ſtatutum & prohibitum eſſe, ab ipſomet Imperatore, nemineque Statuum Imperii, ſine præſcitu & conſenſu Imperatoris & Imperii, Extraneum Militem in Terras Imperii perduci poſſe; & eos Status, qui peregrinum Militem aut manum invehunt, S. R. I. Legibus obnoxios eſſe; neque Nobis ipſis, quamquam Electo & Coronato Imperatori ac Cæſari, neminique Electorum, Principum & Statuum, ullatenus licitum permiſſumque eſſe, copiis ſuis alterius Con-Status Ditionem, Illo, pro innoxio tranſitu, non requiſito, aut inſalutato & invito, ingredi, (ſecus ipſis, vigore dictarum Sanctionum, tranſitum interdicrre, ac vim vi repellere fas eſſet;) multo minus ibidem, Subditorum ſumptibus & exactionibus, hoſpitari, prout inaudito hactenus intra Imperii Romano-Germanici fines, exemplo, à Serenitatis Veſtræ copiis, illarumque Ducibus, quicquid etiam Bjnſdem Miniſtris, ubicunque locorum, contra hunc procedendi modum, omni amicitiæ contrarium, dehortando, demonſtratum fuerit, in dies exercetur; facta hæc à jam laudata Serenitatis Veſtræ æquitate, (cui nec Nos, nec Sacrum Imperium, ad hæc facta & demonſtrationes, ægramque viciniam, cauſam ullam præbuiſſe recordamur,) aliena omnino eſſe cenſemus, & valde dubitamus, hæc ex integro Illi nota aut expoſita eſſe; & cum Serenitas Veſtra Juris Gentium & Germanicæ Nationis, ejusque libertatis & gloriæ, tantoperè amans ſit, certo perſuaſi ſumus, amicum ac fraternum Ejus in Nos, & Sacrum Romanum Imperium, animum, prima ponderatione Illi dictaturum, quo res hæ ſe vertant? indubieque exiſtimamus Serenitati Veſtræ indignum valde & ingratum fore, nec ab Ea ullatenus toleratum, ſed mox remedia competentia adhibitum iri, ſi quisquis alius Serenitatis Veſtræ Regna, Terras & Ditiones, inſalutato hoſpite, publico ſub prætextu, tantis turmis fuiſſet ingreſſus, aut tranſiiſſet, vel inpoſterum ingredi, aut tranſire; & in Ejus Bojaros & ſubditos ſimile Imperium exercere; aut in unum aliumve vel captivitate, vel vinculis, aut militari executione, animadvertere; aut inſolitum ac incompetentem Judicem, prætextu propriæ cauſæ, in peregrinum ſubditum, &, quod latius eſt, in Regno aut Imperio extero, amica fronte, Jurisdictionem agere, attentaret; vel ſimilia, amicitiæ religioni ex integro contraria, toti Mundo palàm facere præſumeret; quippe haud immemores ſumus verborum, quibus Srr. Veſtra An, 1713. tam Nobis, per Miniſtros, tam Noſtros, quàm Suos, ſæpius inſinuari fecit, tum Ipſimet per literas Nobis, diſertè & amica mente, reſpondere placuit, tum etiam Cæſareo Noſtro Conſiliario Arcano, & antehac in Circulis Superioris & Inferioris Saxoniæ Ablegato, jam nunc S. R. Eccleſiæ Cardinali, (tit.) Damiano Hugoni, Comiti de Schönborn &c. in teſtimonium deprædicati cæteroquin in Terris Imperii Germanici, Ser. Veſtræ æqui animi, & ſingularis exiſtimationis, qua, ſumma cum laude, nomen, honorem & libertatem dicti Imperii, ejusque Statuum, tunc proſecuta erat, coram declaravit, Nosque certiores reddidit, Serenitatem nempe Veſtram S. R. Imperii Conſtitutionibus Se nequaquam oppoſituram, quin potius iis lubenter conformaturam, neminique alii exemplum, Nobis & Imperio inpoſterum nocivum, daturam eſſe; adeoque adduci vix poſſumus, ut concipere queamus, qua de cauſa, & cujus vel quorum perverſo prætextu, conſilio & inſtinctu, Serenitas Veſtra, pacatis omninò in Terris Imperii rebus, nunc ad privata aliquorum deſideria, de quibus illis coram Nobis & Imperio ſevera manet reddendi ratio, tot millibus copiarum ſuarum, Terras Imperii Germanici, Eo & Nobis inſalutatis, imò renitentibus, non tantum ingreſſa ſit, & tamdiu moretur, ſed etiam Fideles Nobis & Imperio Status & Subditos, ad neutras belligerantium partes accedentes, præfatis omni Jure illicitis exactionibus, concuſſionibus, & executionibus, ad incitas redigere, unaque omnes, ad pr.ſtationes Imperio debitas, planè inutiles facere, non hæſitet, dum Serenitas Veſtra, ſi juſtam quandam, contra Imperii Status aut Subditos querelæ cauſam habeat, ab Illis, & tandem à Nobis, ut inter Gentes moris eſt, congruam ſatisfactionem, amico potius colloquio, petere, ac à Germana fide certò expectare, quam violenta manu confeſtim exequi, nec in amicam Gentis libertatem & gloriam talia attentare debuiſſet, quæ in propriam certò intolerabilia & illicita eſſe exiſtimantur.

Hinc eſt, quod certo certius ſperemus, prout etiam Ser. Veſtram hiſce fratrrnè requirimus, Ei nil magis cordi fore, quam expectationi à S. R. Imperio, omnibusque ejus Statibus, de Ser. Veſtræ amiritia, perpetuo illibateque utrinque ſervanda, dudum conceptæ, data quavis occaſione, reſpondere, &, pro ea confirmanda, copias ſuus è Terris Imperii ſine mora educere, unaque dictæ Nobilitatis Megapolitanæ commembra è captivitate, ſive cuſtodia, omnino illæſa dimittere; Illis verò, qui, tantæ vis & metus cauſa, ſalutem fuga quærere, & rerum ſuarum dominiis cedere, coacti ſunt, ſalvum & inoffenſum ad ea, contra quoscunque, reditum eſſe, omnibusque Statibus, eorumque Subditis, quorum defenſio, contra aliorum injurias, virtute Majeſtatis Cæſareæ, & Capitulationis Noſtræ Imperialis, perſonali juramento firmatæ, Nobis incumbit, de damnis, per ante memoratas hoſpitationes, exactiones & concuſſiones, perpeſſis, ſatisfacere, omnemque ulteriorem

teriorem

teriorem in Terris Imperii violentiam Belli Ducibus & Militibus ſuis ſeriò interdicere, ut mundo toti æquitas & amicitia Ser. Veſtræ, in qua Germana Gens tota hucusque confidit, tam patula ſit, quam tam inſolita in amicam Nationem facta, absque ejus facto & juſſu eſſe, prout in his officiis & munere Noſtro Cæſareo, Directores Circuli Inferioris Saxoniæ, ac, pro rei exigentia, adjacentes, in vim dictorum Concluſorum, Gloriæ ac libertatis Teutonicæ ex integro confiſi ſunt, ac jam ſine dubio cum Ser. Veſtra egere, ac ejus intuitu una Nobiſcum, à norma Conſtitutionibus Imperii, in ſimilibus emergentiis præſcripta, præſertim contra immorigeratos Ser. Veſtræ Belli Duces & Milites, dictarum Conſtitutionum juſſa exequi, hucuſque abſtinuerunt; præterquam quod Ser. Veſtræ perſpicacitati occultum eſſe non poteſt, aliis exteris Potentiis, bello Septentrionali ad unicam fortè anſam invigilantibus, hoc exemplo viam aperiri, & anſam dari poſſe, Exercitus ſuos, pari ſub colore ac violentia, in Terras Imperii impunè transferendi.

Cæterum, Serenitas Veſtra de conſtanti noſtro, omniumque Imperii Statuum, in Eam animo & ſtudio, quoad Gloriam & commoda Ejus promovenda, certa eſt, ac hiſce Eam de novo ſemperque certam reddimus, dum Serenitatem Veſtram, quod reliquum eſt, ſummæ Divini Numinis tutelæ ex animo commendamus. Viennæ, 16 Aug. 1716.

Serenitatis Veſtræ

Bonus Frater,
Carolus.

Inſcriptio:

Sereniſſimo & Potentiſſimo Domino Czaro & Magno Duci, Petro Alexievicio, totius Magnæ, Parvæ, & Albæ Ruſſiæ, Autocratori Moſcoviæ, Kioviæ, Volodomiriæ, Novogardiæ, Czaro Caſani, Czaro Aſtracani, Czaro Siberiæ, Domino Pleſcoviæ, & Magno Duci Smolentiæ, Tweriæ, Ingoriæ, Permiæ, Veatkæ, Bolgariæ, aliorumque, Domino & Magno Duci Novogardiæ Inferioris Terræ, Tſernigoviæ, Reſaniæ, Roſtoviæ, Jaroslaviæ, Bialoſeriæ, Udoriæ, Obdoriæ, Condiniæ, & totius Septentrionalis oræ Dominatori & Domino Iberiæ, Terræ Cartalinenſium & Gruſſenſium; Czaro etiam Cabardienſis Terræ, Tſerkaſſienſium & Goriſſenſium Ducum, nec non aliorum multorum Orientalium, Occidentalium & Septentrionalium Dominiorum & Ditionum, Paterno Avito Hæredi, Succeſſori, Domino & Dominatori, Amico & Fratri noſtro Chariſſimo.

(NB.) (1) Czar ſemper utitur ſtylo Ruſſico, Imperator vero Latino.

(2) Czar, tam in contextu, quam in ſubſcriptione, ſcribit Imperatori: *Majeſtati Veſtræ;* Imperator tantùm: *Serenitati Veſtræ.*

(3) Czar, in Inſcriptione, ponit: *Pretioſiſſimo Amico & Fratri noſtro Chariſſimo;* Imperator ſaltem: *Amico & Fratri noſtro Chariſſimo.*

(4) Utrinque aureis literis pinguntur Tituli.

(5) Utrinque Imperator & Czar, nomina duntaxat ſua *manu propria* ſubſcribunt.)

Lit. B.

Carl der 6te &c.

